PATROLOGIÆ

CURSUS COMPLETUS,

SEU

BIBLIOTHECA UNIVERSALIS, INTEGRA, UNIFORMIS, COMMODA, ŒCONOMICA

OMNIUM SS. PATRUM, DOCTORUM, SCRIPTORUMQUE ECCLESIASTICORUM

SIVE LATINORUM, SIVE GRÆCORUM,

QUI AB ÆVO APOSTOLICO AD ÆTATEM INNOCENTII III (ANN. 1216) PRO LATINIS ET AD PHOTII TEMPORA (ANN. 863) PRO GRÆCIS FLORUERUNT :

RECUSIO CHRONOLOGICA

OMNIUM QUÆ EXSTITERE MONUMENTORUM CATHOLICÆ TRADITIONIS PER DUODECIM PRIORA ECCLESIÆ SÆCULA ET AMPLIUS,

JUXTA EDITIONES ACCURATISSIMAS, INTER SE CUMQUE NONNULLIS CODICIBUS MANUSCRIPTIS COLLATAS, PERQUAM DILIGENTER CASTIGATA;

DISSERTATIONIBUS, COMMENTARIIS, VARIISQUE LECTIONIBUS CONTINENTER ILLUSTRATA;

OMNIBUS OPERIBUS POST AMPLISSIMAS EDITIONES QUÆ TRIBUS NOVISSIMIS SÆCULIS DEBENTUR ABSOLUTAS DETECTIS AUCTA;

INDICIBUS PARTICULARIBUS ANALYTICIS, SINGULOS SIVE TOMOS SIVE AUCTORES ALICUJUS MOMENTI SUBSEQUENTIBUS, DONATA;

CAPITULIS INTRA IPSUM TEXTUM RITE DISPOSITIS, NECNON ET TITULIS SINGULARUM PAGINARUM MARGINEM SUPERIOREM DISTINGUENTIBUS SUBJECTAMQUE MATERIAM SIGNIFICANTIBUS, ADORNATA;

OPERIBUS CUM DUBIIS, TUM APOCRYPHIS, ALIQUA VERO AUCTORITATE IN ORDINE AD TRADITIONEM ECCLESIASTICAM POLLENTIBUS, AMPLIFICATA;

DUCENTIS ET AMPLIUS INDICIBUS LOCUPLETATA; SED PRÆSERTIM DUOBUS IMMENSIS ET GENERALIBUS, ALTERO SCILICET RERUM, QUO CONSULTO, QUIDQUID NON SOLUM TALIS TALISVE PATER, VERUM ETIAM UNUSQUISQUE PATRUM, ABSQUE ULLA EXCEPTIONE, IN QUODLIBET THEMA SCRIPSERIT, UNO INTUITU CONSPICIATUR; ALTERO SCRIPTURÆ SACRÆ, EX QUO LECTORI COMPERIRE SIT OBVIUM QUINAM PATRES ET IN QUIBUS OPERUM SUORUM LOCIS SINGULOS SINGULORUM LIBRORUM SCRIPTURÆ VERSUS, A PRIMO GENESEOS USQUE AD NOVISSIMUM APOCALYPSIS, COMMENTATI SINT.

EDITIO ACCURATISSIMA, CÆTERISQUE OMNIBUS FACILE ANTEPONENDA, SI PERPENDANTUR CHARACTERUM NITIDITAS, CHARTÆ QUALITAS, INTEGRITAS TEXTUS, PERFECTIO CORRECTIONIS, OPERUM RECUSORUM TUM VARIETAS TUM NUMERUS, FORMA VOLUMINUM PERQUAM COMMODA SIBIQUE IN TOTO PATROLOGIÆ DECURSU CONSTANTER SIMILIS, PRETII EXIGUITAS, PRÆSERTIMQUE ISTA COLLECTIO, UNA, METHODICA ET CHRONOLOGICA, SEXCENTORUM FRAGMENTORUM OPUSCULORUMQUE HACTENUS HIC ILLIC SPARSORUM, PRIMUM AUTEM IN NOSTRA BIBLIOTHECA, EX OPERIBUS ET MSS. AD OMNES ÆTATES LOCOS, LINGUAS FORMASQUE PERTINENTIBUS, COADUNATORUM.

SERIES GRÆCA

IN QUA PRODEUNT PATRES, DOCTORES SCRIPTORESQUE ECCLESIÆ GRÆCÆ A S. BARNABA AD PHOTIUM,

ACCURANTE J.-P. MIGNE,

Bibliothecæ Cleri universæ,

SIVE

CURSUUM COMPLETORUM IN SINGULOS SCIENTIÆ ECCLESIASTICÆ RAMOS EDITORE.

PATROLOGIA, AD INSTAR IPSIUS ECCLESIÆ, IN DUAS PARTES DIVIDITUR, ALIA NEMPE LATINA, ALIA GRÆCO-LATINA; LATINA, JAM INTEGRE EXARATA, VIGINTI ET DUCENTIS VOLUMINIBUS MOLE SUA STAT, CENTUMQUE ET MILLE FRANCIS VENIT. GRÆCA DUPLICI EDITIONE TYPIS MANDATA EST. PRIOR GRÆCUM TEXTUM CUM VERSIONE LATINA LATERALIS COMPLECTITUR, ET FORSAN CENTUM VOLUMINUM EXCEDET NUMERUM. POSTERIOR AUTEM VERSIONEM LATINAM TANTUM EXHIBET IDEOQUE INTRA QUINQUAGINTA CIRCITER VOLUMINA RETINEBITUR. UNUMQUODQUE VOLUMEN GRÆCO-LATINUM OCTO, UNUMQUODQUE MERE LATINUM QUINQUE FRANCIS SOLUMMODO EMITUR : UTROBIQUE VERO, UT PRETII HUJUS BENEFICIO FRUATUR EMPTOR, COLLECTIONEM INTEGRAM SIVE GRÆCAM SIVE LATINAM COMPARET NECESSE ERIT; SECUS ENIM, CUJUSQUE VOLUMINIS AMPLITUDINEM NECNON ET DIFFICULTATES VARIA PRETIA ÆQUABUNT.

PATROLOGIÆ GRÆCÆ TOMUS LXV.

S. PROCLUS, S. ATTICUS, S. FLAVIANUS CP. SEVERIANUS GABALITANUS, THEOPHILUS ALEXANDRINUS; ALII.

EXCUDEBATUR ET VENIT APUD J.-P. MIGNE EDITOREM,
IN VIA DICTA *D'AMBOISE*, PROPE PORTAM LUTETIÆ PARISIORUM VULGO *D'ENFER* NOMINATAM
SEU PETIT-MONTROUGE.

1858

SÆCULUM V.

ΤΟΥ ΕΝ ΑΓΙΟΙΣ ΠΑΤΡΟΣ ΗΜΩΝ

ΠΡΟΚΛΟΥ

ΑΡΧΙΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΚΩΝΣΤΑΝΤΙΝΟΥΠΟΛΕΩΣ

ΤΑ ΣΩΖΟΜΕΝΑ ΠΑΝΤΑ.

—

S. P. N. PROCLI

ARCHIEPISCOPI CONSTANTINOPOLITANI

OPERA OMNIA.

ACCEDUNT

SEVERIANI GABALITANI EPISCOPI, THEOPHILI ALEXANDRINI, PALLADII HELENOPOLITANI, PHILOSTORGII, S. ATTICI, S. FLAVIANI CP., S. MARCI EREMITÆ, B. MARCI DIADOCHI, MARCI DIACONI,

SCRIPTA QUÆ SUPERSUNT.

ACCURANTE ET DENUO RECOGNOSCENTE J.-P. MIGNE,

Bibliothecæ Cleri universæ,

SIVE

CURSUUM COMPLETORUM IN SINGULOS SCIENTIÆ ECCLESIASTICÆ RAMOS EDITORE.

TOMUS UNICUS.

ALMA COLLEGE
208.1
LIBRARY
M528
Alma, California

VENIT 10 FRANCIS GALLICIS.

—

EXCUDEBATUR ET VENIT APUD J.-P. MIGNE EDITOREM,
IN VIA DICTA *D'AMBOISE*, PROPE PORTAM LUTETIÆ PARISIORUM VULGO *D'ENFER* NOMINATAM,
SEU PETIT-MONTROUGE.

—

1858

8147

ELENCHUS

AUCTORUM ET OPERUM QUÆ IN HOC TOMO LXV CONTINENTUR

SEVERIANUS GABALITANUS EPISCOPUS.

Sermones et homiliæ. 15-20

THEOPHILUS ALEXANDRINUS EPISCOPUS.

Canones. 34
Epistolæ paschales. 47
Epistolæ aliæ et variorum ad ipsum. 61

PALLADIUS HELENOPOLITANUS EPISCOPUS.

Historia Lausiaca (*memoratur tantum, utpote jam edita tomo* XXXIV, *appendicis vice ad Macarii utriusque Scripta*). 70
Appendix I. Apophthegmata Patrum. 71
Appendix II. Ægyptiorum monachorum Paradisus. 442

PHILOSTORGIUS.

Historia ecclesiastica. 459

S. ATTICUS CP. EPISCOPUS.

Epistolæ. 638

S. PROCLUS CP. EPISCOPUS.

Orationes. 679
Homiliæ. 834
Epistolæ. 851

S. FLAVIANUS CP. EPISCOPUS.

Epistolæ. 890

S. MARCUS EREMITA, B. MARCUS DIADOCHUS ET MARCUS DIACONUS.

Opuscula S. Marci Eremitæ. 906
B. Marci Diadochi homilia de ascensione D. N. Jesu Christi. 1142
Homilia ejusdem contra Arianos. 1149
Ejusdem capita centum de perfectione spirituali. 1167
Marci Diaconi Vita S. Porphyrii episcopi Gazensis. 1211

Ex Typis MIGNE, au Petit-Montrouge.

ANNO DOMINI CDVIII

SEVERIANUS

GABALITANUS EPISCOPUS

—

NOTITIA

(Fabric. *Bibliotheca Græca* ed. Harles, tom. X, p. 507.)

—

Severianus Gabalorum in Syria episcopus, Joannis Chrysostomi amicus primum, mox æmulus et inimicus (*a*), quo ipso non levem maculam aspersit nomini suo, laudisque haud parum amisit, licet ob eloquentiam et ipse a quibusdam Chrysostomus (*b*) appelletur. Obiit Theodosii Junioris, quem sacro baptismo tinxerat, temporibus (*c*), adeoque post A. C. 408. Fabr. Conf. G. Cave *Hist. litt. SS. eccles.* tom. I, pag. 375. — L. Ell. du Pin *Nouv. Bibl.* tom. III, pag. 75; Ceillier *Hist. gén. des aut. eccl.* tom. IX, pag. 7, 217, 380 seq ; Hamberger. *Zuverl. Nachricht.* tom. III, p. 29 seq.— Saxii *Onom. lit.* part. I, ad A. 402. Harl.

Hujus Severiani homilias 14 *in Genesin* mstas se habere testatus est Alexander Brassicanus Præf. *in Salvianum*. Ex illis *sermones* 6 *Εἰς κοσμοποιΐαν*, de mundi creatione, Græce edidit Henricus Savilius inter sancti Chrysostomi scripta tom. VII, pag. 587 sqq. ; Græce et Latine Franciscus Combefis in *Auctario novissimo Bibl. Patrum*, tom. I, pag. 211, Paris. 1672. [Idem sermones et homilia *De serpente*, Gr. cum vers. Lat. Bern. de Montfauc. in hujusce edit. Opp. Chrysostomi, tom. VI, p. 459 seqq. Harl.] Ex his desumpta fragmenta observat Caveus, quæ in *Catena Patrum in Pentateuchum*, a Francisco Zephyro vulgata Latine, ad historiam creationis adducuntur. Nam cætera pleraque ad reliquos Moysis libros Severi potius sunt, quam Severiani. Fabr. Cfr. Lambec. IV, pag. 62 sqq. de cod. CVII, nr. 4, qui adnotat, primam orat. in ms. cod. CX (apud Lambec. IV, pag. 127), et in ed. Saviliana in principio esse aliquanto auctiorem : add. Kollarii notam, quam conferes, contra Caveum de cod. Brassicano. — Ibid. pag. 262, in cod. CXLVI, nr. 21, sunt excerpta miscellanea ex Eusebii Pamphili, S. Cyrilli Alex. et Severiani nostri expositionibus in Vetus Testamentum. — Ibid. pag. 364, in cod. CLXIV, nr. 6, est interpretatio variarum Veteris et Novi Testamenti quæstionum ex Theodoreto Cyrensi, Severiano nostro et aliis diversis Patribus. — Ibid. in vol. VI, part. II, pag. 269, in cod. XXV, nr. 7, est inter collectanea medica Græco-barbara fragmentum Severiani nostri de nomine primi hominis, Adami. — Et de hominis appellatione, in cod. Escorial. teste Pluero in *Itin. per Hisp.* pag. 189. — Paris. in Bibl. publ. cod. DCCLVI, nr. 2, Severiani homilia *In mundi creationem*. — Ibid. in cod. DCCLVIII, ac DCCLXXVII. 1 (in appendice ad catal. II, p. 613), homiliæ sex (sed in priore mancæ) in eamdem. — In cod. CCCXLIII, nr. 4, fragmentum, quo explicatur illud Genes. : *Fecitque Deus duo luminaria magna*. — Florentiæ in cod. Laurent. XXVII, nr. 3, plut. 4, sunt Basilii *in Hexaemeron* homiliæ 9, in quod opus nonnulla aspersa sunt scholia marginalia, in his Severiani nostri. *Vid.* Bandin. *Cat. codd. Gr. Laur.* I, p. 550 seqq., qui non solum scholion quoddam ad principium homiliæ 1 de Moyse affert; sed in nota quoque 2 suspicatur, illa scholia excerpta esse ex ejus homiliis *in*

(*a*) Socrates VI, 11 et 24; Sozom VIII, 10; Niceph. XIII, 9 ; Palladius in *Vita Chrysost.* E recentioribus Tillemont. tom. XI *Memor.* pag. 171 seqq.; Gotfridus Hermantius in *Joan. Chrysostomi Vita*, etc.

(*b*) Rich. Montacutius tom. I *Orig. ecclesiast.*, pag. 112.

(*c*) Gennadius c. 21 *De script. eccles.* In codice vetustissimo Corbeiensi : *Severianus Gabanæ Ecclesiæ episcopus — moritur Minore Theodosio, filio suo in baptismate, imperante.* Fabr. Severianus a Gennadio l. c. vocatur *vir in divinis Scripturis eruditus, et in homiliis declamator admirabilis*, et additur, eumdem ab Arcadio et sancto Joan. Chrysostomo ad faciendum sermonem frequenter vocatum esse Constantinopolin. At stylum ei parum felicem, jejunum et flaccidum esse, nec Græci sermonis elegantiam attigisse, notat Cave I, p. 375. Harl.

Genesin, quas mstas se habere testatus est Alex. Brassicanus præf. *in Salvianum*. — Ibid. in cod. I, nr. 14, plut. 57, excerptum ex Severiano circa mundi creationem et alia theologica : præterea de XXII litteris Hebræorum Moysi traditis a Deo in monte Sina ; de XII magnis montibus ; de mensibus apud Judæos, Macedones et Ægyptios ; de asse, scilicet de nummis ac de triginta denariis, quibus venditus est Jesus Christus. *Vid.* Bandin. l. c. tom. II, pag. 433. — Sec. Montfaucon *Bibl. biblioth. msst.* in bibl. Vaticana (pag. 133 et p. 139), in septem codd. — In bibl. Casinensi (pag. 222, ac pag. 225, nr. 305), homiliæ. — Mediolani in bibl. Ambrosiana (pag. 323), sermones. HARL.

Homilias 88 Severiani in homiliario quodam ms. bibl. Ambrosianæ exstare testatur Mabillonius tom. I *Musei Italici*, pag. 13, alias etiam in codice bibl. Casinensis, de quo idem pag. 124. Apud Œcumenium in I ad Corinth. VI, pag. 416 edit. Veronens. citatur ὁ ἐν ἁγίοις Σευηριανὸς τεύχει νζ', λόγῳ γ', κεφαλαίῳ ιθ'. Idem in cap. VII, p. 423, ὁ Σευηριανὸς ἔστιξεν οὕτως.

Εἰς τὸν ὄφιν τὸν χαλκοῦν, *In serpentem æneum*, homilia incipit : Ὁ τοῦ Θεοῦ λόγος, ἀδελφοί, et Græce edita inter tributas Chrysostomo tom. VII Savil. pag. 448. Oratio secunda e decem, quas Chrysostomi nomine in lucem dederat card. Sirletus. Sed Severiano asserunt Joan. Damascenus, Adrianus papa cum synodo Parisiensi, ut notatum Sirmondo *ad Ennodium Ticinensem* pag. 88. [*Vid.* supra, vol. VIII, pag. 506.]

Εἰς τὰς σφραγῖδας τῶν βιβλίων, *De sigillis librorum*, homilia quæ incipit : Μέγα τῆς ψυχῆς ἐφόδιον, et legitur tom. VI Ducæi pag. 138, cum versione Joan. Jac. Beureri, et Græce tom. V Savil. pag. 689. Severiano vindicatur Theodoreti et Adriani papæ auctoritate. FABR. Gr. cum Lat. versione Bern. de Montfaucon, in hujus edit. Opp. Chrysost. tom. XII, p. 402.

Sermo *De pace*, in ecclesia Constantinopolitana habitus A. 401, cum a Joan. Chrysostomo susceptus est, tantum Latine exstat tom. VII Savil. pag. 948. Incipit : *In adventu Domini et Salvatoris nostri.*

Εἰς τὴν ἐναρθρώπησιν, *In incarnationem Christi*, homilia, quæ incipit : Ἐμνήσθην τοῦ Θεοῦ, edita Græce tom. VII, pag. 307, videtur Severianum auctorem habere et sub ejus nomine Latine exhibetur a Combefisio in *Bibl. concionatoria*. Severiano etiam tribuunt viri docti homiliam *De nativitate Christi*, quæ occurrit Græce tom. V edit. Savil., pag. 846, et incipit : Μυστήριον ξένον καὶ παράδοξον. In neutra harum leguntur, quæ ex Severiani homilia *in Nativitatem* affert Theodoritus dialogo secundo.

De cruce homiliam et in illud : *Tu es, qui venturus es*, vulgavit Græce Savilius inter dubia Chrysostomi tom. V, pag. 898. Incipit : Καλῶς ἡμῖν καὶ σοφῶς. Eam ms. Mazariniano usus idem Combefisius ex Damasceni auctoritate Severiano vindicavit et Latine a se versam edidit tom. I *Bibl. concionatoriæ*, pag. 36, qui utraque etiam lingua vulgavit, Paris. 1656, 4, cum aliis quibusdam Chrysostomi (*a*). Idem testatus est, homiliam *in dedicationem crucis*, ex qua fragmentum produxit Gretserus, integram exstitisse in bibl. Scorialensi. Quartum Severiani λόγον εἰς τὸν σταυρόν citat Damascenus 3 *De imagg.* tom. I, pag. 385, et εἰς τὰ ἐγκαίνια τοῦ σταυροῦ pag. 327, 343, 365. FABR. *In encænia crucis*. Fragm. in cod. Vindobon. CCXLVIII, nr. 10 : Lambec. IV, pag. 291. — Paris. in cod. DCCLI, 9, bibl. publ. Ibid. in cod. CMLXXIX, nr. 15, Severiani homilia *in cœcum a nativitate*. — Ibid. in cod. MCVII, 4, et in cod. August. Vindel. (teste Reiser. in *Ind. mss. August.* pag. 12, nr. 32) it. in cod. Mosquensi X, in 4 (*Vid.* Matthæi *Notit. mss. Mosquens.* p. 307, nr. 45, ed. in 8) ; homilia in illud Apostoli : *In eo habitat omnis plenitudo divinitatis.* — Collectanea ex eo aliisque, in cod. August. Vind. pag. 39. *Vid.* Reiser. l. c., pag. 39. HARL.

[*Εἰς τὰ θεοφάνια*, in cod. Mosquensi synod. CCLXXI, et edita est hæc homilia a cl. Matthæi in *Lectionibus Mosquensib.* vol. II, Lips. 1779, 8, p. 1 sqq.] — [Incipit : Ἀνοιγέσθω σήμερον πᾶν στόμα πρὸς θεολογίαν. Repetita est in Append. ad Gallandii *Bibl. PP.* tom. XIV, p. 145 seqq., ibi primum addita Lat. versione. Cf. Prolegg. ad App., p. 8, Beck. In cod. Mosquens. CCXLVII, φύσις καὶ οὐσία κατ' οὐδὲν διαφέρει. *Vid.* Matthæi not. cit. p. 193. HARL.]

Ex styli similitudine homilias longe plures Severiano, sed non satis tuta conjectura tribuunt viri docti, ut videre licet apud Eliam du Pin tom. III *Bibl. eccles.*, et Tillemontium tom. XI *Memor.* pag. 587 seqq. Illam vero *De morte innocentium* homiliam, quæ incipit : *Zelus quo tendat, quo prosiliat livor*, et inter sermones Petri Chrysologi legitur CLII, atque inter Patrum homilias ab Alcuino collectas, neutiquam Severiani esse, sed Latini scriptoris (*b*), ex ipso filo orationis arguit Combefisius, qui tamen

(*a*) Inscriptio libri est : *Chrysostomi liber aureus de educandis liberis.* Ejusdem tractatus alii quinque. Severiani, Gabal. episc. liber *in S. crucem*, Basilii, etc. Græce ex vetustis codd. card. Mazarini, cum interpretatione Lat. Franc. Combefis. Paris. Ant. Bertier. 1636, 8. Homilia eadem Lat. in *Bibl. PP. max.* tom. V, p. 1229. HARL.

(*b*) Atque in *Cat. mss. Angliæ*, etc., tom. I, part. II, p. 68, nr. 2044 de cod. Oxon. Collegii Jesu citatur Severiani episcopi Caralitani *De innocentia* : sed tom. I, part. I, p. 116, nr. 2213, de cod. Bodlei. V, Severiani *De innocentibus*, et tom. II, part. I, pag. 11, nr. 550, de cod. eccles. Dunelmensis, Severiani sermo in festo Nativitatis *De innocentibus*. Teste Montfauc. in *Bibl. biblioth. mss.* II, p. 1253, in cod. monast. B. M. de Becco. Severiani et aliorum in festo SS. Innocentium. HARL.

homiliam *De SS. Trinitate*, quæ incipit : Οἱ κατὰ τῆς ἁγίας et inter suppositas Chrysostomo exstat tom. I edit. novæ, p. 832 (Savil. tom. VI, p. 955, et Ducæi VI, pag. 160); necnon alias plures tomo sexto Ducæi obvias, Severiano potius, quam Joanni Hierosolymitano tribuendas contendit.

[*Definitiones* Severiani, Florent. in cod. Laurent. XI, 6, plut. 74. Sed cuinam Severiano sint ascribendæ, Bandin. in *Cat. codd. Gr. Laur.* III, pag. 99, sibi compertum non esse, fatetur. HARL.]

Severiani (*a*) κατὰ τῶν αἱρετικῶν citat Damascenus in *Parallelis sacris* tom. II, p. 385 seqq. 789. Contra Novatum Gelasius lib. *De duabus Christi naturis*. At Gennadius c. 21 *De script. eccles.*, *Legi*, inquit, *ejus* expositionem *In epistolam ad Galatas*, et *De baptismo et Epiphaniæ solemnitate* libellum *gratissimum*. Citatur etiam Severianus apud Œcumenium in cap. I Epist. ad Galatas. Et in Anastasii Sinaitæ *Hodego* cap. 16, pag. 302, affertur locus Severiani in Coloss. II, 2 (*b*). Alia ex Catenis in Veteris Testamenti libros fragmenta illius Græce et Latine dedit Combefisius *Auctar. noviss.* pag. 291-297; poteratque longe plura afferre nisi jure metuisset pleraque quæ in Catenis sub Σεβηρ. Ἀντιοχ. nomine exstant, ut in illa ad Jobum, Severi potius esse quam Severiani.

Severiani alii.

Severianus in Africa episcopus et confessor sub Genserico. Vide Prosperi *Chronicon* p. 746, Aetio II et Sigisvulto coss. (A. C. 437.) — Alius Severianus in Africa episcopus, qui interfuit concilio Sardicensi A. 347. — Necnon Ceramussensis itidem Africanus, qui interfuit collationi Carthag. an. 411. FABR. Martyrium Severiani, conscriptum a Symeone Metaphraste, in cod. XVI Vindob. nr. 12. *Vid.* Lambec. VIII, pag. 506, seqq. et *Acta sanctor.* ad d. 9 Sept. tom. III, p. 355 et 360. — Et de cod. Vindob. XIX, nr. 6, *Vid.* Lamb. ibid. pag. 567, ibique not. Kollar. — In bibl. Bodlei. nr. 285, s. cod. CVI, 10, Cromwell. — Florent. in cod. Laurent. XX, 8, plut. 11, d. 9 Sept. diversum ab edito in *Act. SS.* ad dictum diem. *Vid.* Bandin. *Cat. codd. Gr. Laur.* I, pag. 514. — In cod. Mazariniano. — Vita Mediolani in cod. Ambrosiano ; — in cod. Sfortiano, de quibus vid. Montfaucon. *Bibl. biblioth. manuscriptarum*, pag. 504, 702 et 1315. HARL.]

Severianus, Africæ proconsul, cujus virtutes impense laudat Apuleius in *Floridis*.

Severianus, Aphrodisiadis in Caria episcopus, qui interfuit concilio Constantinopolitano an. 553.

Severianus, Arethusius in Syria episcopus, qui subscripsit epistolæ missæ ad concilium Constantinopolitanum sub Mena an. 536.

Severianus Damascius, eruditione et critica laude insignis, cujus e Damascio meminit Suidas in Νόμος, et Σεβηριανός. Photius cod. CCXLII ; Zeno, imperator, summas ipsi pollicitus est dignitates, si, ethnicorum superstitione relicta, Christianus fieri vellet : quod ille renuit.

[Severianus, episc. Caralitanus, cui in cod. Oxon. (ut paulo ante adnotavimus) sermo *De innocentibus* attribuitur. HARL.]

Severianus Gabalensis in Gallia episcopus, quem aiunt fuisse ante medium sæculi III, et celebrari in quibusdam Martyrologiis 25 Januar. Ei sunt qui tribuant sermonem *De paralytico*, qui est inter Petri Chrysologi sermones quinquagesimus. Incipit : *Christum in humanis artibus*. Alius Severianus in Gallia episcopus subscripsit concilio Regiensi, an. 439.

[Jacobus Severianus de disciplinis variis, Romæ in cod. monasterii Cryptæ-Ferratæ, teste Montfaucon. in *Bibl. bibliothec. manuscriptarum* I, pag. 200. HARL.]

Julius Severianus, rhetor, de quo dixi in *Bibl. Latina med. et inf. æt.* FABR. In ed. Mansi tom. IV, p. 203. Add. Julii Severiani *Syntomata rhetorices*, per Lucam Fruterium, Antwerp. 1589, 8, in *cat. biblioth. Leidensis*, pag. 270. — Julii Sever. *De 7 disciplinis* libet ms. in 4 *Perizon. Leidens. Vid.* catal. bibl. cit. p. 494, DF. 11, et Oxon. in cod. C. collegii Corporis Christi, sive nr. 1567, *cat. mss. Angliæ*, etc. I, 2, pag. 51. HARL.]

(*a*) Severiani, a Severo monacho nominati, in hæreticis sæc. VI numerantur. Secundum Montfauc. *Bibl. biblioth. msstar.* pag. 645. In bibl. Bodlei. excerpta ex Philoponi libro *De dogmate Severianorum*, et ibid. pag. 647, Leontii monachi opuscula varia *contra Acephalos*, *Severianos*, etc., ac pag. 777. In cod. card. Radulphi Anastasii Sinaitæ *Syntagma inscriptionum* ὁδηγός, et contra Severianos aliosque hæreticos. — Vindobon. in cod. LXXVII, Abucaræ confutatio hæresis Acephalorum, Severianorum, id est Jacobitarum. *Vid.* Kollar. ad Lambec. VII, p. 292. — De secta Jacobitar. *Vid.* Assemann. *B. O.* tom. I, p. 424 ; II, p. 67, et tom. III, pag. 305 sqq., 355, 579, 385 sqq. etc., ac tom. IV multis locis. Item Schroeckh *christl. Kirchengesch.* tom. XVIII, p. 631 seq. — De Severianis add. Assemann. *Bibl. Orient.* tom. III, pag. 379, 384, 457, 543. Confutantur a Nathanaele et Gabriele Tauratha, ibid. p. 224, 457. HARL.

(*b*) Add. paulo ante de illa aliisque ineditis homiliis adnotata. In Theodoriti dialogis fragm. Severiani. *Vid.* supra, vol. VIII, p. 291. — Fragmenta in permultis restant catenis Patrum aliisque collectionibus : sic in cod. CXII Cromwelli, s. nr. 291, cat. mss. Angliæ, etc. in codd. August. Vindel. *Vid.* Reiseri *Indic. mss.* p. 9 et 39. In codd. Coislin. *Vid.* Montfauc. *Bibl. Coisl.* pag. 41, 42, 67, 76, 82, 83, 84, 263, 264, et sæpius. — Venet. in cod. Marcian. *Vid. Catal. codd. Gr. Marc.* pag. 17, bis et 22, et cel. Morelli in *Bibl. msta. Gr. et Lat.* I, p. 30 et 32. — Florent. in codd. Laurent. *Vid.* Bandin. *Cat. codd. Gr. Laur.* I, p. 102, 254, 363, 545, nr. 1. — In cod. Mazarin. *Vid.* Montf., — *Bibl. biblioth. mss.* — pag. 1309. HARL.

Severianus, Pelagianus episcopus, cujus filius Agricola in Angliam hæresin illam intulit, ut narrat Prosper ad an. 429, Florentio et Dionysio coss.

Omitto Severianum (Servianum aliis), quem paulo antequam moreretur, Adrianus occidi jussit nonagenarium, teste Dione; necnon Severianum, Gallum, temporibus Marci Antonini cæsum omnibus cum copiis ab Othryade, Persarum duce, de quo Lucianus in *Alexandro Pseudomante*, tom. I, p. 764 seqq.

SEVERIANI GABALITANI
IN MUNDI CREATIONEM ORATIONES SEX

Vide inter Opera S. Joannis Chrysostomi nostræ editionis, volumine VI, col. 429.

Exstat Opp. Chrysostomi, tom. III, col. 425.

EJUSDEM SERMO DE PACE.

EJUSDEM ORATIO DE SERPENTE ÆNEO.

Vide ibid., col. 499.

MONITUM IN HOMILIAM SEQUENTEM.

(Galland. *vet. Patr. Bibl.* XIV, Append., p. 145.)

Quam hic repræsentamus homiliam, in Epiphania Domini habita est, sive Constantinopoli, sive apud Gabalos, sive etiam alibi. Ostendit Christum omnibus omnia factum, omnes Ecclesiæ gradus suo munere et œconomia condecorasse. Eleganter ex vaticinio Ezechielis Baptistam magnum ostendit ascetam et vatem (*a*), aliaque multa oratio continet, quæ hominis ingenium et dexteritatem in interpretandis Scripturis commendant. Illud etiam apparet (*b*), Severiani temporibus in vigilia Epiphaniæ a vespera ad multam jam diem vigilatum fuisse, animi pietate corporis debilitatem vincente. Hanc quoque ex Mosquensibus codd. Græce edidit Matthæius.

(*a*) Num. 10, 11.
(*b*) Ex fine num. 11.

ΣΕΒΕΡΙΑΝΟΥ
ΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΓΑΒΑΛΩΝ
ΛΟΓΟΣ ΕΙΣ ΤΑ ΘΕΟΦΑΝΙΑ[1].

SEVERIANI GABALORUM EPISCOPI
ORATIO IN DEI APPARITIONEM.

I. Aperiatur hodie omne os ad loquendum de Deo, et laudet omnis oratio eum qui de cœlis affulsit Deus Verbum; omne os loquatur, omnis lingua pronuntiet, omnis anima choreas agat, psallat omnis terra. Hodie sermones lucis in die lucis filios lucis illustrant. Consonent cœlestibus terrena; hymnum dicant cum virtutibus supra orbem positis ea quæ in orbe visuntur. Apparente enim veritate, id est cœlesti rege, oportet universos conspirare in communem Domini universorum confessionem. Christi

Α'. Ἀνοιγέσθω σήμερον πᾶν στόμα πρὸς θεολογίαν, καὶ ἀνυμνείτω πᾶς λόγος τὸν ἐξ οὐρανῶν ἐπιλάμψαντα Θεὸν Λόγον· πᾶν στόμα λαλείτω, πᾶσα γλῶσσα φθεγγέσθω, πᾶσα ψυχὴ χορευέτω, πᾶσα ἡ γῆ ψαλλέτω. Σήμερον λόγοι φωτὸς ἐν ἡμέρᾳ φωτὸς τοὺς υἱοὺς τοῦ φωτὸς καταλάμπουσιν. Συμφωνείτω τοῖς ἐπουρανίοις τὰ ἐπίγεια· ὑμνείτω μετὰ τῶν ὑπερκοσμίων δυνάμεων τὰ ἐν τῷ κόσμῳ φαινόμενα. Ἀλη θείας γὰρ ἐπιφανείσης καὶ βασιλέως ἐπουρανίου, πάντας δεῖ συνδραμεῖν εἰς κοινὴν τοῦ Δεσπότου τῶν

(1) Ex cod. Mosq. 271, in 4° Biblioth. SS. synodi. Matthæi.

ἁπάντων ὁμολογίαν. Χριστοῦ παρουσία, ἀληθινοῦ φωτὸς ἐπιδημία. Χριστοῦ παρουσία, τῆς οἰκουμένης πάσης εὐεργεσία. Χριστοῦ παρουσία, τοῦ παντὸς κόσμου ἐλευθερία. Χριστὸς ἀνυμνεῖται, καὶ κόσμος ἁγιάζεται. Χριστὸς κηρύττεται, καὶ ἡ οἰκουμένη φωτίζεται. Χριστὸς περιαγγέλλεται, καὶ πᾶσα ψυχὴ τὸν οὐράνιον πόθον ἐνδύεται. Ἐγγυᾶταί μου τὸν λόγον ἡ πεῖρα τῶν πραγμάτων.

A est adventus, veri luminis est præsentia. Christi adventus, orbis totius beneficium. Christi præsentia, totius et mundi liberatio. Christus laudatur, et mundus sanctificatur : Christus prædicatur, et totus orbis illuminatur. Christus circumenuntiatur, et omnis anima cœleste desiderium induit. Vadem mei sermonis sese rerum præbet experientia.

Β'. Ὅρα γάρ μοι τὴν θεοπρεπῆ ταύτην τῆς Ἐκκλησίας κατάστασιν, ὅρα τοῦ οὐρανίου πόθου τὴν ἀσβεστον λαμπάδα· ὅρα τοῦ σώματος τὴν φύσιν συναχμάζουσαν τῇ τῶν ἀγγέλων λειτουργίᾳ. Ἄνθρωποι ἀπὸ γῆς ὄντες, καὶ γῆν οἰκοῦντες, καὶ ἀποστρεφόμενοι, τοῖς οὐρανίοις συναμιλλῶνται νόμοις. Ἠρνήσαντο τοῦ σώματος τὴν φύσιν, ἐδέξαντο τῶν ἀγγέλων τὴν λειτουργίαν· τοιαύτη γὰρ ἡ Ἐκκλησία τοῦ Θεοῦ. Πολιτεύεται μὲν ἐπὶ τῆς γῆς, τάξιν δὲ ἔχει οὐρανίων πραγμάτων (2). Τί ἔργον τῶν ἐν οὐρανοῖς ἀγγέλων; τὸ τῷ Θεῷ λειτουργεῖν. Τί ἔργον τῶν ἐπὶ γῆς ὁσίων; τὸ τὸν Θεὸν ἀνυμνεῖν. Ὧν τοίνυν ὁμότιμος ἡ λειτουργία, ὁμότιμος καὶ ἡ ἀξία. Διὰ τοῦτο ὁ μακάριος Δαβὶδ τὴν πνευματικὴν ἀνακρουόμενος λύραν, καὶ τὸν σωτήριον τῆς θεολογίας ἀνακηρύττων ὕμνον ἔλεγεν, ὡς ἀρτίως ὑπεψάλλομεν· *Ὁ Θεὸς τῶν δυνάμεων, ἐπίστρεψον ἡμᾶς, καὶ ἐπίφανον τὸ πρόσωπόν σου, καὶ σωθησόμεθα.*

II. Attende, tu, mihi enim hanc Deo utique dignam Ecclesiæ constitutionem ; attende cœlestis desiderii inexstinguibilem lampadem ; attende corporis naturam cum angelico ministerio una clarescentem. Homines qui de terra sunt, et terram incolunt, morosi cæteroquin, jam cum cœlestibus certant institutis ; abnegarunt corporis naturam, susceperunt angelicum ministerium : hujusmodi est enim Ecclesia Dei. Municipatum quidem habet in terra, sed ordinem servat cœlestium operum. Quodnam opus est in cœlis angelorum ? Deo ministrare. Et quodnam opus sanctorum in terra ? Deum laudibus efferre. Quorum ergo pari dignitate censetur ministerium, pari etiam dignitate censendum est meritum. Propterea beatus David spiritualem pulsans lyram, et salutarem evulgans divinitatis hymnum, dicebat, sicut nuper psallebamus : *Deus virtutum, converte nos, et ostende faciem tuam, et* [1]*salvabimur*[1].

Γ'. Οὐδέπω ἀπήντησεν ὁ βασιλεὺς τῆς δόξης, καὶ οἱ πρόδρομοι τῆς βασιλείας ἐκήρυττον λέγοντες· *Ὁ ποιμαίνων τὸν Ἰσραὴλ, πρόσχες.* Εἰπὲ, ὦ Προφῆτα, τηλαυγῶς, ὃ λέγεις· σαφήνισον, ὃ κηρύττεις. Ὁποῖον ποιμένα λέγεις; πολλοὶ γὰρ ἐποίμαινον. Μωϋσῆς ποιμὴν ἦν, Ἀαρὼν ποιμὴν ἦν. *Ἐποίμανες γάρ*, φησὶ, *τὸν λαόν σου ἐν χειρὶ Μωϋσῆ καὶ Ἀαρών.* Ποιμὴν ἦν καὶ ὁ Δαβίδ· *Ἐξελέξατο γάρ*, φησὶν, *τὸν δοῦλον αὐτοῦ ποιμαίνειν Ἰακὼβ τὸν δοῦλον αὐτοῦ, καὶ Ἰσραὴλ τὴν κληρονομίαν αὐτοῦ.* Τί τοίνυν τῇ προσηγορίᾳ τοῦ ποιμένος κρύπτεις τὴν ἀξίαν τοῦ καταγγελλομένου; διόρισαι σαφῶς, ὃ λέγεις· εὐκρινεῖ καὶ ἀσυγχύτῳ χρῆσαι τῇ φωνῇ τοῦ κηρύγματος. Λέγεις· *Ὁ ποιμαίνων τὸν Ἰσραὴλ, πρόσχες· ὁ ὁδηγῶν ὡσεὶ πρόβατον τὸν Ἰωσήφ·* ὁ δὲ ποιμὴν οὐδέπω κηρύττει τοῦ μηνυομένου τὴν ἀξίαν διὰ τὴν πρὸς ἄλλους ποιμένας ὁμωνυμίαν.

III. Nondum occurrerat rex gloriæ, et præcursores regni prædicabant, dicentes : *Qui pascis Israel, attende*[2]. Dic, o Propheta, dilucide quod ais ; declara quod prædicas. Quem pastorem dicis ? multi enim pascebant. Moyses pastor erat, Aaron pastor erat. *Pavisti enim*, inquit, *populum tuum in manu Moysis et Aaron*[3]. Pastor quoque erat David : *Elegit enim*, inquit, *servum suum pascere Jacob servum suum, et Israel hæreditatem suam*[4]. Cur ergo appellatione pastoris occultas dignitatem enuntiati ? Defini manifeste, quod ais. Clara et inconfusa utere præconii voce. Dicis : *Qui pascis Israel, attende· qui ducis velut ovem Joseph*[5]. At pastor necdum manifestam facit ejus qui innuitur dignitatem, propter communionem nominis cum cæteris pastoribus.

Δ'. Τί οὖν; οὐδέπω ἐνόησας τὴν ἀξίαν, φησίν; σαφηνίζω σοι τὴν ἀλήθειαν. *Ὁ καθήμενος ἐπὶ τῶν χερουβὶμ, ἐμφάνηθι, ἐξέγειρον τὴν δυναστείαν σου, καὶ ἐλθὲ εἰς τὸ σῶσαι ἡμᾶς.* Ὁρᾷς πῶς ἅπασαν ἐγύμνωσεν τοῦ προφητευομένου τὴν ἀξίαν; Ὁρᾷς, πῶς τῷ βασιλικῷ καὶ ὑπερκοσμίῳ θρόνῳ τὸν βασιλέα τῆς δόξης ἀπήγγειλεν ἐποχεῖσθαι τὸ νῦν; Ὅθεν καὶ ὁ Σωτὴρ ἐπιβεβαιῶν τοῦ Προφήτου τὴν πρόρρησιν, βοᾷ διὰ τῆς εὐαγγελικῆς χάριτος· *Ἐγώ εἰμι ὁ ποιμὴν ὁ καλός.* Ἐπειδὴ γὰρ ὡς ἄνθρωποι, φησὶν, λογικοὶ τὸν Θεὸν οὐκ ἐπέγνωτε, κἂν ὡς ἄλογα πρόβατα τὸν ποιμένα γνωρίσατε.

IV. Quid ergo ? necdum intellexisti, inquit, dignitatem ? manifesto tibi veritatem. *Qui sedes super cherubim, appare : excita potentatum tuum, et veni ad salvandum nos*[6]. Viden' quomodo universam explicaverit prophetati dignitatem ? Viden' quomodo regio et mundanis rebus sublimiori throno gloriæ regem nunc invectum nuntiaverit ? Quapropter Salvator quoque confirmans Prophetæ prædictionem, clamat per evangelicam gratiam : *Ego sum pastor bonus*[7]. Quia enim, inquit, tanquam homines ratione præditi Deum non agnovistis, saltem tanquam irrationales oves pastorem agnoscite.

[1] Psal. LXXIX, 4. [2] ibid. 2. [3] Psal. LXXVI, 21. [4] Psal. LXXVII, 71. [5] Psal. LXXIX, 2. [6] ibid. [7] Joan. X, 11.

(2) Forte ταγμάτων.

V. Volens autem Propheta etiam fructum ostendere adventus hujus pastoris : *Excita*, dixit, *potentatum tuum, et veni ad salvandum nos*[8]. Apparitio enim Salvatoris, fons totius est beneficii. Apparuit itaque Redemptor orbis universi, omnia suscipiens in se, propter congruentem sibi bonitatem. Cum enim vidisset omnia quæ in hominibus sunt corruisse, et sacerdotium quod dederat Israeli, et prophetiam, et omnes prærogativas : ipse renovat per se ipsum dona sua. Quomodo vero? Audi.

VI. Factus est propheta, postquam adulterata est prophetia ab indignis, juxta quod scriptum est : *Prophetam vobis suscitabit Dominus Deus noster ex fratribus vestris, sicut me*[9]. Effectus est apostolus, secundum quod dictum est : *Considerate pontificem et apostolum vocationis nostræ Jesum*[10]. Effectus est etiam sacerdos sicut ait Hymnographus : *Tu es sacerdos in sæculum secundum ordinem Melchisedec*[11]. Effectus est quoque diaconus, ut inquit generosus Paulus : *Dico enim Christum diaconum factum fuisse circumcisionis pro veritate Dei, ad complendas promissiones patrum*[12]. Per omnem igitur transit ordinem. Effectus est pariter etiam lector. *Accipiens enim Isaiam legebat*[13], sicut declarat Evangelium, quo etiam prophetæ confirmaret voces, et honoraret gradus ecclesiasticos. Fuit et rex, *Rex regum*[14]; ut inquit Nathanael : *Tu es Filius Dei; tu es rex Israel*[15].

VII. Sed dicet fortasse quispiam circumstantium : Quid igitur ad me hominem sæcularem, si prophetiam et apostolatum et pontificatum Christus induit? quid ad me in sæculari statu positum? Maxime vero propter omnes homines factus est homo humanissimus ille. Ac si vis videre illum laicalem statum obeuntem propter te, rejuta tecum et considera quæ jam dicenda sunt. Sine controversia qui baptizat nonne in ordine est sacerdotali; qui vero baptizatur, nonne in laicali gradu constitutus est? Attende igitur Joannem in gradu sacerdotis baptizantem, et Christum in laicali statu baptizatum. Hodie namque, fratres, hodie dispensationem subivit aquarum : non ex aquis sanctificatus, sed aquis sanctificationem indens. Joannes vicem gerebat sacerdotis; accedit Redemptor orbis ad baptizantem, is qui illustrat in Spiritu, rex ipse ad præcursorem, Deus ipse ad prophetam. Joannes, fratres, non ignorabat dignitatem propter dispensationem ; non fefellit eum habitus corporis ; non decepit eum apparens caro; quin potius illustravit eum occulta virtus, quam ignorantibus quoque prædicabat. Lucerna quippe sancta erat vir ille admirandus : lucerna de qua : *Paravi lucernam Christo meo*[16], per Prophetam prædictum fuerat. Lucerna vero Joannes prænomi-

A Ε'. Βουλόμενος δὲ ὁ Προφήτης καὶ τὸν καρπὸν ἐπιδεῖξαι τῆς τοῦ ποιμένος ἐπιδημίας· *Ἐξέγειρον*, φησὶν, *τὴν δυναστείαν σου, καὶ ἐλθὲ εἰς τὸ σῶσαι ἡμᾶς*. Ἡ γὰρ τοῦ Σωτῆρος ἐπιφάνεια πηγὴ πάσης εὐεργεσίας. Ἐπεφάνη τοίνυν ὁ λυτρωτὴς πάσης τῆς οἰκουμένης, πάντα ἀναλαβὼν εἰς ἑαυτὸν διὰ τὴν αὐτῷ πρέπουσαν ἀγαθότητα. Ἐπειδὴ γὰρ εἶδεν πάντα τὰ ἐν ἀνθρώποις διαπεσόντα, καὶ τὴν ἱερωσύνην, ἣν δέδωκεν ἐν τῷ Ἰσραὴλ, καὶ τὴν προφητείαν, καὶ πάντα τὰ ἐξαίρετα, αὐτὸς ἀνακαινίζει δι' ἑαυτοῦ τὰ ἑαυτοῦ δῶρα· καὶ πῶς ; Ἄκουε.

B Ϛ'. Ἐγένετο προφήτης, ἐπειδὴ ἐνοθεύθη ἡ προφητεία παρὰ τῶν ἀναξίων, καθὼς γέγραπται· *Προφήτην ὑμῖν ἀναστήσει Κύριος ὁ Θεὸς ἡμῶν ἐκ τῶν ἀδελφῶν ὑμῶν, ὡς ἐμέ*. Γίνεται ἀπόστολος κατὰ τὸ εἰρημένον· *Κατανοήσατε τὸν ἀρχιερέα καὶ ἀπόστολον τῆς κλήσεως ἡμῶν Ἰησοῦν*. Γίνεται καὶ ἱερεὺς, καθά φησιν ὁ Ὑμνογράφος· *Σὺ εἶ ἱερεὺς εἰς τὸν αἰῶνα κατὰ τὴν τάξιν Μελχισεδέκ*. Γίνεται καὶ διάκονος, ὥς φησιν ὁ γενναῖος Παῦλος· *Λέγω γὰρ Χριστὸν διάκονον γεγενῆσθαι περιτομῆς ὑπὲρ ἀληθείας Θεοῦ, εἰς τὸ πληρῶσαι τὰς ἐπαγγελίας τῶν πατέρων*. Διὰ πάσης οὖν ὁδεύει τάξεως. Γίνεται πάλιν καὶ ἀναγνώστης. *Λαβὼν γὰρ τὸν Ἡσαΐαν ἀνεγίνωσκεν*, ὡς δείκνυσι τὸ Εὐαγγέλιον, ἵνα καὶ τοῦ προφήτου τὰς φωνὰς βεβαιώσῃ, καὶ τῆς Ἐκκλησίας τοὺς βαθμοὺς τιμήσῃ. Ἐγένετο καὶ βασιλεὺς, *Ὁ Βασιλεὺς τῶν βασιλευόντων*· ὥς φησιν ὁ Ναθαναήλ· *Σὺ εἶ ὁ Υἱὸς τοῦ Θεοῦ· σὺ εἶ ὁ βασιλεὺς τοῦ Ἰσραήλ*.

C Ζ'. Ἀλλ' ἐρεῖ τις ἴσως τῶν περιεστώτων· Τί οὖν πρὸς ἐμὲ τὸν λαϊκὸν, εἰ προφητείαν καὶ ἀποστολὴν καὶ ἀρχιερωσύνην ἐνεδύσατο ; τί πρὸς ἐμὲ τὸν ἐν λαϊκῇ τάξει κατηλεγμένον ; Μάλιστα μὲν διὰ πάντας ἄνθρώπους γέγονεν ἄνθρωπος ὁ φιλάνθρωπος. Εἰ δὲ βούλει αὐτὸν καὶ λαϊκοῦ τάξιν ὑπερχόμενον ἰδεῖν διὰ σὲ, ἀνάκρινον παρὰ σὲ (3) αὐτῷ καὶ σκόπησον τὰ ῥηθησόμενα. Ὁμολογουμένως ὁ βαπτίζων οὐκ ἐν χώρᾳ ἐστὶν τοῦ ἱερέως, ὁ δὲ βαπτιζόμενος, οὐκ ἐν τάξει τοῦ λαϊκοῦ καθέστηκεν ; Ὅρα οὖν Ἰωάννην ἐν τάξει ἱερέως βαπτίζοντα, καὶ τὸν Χριστὸν ἐν λαϊκῷ τάγματι βαπτιζόμενον. Σήμερον γὰρ, ἀδελφοὶ, σήμερον τὴν διὰ τῶν ὑδάτων ὑπῆλθεν οἰκονομίαν. Οὐκ ἐκ τῶν ὑδάτων ἁγιαζόμενος, ἀλλὰ τοῖς ὕδασιν τὸν ἁγιασμὸν

D παρεχόμενος. Ἰωάννης ἐπλήρου τὸ σχῆμα τὸ ἱερατικὸν, προσέρχεται ὁ Λυτρωτὴς τῆς οἰκουμένης τῷ βαπτίζοντι, ὁ φωτίζων ἐν Πνεύματι, ὁ βασιλεὺς τῷ προδρόμῳ, ὁ Θεὸς τῷ προφήτῃ. Ἰωάννης, ἀδελφοὶ, οὐκ ἠγνόησεν τὴν ἀξίαν διὰ τὴν οἰκονομίαν· οὐκ ἔσφαλεν αὐτὸν τὸ σχῆμα τοῦ σώματος· οὐκ ἠπάτησεν αὐτὸν ἡ φαινομένη σὰρξ, ἀλλὰ περιέλαμπεν αὐτὸν ἡ κρυπτομένη δύναμις, ἣν καὶ τοῖς ἀγνοοῦσιν ἐκήρυττεν. Λύχνος γὰρ ἦν ἅγιος ὁ θαυμάσιος· λύχνος, περὶ οὗ *Ἡτοίμασα λύχνον τῷ Χριστῷ μου*, διὰ τοῦ Προφήτου προείρηται. Λύχνος δὲ ὁ Ἰωάννης προανηγό-

[8] Psal. LXXIX, 2. [9] Deut. XVIII, 15. [10] Hebr. III, 1. [11] Psal. CIX, 4. [12] Rom. XV, 8. [13] Luc. IV, 17. [14] I Tim. VI, 15. [15] Joan. I, 49. [16] Psal. CXXXI, 17.

(3) Forte σοί, ex errore typogr.

ρευται, οὐκ ἐπειδὴ τῷ Θεῷ Λόγῳ, τῷ φωτὶ τῆς ἀλη- A
θείας, χρεία ἦν τῆς ἀπὸ τοῦ λύχνου προσθήκης· natus est; non quia Deo Verbo, lumini, inquam, veritatis, opus esset accessione lucernæ, sol enim erat justitiæ; at quia occultatum in carne Dominum, cognitum faciebat, tanquam in nocte, Judaicæ reipublicæ, lucernam illuminans Verbi divini. Vocatur igitur lucerna merito.

ἥλιος γὰρ ἦν δικαιοσύνης· ἀλλ' ἐπειδὴ τὸν ἐν σαρκὶ κρυπτόμενον Κύριον ἐγνώριζεν, ὡς ἐν νυκτὶ, τῇ Ἰουδαϊκῇ καταστάσει, τὸν λύχνον ἀπαστράπτων τοῦ θείου Λόγου. Καλεῖται οὖν λύχνος εἰκότως.

Η'. Καὶ ὁρᾶτε τὸ θαυμαστὸν, ἀδελφοί. Ὅτε παρῆλθεν ἐπὶ τὴν ἔνσαρκον οἰκονομίαν ὁ πρὸς ἡμᾶς ἐπιδημήσας Δεσπότης, ἄνθρωπος διὰ φιλανθρωπίαν γενόμενος, καὶ ἦν ξένον θαῦμα, ὅτι Θεὸς ἐν ἀνθρώποις, ἐν δούλοις ὁ Δεσπότης, μετὰ τῶν ποιημάτων ὁ ποιητὴς, ὁ ἁγιάζων μετὰ τῶν ἁγιαζομένων· τότε ὁ Ἰωάννης κηρύττει τὴν ἀξίαν, καὶ ἦν ἰδεῖν ξένον θαῦμα· ἦν ἰδεῖν τὸν λύχνον δεχόμενον τὸν ἥλιον τῆς δικαιοσύνης Ἰησοῦν. Τὸν γὰρ ἁπάντων Λυτρωτὴν Κύριον ὁ λυτρώσεως δεόμενος ἄνθρωπος ἐβάπτιζεν, οὐ τόλμῃ B
προσαχθεὶς, ἀλλὰ προστάγματι δουλωθείς. Τότε δὴ τότε συνέδραμον δύο προφητικαὶ φωναί· *Φωνὴ βοῶντος ἐν τῇ ἐρήμῳ*· καὶ, *Φωνὴ Κυρίου ἐπὶ τῶν ὑδάτων*. Ὁ κήρυξ τῆς ἀληθείας ἐβόα, καὶ *Ὁ Θεὸς τῆς δόξης ἐβρόντα*. Καὶ ἦν ἐκεῖ ἡ προσκυνητὴ Τριὰς τὴν αὐτῆς δόξαν ἀστράπτουσα. Πατὴρ ἄνωθεν τὸν Υἱὸν κηρύττων, Υἱὸς κάτωθεν τὴν οἰκανομίαν πληρῶν, τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐπισφραγίζον τὴν θεοπρεπῆ μυσταγωγίαν. Καὶ φωνὴ τοσαύτη γίνεται μαρτυροῦντος ἄνωθεν τοῦ Πατρὸς τῷ ἑαυτοῦ Μονογενεῖ, ὡς σχισθῆναι ἄνωθεν τοὺς οὐρανούς. *Ἀναβαίνοντος* γὰρ, φησὶ, *τοῦ Ἰησοῦ ἀπὸ τοῦ ὕδατος, ἐσχίσθησαν οἱ οὐρανοί*. Οὐ γὰρ ἤνεγκαν τὴν φωνὴν τῆς τοσαύτης μαρτυρίας, φρίξαντες τὴν ἔνθεον οἰκονομίαν. C

VIII. Videte porro rem mirabilem, fratres. Quando processit ad incarnationis dispensationem Dominus qui nobiscum conversatus est, homo propter benignissimam humanitatem factus, eratque stupendum miraculum, Deum versari inter homines, cum servis Dominum, cum creaturis creatorem, sanctificatorem cum sanctificatis : tunc Joannes prædicat illius dignitatem, licebatque videre prodigium supra omnem opinionem ; licebat, inquam, videre lucernam suscipientem solem justitiæ Jesum. Universorum enim redemptorem Dominum, qui redemptione indigebat homo baptizabat, non temerario ausu rem aggressus, sed mandato subserviens. Tunc enim vere, tunc concurrerunt duæ prophetic̃æ voces : *Vox clamantis in deserto* [17], et, *Vox Domini super aquas* [18]. Præco veritatis clamabat, et *Deus majestatis intonuit* [19]. Eratque ibi adoranda Trinitas, quæ gloriam suam affulgere faciebat. Pater supra Filium prædicans, Filius infra dispensationem implens, Spiritus sanctus, quasi sigillo suo confirmans Deo dignam institutionem. Et usque adeo magna facta est vox, Patre desuper Unigenito suo testimonium perhibente, ut aperti fuerint cœli desuper. *Ascendente* enim, ait, *Jesu de aqua, scissi sunt cœli* [20]. Non enim tulerunt vocem tanti testimonii, horrentes divinam dispensationem.

Θ'. Ἀλλ' ὅρα τὸ θαυμαστόν. Ἡ φωνὴ αὕτη τοὺς οὐρανοὺς ἔσχισεν, καὶ αἱρετικοὺς οὐκ ἐφόβησεν· *Οὗτός ἐστιν ὁ Υἱός μου, ὁ ἀγαπητὸς, αὐτοῦ ἀκούετε*. Ἐπειδὴ προέλαβεν νόμος κηρύττων, καὶ προφῆται εὐαγγελιζόμενοι, ἵνα μή τις τῇ προτέρᾳ καταστάσει τῆς Ἰουδαϊκῆς λατρείας ἑπόμενος, ἀπώσηται τὸν ζυγὸν τῆς εὐαγγελικῆς χάριτος, ἡ θεία φωνὴ διέκρινεν τὸ οἰκετικὸν ἀπὸ τῶν δεσποτικῶν ἀξιωμάτων. *Αὐτοῦ ἀκούετε*, δηλονότι τοῦ Χριστοῦ. *Πλήρωμα γὰρ νόμου Χριστὸς*, πλήρωμα τῶν ἀγαθῶν Χριστός. Εἰ γὰρ καὶ προέλαβον ἐν τῷ νόμῳ τῷ Μωσαϊκῷ αἱ εὐλογίαι, ἀλλ' οὐκ ἦσαν ἐντελεῖς, ἐκδεχόμεναι τὸν Κύριον ἡμῶν, περὶ οὗ φησιν ὁ Παῦλος· *Πλήρωμα* D
νόμου Χριστός. Καὶ θέλεις, ἐκ πράγματος ἐναργοῦς παραστήσω σοι τὴν ἀλήθειαν ἔγγυον τῶν εἰρημένων ; Πρόσεχε ἀκριβῶς. Κελεύει Μωσῆς ὁ νομοθέτης μερισθῆναι τὰς δώδεκα φυλὰς τοῦ Ἰσραὴλ, καὶ τὰς μὲν ἓξ φυλὰς ἐπὶ τὸ ὄρος ἀνάγει τὸ Γηβάλ, τὰς δὲ ἑτέρας ἓξ εἰς τὸ ὄρος τὸ Γαρίζειν, καὶ κελεύει τὰς μὲν εὐλογεῖν, τὰς δὲ καταρᾶσθαι. Εὐλογεῖν μὲν τοὺς κατορθοῦντας τὸν νόμον, καταρᾶσθαι δὲ τοὺς παραβαίνοντας. Τί οὖν ; Ἐπὶ μὲν τῶν καταρῶν ἁπασῶν ἦν ἐπαγόμενον ἐπισφράγισμα· *Ἐροῦσι γὰρ οἱ Λευῖται· Ἐπικατάρατος ὁ ἐγκαταλιμπάνων τὸν νόμον, καὶ ἐρεῖ πᾶς ὁ λαός· Ἀμήν. Ἐπικατάρατος ὁ δου-*

IX. Sed adverte prodigium. Ea vox cœlos scidit, et hæreticos non perculit : *Hic est Filius meus dilectus* [21], *ipsi auscultate* [22]. Quia præoccupaverat lex edicens, et prophetæ evangelizantes, ne quis secutus priorem Judaici cultus institutionem, repelleret evangelicæ gratiæ jugum, divina vox distinxit herilem a famuli dignitatibus. *Ipsi auscultate*, Christo videlicet. *Plenitudo enim legis Christus* [23], plenitudo bonorum Christus. Etsi enim præcesserunt in lege Mosaica benedictiones, at non erant perfectæ, exspectantes Dominum nostrum : de quo Paulus ait : *Plenitudo legis Christus*. Vin' ex re manifesta exhibeam tibi veritatem vadem dictorum? Attende diligenter. Jubet Moyses legislator dividi duodecim tribus Israel, et sex quidem tribus in montem ducit Gebal, reliquas vero sex, in Garizin montem, mandatque ut aliæ benedicant, aliæ maledicant. Benedicant legis observatores, transgressores maledicant. Quid ergo? In omnibus maledictionibus indutum erat veluti quoddam sigillum : *Dicent enim Levitæ : Maledictus qui deseruerit legem ; et dicet omnis populus, Amen. Maledictus qui colit deos alienos ; et dicet omnis populus, Amen* [24]. Atque in quoque præcepto impendet *Amen* transgressoribus. In benedictionibus vero ait, dicent Levitæ : *Benedictus*

[17] Isai. XL, 3. [18] Psal. XXVIII, 3. [19] ibid. [20] Matth. III, 16. [21] ibid. 18. [22] Matth. XVII, 5 I Petr. I, 17. [23] Rom. XIII, 10. [24] Deut. XXVII, 26, 15.

qui custodit legem Domini; benedictus in agro, benedictus in civitate [28], et nuspiam in ulla benedictione *Amen* comparet. Cur igitur maledictiones sigillum suscipiunt, benedictiones vero non item? Quid sibi vult hoc symbolum, quid innuit hoc ænigma? Lex sententias exsecutioni mandabat, benedictionum autem confirmator est Christus. Et quia oportebat quæ legis sunt propria legi asserere, et quod proprium est evangelicæ gratiæ, gratiæ reservari, propterea remanserunt benedictiones deinceps exspectantes *Amen*.

ἴδια δοθῆναι τῷ νόμῳ, τὸ δὲ τῆς εὐαγγελικῆς χάριτος φυλαχθῆναι τῇ χάριτι, ἔμειναν αἱ εὐλογίαι, τὴν τοῦ Ἀμὴν προσθήκην τὸ λοιπὸν ἐπιζητοῦσαι.

X. Ac ne cui coactus videatur sermo noster, quin potius ex ipsamet veritate testimonium haberet, audi Paulum dicentem : *Dominus autem noster Jesus Christus non fuit utique et minime, sed utique in ipso fuit. Quotquot enim sunt pollicitationes Dei in illo, ipsum utique; et per illum, ipsum Amen; ad gloriam Deo* [29]. Hinc licet intelligere iterum quod dictum ab Apostolo fuit : *Quia cum mortui essemus peccatis et præputio carnis nostræ, convivificavit in illo, indulgens nobis omnia peccata nostra, obliterans contrarium nobis chirographum, quod adversabatur nobis* [30]. Cujusmodi chirographum? Hinc habes rei demonstrationem. Quando enim recensuit lex maledictiones, ipsum populi *Amen*, subscriptio quædam erat audientium. Jesus quippe erat plenitudo benedictionum, qui in Jordane apparuit, qui prophetiam Isaiæ in seipso complevit. Dixit enim Isaias : *Exsultent deserta Jordanis, quia gloria Libani data est ei, et honor Carmeli* [31]. Dictum quidem obscurum, quod tamen per gratiam declaratur.

XI. Libanum vocat Scriptura illius temporis Jerusalem. Neque existimes coactam esse hanc sententiam. Ezechiel testatur de Nabuchodonosor rege. Dixit enim : *Aquila magna magnarum alarum, quæ alas expansas habet et plena est unguium, venit in Libanum, et accepit electa cedrorum Libani, et adduxit in Babylonem* [32]. Quid vero electa sunt? Quandoquidem vinctum Sedeciam regem abduxit, et Joachim et pontifices : hæc erant electa Libani, quæ Babylonem adduxit. Quid est ergo illud : *Et gloria Libani data est ei?* Quia sacerdotium Jerusalem et prophetia universa in Joannem emigraverat, et tota Hierosolyma, relicto altari, exibat ad accipiendum baptisma Joannis; anteoccupat propheta loqui de deserto Jordanis, inquiens : *Gloria Libani data est ei, et honor Carmeli.* Quis vero honor? Audi veluti in transitu. Elias propheta erat honor Carmeli. Erat quippe in Carmelo Elias. Quia igitur prodiit Joannes *in spiritu et virtute Eliæ* [33] : propterea dicit datum eremo honorem Carmeli, de quo inquit Salvator : *Et si vultis suscipere, ipse est Elias qui venturus est* [34]. Quia igitur aliquando Elias

A λεύων θεοῖς ἀλλοτρίοις, καὶ ἐρεῖ πᾶς ὁ λαός. Ἀμήν. Καὶ ἐφ' ἑκάστῃ ἐντολῇ ἐπίκειται τὸ Ἀμὴν τοῖς παραβαίνουσι. Ἐπὶ δὲ ταῖς εὐλογίαις ἐροῦσι, φησὶν, οἱ Λευῖται· *Εὐλογημένος ὁ φυλάσσων τὸν νόμον Κυρίου, εὐλογημένος ἐν ἀγρῷ, εὐλογημένος ἐν πόλει*, καὶ οὐδαμοῦ τὸ Ἀμὴν ἐν οὐδεμιᾷ τῶν εὐλογιῶν. Τί οὖν αἱ κατάραι λαμβάνουσι τὸ ἐπισφράγισμα, αἱ δὲ εὐλογίαι οὐ δέχονται τὴν σφραγῖδα; Τί βούλεται τὸ σύνθημα; τί ἑρμηνεύει τὸ αἴνιγμα; τῶν ἀποφάσεων πληρωτὴς ἦν ὁ νόμος, τῶν δὲ εὐλογιῶν βεβαιωτὴς Ἰησοῦς. Ἐπειδὴ δὲ ἔδει τὰ μὲν τοῦ νόμου

Ι'. Ἵνα δὲ μὴ δόξῃ τις βεβιασμένον εἶναι τὸν λόγον, B ἀλλὰ μᾶλλον ἐξ αὐτῆς τῆς ἀληθείας μεμαρτυρημένον, ἄκουε Παύλου λέγοντος· *Ὁ γὰρ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς οὐκ ἐγένετο ναὶ καὶ οὔ, ἀλλὰ ναὶ ἐν αὐτῷ γέγονεν. Ὅσαι γὰρ ἐπαγγελίαι Θεοῦ ἐν αὐτῷ, τὸ ναί· καὶ δι' αὐτοῦ, τὸ Ἀμὴν πρὸς δόξαν τῷ Θεῷ.* Ἐντεῦθεν ἔστιν νοῆσαι πάλιν τὸ εἰρημένον ὑπὸ τοῦ Ἀποστόλου· *Ὅτι νεκροὺς ἡμᾶς ὄντας τοῖς παραπτώμασιν καὶ τῇ ἀκροβυστίᾳ τῆς σαρκὸς ἡμῶν, συνεζωοποίησεν ἐν αὐτῷ, χαρισάμενος ἡμῖν πάντα τὰ παραπτώματα ἡμῶν, ἐξαλείψας τὸ καθ' ἡμῶν χειρόγραφον, ὃ ἦν ἡμῖν ὑπεναντίον.* Ποῖον χειρόγραφον; ἔχεις τούτου τὴν ἀπόδειξιν. Ὅτε γὰρ ὑπηγόρευσε τὰς κατάρας ὁ νόμος, τὸ Ἀμὴν τοῦ λαοῦ ὑπογραφὴ ἦν τῶν ἀκουόντων. Ἰησοῦς γὰρ ἦν τὸ πλήρωμα τῶν εὐλογιῶν, ὁ ἐπὶ τοῦ Ἰορδάνου φανείς, ὁ τὴν προφητείαν Ἡσαΐου εἰς ἑαυτὸν πληρώσας. C Ἔλεγεν γὰρ Ἡσαΐας· *Ἀγαλλιάσθω τὰ ἔρημα τοῦ Ἰορδάνου, ὅτι ἡ δόξα Λιβάνου ἐδόθη αὐτῇ, καὶ ἡ τιμὴ τοῦ Καρμήλου.* Τὸ ῥῆμα ἀσαφὲς, σαφηνίζεται διὰ τῆς χάριτος.

ΙΑ'. Λίβανον καλεῖ ἡ Γραφὴ τὴν Ἱερουσαλὴμ τὸ τηνικαῦτα. Καὶ μὴ νομίσῃς βεβιασμένον εἶναι τὸν λόγον. Ἰεζεκιὴλ μαρτυρεῖ περὶ τοῦ Ναβουχοδονόσωρ τοῦ βασιλέως. Ἔλεγε γάρ· *Ὁ ἀετὸς ὁ μέγας, ὁ μεγαλοπτέρυγος, ὁ ἐκτεταμένος ταῖς πτέρυξιν, καὶ πλήρης ὀνύχων, ἦλθεν εἰς τὸν Λίβανον, καὶ ἔλαβεν τὰ ἐκλεκτὰ τῆς κέδρου τοῦ Λιβάνου, καὶ ἀπήγαγεν εἰς Βαβυλῶνα.* Τὰ δὲ ἐκλεκτὰ τίνα ἦν; Ἐπειδὴ Σεδεκίαν δήσας ἀπήγαγεν τὸν βασιλέα καὶ D τὸν Ἰωακεὶμ καὶ τοὺς ἀρχιερεῖς, ταῦτα ἦν τὰ ἐκλεκτὰ τοῦ Λιβάνου, καὶ ἀπήγαγεν εἰς Βαβυλῶνα. Τί οὖν ἐστιν τό· *Καὶ ἡ δόξα τοῦ Λιβάνου ἐδόθη αὐτῇ;* Ἐπειδὴ ἡ ἱερωσύνη τῆς Ἱερουσαλὴμ καὶ ἡ προφητεία πᾶσα μετέβη εἰς τὸν Ἰωάννην, καὶ πᾶσα ἡ Ἱεροσόλυμα, καταλιποῦσα τὸ θυσιαστήριον, ἐξήρχετο ἐπὶ τὸ λαβεῖν τὸ βάπτισμα Ἰωάννου, προλαβὼν ὁ προφήτης λέγει περὶ τῆς ἐρήμου τοῦ Ἰορδάνου· *Ἡ δόξα τοῦ Λιβάνου ἐδόθη αὐτῇ, καὶ ἡ τιμὴ τοῦ Καρμήλου.* Καὶ τίς ἡ τιμή; Ἄκουε, ὡς ἐν παραδρομῇ. Ἠλίας ἦν ὁ προφήτης ἡ τιμὴ τοῦ Καρμήλου. Ἠλίας γὰρ ἦν ἐν τῷ Καρμήλῳ. Ἐπεὶ οὖν προῆλθεν Ἰωάννης ἐν πνεύματι καὶ δυνάμει Ἠλίου, διὰ τοῦτό φησιν·

[28] Deut. xxviii, 1, 3. [29] II Cor. i, 19, 20. [30] Coloss. ii, 13, 14. [31] Isai. xxxv, 1, 2. [32] Ezech. xvii, 3, 4. [33] Luc. i, 17. [34] Matth. xi, 14.

Ἐδόθη ἡ τιμὴ τοῦ Καρμήλου τῇ ἐρήμῳ, περὶ οὗ φησιν ὁ Σωτήρ· *Καὶ εἰ θέλετε δέξασθαι, αὐτός ἐστιν Ἠλίας ὁ μέλλων ἔρχεσθαι.* Ἐπεὶ οὖν ποτὲ μὲν Ἠλίας ᾤκει τὸν Κάρμηλον, νῦν δὲ Ἰωάννης τὴν ἔρημον, εἰκότως φησίν· *Ἡ δόξα τοῦ Λιβάνου ἐδόθη αὐτῇ, καὶ ἡ τιμὴ τοῦ Καρμήλου.* A Carmelum incolebat, nunc vero eremum Joannes, propterea merito dicit : *Gloria Libani data est ei, et honor Carmeli.*

ΙΒ'. Νῦν δὲ, ἀδελφοὶ, ἡ δόξα ἐκείνη οὐ τὴν ἔρημον μόνην ἐπλήρωσεν, ἀλλὰ καὶ τὴν οἰκουμένην ἅπασαν. Σήμερον γὰρ πανταχοῦ τῆς γῆς ὕμνοι καὶ θεολογίαι· ἀπὸ ἑσπέρας μέχρι τῆς δεῦρο ἑστήκασιν ἄνθρωποι, καὶ ὕμνοις τὸν ὕπνον ἐνίκησαν· καὶ ἡ χάρις ἐδείκνυτο, καὶ ἡ φύσις οὐκ ἠλέγχετο. Καὶ μάλα εἰκότως. Ὥσπερ γὰρ σίδηρος, πυρὶ προσομιλήσας, ὃ μὲν ἦν, οὐκέτι φαίνεται, ὃ δὲ οὐκ ἦν, ἐπενδύεται, οὐ τὴν φύσιν ἀποτιθέμενος, ἀλλ' ἐπὶ τὴν φύσιν τὴν λαμπρότητα δεξόμενος· οὕτως καὶ ἡμεῖς καταξιωθέντες τοῦ ἁγίου Πνεύματος, ἠρνησάμεθα τοῦ σώματος τὴν ἀσθένειαν, καὶ ἐνεδυσάμεθα τοῦ Πνεύματος τὴν ἐνέργειαν. Ἕστηκεν ἡ Ἐκκλησία διόλου λάμπουσα, καὶ πληροῦται ἐπ' αὐτῇ τό· *Ἐγένετο ἑσπέρα, καὶ ἐγένετο πρωῒ ἡμέρα μία.* Οὐκ εἶχεν ἡ νὺξ σκότος, τῇ θεολογίᾳ φωτιζόμενος (4). Οὐκ εἶχεν ἡ νὺξ σκότος· τῷ γὰρ θείῳ Λόγῳ κατελάμπετο κατὰ τὸ εἰρημένον ὑπὸ τοῦ Δαβίδ· *Καὶ νὺξ φωτισμὸς ἐν τῇ τρυφῇ μου, ὅτι σκότος οὐ σκοτισθήσεται ἀπὸ σοῦ, καὶ νὺξ ὡς ἡμέρα φωτισθήσεται.* Τοσοῦτον φῶς, τοσοῦτον κάλλος περιαστράπτει τὴν Ἐκκλησίαν. Γένοιτο δὲ ἡμᾶς, ἀδελφοὶ, θείᾳ χάριτι πάντοτε καταλαμπομένους τῷ παναγίῳ Θεῷ δόξαν ἀναπέμπειν· ᾧ πρέπει δόξα καὶ τιμὴ εἰς τοὺς αἰῶνας. Ἀμήν.

XII. Nunc vero, fratres, gloria illa non solum eremum implevit, sed et orbem terrarum universum. Hodie enim ubique terrarum hymni et sermones de Deo. A vespere ad hanc usque horam steterunt homines, et hymnis somnum vicerunt ; gratia apparebat, et natura non arguebatur. Ac merito sane. Quemadmodum enim ferrum quod diu in igne fuit, quod quidem erat non amplius apparet, et quod non erat induit ; non naturam exuens, sed ad naturam splendorem accipiens : sic etiam nos digni effecti sancto Spiritu, abnegavimus corporis imbecillitatem, et induimus Spiritus efficaciam. Stetit Ecclesia per omnia fulgens, impleturque in ea illud : *Fuit vespera, et fuit mane dies una* [32]. Non habebat nox obscuritatem (5), assiduo illustrata sermone de Deo. Non habebat obscuritatem : divino enim Verbo illustrabatur, juxta quod a Davide dictum est : *Et nox illuminatio in voluptate mea; quia tenebræ non tenebrescent a te, et nox sicut dies illuminabitur* [33]. Tanta lux, tanta pulchritudo circumfulget Ecclesiæ. Contingat autem nos, fratres, divina gratia semper illustratos sanctissimo Deo gloriam reddere, quem decet gloria et honor in sæcula, Amen.

B

[32] Gen. I, 5. [33] Psal. CXXXVIII, 11, 12.

(4) Φωτιζομένη puto legendum, vel φωτιζόμενον.
(5) Videntur vigilasse a vespere ad multam jam diem veteres in festo Epiphaniæ.

DE SEQUENTI HOMILIA MONITUM.

(Mai *Spicil. Rom.* X, p. 121.)

In codice prisco Sessoriano, observante P. Amatore, nec non in alio exemplari homilia exstat De Kalendis Januarii, *cui* sancti Severiani *nomen inscriptum est. Hunc ego sermonem, facta collatione, diversum esse comperiebam a sermonibus per easdem Kalendas dictis* 1. *S. Augustini serm. XCVII, et XCVIII;* 2. *S. Petri Chrysologi serm. CLV ;* 3 *S. Ambrosii serm. VII ;* 4. *S. Asterii Amaseni apud Combefisium* Nov. auct. *t. I, p.* 65 (*Patrol. Gr.* t. XL) ; 5. *S. Maximi Taurin. serm. XVI ;* 6, *Attonis Vercell. serm. III, apud me* Scrip. vet. *t. VI, part.* II, *p.* 13. *Quid agerem ? Satisne quæsivisse me de hoc scripto crederem, an ipsum adhuc suspicarer alicubi editum, sive sub Severiani sive sub cujuspiam alterius nomine? Certe de Gabalitano episcopo Severiano vix cogitandum putabam, etenim Latina elocutio talis est, quæ de Græco fonte manare non videtur. Num Severini potius nomen sub Severiano latere arbitrarer, quæ reapse commutatio in nonnullis codicibus fit, ubi aliquot S. Petri Chrysologi sermones, modo Severino inscribuntur modo Severiano? Verumtamen ne Severini quidem episcopi ullus quod sciam sermo exstat. Nam Severini sententiæ illæ a Sirmondo Opp. t. II, editæ, et a Pezio* Thesaur. anecd. *t. IV, ceu ineditæ repetitæ (quanquam is postea errorem suum agnovit) nihil habent quod ad hunc referri sermonem queat. Verumtamen ne pretiosum fugientis vitæ tempus in hac meditatione diutius tererem, hic velut in libri angulo eruditum hunc sermunculum collocare decrevi, de quo otiosiores et curiosiores homines pro sua industria disquirent et judicabunt.*

SEVERIANI EPISCOPI

HOMILIA DE PYTHONIBUS ET MALEFICIIS.

Evangelica modo claudenda nobis tuba (6) est, modo tacendi nobis sunt apostolici sensus, ut illa tantum lamentationis propheticæ resonet cantilena, quæ dicit : *Obmutui et humiliatus sum, et silui a bonis, et dolor meus renovatus est* [34]. Renovatur dolor pontificis Christiani, quando gentilium error nec veterescit tempore, nec tanto fidei fulgore dispergitur. Ecce veniunt dies, ecce Kalendæ veniunt, et tota dæmonum pompa procedit, idolorum tota producitur officina, et sacrilegio vetusto anni novitas consecratur. Figurant Saturnum, faciunt Jovem, formant Herculem, exponunt cum venantibus (7) suis Dianam, circumducunt Vulcanum verbis anhelantem turpitudines suas, et plura quorum *quia* portenta sunt, nomina sunt tacenda ; quorum deformitates quia natura non habet, creatura nescit, fingere ars laborat. Præterea vestiuntur homines in pecudes, et in feminas viros vertunt, honestatem rident, violant judicia, censuram publicam rident, illudunt sæculo teste, et dicunt se facientes ista jocari. Non sunt joca, sed sunt crimina. In idolum transfiguratur homo. Et si ire ad idola crimen est, esse idolum quid videtur ? Ad Dei imaginem factus est homo. Quidquid in te impie propria deformitate intuleris, ad Dei pertendit injuriam. Plane non sunt hæc usquequaque tua vota, sed ex parte maxima sunt judicia Dei, ut eorum, quorum per Deum perit cultus, per te sæculorum pertendatur et mapeat turpitudo.

Namque talium deorum facies ut pernigrari possint, carbo deficit ; et ut eorum habitus pleno cumuletur horrore, paleæ, pelles, panni, stercora, toto sæculo perquiruntur ; et quidquid est confusionis humanæ, in eorum facie collocatur. Et pejus operantur qui gyrant bestiola sua ubi ignem accendunt, et in tali insania confidunt ; putant bonum opus facere sibi, et sic incurrunt grave delictum. Quia ille inter tales deos magnificentior creditur, qui inter turpes turpior invenitur. Et ille magnificus habetur, quem pro deformitate singulari potuerint ipsa monstra mirari. Impletum est in illis propheticum maledictum : *Similes illis fiant qui faciunt ea, et omnes qui confidunt in eis* [35]. Et hoc Christiani vident, Christiani exspectant (8), admittunt in domos suas, Christiani in domibus suis recipiunt ? immemores illius apostolici dicti : *Quoniam qui talia agunt, digni sunt morte* [36].

Sed dicis : Qui faciunt ea, moriantur. Non te excusat sermo quem voluntas accusat, nec separat officium quem constringit et adjungit assensus. Audi quid sequitur : *Non solum qui faciunt ea, sed et qui consentiunt facientibus* [37]. Rogo vos, vel inter mala cessent mala. Credite, credite, deficerent, si ea Christianorum simulatio non transiret (9). Fugite ista, o Christiani, fugite ; claudite vos ut non videatis talia insanientes ; claudite vos vestrasque domos, quia Deus qui in occulto videt, circumveniri non potest in aperto. *Exite*, exite, sicut dixit propheta, *de medio eorum, et separamini ab eis, et ne immundum tetigeritis* [38] : ut tandem nostro resipiscant studio, qui hactenus nostro colludio sunt decepti. Fugite ergo dæmonica ista, si divina desideratis audire.

Exin continuatur in uno e codicibus, tanquam pars prædicti sermonis sic : Quanquam non dubitem vos, charissimi, per paternam sollicitudinem, etc., *qui videlicet est S. Maximi sermo decimus sextus in Romana Bruni editione, perperam in codice cum Severiano contextus.*

[34] Psal. xxxviii, 3. [35] Psal. cxiii, 8. [36] Rom. i, 32. [37] ibid. [38] Isa. lii, 11 ; II Cor. vi, 17.

(6) In alio codice *lectio* pro *tuba*.
(7) Codd. *vernantibus*.
(8) Ita codd. pro *spectant*, ut alibi.
(9) Nempe *toleraret*.

SEVERIANI HOMILIA

De sigillis librorum, et quomodo Filius Patri, Pater Filio offerat, ac de Servatoris incarnatione.

Vide inter Opera S. Joannis Chrysostomi nostræ editionis, tom. XII, col. 539.

EJUSDEM HOMILIA CONTRA JUDÆOS.

Vide ubi supra, tom. X, col. 793.

EJUSDEM SERMONES XV

Ex Armenicis codicibus Venetiis anno 1827, curante Auchero, editi.

Vide ad annum supra positum hujusce Patrologiæ seriem mere Orientalem.

ANNO DOMINI CDXII

THEOPHILUS

ALEXANDRINUS EPISCOPUS

—

NOTITIA

(Galland., *Veterum Patrum Biblioth.*, t. VII, Proleg., p. xxvii.)

—

I. Longum esset ire per singula, quæ de Theophilo Ecclesiæ Alexandrinæ antistite veteres litteris tradidere. Neque nostri demum instituti ratio id patitur, quin et ab ejusmodi munere pensoque absolvendo nos prohibet omnino, cum nostra tantummodo intersit, ea summatim attingere, quæ temporis notationem præcipue respiciunt. Anno itaque 385 Arcadio Augusto primum et Bautone coss., teste Socrate (*a*), sublato ex hac luce Timotheo de quo superius verba fecimus, mense Julio desinente, Theophilus sacerdotii administrationem suscepit. Eo instante atque adnitente funditus excisum celeberrimum Serapidis templum : quod contigisse anno 391 pluribus ostendit Pagius (*b*). Rem fuse describunt præ cæteris Theodoritus (*c*), Socrates (*d*) et Sozomenus (*e*) : neque de hujusmodi facinore siluit Eunapius (*f*). Exinde vero profani cultus idolorum reliquias per Ægyptum delevit. A Anno circiter 392 synodus Capuana ob sedis Alexandrinæ præcipuam in Oriente auctoritatem ipsum delegit ad componendum dissidium inter Flavianum et Evagrium, Paulino demortuo in episcopatu Antiocheno suffectum : ejus tamen judicium Flavianus admittere noluit. Qua de re sanctus Ambrosius ad eumdem Theophilum scribens (*g*) : *Non habet*, inquit, *quod urgeat Evagrius ; habet quod metuat Flavianus, ideoque refugit examen. Dent fratres veniam dolori justo, quia propter ipsos universus orbis concutitur ; et illi tamen nostro non compatiuntur dolori.* Plura item legas apud Socratem (*h*) et Sozomenum (*i*). Interfuit præterea concilio Constantinopolitano, desinente anno 394 coacto, ubi Agapii et Bagadii controversia de Bostrensi B episcopatu agitata. Videsis Zonaram (*j*) et Balsamonem (*k*). Quatuor post annos Constantinopolim remeavit ad inaugurandum sanctum Joannem Chry-

(*a*) Socrat. *Hist. eccl.* lib. v, cap. 12.
(*b*) Pagi ad ann. 389, § 12 seq.
(*c*) Theodor. *Hist. eccl.* lib. v, cap. 22.
(*d*) Socrat. lib. v, cap. 16.
(*e*) Sozom. lib. vii, cap. 15
(*f*) Eunap. *Vit. philos.* cap. 4, pag. 64 seq.
(*g*) Ambr. epist. 56, § 1, Opp. tom. II, pag. 1006.
(*h*) Socrat. *Hist. eccl.* lib. v, cap. 15.
(*i*) Sozom. lib. vii, cap. 15.
(*j*) Zonar. in Can., pag. 525.
(*k*) Balsam. in Can., pag. 761.

sostomum in illius regiæ urbis præsulem recens electum : quem tamen deinceps acriter est insectatus, et in synodo Quercensi anno 403 exauctorandum curavit. Denique lethargia correptus supremum diem clausit anno 412, Idibus Octobris, Honorio IX et Theodosio V coss., ut scribit Socrates (*a*) : adeoque totos XXVII annos tresque menses haud completos Ecclesiam rexit Alexandrinam.

II. Complura litteris consignasse Theophilum, tum ex iis quæ hodienum integra superant, tum vero ex eorum fragmentis quæ interciderunt, apud veteres servatis, intelligimus. Horum autem præcipua tantum breviter hic recensebimus ; reliqua vero prætermittimus, internoscenda ex inscriptionibus quæ fontes aperiunt unde illa potissimum hausimus. Itaque inter Theophili scripta principem locum obtinet ejus Cyclus paschalis *quadringentorum octodecim annorum*, ut ait Cyrillus, auctoris nepos et successor (*b*). Quam quidem periodum paschalem Theodosii Magni rogatu contexuit, cum nondum esset episcopus, eidemque Augusto dicavit. At vero *ne forte tot annorum congeries aut fastidium cognoscendi, aut pigritiam describendi quibusdam afferret*, laterculum centum annorum composuit *a primo anno consulatus* ejusdem Theodosii, Christi vulgari 380, initium ducens, ut ex eodem Cyrillo erudimur (*c*). De hujusmodi autem Theophili cyclo et laterculo, præter Bucherium (*d*) et Tillemontium (*e*), plura erudite observat Joannes Van der Haagen in peculiari dissertatione, quam hoc de argumento conscripsit. Superest etiamnum Prologus quem auctor sive suo cyclo sive laterculo præfixit : ejusque Græca ex Petavio (*f*), veterem vero versionem ex laudato Bucherio (*g*) descripsimus.

III. Theophili epistolis superstitibus *Edicta canonica* X et *responsa* III, cum Balsamonis commentariis præmisimus, ex Pandectis canonum Beveregii desumpta (*h*). Inter epistolas vero statim subjectas illa eminet, quam auctor Palæstinis et Cypriis inscripsit ; ubi plura de Origenis erroribus disserit. Hanc autem epistolam magni sane ducendam, ex pervetusto Mediolanensis ms. bibliothecæ Ambrosianæ primus e tenebris eruit eruditissimus Vallarsius : eique præterea ex eodem codice tres alias attexuit, ad eamdem causam pertinentes ; nimirum ad præcedentem Theophili epistolam synodi Hierosolymitanæ responsum, Dionysiique Liddensis seu Diospolitani *ad* eumdem *Theophilum*, nec non Anastasii papæ *ad Simplicianum* epistolas : quas omnes cum sanctus Hieronymus Latio reddiderit, ut ipsemet innuere videtur (*i*), laudatus Vallarsius in suam Doctoris maximi Operum editionem invexit (*j*). Exinde vero tres priores epistolas prelo consignandas accepimus, quarta Anastasiana prætermissa quam alibi postea exhibebimus ; iisque notas Vallarsianas textus litteram respicientes subjecimus, pauculis nostris intextis.

Hic porro haud est omittendum, existimasse ci. editorem (*k*) ejusmodi Theophili epistolam esse ipsam illam synodicam, quam ab se fuisse Latine redditam scribit sanctus Hieronymus, ubi ait (*l*) : *Duas, synodicam et paschalem ejus* (Theophili) *epistolas contra Origenem illiusque discipulos— per hoc ferme biennium interpretatus sum, et in ædificationem Ecclesiæ legendas nostræ linguæ hominibus dedi.* Verum ejus sententiam aliis minus probatam comperimus. Noster certe Hieronymus de Prato pluribus nec levibus argumentis eam infirmasse novimus (*m*) : eique deinceps adhæsisse virum doctum Joan. Franc. Bernardum de Rubeis intelligimus (*n*). Quam quidem disceptationem aliis dijudicandam relinquimus.

IV. Hujusmodi autem Theophilensem epistolam, *encyclicam* potius quam *synodicam* fortasse appellandam, tres excipiunt *paschales epistolæ* annorum 401, 402 et 404. Constat enim antistites Alexandrinos de more illius Ecclesiæ quotannis, *peracto Epiphaniorum die*, ut inquit Cassianus (*o*), epistolas promulgasse ad solemne Paschatis tempus indicendum, *paschales* propterea, sive etiam quandoque *festales* dictæ. Has vero Theophili epistolas Latinis auribus donavit sanctus Hieronymus, atque inter ejus opera plerumque circumferuntur ; sed in omnibus editis, si Vallarsianum excipias, ordine præpostero fuere dispositæ. Inversionem primus detexit eminentissimus Norisius (*p*), qui proinde singulas suis annis accurate restituit.

Prima itaque, cujus est exordium, *Christum Jesum Dominum*, sub finem Pascha indicit celebrandum die XIX mensis Pharmuthi juxta cyclos Ægyptios, nempe apud Latinos juxta supputationem Julianam die XIV Aprilis : qua sane die in Ecclesia Romana celebratum est festum paschale anno 401, cyclo solis XVIII, lunæ III, litt. Dom. F. Hæc autem

(*a*) Socrat. *Hist. eccl.* lib. VII, cap. 7.
(*b*) Cyrill. Alex. in Proleg. num. 2, apud Bucher. *De doctr. temp.*, pag. 482.
(*c*) Id. ibid. numm. 2 et 6.
(*d*) Bucher. *De doctr. temp.* pag. 129 seqq.
(*e*) Tillem. *Mém. eccl.* tom. XI, pagg. 469 et 639, not. V *sur Théophile.*
(*f*) Petav. *De doctr. temp.* tom. II, pag. 501.
(*g*) Bucher. l. c. pag. 471-473.
(*h*) Bever. *Pand. Can.* tom. II, pagg. 170-175.
(*i*) Hieron. lib. I *Apolog. contr. Rufin.* § 12, Opp. tom. II, pag. 468.
(*j*) Vallars. edit. Hieron. tom. I, pagg. 531-552.
(*k*) Id. præfat. ad tom. I, pag. 29, num. 5 : et pag. 537. in not. et tom. XI ; in *Vit. S. Hier.* pagg. 183-188.
(*l*) Hieron. lib. III *contr. Rufin.* § 16, tom. II, p. 545.
(*m*) H. de Prato Dissert. VI *ad Sulpic. Sev.* tom. I, pagg. 277 seqq.
(*n*) B. de Rub. *Dissert. de Rufin.* cap. 15, pagg. 100 seqq.
(*o*) Cassian. *Collat.* 10, cap. 2.
(*p*) Noris. *Hist. Pelag.* lib. I, cap. 2. et *Dissert. de sanct. Siric. Pp.* Opp. tom. I, pagg. 20 seqq., et tom. IV, pagg. 726 seqq. edit. Veron.

Theophili epistola in vulgatis editionibus *secunda* perperam signatur.

Secunda porro quæ incipit : *Primum solemnitatis augustæ servo divinus*, quæque antea male in editis tanquam *prima* habebatur, Pascha futurum denuntiat die XI mensis Pharmuthi, id est juxta epocham Julianam die VI Aprilis : qua quidem die a Latinis anno 402, paschalia festa peracta sunt, cyclo solis XIX, lunæ IV, litt. Dom. E.

Tertia denique incipiens : *Nunc quoque Dei viva sapientia*, Pascha designat peragendum die XXII ejusdem mensis Pharmuthi : eaque die anno bissextili 404 celebratum fuit cyclo solis XXI, lunæ VI, litteris Dom. C, B.

Atque ita quidem trium Theophili epistolarum A paschalium ordinem a Norisio viro doctissimo restitutum secuti sumus post Vallarsium, ex cujus recensita editione Hieronymiana eas protulimus. Adjecimus præterea earumdem epistolarum fragmenta Græca, non solum ex Cyrillo Alexandrino ac Theodorito, verum etiam ex Cosma Indicopleuste desumpta : quod nemini hactenus animadversum. Adhæc ex actis concilii Ephesini duo alia Græca fragmenta ex ejusdem Theophili epistolis paschalibus V et VI excerpta subdidimus.

Quæ vero pone subsequuntur epistolæ, aliaque ex auctoris nostri operibus deperditis simul collecta fragmenta, nec non ipsius apophthegmata : hæc, inquam, omnia unde sint demum hausta, loca ubique singillatim præmonstrata docebunt.

ΘΕΟΦΙΛΟΥ

ΑΡΧΙΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΛΛΕΞΑΝΔΡΕΙΑΣ

ΠΡΟΣΦΩΝΗΣΙΣ

ΤΩΝ ΑΓΙΩΝ ΘΕΟΦΑΝΙΩΝ ΕΠΙΣΤΑΝΤΩΝ ΕΝ ΚΥΡΙΑΚΗ.

—

EDICTUM THEOPHILI

ARCHIEPISCOPI ALEXANDRINI,

CUM SANCTA THEOPHANIA IN DIE DOMINICO INSTARENT.

—

Καὶ τὸ ἔθος (1) καὶ τὸ πρέπον ἡμᾶς ἀπαιτεῖ B πᾶσαν Κυριακὴν τιμᾶν, καὶ ἐν ταύτῃ πανηγυρίζειν, ἐπειδήπερ ἐν ταύτῃ ὁ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς τὴν ἐκ νεκρῶν ἀνάστασιν ἡμῖν ἐπραγματεύσατο. Διὸ καὶ ἐν ταῖς ἱεραῖς Γραφαῖς, καὶ πρώτη κέκληται, ὡς ἀρχὴ ζωῆς ἡμῖν ὑπάρχουσα, καὶ ὀγδόη, ἅτε ὑπερβεβηκυῖα τὸν τῶν Ἰουδαίων σαββατισμόν. Ἐπεὶ οὖν συνέβη τὴν τῶν ἁγίων Θεοφανίων νηστίμον ἡμέραν εἶναι ταύτην, οἰκονομήσωμεν, καὶ πρὸς ἑκατέρων ἐπιστημόνως χωρήσωμεν, ἵνα μεταλαμβάνοντες ὀλίγων φοινίκων, ἐκκλίνωμεν ἅμα καὶ τὰς αἱρέσεις τὰς μὴ τιμώσας τὴν ἀναστάσιμον τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ ἡμέραν, καὶ τὸ ὀφειλόμενον τῇ νηστίμῳ ἡμέρᾳ ἀποδῶμεν, περιμένοντες τὴν ἑσπερινὴν σύναξιν, ἧτις ἐνταῦθα, Θεοῦ θέλοντος, τελεῖται. Συναχθῶμεν τοίνυν ἀπὸ ὥρας ἐνάτης ἐνταῦθα.

Et mos et honestas a nobis exigit, ut omnem diem Dominicum honoremus, eumque celebremus ; quoniam Dominus noster Jesus Christus præclarum in ea suæ resurrectionis munus obiit. Et ideo in sacris Scripturis ipse, et primus appellatus est, ut qui sit nobis vitæ principium, et octavus, ut qui Judæorum sabbatismum exsuperaverit. Quia ergo accidit, ut sanctorum Theophaniorum hic esset dies jejunio peragendus, dispensemus, et ad utrumque scientes procedamus, ut paucos dactylos sumentes, simul et hæreses vitemus, quæ Domini nostri Jesu Christi resurrectionis diem non honorant, et diei jejunii quod debetur reddamus, vespertinam congregationem exspectantes, quæ hic, Deo dante, peragitur. Congregamur ergo hic ab hora nona.

(1) Hæc descripsimus ex *Pandect. canon.* Beveregii, tom. II, pagg. 170-175. Exstant præterea in *Conciliorum collectione*, tom. II, pag. 1576 seqq. edit. Veneto-Labb.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ ΥΠΟΜΝΗΣΤΙΚΟΝ

Ὅπερ ἔλαβε Ἀμμῶν, διὰ τὴν Λυκώ.

EJUSDEM COMMONITORIUM QUOD ACCEPIT AMMON PROPTER LYCO.

CANON I.

De iis qui Arianis communicaverunt, et Ecclesias huc usque detinent, ut se habet consuetudo, fiat : ita tamen ut alii constituantur, qui in orthodoxia testificentur, et illi permaneant. His quoque ita dispensatis, ut aliis urbibus orthodoxi in Thebaide episcopi fecerunt, qui ab episcopo Apolline constituti, et qui cum Arianis Ecclesias habentibus communicantes, puniantur; si quidem ipsorum voluntate hoc fecerunt; sin autem proprio episcopo obedierunt, permaneant, etsi quod justum est non noverint. Et si omnes quidem populi eos cum aliis rejiciant, alii ordinentur; sin autem eos retinent cum illis quibus communicarunt, ii quoque eam consuetudinem experiantur, qua usi sunt omnes orthodoxi in Thebaide episcopi.

ΚΑΝΩΝ Α'.

Περὶ τῶν κοινωνησάντων τοῖς Ἀρειανοῖς καὶ μέχρι νῦν τὰς Ἐκκλησίας κατεχόντων, ὡς ἔθος γινέσθω, οὕτω μέντοι ἑτέρους καταστῆναι μαρτυρουμένους ἐν ὀρθοδοξίᾳ, κἀκείνους αὐλίζεσθαι. Οὕτως οἰκονομουμένων καὶ τούτων, ὥσπερ καὶ ἐν ταῖς ἄλλαις πόλεσι πεποιήκασιν οἱ ἐν τῇ Θηβαΐδι ὀρθόδοξοι ἐπίσκοποι, οἱ καταστάντες παρὰ τοῦ Ἀπόλλωνος τοῦ ἐπισκόπου, καὶ κοινωνήσαντες τοῖς ἔχουσι τὰς Ἐκκλησίας Ἀρειανοῖς, ἐπιτιμάσθωσαν, εἴγε γνώμῃ αὐτῶν πεποιήκασι τοῦτο· εἰ δὲ ὑπήκοοι γεγόνασι τῷ οἰκείῳ ἐπισκόπῳ, αὐλιζέσθωσαν, καὶ μὴ ἐπεγνωκότες τὸ εὔλογον. Καὶ εἰ μὲν πάντες οἱ λαοὶ τούτους ἀποποιοῦνται μετὰ τῶν ἄλλων, ἕτεροι χειροτονείσθωσαν· εἰ δὲ ἀντιποιοῦνται αὐτῶν μετ' ἐκείνων οἷς κεκοινωνήκασι ταῦτα, καὶ οὗτοι ἀποπειράσθωσαν τῆς συνηθείας, ᾗ ἐχρήσαντο οἱ ἐν Θηβαΐδι πάντες ἐπίσκοποι ὀρθόδοξοι.

CANON II.

De Bisto, qui in Ereba constitutus est presbyter, quærendum est; et si alicui quidem mulieri separatæ, vivente marito, vim attulit, non sinatur esse presbyter; nam ne ut laicus quidem debet communicare, cum eos qui tales sunt separare consueverit Ecclesia. Hoc autem nullum affert episcopo Apollini præjudicium, si eum per ignorantiam constituit; cum sancta synodus jusserit eos, qui post ordinationem propter crimen indigni esse convincuntur, expelli.

ΚΑΝΩΝ Β'.

Περὶ Βίστου καταστάντος ἐν Ἐρέβῃ πρεσβυτέρου ζητητέον· καὶ εἰ μὲν ἀποταξαμένην τινὰ ζῶντος τοῦ ἀνδρὸς ἐβιάσατο, μὴ συγχωρεῖσθω εἶναι πρεσβύτερος, ὅπου γε οὐδὲ ὡς λαϊκὸς ὀφείλει συνάγεσθαι, τῆς Ἐκκλησίας εἰωθυίας τοὺς τοιούτους χωρίζειν. Οὐ φέρει δὲ τοῦτο πρόκριμα τῷ ἐπισκόπῳ Ἀπόλλωνι, εἰ ἐξ ἀγνοίας αὐτὸν κατέστησε, τῆς ἁγίας συνόδου κελευσάσης τοὺς ἀναξίους μετὰ τὴν χειροτονίαν ἐλεγχομένους ἐπὶ ἐγκλήματι ἐκβαλέσθαι.

BALS. Bistus ab Apolline episcopo presbyter constitutus fuerat in Ereba; est autem ea regio Ægypti sicut et Lyco. Is vero dicebatur ante ordinationem mulieri separatæ vim attulisse, vivo marito. De eo igitur interrogatus Theophilus, inquit : Quæratur an sit verum eum mulieri vim attulisse, et si ita sit, ne ei esse presbyterum permittatur. Quomodo enim fuerit is presbyter, cui nec laico in ecclesiam quidem permittitur ingredi, cum sit propter peccatum segregatus? Eos enim, qui sunt ejusmodi, extrudit Ecclesia et separat a fidelibus. Hoc autem a Theophilo nequaquam canonice dictum est : quandoquidem sanctorum apostolorum XXV canon, et magni Basilii tertius et XXXII, et Carthagin. syn. XXII, clericos, qui peccarunt, et depositi fuerunt, a communione non arcent. Quod autem ordinatus sit, id non affert damnum episcopo, qui eum, peccatum ignorans, ordinavit. Statuit enim synodus, ut qui peccatorum convicti fuerunt, etiam post ordinationem ejiciantur. Id autem est primæ synodi Nicænæ can. IX. Illud autem : *Separatæ vivo marito;* facti est, et ideo adjectum

ΒΑΛΣ. Ὁ Βίστος παρὰ Ἀπόλλωνος ἐπισκόπου κατέστη πρεσβύτερος ἐν Ἐρέβῃ· χώρα δὲ αὕτη Αἰγυπτίων ἐστὶν, ὥσπερ καὶ ἡ Λυκώ. Ἐλέγετο δὲ περὶ ἐκείνου, ὅτι πρὸ τῆς χειροτονίας γυναῖκα ἐβιάσατο ἀποταξαμένην ζῶντος τοῦ ἀνδρός. Περὶ τούτου οὖν ἐρωτηθεὶς ὁ Θεόφιλος, ἔφη, ὅτι ἐρευνηθήτω, καὶ εἰ ἀληθές ἐστι τὸ βιάσασθαι αὐτὸν τὴν γυναῖκα, μὴ συγχωρείσθω εἶναι πρεσβύτερος. Πῶς γὰρ εἴη πρεσβύτερος, ὃς οὐδὲ λαϊκὸς συγχωρεῖται εἰσιέναι εἰς ἐκκλησίαν, ἀφοριζόμενος διὰ τὸ ἁμάρτημα; ἐξωθεῖ γὰρ τοὺς τοιούτους ἡ Ἐκκλησία καὶ χωρίζει ἀπὸ τῶν πιστῶν. Τοῦτο δὲ οὐ κανονικῶς τῷ Θεοφίλῳ εἴρηται· ὅ τε γὰρ τῶν ἁγίων ἀποστόλων κε' κανὼν, καὶ ὁ τοῦ μεγάλου Βασιλείου τρίτος καὶ ὁ λβ', καὶ ὁ τῆς ἐν Καρθαγένῃ κβ' τοὺς κληρικοὺς ἁμαρτήσαντας, καὶ καθαιρεθέντας, τῆς κοινωνίας οὐκ ἀπείργουσι. Τὸ δὲ χειροτονηθῆναι αὐτὸν οὐ φέρει βλάβην τῷ χειροτονήσαντι αὐτὸν ἐπισκόπῳ ἐξ ἀγνοίας τοῦ ἁμαρτήματος· ἡ γὰρ σύνοδος ὥρισε τοὺς ἐλεγχομένους ἐπὶ ἐγκλήματι καὶ μετὰ τὴν χειροτονίαν ἐκβάλλεσθαι. Τοῦτο δὲ τῆς ἐν Νικαίᾳ συνόδου πρώτης ἐστὶ κανὼν ἔννατος. Τὸ δὲ, *ἀποταξαμένην*

ζῶντος τοῦ ἀνδρὸς, τοῦ φάκτου ἔστι, διὰ τοῦτο καὶ τὸ, τινὰ, πρόσκειται, ὥσπερ καὶ τὸ ἐβιάσατο. Κἂν γὰρ ἁπλῶς ἄλλῃ συνεφθάρη γυναικὶ μὴ ἀποταξαμένῃ, καὶ οὕτως ἡ καθαίρεσις αὐτῷ ἐπήγετο, κἂν μὴ ἐβιάσατο αὐτήν.

A est : Alicui, sicut et illud, *vim attulit*. Licet enim simpliciter cum muliere aliqua, non separata, rem habuerit; sic quoque in eum depositio introducta est, etsi ei vim non attulerit.

ΚΑΝΩΝ Γ'.

Περὶ δὲ Σοὺρ, ἐπειδὴ ὁ ἐπίσκοπος Ἀπόλλων διεβεβαιώσατο καὶ ἀπεσταλκέναι τοῦτον καὶ ἀλλότριον τῆς Ἐκκλησίας πεποιηκέναι, ἔστω οὕτως ὡς ἀπεφήνατο ὁ ἐπίσκοπος, χρωμένου ἐκείνου ταῖς οἰκείαις δικαιολογίαις, εἴγε βούλεται, καὶ μέμψεται τὴν ἀπόφασιν τοῦ ἐπισκόπου.

CANON III.

De Sur autem, quia Apollo episcopus affirmavit se et eum amandavisse, et ab Ecclesia alienum fecisse, ita sit ut pronuntiavit episcopus; utente illo suis defensionibus, si vult, et de episcopi sententia conqueritur.

ΒΑΛΣ. Κληρικὸς ἦν ὁ Σοὺρ τοῦ ἐπισκόπου Ἀπόλλωνος· ὃς ἐπίσκοπος αὐτὸν ἀπεσταλκέναι τοῦ κλήρου διεβεβαιώσατο, ἀντὶ τοῦ ἐκβεβληκέναι. Ἔστω οὖν, φησὶ, κατὰ τὴν ἐπ' αὐτῷ κρίσιν τοῦ ἐπισκόπου, τοῦ κλήρου ἀλλότριος. Εἰ δὲ αἰτιᾶται τὴν τοῦ ἐπισκόπου ἀπόφασιν, χράσθω ταῖς οἰκείαις δικαιολογίαις παρὰ τῇ συνόδῳ, ἐξ ἧς ἦν πάντως καὶ ὁ ἐπίσκοπος.

BALS. Erat quidem Sur clericus episcopi Apollinis, qui episcopus se eum a clero amandasse, id est, expulisse, affirmavit. Sit ergo, inquit, secundum episcopi judicium, quod in ipsum prolatum est, a clero alienus. Sin autem episcopi sententiam accusat, utatur suis defensionibus, apud synodum scilicet, ex qua est etiam episcopus.

ΚΑΝΩΝ Δ'.

Περὶ Πανοὺφ τοῦ καταστάντος διακόνου ἐν τῇ Λυκῷ, δεῖ ζητῆσαι. Καὶ εἰ μὲν εὑρεθείη οὗτος, κατηχούμενος τυγχάνων, τὴν ἀδελφιδῆν ἑαυτοῦ πρὸς γάμου κοινωνίαν δεξάμενος, μετὰ δὲ τὸ βάπτισμα εἰς κλῆρον δεχθεὶς, μενέτω ἐν τῷ κλήρῳ· εἴγε κεκοίμηται ἐκείνη καὶ μετὰ τὸ βάπτισμα οὐκ ἐκοινώνησεν αὐτῇ. Εἰ δὲ πιστὸς τυγχάνων τὴν αὐτὴν ἀδελφιδῆν ἑαυτοῦ πρὸς γάμου κοινωνίαν ἐδέξατο, ἔστω τοῦ κλήρου ἀλλότριος. Οὐ γὰρ πρόκριμα τῷ ἐπισκόπῳ Ἀπόλλωνι, εἰ ἐξ ἀγνοίας κατέστησεν αὐτόν.

CANON IV.

De Panuph, qui in Lyco diaconus constitutus est, quærere oportet; et si is quidem inventus fuerit, cum esset catechumenus, fratris sui filiam in matrimonii societatem accepisse, post baptismum in clerum promotus, in clero maneat, si illa ex vita migrarit, et post baptismum cum ea rem non habuerit. Sin autem cum esset fidelis eamdem fratris sui filiam in matrimonii societatem duxit, sit a clero alienus. Non est enim episcopo Apollini præjudicium si eum per ignorantiam constituit.

ΒΑΛΣ. Ὁ Πανοὺφ ἐλέγετο πρὸ τοῦ βαπτισθῆναι τὴν οἰκείαν ἀδελφιδῆν εἰς γυναῖκα λαβεῖν· βαπτισθεὶς δὲ κεχειροτόνητο διάκονος. Λέγει οὖν ὁ Θεόφιλος, ὅτι ἐὰν ἡ γυνὴ ἐτελεύτησε, καὶ μετὰ τὸ βάπτισμα οὐκ ἐχρήσατο αὐτῇ, μενέτω διάκονος, ὡς τοῦ ἁγίου βαπτίσματος τὰ πρὸ τούτου καθάραντος ἁμαρτήματα. Εἰ δὲ πιστὸς ὢν μετὰ τὸ βάπτισμα ἔσχεν αὐτὴν, ἐκβληθήτω τοῦ κλήρου. Τῷ δὲ ἐξ ἀγνοίας αὐτὸν χειροτονήσαντι ἐκ τούτου βλάβη οὐ προσγενήσεται. Τὸ δὲ, *εἰ κεκοίμηται ἡ γυνὴ*, εἶπεν, ὡς οὕτω συμβεβηκέναι λεγόμενον· ἐπείτοιγε κἂν ζῶσα ἦν καὶ μετὰ τὸ βάπτισμα οὐκ ἔγνω αὐτὴν ὁ Πανοὺφ, ἀλλὰ καὶ ἀπεπέμψατο αὐτὴν, ἠδύνατο καὶ οὕτως εἶναι διάκονος.

BALS. Dicebatur Panuph antequam esset baptizatus fratris sui filiam uxorem duxisse. Baptizatus autem diaconus ordinatus fuerat. Dicit ergo Thecphilus, quod si mulier e vita excesserit, et post baptismum ea non usus sit, maneat diaconus; nempe cum sanctus baptismus omnia peccata præcedentia deleat. Sin autem, cum esset fidelis, seu post baptismum, eam habuit, clero ejiciatur. Ei autem, qui eum insciens ordinavit, præjudicium non afferetur. Illud autem : *Si mulier e vita migrarit*, dicit, utpote quoniam ita evenisse dicitur. Nam etsi etiam post baptismum vixisset, nec eam Panuph cognovisset, sed ipsam etiam amandasset; potuisset sic quoque esse diaconus.

ΚΑΝΩΝ Ε'.

Περὶ Ἰακὼβ χρὴ ζητῆσαι. Εἰ ἀναγνώστης ἦν, καὶ ἐγκλήματι πορνείας ὑπεύθυνος ἐδείχθη, καὶ παρὰ τῶν πρεσβυτέρων ἐξεβλήθη, εἶτα κεχειροτόνηται οὗτος, ἐκβαλλέσθω, ἀκριβοῦς ἐξετάσεως γενομένης, καὶ μὴ μόνον ἐκ ψιθυρισμῶν ἢ κακολογιῶν ὑποψίας εἰς αὐτὸν γενομένης. Εἰ δὲ μὴ εὑρεθείη ὑπεύθυνος, μενέτω ἐν τῷ κλήρῳ· οὐ γὰρ δεῖ ταῖς ματαίαις διαβολαῖς προσέχειν.

CANON V.

De Jacob quærere oportet. Si enim lector erat, et crimini fornicationis fuisse eum obnoxium, ostensum sit, et a presbyteris sit ejectus, deinde is est ordinatus, ejiciatur; accurata examinatione facta; non autem ex susurris vel maledictis orta in eum suspicione. Sin autem non fuerit inventus crimini obnoxius, maneat in clero. Neque enim vanis calumniis animum adhibere oportet.

ΒΑΛΣ. Ἰακώβ τις ἀναγνώστης ἐλέγετο εἶναι, καὶ ἐπὶ πορνείας διαβληθῆναι, καὶ ἐκβληθῆναι τοῦ κλήρου, εἶτα εἰς μείζονα χειροτονηθῆναι βαθμόν. Γράφει

BALS. Jacob quidam lector fuisse dicebatur, et propter fornicationem clero esse ejectus, et deinde ad majorem gradum fuisse ordinatus. Scribit ergo

Theophilus diligenti examinatione facta, si eum peccasse compertum fuerit, clero ejiciatur. Non enim oportet ex susurris seu clandestinis sermonibus, vel maledictis seu apertis conviciis orta suspicione, condemnari aliquem. Quod si causa examinata insons compertus fuerit, maneat in clero.

A οὖν ὁ Θεόφιλος, ὅτι ἐξετάσεως ἀκριβοῦς γενομένης, ἐὰν εὑρεθῇ ἡμαρτηκὼς, ἐκβληθήτω τοῦ κλήρου· οὐ δεῖ γὰρ ἐκ ψιθυρισμῶν ἤτοι καταλαλιᾶς λαθραίας, ἢ κακολογιῶν ἤτοι λοιδοριῶν φανερῶν ὑποψίας γινομένης κατακρίνεσθαί τινα. Εἰ δὲ τῆς ὑποθέσεως ἐξεταζομένης ἀνεύθυνος εὑρεθείη, μενέτω ἐν τῷ κλήρῳ.

CANON VI.

De iis qui ordinandi sunt hæc erit forma : Ut quidquid est sacerdotalis ordinis consentiat et eligat, et tunc episcopus examinet, vel ei etiam assentiente sacerdotali ordine in media ecclesia ordinet, præsente populo, et episcopo alloquente, an etiam possit ei populus ferre testimonium. Ordinatio autem non fiat clanculum. Ecclesia enim pacem habente decet præsentibus sanctis ordinationes fieri in ecclesiis. B *In regione autem si qui sint, qui communicantium animis communicaverint ; non aliter ordinentur, quam iis, qui sunt vere orthodoxi clerici, examinantibus, præsente rursus episcopo, et præsentem populum alloquente, ne intercedat aliqua circumventio.*

ΚΑΝΩΝ Ϛ'.

Περὶ τῶν μελλόντων χειροτονεῖσθαι οὗτος ἔσται τύπος· Ὥστε πᾶν τὸ ἱερατεῖον συμφωνεῖν καὶ αἱρεῖσθαι, καὶ τότε τὸν ἐπίσκοπον δοκιμάζειν, ἢ καὶ συναινοῦντος αὐτῷ τοῦ ἱερατείου χειροτονεῖν ἐν μέσῃ τῇ ἐκκλησίᾳ, παρόντος τοῦ λαοῦ, καὶ προσφωνοῦντος τοῦ ἐπισκόπου, εἰ καὶ ὁ λαὸς δύναται αὐτῷ μαρτυρεῖν. Χειροτονία δὲ λαθραίως μὴ γινέσθω. Τῆς γὰρ Ἐκκλησίας εἰρήνην ἐχούσης πρέπει παρόντων τῶν ἁγίων τὰς χειροτονίας ἐπὶ ταῖς ἐκκλησίαις γίνεσθαι. Ἐν δὲ τῇ ἐπαρχίᾳ, εἰ μὲν κοινωνήσαντές εἰσί τινες ταῖς τῶν κοινωνησάντων γνώμαις, μὴ ἄλλως χειροτονεῖσθωσαν, ἀλλὰ τῶν ἀληθῶς ὀρθοδόξων κληρικῶν προσφωνοῦντος παρόντι τῷ λαῷ, ἵνα μὴ μέσον

BALS. De iis qui in clero ordinandi sunt dat typum, et dicit quod oportet eum qui est ordinandus a toto ordine sacerdotali eligi, hoc est, unanimi consensu approbari et præferri ; et cum ejusmodi delectus de eo factus fuerit, tunc ipsum ab episcopo examinari, et quando illi quoque homo visus fuerit aptus ut ordinetur, tunc eum ordinari C consensu sacerdolalis ordinis, præsente etiam populo. Cur autem dixit, eum ordinandum consensu sacerdotalis ordinis? Nam cum a sacerdotali ordine electus est, ad ordinationem consensus non videtur esse necessarius. Sed est verisimile posse post electionem aliquid temporis præteriisse, et eos interim qui ordinandum præjudicant rescivisse aliquid, quod ejus ordinationem prohibeat. Et ideo dicit ipsos consentire, et dum ordinatur populum quoque ab episcopo interrogari, an dignus sit, cui testimonium ferant ad ordinationem. Dissuadet autem, ne fiant ordinationes clandestinæ. Cum enim, inquit, pax est in Ecclesia, scilicet cum nunc non est divisus populus cessantibus hæresibus, sed sunt omnes orthodoxæ partis ; omnes unius erunt sententiæ, D et oportet in præsentia sanctorum seu fidelium ordinationes fieri in ecclesia. Sanctos autem fideles appellavit, ex sancto hoc Paulo assumens. Ille enim sic fideles in suis Epistolis appellat. Hæc itaque de iis, qui in urbibus habitant, videtur dicere. De iis autem, qui sunt in regione, seu in vicis, dicit, quod quoniam multi etiam inviti communicabant hæreticis ; eorum autem multi fidelium animis communicabant sive conveniebant et assentiebantur : Si quis eorum sit ordinandus in clerum, eum non alias ordinandum, quam cum approbatione clericorum, quos constat esse orthodoxos, præsente etiam episcopo, et alloquente populum, ut superius dictum est. Hæc autem dicit fieri, ne intercedat aliqua cir-

ΒΑΛΣ. Περὶ τῶν μελλόντων χειροτονεῖσθαι ἐν κλήρῳ δίδωσι τύπον, καὶ φησιν ὅτι δεῖ τὸν μέλλοντα χειροτονεῖσθαι παρὰ παντὸς ἱερατείου αἱρεῖσθαι, ἀντὶ τοῦ προκρίνεσθαι συμφώνως, οὕτω δὲ προκριθέντα, τότε δοκιμάζεσθαι αὐτὸν παρὰ τοῦ ἐπισκόπου, καὶ ὅτε κἀκείνῳ δόξει ὁ ἄνθρωπος ἐπιτήδειος εἰς χειροτονίαν, τότε χειροτονεῖσθαι συναινέσει τοῦ ἱερατείου, παρόντος καὶ τοῦ λαοῦ. Διατί δ' εἶπε, χειροτονεῖν αὐτὸν συναινέσει τοῦ ἱερατείου; Ἐπεὶ γὰρ ἐξελέγη παρὰ τοῦ ἱερατείου, ἡ ἐπὶ χειροτονίᾳ συναίνεσις δοκεῖ μὴ ἀναγκαία εἶναι. Ἀλλ' εἰκὸς καιρόν τινα μετὰ τὴν ἐκλογὴν παρελθεῖν, καὶ ἐν τῷ μέσῳ γνῶναί τι τοὺς προκρίνοντας τὸν μέλλοντα χειροτονηθῆναι κωλύον αὐτῷ τὴν χειροτονίαν. Διὰ τοῦτο οὖν συναινεῖν αὐτοὺς κεχειροτονημένου αὐτοῦ εἶπε, καὶ τὸν ἐπίσκοπον καὶ τότε προσφωνεῖν τῷ λαῷ, ἐρωτῶντα εἰ μαρτυρεῖ αὐτὸν πρὸς χειροτονίαν ἄξιον. Λαθραίας δὲ χειροτονίας γίνεσθαι ἀποτρέπει. Ἐπεὶ γὰρ, φησὶν, εἰρήνη ἐστὶ παρὰ τῇ Ἐκκλησίᾳ, ἤγουν ἐπεὶ νῦν οὐ μερίσταται ὁ λαὸς παυθείς τῶν αἱρέσεων, ἀλλὰ πάντες τῆς ὀρθοδόξου μοίρας εἰσὶ, πάντες μιᾶς ἔσονται γνώμης. καὶ δεῖ παρουσίᾳ τῶν ἁγίων ἤτοι τῶν πιστῶν τὰς χειροτονίας γίνεσθαι ἐπ' ἐκκλησίας. Ἁγίους δὲ τοὺς πιστοὺς ἐκάλεσεν, ἐκ τοῦ θεσπεσίου Παύλου τοῦτο παραλαβών· οὕτω γὰρ κἀκεῖνος ἐν ταῖς Ἐπιστολαῖς αὐτοῦ τοὺς πιστοὺς ὀνομάζει. Ταῦτα μὲν οὖν περὶ τῶν ἐν πόλεσιν ὄντων ἔοικε λέγειν. Περὶ δὲ τῶν ἐν τῇ ἐνορίᾳ, ἤτοι τῶν ἐν τῇ χώρᾳ, φησὶν, ὅτι ἐπεὶ πολλοὶ τοῖς αἱρετικοῖς ἐκοινώνουν καὶ ἄκοντες, τῶν τοιούτων δὲ πολλοὶ τῶν πιστῶν ἐκοινώνουν ταῖς γνώμαις, ἤγουν συγκατέβαινον καὶ συνῄνουν· Εἴ τις οὖν τούτων μέλλει χειροτονεῖσθαι εἰς τὸν κλῆρον, μὴ ἄλλως χειροτονεῖσθαι, εἰ μὴ μετὰ δοκιμασίας τῶν ὁμολογουμένως ὀρθοδόξων κληρικῶν, παρόντος καὶ τοῦ ἐπισκόπου, καὶ προσφωνοῦντος τῷ λαῷ, ὡς ἄνωθεν εἴρηται. Ταῦτα δὲ λέγει γίνεσθαι, ἵνα μὴ μέσον γένηταί τις περιδρομὴ, ἥνου

ἀπάτη καὶ συναρπαγὴ, καὶ χειροτονηθῇ τις μὴ ὑγιῶς ἔχων περὶ τὴν πίστιν.

A cumventio, sea fraus et ubreptio, et ordinetur aliquis qui non recte sentit de fide.

ΚΑΝΩΝ Ζ'.

Τὰ προσφερόμενα εἰς λόγον θυσίας, μετὰ τὰ ἀναλισκόμενα εἰς τὴν τῶν μυστηρίων χρείαν, οἱ κληρικοὶ διανειμάσθωσαν, καὶ μήτε κατηχούμενος ἐκ τούτων ἐσθιέτω ἢ πινέτω, ἀλλὰ μᾶλλον οἱ κληρικοὶ καὶ οἱ σὺν αὐτοῖς πιστοὶ ἀδελφοί.

ΒΑΛΣ. Εἴ τινα περιττεύουσι τῶν εἰς θυσίαν προσαγομένων παρὰ τῶν πιστῶν, μετὰ τὰ δαπανώμενα εἰς τὰ θεῖα μυστήρια, τοῖς κληρικοῖς δεῖν ταῦτα, φησὶ, διανέμεσθαι, ὥστε παρ' αὐτοῖς ἐσθίεσθαι καὶ πίνεσθαι, καὶ παρὰ τῶν πιστῶν λαϊκῶν· τοῖς δὲ κατηχουμένοις μηδὲν ἐξ αὐτῶν δίδοσθαι. Ἐπεὶ γὰρ προσήχθησαν τῷ θυσιαστηρίῳ, καὶ ἐξ αὐτῶν μερίδες ἐλήφθησαν εἰς τὰ θεῖα δῶρα, κἀκεῖνα ἡγιάσθησαν, πῶς ἐκ τούτων τοῖς ἀτελεστέροις δοθήσονται δαπανηθησόμενα; Τὰ δὲ εἰς θυσίαν προσαγόμενα ἄρτος καὶ οἶνός εἰσιν· ἕτερον γάρ τι προσάγεσθαι εἰς θυσιαστήριον οὐκ ἐφεῖται. Ἀνάγνωθι τὸν γ' ἀποστολικὸν κανόνα, καὶ τῆς ἐν τῷ Τρούλλῳ συνόδου τῆς λεγομένης ς' κανόνα κη'.

B

ΚΑΝΩΝ Η'.

Ἐπειδὴ Ἱέραξ τόνδε, ὡσανεὶ ἐπὶ πορνείᾳ διαβαλλόμενον, οὐκ ὀφείλειν λέγει ἐν τῷ κλήρῳ εἶναι, ὁ δὲ ἐπίσκοπος Ἀπόλλων διϊσχυρίζετο τηνικαῦτα, μηδένα κατήγορον ἐν μέσῳ ἐληλυθέναι κατ' αὐτοῦ, ἐξεταζέσθω καὶ οὗτος· καὶ εἰ μὲν κατήγορός τις ἀναφύεται πίστεως ἄξιος, καὶ τὸ ἔγκλημα ἀποδείκνυται, φερομένων ἀξιοπίστων μαρτύρων, τῆς Ἐκκλησίας ἐκβαλλέσθω· εἰ δὲ τοῦ κλήρου ἄξιός ἐστι, καὶ ἐπὶ σωφροσύνῃ μαρτυρεῖται, μενέτω ἐν τούτῳ.

C

ΒΑΛΣ. Ἐχειροτονήθη τις κληρικὸς, εἶτα διεβλήθη ὡς πορνεύσας. Ἔλεγεν οὖν Ἱέραξ τις, μὴ δεῖν αὐτὸν ἐν κλήρῳ εἶναι· ὁ δὲ χειροτονήσας αὐτὸν διϊσχυρίζετο, ἤτοι ἐνίστατο, μὴ κατηγορηθῆναι αὐτὸν παρά τινος. Ἔφη οὖν ὁ Θεόφιλος, ὅτι ἐξετασθήτω ὁ ἄνθρωπος, καὶ εἰ μὲν εὑρίσκεταί τις κατήγορος πίστεως ἄξιος ἦγουν δεκτὸς εἰς κατηγορίαν (οὐ γὰρ παντὶ ἐφεῖται κατηγορεῖν ἱερωμένων, κατὰ τὸν ς' κανόνα τῆς δευτέρας οἰκουμενικῆς συνόδου, καὶ τὸν κανόνα κα' τῆς δ' οἰκουμενικῆς συνόδου), ἐκβληθήτω τῆς Ἐκκλησίας μετὰ ἀπόδειξιν· εἰ δὲ οὐδὲν τοιοῦτον ἀποδείκνυται, μενέτω ἐν τῷ κλήρῳ.

D

ΚΑΝΩΝ Θ'.

Ὥστε γνώμῃ παντὸς ἱερατείου οἰκονόμον ἀποδειχθῆναι ἕτερον, ἐφ' ᾧ συντέθειται καὶ ὁ ἐπίσκοπος Ἀπόλλων πρὸς τὸ τὰ τῆς Ἐκκλησίας εἰς δέον ἀναλίσκεσθαι.

ΒΑΛΣ. Ὁ αὐτὸς γνώμην ἔδωκε κρίσει παντὸς τοῦ ἱερατείου τὸν οἰκονόμον τῆς ἐπισκοπῆς γίνεσθαι, εἰ καὶ ὁ ἐπίσκοπος συγκατατίθεται τῇ κρίσει τοῦ κλήρου· γίνεσθαι δὲ οἰκονόμον, ἵνα τὰ τῆς Ἐκκλησίας εἰς δέον δαπανῶνται φροντίδι ἐκείνου. Τὴν δὲ *εἰς δέον* δαπάνην, τὸ ἐξῆς δηλοῖ κεφάλαιον, ἤτις ἐστὶ, τὰ εἰς χήρας καὶ ξένους καὶ πένητας ἀναλώματα. Ἰδιοποιεῖσθαι γὰρ τὰ τῆς Ἐκκλησίας τινὶ οὐκ ἐφεῖται, ὅτι ἀφι-

CANON VII.

Quæ in sacrificii rationem offeruntur, post ea quæ in mysteriorum usum consumuntur, clerici dividant, et nec catechumenus ex iis comedat vel bibat, sed solum clerici, et qui cum eis sunt fideles fratres.

BALS. Si qua eorum quæ a fidelibus ad sacrificium offeruntur, superabundant, post ea quæ in divina mysteria consumuntur, clericis, inquit, oportet ea dividere, ut ab ipsis comedantur ac bibantur, et etiam a fidelibus laicis; catechumenis autem nihil ab eis detur. Quia enim altari oblata sunt, et ad divina dona ex illis partes quædam sumptæ atque sanctificatæ fuere; quomodo iis qui sunt imperfectiores dabuntur consumenda? Quæ autem ad sacrificium offeruntur, sunt panis et vinum; nihil enim aliud ad altare offerri permittitur. Lege III canon. Apost. et synod. in Trullo, quæ dicitur sexta, canon. XXVIII.

CANON VIII.

Quoniam Hierax dicit quemdam non debere esse in clero, ut qui sit fornicationis delatus; Apollo autem episcopus tunc affirmavit nullum accusatorem adversus eum in medium processisse, hic quoque examinetur: et si aliquis quidem accusator fide dignus exoritur, et crimen probatur productis fide dignis testibus, Ecclesia ejiciatur; sin autem dignus est clero, et de ejus continentia testimonium feratur, in eo maneat.

BALS. Quidam ordinatus est clericus, deinde tanquam qui fornicatus esset, accusatus est. Dicebat ergo quidam Hierax, non oportere eum in clero esse; is autem qui eum ordinaverat, affirmabat, seu instabat, eum non esse ab aliquo accusatum. Dicit ergo Theophilus: Homo examinetur, et si invenitur quidem aliquis accusator fide dignus, seu qui sit ad accusandum admittendus (non enim cuivis permittitur accusare eos qui sunt in sacris, ut vult VI can. II syn. œcumenicæ, et XXI, IV universalis syn.), Ecclesia ejiciatur post probationem; sin autem nihil tale probetur, maneat in clero.

CANON IX.

Ut totius sacerdotalis ordinis sententia alius renuntietur œconomus, in quo Apollo quoque episcopus consensit, ut bona Ecclesiæ in ea quæ oportet impendantur.

BALS. Idem tulit sententiam, totius sacerdotalis ordinis judicio fieri debere episcopatus œconomum, si etiam episcopus assentiatur cleri judicio. Fieri autem œconomum, ut bona Ecclesiæ illius cura in ea quæ oportet impendantur. Quid sit autem in ea quæ oportet impendere sequens docet caput, quod est impendere in viduas, hospites et pauperes. Nemini enim permittitur bona Ecclesiæ in proprios

usus transferre; quippe quod oportet Dei ministrum esse ab avaritia alienum; et nec ad usum proprium uti rebus episcopatus episcopo conceditur; nisi ad ea quæ sunt omnino necessaria, et tunc demum quando ei domi desunt facultates; secundum XLI can. sanctorum apostolorum. Quære quæ in eo scripta sunt, et XXIV can. syn. Antiochenæ.

A λάργυρον δεῖ εἶναι τὸν λειτουργὸν τοῦ Θεοῦ, καὶ οὐδὲ εἰς οἰκείαν χρῆσιν τοῖς τῆς ἐπισκοπῆς πράγμασι κεχρῆσθαι τῷ ἐπισκόπῳ συγκεχώρηται, εἰ μὴ εἰς τὰ πάνυ ἀναγκαῖα, καὶ τότε ὅτε οἴκοθεν οὐκ εὐπορεῖ τούτων ὁ ἐπίσκοπος, κατὰ τὸν μα' κανόνα τῶν ἁγίων ἀποστόλων. Ζήτει τὰ ἐν ἐκείνῳ γεγραμμένα, καὶ τὸν κδ' κανόνα τῆς ἐν Ἀντιοχείᾳ συνόδου.

CANON X.

Viduæ et pauperes et peregrinantes hospites omni quiete fruantur, et nemo ea quæ sunt Ecclesiæ, ut sua usurpet.

ΚΑΝΩΝ Ι'.

Χῆραι καὶ οἱ πένητες καὶ οἱ παρεπιδημοῦντες ξένοι πάσης ἀναπαύσεως ἀπολαυέτωσαν, καὶ μήτις τὰ τῆς Ἐκκλησίας ἰδιοποιείσθω.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ ΑΦΗΓΗΣΙΣ

Περὶ τῶν λεγομένων Καθαρῶν.

EJUSDEM NARRATIO DE IIS QUI DICUNTUR CATHARI.

Declaravit mihi tua pietas, quod quidam horum qui se Catharos nominant, volunt ad Ecclesiam accedere. Quoniam ergo magna synodus, quæ Nicææ habita est a sanctis Patribus nostris, statuit, ut ordinentur qui accedunt, velis juxta hanc formam eos qui ad Ecclesiam accedere volunt ordinare, si quidem vita eorum recta est, et nihil eis adversatur.

B *Δεδήλωκέ μοι ἡ σὴ εὐλάβεια, ὡς τινὲς τῶν ὀνομαζόντων ἑαυτοὺς Καθαροὺς, προσελθεῖν βούλονται τῇ Ἐκκλησίᾳ. Ἐπειδὴ τοίνυν ἡ μεγάλη σύνοδος ἡ γενομένη ἐν Νικαίᾳ παρὰ τῶν μακαρίων Πατέρων ἡμῶν, ὥρισεν, ὥστε χειροτονεῖσθαι τοὺς προσερχομένους, θέλησον κατὰ τὸν τύπον τοῦτον τοὺς ἐθέλοντας προσέρχεσθαι τῇ Ἐκκλησίᾳ χειροτονεῖν, εἴγε ὁ βίος αὐτῶν ὀρθός ἐστι καὶ μηδὲν τούτοις ἀντίκειται.*

BALS. De Novatianis interrogatus est (hi enim sunt qui etiam Cathari dicuntur), et responsum est, quod si ad Dei Ecclesiam accedunt, quia magna et prima Nicæna synodus statuit, ut ii ordinentur, fac tu quoque secundum hanc formam sive secundum istum canonem, et ordina eos qui accedunt; nisi aliquod impedimentum ex vita eorum adversetur. De Novatianis autem canon est octavus primæ synodi.

ΒΑΛΣ. Περὶ Ναυατιανῶν ἠρωτήθη (τοῦτοι γάρ εἰσιν οἱ λεγόμενοι Καθαροὶ), καὶ ἀπεκρίθη, ὅτι εἰ προσέρχονται τῇ Ἐκκλησίᾳ, ἐπεὶ ἡ μεγάλη σύνοδος ἡ ἐν Νικαίᾳ, ἤγουν ἡ πρώτη, ὥρισε χειροτονεῖσθαι αὐτοὺς, ποίει καὶ σὺ κατὰ τὸν τύπον, ἤτοι κατὰ τὸν κανόνα τοῦτον, καὶ χειροτόνει τοὺς προσερχομένους, C εἰ μή τι κώλυμα ἀπὸ τοῦ βίου αὐτῶν αὐτοῖς ἐναντιοῦται. Ὁ δὲ περὶ τῶν Ναυατιανῶν κανὼν ὄγδοός ἐστι τῆς πρώτης συνόδου.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ ΑΓΑΘΩΝΙ ΕΠΙΣΚΟΠΩ.

EJUSDEM AGATHONI EPISCOPO.

Maximus asseruit se Ecclesiæ leges ignorantem illicito matrimonio conjunctum esse, et quia hoc eum male habet quod non recte et ex ordine agat, affirmavit, qui contra leges fecit per ignorantiam, se ab illicita vitæ societate ex consensu abstenturum, illa etiam hoc volente. Si ergo probaveris, quod hoc ex consensu faciant, et non fallant, quia est tempus decennale; si consideres eos debere versari cum catechumenis, nunc eos sic dispensa. Sin autem vides quod decipere velit, et acerbitate adhuc in eo opus sit; fac id quod Deus tibi suggesserit; id semper sequens

D Ἀγνοῶν τοὺς τῆς Ἐκκλησίας νόμους Μάξιμος, διϊσχυρίσατο παρανόμως συμβιώσει συνῆφθαι· καὶ ἐπειδὴ θορυβεῖ αὐτὸν τὸ ἀσύντακτον εἶναι, διεβεβαιώσατο, ἐπειδὴ ἀγνοίᾳ τὸ παράνομον ἔδρασεν, ἐκ συμφώνου ἀπέχεσθαι τῆς παρανόμου συμβιώσεως, κἀκείνης ἀγαπώσης τοῦτο. Ἐὰν δὲ τοίνυν δοκιμάσῃς, ὅτι τοῦτο ποιοῦσιν ἐκ συμφώνου καὶ μὴ ἀπατῶσιν, ἐπειδὴ δεκαετής ἐστιν ὁ χρόνος, εἰ σκοπεῖς μετὰ τῶν κατηχουμένων αὐτοὺς συνάγεσθαι, τέως οὕτω διοίκησον. Εἰ δὲ συνορᾷς, ὅτι ἀπατῆσαι βούλεται, καὶ δεῖται τὰ

κατ' αὐτοὺς ἐπιστύψεως, ὅπερ ὁ Θεὸς ὑποβάλῃ σοι, τοῦτο ποίησον, πανταχοῦ πρὸς τὸ ἐπέχον ὁδηγούμενος. Ἐπὶ γὰρ τῶν τόπων τυγχάνων τὰς γνώμας αὐτῶν μᾶλλον εἰδέναι δύνασαι.

ΒΑΛΣ. Μάξιμός τις, ὡς παρανόμῳ γάμῳ συναφθεὶς γυναικὶ, ἀφωρίσθη καὶ τῆς συνάξεως τῆς μετὰ τῶν πιστῶν εἴργετο. Ὁ δὲ Ἔλεγεν, ὅτι ἐν ἀγνοίᾳ ἐποίησε τὸ παράνομον, καὶ ἕτοιμός ἐστιν ἀποστῆναι τοῦ γάμου, τοῦτο καὶ τῆς γυναικὸς βουλομένης· καὶ ἐζήτει ἀφιστάμενος δεχθῆναι. Πρὸς ταῦτα οὖν ἔφη ὁ Θεόφιλος, ὡς ἂν ἐξετάσας εὑρήσεις, ὅτι ἐκ συμφώνου, ἀντὶ τοῦ ἐκ κοινῆς βουλῆς, ἀφίστανται τοῦ γάμου, καὶ οὐκ ἀπατῶσι, δεκαετίαν συνοικήσαντες ἀλλήλοις, δυσχερὲς ἴσως ἂν λογίζοιτο αὐτοῖς ἡ διάζευξις, καὶ μήποτε ἀπατῶσιν. Εἰ σκοπεῖς, ἀντὶ τοῦ εἰ κρίνεις μετὰ τῶν κατηχουμένων αὐτοὺς ἱστασθαι τέως, ἦγουν πρὸς τὸ παρὸν, οὕτως αὐτὸν οἰκονόμησον. Εἰ δὲ νοεῖς, φησὶν, ὅτι κατὰ ἀπάτην λέγουσι ταῦτα, καὶ ὅτι ἔτι δέονται στύψεως, ἤτοι αὐστηροτέρων ἐπιτιμίων, ποίησον ὅπερ ἂν ὁ Θεὸς ὑποβάλῃ σοι, ἀντὶ τοῦ ἐνηχήσῃ τῷ λογισμῷ σου, ὅπερ ὁ Θεὸς ἐνθυμήσει σε, πανταχοῦ πρὸς τὸ ἐπέχον ὁδηγούμενος, ἤτοι πρὸς τὸ ἐπικρατοῦν ἢ τὸ κατεπεῖγον.

A *quod in usu est vimque obtinet. Nam cum iis sis in locis, eorum mentes melius nosse potes.*

BALS. Maximus quidam, ut illicito matrimonio mulieri conjunctus segregatus fuerat, et a congregatione cum fidelibus prohibebatur. Is vero dicebat se per ignorantiam fecisse contra leges, et paratum esse ab hoc matrimonio recedere, muliere etiam volente; et petebat, ut ab ea abscedens admitteretur. Ad hæc ergo dicit Theophilus, quod si inquirens inveneris eos ex consensu, hoc est, communi consilio, a matrimonio absistere, et non fallere, cum decem annis simul cohabitarint, difficilis forsan iis existimari posset a se invicem disjunctio, B et ne fallant. Si consideras, hoc est, si judicas eos stare debere cum catechumenis, nunc, id est in præsentia, sic eos dispensa. Quod si intellexeris, inquit, quod per fraudem hæc dicunt, et quod adhuc acerbitate indigent, seu acerbioribus pœnis, fac quod Deus tibi suggesserit, hoc est, tuæ menti inspiraverit, quod in animum immiserit Deus, semper id quod est in usu et quod vires obtinet sequens, id est, quod magis est ratum ac validum.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ ΜΗΝΑ ΕΠΙΣΚΟΠΩ.

EJUSDEM
MENÆ EPISCOPO.

Νόμιμον πρᾶγμα πεποιήκασιν οἱ πρεσβύτεροι ἐν Γεμίνῳ τῇ κώμῃ, εἰ ἀληθεύει ἡ κομίζουσα τὸ γράμμα Εὐσταθοῦς. Φάσκει γὰρ, ὅτι Κυράδιον ἀδικοῦσαν καὶ μὴ βουλομένην ἀναστεῖλαι τὴν ἀδικίαν, ἐχώρισαν τῆς συνάξεως. Ἐπειδὴ τοίνυν εὗρον, ὡς τὸ ἑαυτῆς κακὸν θεραπεύουσα βούλεται συναχθῆναι, θέλησον παρασκευάσαι αὐτὴν ἀποθέσθαι πρῶτον τὴν ἀδικίαν, καὶ πεῖσαι μετανοῆσαι, ἵν' οὕτως, εἰ συνίδῃς ὅτι νόμῳ Θεοῦ προσέρχεται τῆς συνάξεως ὀρεγομένη, ἐπιτρέψῃς αὐτὴν μετὰ τῶν λαῶν συνάγεσθαι.

C *Rem justam fecerant presbyteri in Gemino pago, si verum dicit, quæ defert litteras Eustathii. Dicit enim, quod Cyradium facientem injuriam, nec ab ea desistere volentem, a communione separaverunt. Quia ergo inveni, quod suo malo curam adhibens vult communicare, fac ea ita se comparet, ut injuriam primum deponat, et pœnitentiam agere in animum inducat, ut si sic intellexeris, quod accedit, communionem desiderans, permittas ei ut cum populis communicet.*

ΒΑΛΣ. Γυναῖκά τινα Κυράδιον λεγομένην καὶ ἀδικοῦσαν οἱ ἐν Γεμίνῳ πρεσβύτεροι ἀφώρισαν τῆς Ἐκκλησίας, μὴ ἀπεχομένην τῆς ἀδικίας. Ἡ δὲ, διὰ τὸν ἀφορισμὸν, ὑπισχνεῖτο θεραπεῦσαι τὴν ἀδικίαν, καὶ ἤθελε δεχθῆναι. Γράφει οὖν ὁ Θεόφιλος πρὸς τὸν τῆς χώρας ἐπίσκοπον, ὅτι Παρασκεύασον αὐτὴν ἀποθέσθαι πρῶτον τὴν ἀδικίαν, ἤγουν ἀποδοῦναι ἃ ἀδίκως ἐκτήσατο, καὶ μετανοῆσαι, ἀντὶ τοῦ ἐπὶ τῇ ἁμαρτίᾳ τῆς ἀδικίας μεταμεληθῆναι, καὶ δεηθῆναι τοῦ Θεοῦ ἀφεθῆναι αὐτῇ τὸ ἁμάρτημα. Καὶ ταῦτα ποιησάσης αὐτῆς, εἰ συνίδῃς, τουτέστι, γνῷς ὅτι νόμῳ Θεοῦ προσέρχεται, ἤγουν συνειδήσει ἀγαθῇ μὴ ἀνεχομένῃ κεχωρίσθαι τῆς τῶν πιστῶν συνάξεως, διὰ τὸν Θεὸν καὶ μὴ δι' αἰσχύνην ἀνθρώπων, τότε ἐπίτρεψον αὐτῇ τὴν μετὰ τῶν πιστῶν λαῶν σύναξιν καὶ σύστασιν ἐν τοῖς ὕμνοις.

D BALS. Mulierem quamdam, quæ Cyradium appellabatur, et injuriam ante faciebat, qui erant in Gemino presbyteri ab Ecclesia separaverant, cum ab injuria non abstineret. Illa vero propter segregationem pollicebatur se injuriæ remedium allaturam, et ad communionem admitti volebat. Scribit ergo Theophilus ad episcopum regionis: Fac ut ea primum deponat injuriam, hoc est, reddat ea quæ injuste acquisivit, et pœnitentiam agat, id est, se injuriam fecisse ægre ferat, et Deum oret ut sibi peccata condonentur. Et cum hæc fecerit, si intellexeris, hoc est, si cognoveris, quod lege Dei accedit, seu bona conscientia, quæ non fert se a fidelium communione esse separatam, propter Deum, et non propter hominum pudorem, tunc ei permittes cum fidelibus populis communicare et in hymnis consistere.

THEOPHILI ALEXANDRINI EPISCOPI .

EPISTOLA SYNODICA

Ad episcopos Palæstinos et ad Cyprios, de Origenianæ hæreseos damnatione

Ex interpretatione S. Hieronymi.

Exstat Patrologiæ Latinæ tom. XXII, Opp. S. Hieronymi tom. I, col. 758.

RESPONSUM HIEROSOLYMITANÆ SYNODI AD SUPERIOREM EPISTOLAM

Eodem, ut videtur, interprete. — Vide ubi supra, col. 769.

DIONYSII LIDDENSIS EPISCOPI

EPISTOLA AD THEOPHILUM

A sancto Hieronymo, ut videtur, Latine reddita.

(*Vide ibid., col.* 771)

THEOPHILI ALEXANDRINI EPISCOPI

EPISTOLÆ PASCHALES.

PRÆMITTITUR PROLOGUS EJUSDEM AUCTORIS DE SANCTO PASCHATE.

—

ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΚΑΤΑ ΤΟΝ ΘΕΙΟΝ ΝΟΜΟΝ, ΓΙΝΟΜΕΝΟΥ ΚΑΤ' ΕΝΙΑΥΤΟΝ

ΑΓΙΟΥ ΚΑΙ ΣΩΤΗΡΙΩΔΟΥΣ ΠΑΣΧΑ,

καὶ τῶν τούτου ζητημάτων σύντομος μετὰ ἀποδείξεως ἀπόλυσις.

THEOPHILI ALEXANDRINI EPISCOPI

AD THEODOSIUM IMPERATOREM

PROLOGUS DE SANCTO AC SALUTARI PASCHATE,

Quod, secundum legem divinam, annis singulis facimus : et de ejus quæstionibus brevis et cum dilucida expositione dissertatio.

—

I. Sanctum quidem et beatum Pascha apte lex divina distinguit, simul et mensem ejus, in quo debeat fieri, significans, et diem cum accuratione maxima observari jubens. Hæc enim Dei vox est, in eadem lege proposita [1]: *Observa mensem novo-*

[1] Exod. xii, 13; Deut. xvi, 1.

(1) Deest vox φωνῆ.

A Α'. Τὸ μὲν ἅγιον καὶ μακάριον Πάσχα τοῦ Θεοῦ διαῤῥήδην ὑπογράφει ὁ νόμος, ὁμοῦ καὶ τὸν μῆνα δηλῶν καθ' ὃν δεῖ τοῦτο ποιεῖν, καὶ τὴν ἡμέραν κελεύων διατηρεῖσθαι μετὰ πολλῆς τῆς ἀκριβείας. Θεοῦ γάρ ἐστιν (1) ἐν αὐτῷ φερομένη τῷ νόμῳ· Φύ-

λαξαι τον μῆνα τῶν νέων, καὶ ποιήσεις τὸ Πάσχα Κυρίῳ τῷ Θεῷ σου τῇ τεσσαρεσκαιδεκάτῃ ἡμέρᾳ τοῦ πρώτου μηνός. Μῆνα δὲ νέον λέγει, ὃν καὶ πρῶτον καλεῖ, ἐν ᾧ τεθηλότες οἱ καρποὶ τὴν γενομένην τῶν παλαιῶν προσημαίνουσι κατάπαυσιν. Ἐν δὲ τῇ τεσσαρεσκαιδεκάτῃ ἡμέρᾳ τοῦ μηνὸς τοῦ πρώτου ἐπιτηρεῖσθαι τὸ Πάσχα συνέταξεν, οὐκ ἄλλου τοῦτο χάριν, ἢ ἵνα κατὰ μίμησιν τοῦ τῆς σελήνης φωτὸς πλήρη τὸν ἴδιον κύκλον ἐχούσης, τὸν μὲν τῆς διανοίας φωστῆρα ἡμεῖς τέλειον ἔχοντες, ἐν σκότῳ ἁμαρτίας μὴ διατρίβωμεν, θάλλοντες δέ που παντοδαπέσιν ἀρεταῖς, καὶ τοῖς τούτων πετάλοις οἷα τερπνὰ φυτὰ σκεπόμενοι, ληΐων δίκην φαιδροὶ διαμείνωμεν. Τεσσαρεσκαιδεκάτην δὲ τοῦ μηνὸς λέγει, οὐ κατὰ τὸν ἡλιακὸν κύκλον, ἀλλὰ κατὰ τὴν σελήνην. Ἑβραίων γὰρ παῖδες, οὐκ ἐκ τοῦ ἡλιακοῦ δρόμου, ἀλλ' ἐκ τοῦ τῆς σελήνης κύκλου τὸν μῆνα ποιεῖν ἐπαιδεύθησαν· ἐπειδὴ καὶ ὁ μὴν κατὰ τὸ ὄνομα τῆς σελήνης λέγεται. Μήνη γὰρ αὕτη ὀνομάζεται Ἑλλάδι τῇ φωνῇ. Αἰγύπτιοι γοῦν πρῶτον διὰ τὸ τὸν τῆς σελήνης δρόμον ὀξύτατον εἶναι, καὶ ἐκ τούτου συμβαίνειν πλάνην τῶν ἡμερῶν παρά τισι γενέσθαι, ἐξ ἡλίου τὰς τοῦ μηνὸς ἡμέρας ἐπενόησαν ψηφίζεσθαι, βραδύτερον τοῦ τῆς σελήνης κατὰ τὸν ἑαυτοῦ δρόμον κινουμένου, ὡς καὶ δυναμένου τοῦτον (3) ῥᾷον καταλαμβάνεσθαι.

rum; et facies Pascha Domino Deo tuo decima quarta die mensis primi. Mensem autem Novum dixit, quem et primum vocat, in quo adulti fructus (2) adventum suum prænuntiant, veterum cessationem. In decima quarta autem die istius primi mensis observari Pascha præcepit, non propter aliam causam, nisi propter similitudinem lunæ, quæ tunc in fulgore plenum habet globum proprium, ut nos quoque perfectum splendorem fidei et sensus gerentes, a peccati tenebris segregemur, et ut vegetati diversarum varietate virtutum, earumque foliis, veluti amœnæ arboris adumbratione velati, tanquam lætæ atque fructiferæ segetes pullulemus. Decimum quartum autem diem mensis appellat, non secundum solis cursum, sed secundum lunam. Hebræi enim non ex solis cursu, sed ex lunæ cyclo mensem fieri debere dixerunt, quoniam et mensis secundum lunam dicitur, nomenque Achiva lingua *Mene* vocatur. Ægyptii enim primi, propter lunæ celeritatem, ex qua apud quosdam dierum error nasci solebat, ex solis cursu menses ac dies supputandos facilius crediderunt, eo quod sol tardius cœlum quam luna circumeat, atque ideo possit facilius comprehendi.

Β'. Τούτων τοίνυν οὕτως ὄντων, πολλοὶ καὶ τὸν πρῶτον μῆνα τοῦ ἐνιαυτοῦ συντέλειαν ὄντα τῆς χειμερινῆς τροπῆς, ὡς πρῶτον δι' ὅλου τάττουσιν. Τοῦτο δὲ ποιοῦσιν ἀγνοοῦντες (4) ὁ τῆς ἐαρινῆς τροπῆς ἀρχομένης, ἥτις ἀπὸ τῆς πρὸ ιβ' καλανδῶν Ἀπριλλίου τυγχάνει· ὅ ἐστιν (5) Φαμενὼθ κε', Μαρτίου κα' (κατὰ δὲ Σύρους, Ἀντιοχέας, καὶ Μακεδόνας Μαρτίου κα', Δύστρου μιᾷ καὶ εἰκάδι) κατὰ τὸν ἡλιακὸν δρόμον· ἣν ἐπιτηρεῖν προσήκει μάλιστα, μήπω ταύτης κατωτέρω πεπλανημένος τις, τὴν τεσσαρεσκαιδεκαταίαν κατὰ σελήνην τάξας διαμάρτῃ τοῦ Πάσχα, ὡς τοῦ πρώτου μηνὸς νομίζων εἶναι ταύτην. Οὐ γὰρ ἐν τῷ δωδεκάτῳ μηνὶ χειμερινῆς τροπῆς, ὡς προεῖπον, οὔσης ὁ τῶν νέων τάττεται μήν, οὔπω τῶν καρπῶν τῶν νέων πεπονημένων, οὐδὲ δυναμένου δρεπάνου ἐν ἀμητῷ πέμπεσθαι· τοῦτο γὰρ μάλιστα σημεῖον τοῦ πρώτου μηνὸς ὁ θεῖος ἔταξε νόμος.

II. His igitur ita se habentibus, multi et primum, mensem, et in eo Paschæ decimum quartum diem nesciunt, quia frequenter, secundum Hebræos, duodecimum anni mensem, hiberni temporis mutationi confinem atque contiguum, ut per omnia primum, statuunt. Hoc autem faciunt, quia vernæ immutationis ignorant initium, quod duodecimum Kalendas Aprilis diem, juxta solis cursum, semper incurrit, quod ante omnia observare nos convenit, ne, si forte in hac ipsa mutatione inferius adhuc et longius constituta, per errorem quis decimam quartam computet lunam, in Paschalis calculi ratione fallatur, quasi primi eam æstimans mensis. Neque enim in duodecimo mense, tempore adhuc hiemis exsistente, ut prius dixi, novorum fructuum ponitur mensis, nec dum fructibus novis maturescentibus, quandoquidem nec falces supponi messibus possunt, hoc enim maxime signum primi mensis lex divina constituit.

Γ'. Ἀλλ' ἐπεὶ συμβαίνει προφάσει τῆς τεσσαρεσκαιδεκαταίας κατὰ σελήνην τοῦ αὐτοῦ πρώτου μηνὸς εἰς πλάνην ἐμπίπτοντάς τινας ἀπαντώσης αὐτῆς ἐν Κυριακῇ, ἢ ἐν Σαββάτῳ, περιλύειν τὰς νηστείας, τρισκαιδεκάτης εὑρισκομένης τότε κατὰ σελήνην, ὡς ξένα τοῦ νόμου πράττειν· τοῦτο σκοπεῖν προσήκει, ὅτι περ εἰ συμβῇ τὴν αὐτὴν τεσσαρεσκαιδεκαταίαν τῆς σελήνης ἐν Κυριακῇ εὑρίσκεσθαι, εἰς τὴν ἑξῆς ἑβδομάδα ἄμεινον ὑπερτίθεσθαι, δύο τούτων ἕνεκα· πρῶτον μὲν ἵνα μὴ τρισκαιδεκαταίας κατὰ σελήνην, Σαββάτου τότε εὑρισκομένου, περιλύσωμεν τὰς νηστείας· ὅπερ οὐκ ἀκόλουθον, τοῦ νόμου τοῦτο μὴ

1. (10) Sanctus abbas Antonius, cum sederet aliquando in eremo, incidit in tædium multamque cogitationum caliginem; dixitque ad Deum : Domine, volo salvus fieri, sed cogitationes non permittunt : quid agam in afflictione hac mea? Quo modo salvus ero? Cumque paulo post surgens exiisset foras, videt Antonius quemdam, sicut se, sedentem ac operantem, dein surgentem ab opere, et orantem, iterumque sedentem ac funiculum contorquentem; et inde rursus ad orandum exsurgentem : erat autem angelus Domini, qui ad Antonii correctionem cautionemque missus fuerat. Tum audivit angelum dicentem : Sic fac, et salvus eris. Ille hoc audito, summa lætitia atque fiducia repletus est. Et ita faciens, salvabatur.

ΑΠΟΦΘΕΓΜΑΤΑ ΤΩΝ ΑΓΙΩΝ ΓΕΡΟΝΤΩΝ (13).

Ἀρχὴ τοῦ Α στοιχείου.

Περὶ τοῦ ἀββᾶ Ἀντωνίου.

α'. Ὁ ἅγιος ἀββᾶς Ἀντώνιος (14), καθεζόμενός ποτε ἐν τῇ ἐρήμῳ, ἐν ἀκηδίᾳ γέγονε καὶ πολλῇ σκοτώσει λογισμῶν· καὶ ἔλεγε πρὸς τὸν Θεόν· Κύριε, θέλω σωθῆναι, καὶ οὐκ ἐῶσί με οἱ λογισμοί· τί ποιήσω ἐν τῇ θλίψει μου; πῶς σωθῶ; Καὶ μικρὸν διαναστὰς ἐπὶ τὰ ἔξω, θεωρεῖ τινα ὁ Ἀντώνιος ὡς ἑαυτὸν, καθεζόμενον καὶ ἐργαζόμενον, εἶτα ἀνιστάμενον ἀπὸ τοῦ ἔργου καὶ προσευχόμενον, καὶ πάλιν καθεζόμενον καὶ τὴν σειρὰν πλέκοντα, εἶτα πάλιν εἰς προσευχὴν ἀνιστάμενον· ἦν δὲ ἄγγελος Κυρίου, ἀποσταλεὶς πρὸς διόρθωσιν καὶ ἀσφάλειαν Ἀντωνίου. Καὶ ἤκουσε τοῦ ἀγγέλου λέγοντος· Οὕτως ποίει, καὶ σώζῃ. Ὁ δὲ τοῦτο ἀκούσας, πολλὴν χαρὰν ἔσχε καὶ θάρσος, καὶ οὕτως ποιῶν ἐσώζετο.

2. (11) Idem abbas Antonius cum ad judiciorum Dei profunditatem intenderet, postulavit dicens : Domine, quomodo nonnulli post paucos vitæ annos moriuntur, nonnulli vero ad ætatem decrepitam perveniunt? Quare quidam pauperes, alii divites sunt? Et quo pacto injusti locupletantur, justi autem indigent? Tum venit ad eum vox, dicens : Antoni, attende tibi ipsi; hæc enim judicia Dei sunt, nec tibi conducit illa discere.

β'. Ὁ αὐτὸς ἀββᾶς Ἀντώνιος, ἀτενίσας (15) πρὸς τὸ βάθος τῶν τοῦ Θεοῦ κριμάτων, ᾔτησε λέγων· Κύριε, πῶς τινες ὀλιγόβιοι ἀποθνήσκουσι, τινὲς δὲ ὑπεργηρῶσι; καὶ διατί τινὲς μὲν πένονται, ἄλλοι δὲ πλουτοῦσι; καὶ πῶς ἄδικοι μὲν πλουτοῦσι, δίκαιοι δὲ πένονται; Ἦλθε δὲ αὐτῷ φωνὴ λέγουσα· Ἀντώνιε, σεαυτῷ πρόσεχε· ταῦτα γὰρ κρίματα Θεοῦ εἰσι, καὶ οὐ συμφέρει σοι αὐτὰ μαθεῖν.

3. (12) Interrogavit nonnullus abbatem Antonium his verbis : Quidnam observans, Deo placebo? Et respondens senex dixit : Quæ tibi mando custodi : quocunque vadis, Deum semper habeto præ oculis tuis; et quidquid egeris [sive locutus fueris], testimonium ex sacris Scripturis assumito; ac in quocunque resederis loco, noli cito inde moveri. Tria hæc serva, et salvus fies.

γ'. Ἠρώτησέ τις τὸν ἀββᾶν Ἀντώνιον, λέγων· Τί φυλάξας τῷ Θεῷ εὐαρεστήσω; Καὶ ἀποκριθεὶς ὁ γέρων εἶπεν· Ἃ ἐντέλλομαί σοι φύλαξον· ὅπου δὲ ἂν ἀπέρχῃ, τὸν Θεὸν ἔχε πρὸ ὀφθαλμῶν σου πάντοτε· καὶ ὅπερ ἂν πράττεις (16), ἔχε ἐκ τῶν ἁγίων Γραφῶν τὴν μαρτυρίαν· καὶ ἐν_οἷῳ δ' ἂν καθέζῃ τόπῳ, μὴ ταχέως κινοῦ. Τὰ τρία ταῦτα φύλαξον, καὶ σώζῃ.

[1] Psal. xviii, 11.

(10) *Vitæ Patrum* libro v, libello 7, n. 1, et libro iii, n. 105.

(11) *Vit. Patr.* v, 15, 1; *Miscell.* Voss. post Greg. Thaum, p. 133.

(12) *Vit. Patr.* iii, 108; Ephræm p. 386, n. 2.

(13) *Ἀποφθέγματα τῶν ἁγίων γερόντων.* Photius *Bibliothecæ* cap. 198. Codices Cæsarei Vindobonenses 214, 234, 237; Joannes Antiochenus, Rosweydus, Raderus, et Corderius locis supra citatis; Opera S. Ephræm Syri p. 386 et 388; Glossarium Meursii p. 655, ubi de Paulo monacho, et Regiæ Gazæ exemplar ms. 1787 : de quo superius ad p. 170; necnon Isaias abbas orat. 8.

(14) *Ὁ ἅγιος ἀββᾶς Ἀντώνιος*, etc. Refertur hoc Apophthegma in *Vitis Patrum*, et in Ephræmi Operibus p. 386, n. 1, inter Apophthegmata atque enarrationes SS. et antiquorum Patrum : item a Joanne Geometra, *Paradisi* epigrammate 57, ac ms. Cæsareo 165, n. 13; necnon per Eliam Cretensem in Commentario ad Joannis Climaci caput 19, prout Gallice adduxit qui Climacum in nostram linguam conversum, docte elucidavit. Οὐδενὶ πρέπον, inquit Joannes dicto *Gradu* 19, ἐν προσευχῇ πάρεργον, μᾶλλον δὲ κάτεργον. Τοῦτο γὰρ σαφῶς ἐπαίδευσεν ὁ κατὰ τὸν μέγαν Ἀντώνιον ἄγγελος. Hoc est, me interprete : *Neminem decet, inter orandum aliud opus, imo contrarium opus agere. Id enim aperte docuit ille magni Antonii angelus.* Adde Scholium 55 *Gradus* 26 : Διδάσκαλοι τῆς ἁγνείας, Ἠλίας, καὶ Ἰωάννης ὁ πρόδρομος, καὶ ὁ θεολόγος Ἰωάννης· πραότητος δὲ, Μωϋσῆς, καὶ Δαυὶδ· τῆς δὲ προσευχῆς, αὐτὸς ὁ Θεοῦ Λόγος, καὶ ὁ φανεὶς ἄγγελος Ἀντωνίῳ καὶ Παχωμίῳ.

(15) *Ἀτενίσας.* Pelagius in *Vitis Patrum*, *deficiens in consideratione.* Legebat ἀτονήσας, vel utrumque.

(16) Reg. cod. 2165 inser. ᾖ λαλεῖς.

δ'. Εἶπεν ὁ ἀββᾶς Ἀντώνιος τῷ ἀββᾷ Ποιμένι, ὅτι Αὕτη ἐστὶν ἡ μεγάλη ἐργασία τοῦ ἀνθρώπου, ἵνα τὸ σφάλμα ἑαυτοῦ ἐπάνω ἑαυτοῦ βάλῃ ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ, καὶ προσδοκήσῃ πειρασμὸν ἕως ἐσχάτης ἀναπνοῆς.

4. (19) Dixit abbas Antonius abbati Pœmeni : Hoc est magnum hominis opus, ut culpam suam super se ponat coram Deo, et tentationem exspectet usque ad extremum vitæ halitum.

ε'. Ὁ αὐτὸς εἶπεν· Οὐδεὶς ἀπείραστος δυνήσεται εἰσελθεῖν εἰς τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν. Ἔπαρον γὰρ, φησὶ, τοὺς πειρασμοὺς, καὶ οὐδεὶς ὁ σωζόμενος.

5. (20) Idem infit : Nemo tentationis expers intrare poterit in regnum cœlorum. Tolle enim, inquit, tentationes, et nemo salvus erit.

ς'. Ἠρώτησεν ὁ ἀββᾶς Παμβὼ τὸν ἀββᾶν Ἀντώνιον· Τί ποιήσω; Λέγει αὐτῷ ὁ γέρων· Μὴ ἔσο πεποιθὼς τῇ δικαιοσύνῃ σου, μηδὲ μεταμελοῦ ἐπὶ πράγματι παρελθόντι, καὶ ἐγκρατὴς γενοῦ γλώσσης καὶ κοιλίας.

6. (21) Interrogavit abbas Pambo abbatem Antonium : Quid agam ? Ait illi senex : Noli in tua justitia confidere, neque de re præterita pœniteas, et contine linguam ventremque.

ζ'. Εἶπεν ὁ ἀββᾶς Ἀντώνιος· Εἶδον πάσας τὰς παγίδας τοῦ ἐχθροῦ ἡπλωμένας ἐπὶ τῆς γῆς· καὶ στενάξας εἶπον· Τίς ἄρα παρέρχεται ταύτας; Καὶ ἤκουσα φωνῆς λεγούσης μοι· Ἡ ταπεινοφροσύνη.

7. (22) Dictum est ab abbate Antonio : Vidi omnes laqueos inimici extensos super terram ; et ingemiscens dixi : Quis utique hosce prætergredietur? Tum audivi vocem aientem mihi : Humilitas.

η'. Εἶπε πάλιν, ὅτι Εἰσί τινες κατατρίψαντες τὰ ἑαυτῶν σώματα ἐν ἀσκήσει, καὶ διὰ τὸ μὴ ἐσχηκέναι αὐτοὺς διάκρισιν, μακρὰν τοῦ Θεοῦ γεγόνασιν.

8. (23) Iterum dixit, Esse quosdam qui sua corpora in austeritate contriverunt, et quod discretione carerent, longe a Deo facti sunt.

θ'. Εἶπεν πάλιν, ὅτι Ἐκ τοῦ πλησίον ἐστὶν ἡ ζωὴ καὶ ὁ θάνατος. Ἐὰν γὰρ κερδήσωμεν τὸν ἀδελφὸν, τὸν Θεὸν κερδαίνομεν· ἐὰν δὲ σκανδαλίσωμεν τὸν ἀδελφὸν, εἰς Χριστὸν ἁμαρτάνομεν.

9. (24) Rursus ait : A proximo pendet vita et mors. Nam si lucrati fuerimus fratrem, Deum lucramur ; sin vero fratrem scandalizaverimus, peccamus in Christum.

ι'. Εἶπε πάλιν· Ὥσπερ οἱ ἰχθύες (17) ἐγχρονίζοντες τῇ ξηρᾷ τελευτῶσιν, οὕτως καὶ οἱ μοναχοὶ, βραδύνοντες ἔξω τοῦ κελλίου, ἢ μετὰ κοσμικῶν διατρίβοντες, πρὸς τὸν τῆς ἡσυχίας τόνον ἐκλύονται. Δεῖ οὖν, ὥσπερ τὸν ἰχθὺν εἰς τὴν θάλασσαν, οὕτως καὶ ἡμᾶς εἰς τὸ κελλίον ἐπείγεσθαι, μήποτε βραδύνοντες ἔξω ἐπιλαθώμεθα τῆς ἔνδον φυλακῆς.

10. (25) Dixit adhuc : Sicut pisces si supra terram morati fuerint, moriuntur ; ita quoque monachi, si extra cellam tardaverint, aut cum sæcularibus permanserint, a quietæ vitæ tenore decidunt. Oportet igitur, sicut piscem in mare, sic et nos ad cellam properare : ne forte foris cunctantes, obliviscamur interioris custodiæ.

ια'. Εἶπε πάλιν, ὅτι Ὁ καθήμενος ἐν τῇ ἐρήμῳ καὶ ἡσυχάζων, τριῶν ἀπαλλάττεται πολέμων, τῆς ἀκοῆς, καὶ τῆς λαλιᾶς, καὶ τοῦ βλέπειν· πρὸς ἕνα μόνον ἔχει, τὸν τῆς πορνείας (18).

11. (26) Hujusmodi etiam oratio ejus exstitit : Qui sedet in solitudine, et quiescit, a tribus bellis eripitur : auditus, locutionis, et visus ; unum solum pugnare habet, nempe fornicationis.

ιβ'. Ἀδελφοί τινες παρέβαλον τῷ ἀββᾷ Ἀντωνίῳ, ἀναγγεῖλαι αὐτῷ φαντασίας ἃς ἔβλεπον, καὶ μαθεῖν παρ' αὐτοῦ εἰ ἀληθιναί εἰσιν, ἢ ἀπὸ δαιμόνων. Εἶχον δὲ ὄνον, καὶ ἀπέθανεν ἐν τῇ ὁδῷ. Ὡς οὖν ἦλθον πρὸς τὸν γέροντα, προλαβὼν εἶπεν αὐτοῖς· Πῶς ἀπέθανεν ὁ μικρὸς ὄνος ἐν τῇ ὁδῷ; Λέγουσιν αὐτῷ· Πόθεν οἶδας, ἀββᾶ; Ὁ δὲ εἶπεν αὐτοῖς· Οἱ δαίμονες ἔδειξάν μοι. Καὶ λέγουσιν αὐτῷ· Ἡμεῖς διὰ τοῦτο ἤλθομεν ἐρωτῆσαί σε, ὅτι βλέπομεν φαντασίας, καὶ πολλάκις γίνονται ἀληθιναὶ, μήπως πλανώμεθα. Καὶ ἐπληροφόρησεν αὐτοὺς ὁ γέρων ἐκ τοῦ κατὰ τὸν ὄνον ἀποδείγματος, ὅτι ἀπὸ δαιμόνων εἰσίν.

12. (27) Fratres quidam accesserunt ad abbatem Antonium, nuntiaturi quas cernebant visiones, et disciturі ab illo num veræ essent, an a dæmonibus. Habebant autem asinum, qui in via mortuus est. Ut ergo pervenerunt ad senem, præveniens dixit illis : Quo modo in via mortuus est asellus? Aiunt ei : Unde scis, Pater? Ille vero dixit ipsis : Dæmones mihi ostenderunt. Tum dicunt ei : Nos propterea venimus interrogare te, quia videmus phantasias, ac plerumque veræ exsistunt, ne erremus. Et satisfecit eis senex per asini exemplum, comprobavitque eas visiones a dæmonibus esse.

ιγ'. Ἦν δέ τις κατὰ τὴν ἔρημον θηρεύων ἄγρια ζῶα, καὶ εἶδε τὸν ἀββᾶν Ἀντώνιον χαριεντιζόμενον

13. (28) Erat autem quidam qui per eremum agrestia animalia venabatur : is abbatem Antonium vi-

(17) Ὥσπερ οἱ ἰχθύες. Cod. Vindobon. 234 ; Athanasius in *Vita Antonii* p. 499. Videre etiam operæ pretium fuerit librum *De quadripartito exercitio cellæ*, cap. 9, in *Manuali Solitariorum* Petri Francisci Chilletii viri doctissimi ; necnon Eugenium papam can. *Placuit* 16, q. 1.

(18) Τῆς πορνείας. Pelagius *cordis*, καρδίας.

(19) *Vit. Patr.* xv, 2 ; Doroth. *Doctr.* vii ; Ephræm n. 3, inf. in *Pœm.*, n. 123.

(20) Doroth. epist. 5, inf. *in Evagrio*, n. 5.

(21) *Vit. Patr.* i, 2.

(22) *Vit. Patr.* xv, 3 ; iii, 129 ; in Doroth. init., et *Doctr.* 2 ; Ephræm n. 4. Andreas *in Apocal.* c. 55.

(23) *Vit. Patr.*, x, 1.

(24) *Vit. Patr.* xvii, 2.

(25) *Vit. Patr.* ii, 1.

(26) *Vit. Patr.* ii, 2.

(27) *Vit. Patr.* x, 2.

(28) Ib. Joan. Geom. *Parad.* 68

dit cum fratribus urbane agentem. Volens autem ei plene persuadere senex, interdum condescendendum esse fratribus, ait illi : Pone sagittam in arcu tuo, ac tende. Atque ita fecit. Dicit ei : Adhuc tende. Et tetendit. Iterum ait : Tende. Respondit venator : Si ultra mensuram tetendero, rumpetur arcus. Tum senex : Ita, inquit, etiam in Dei opere, si supra mensuram tetenderimus erga fratres, cito frangentur. Oportet igitur paululum et aliquoties fratribus condescendere. His auditis venator compunctione ductus est; multumque a sene emolumenti capiens, discessit; fratres etiam confirmati, reversi sunt in locum suum.

14. (29) Audivit abbas Antonius de quodam juniore monacho, qui in via miraculum hujusmodi fecerat. Cum vidisset senes quosdam iter agentes atque defatigatos, onagris jussit ut venirent ac portarent senes, donec pervenissent ad Antonium. Hæc ergo senes abbati Antonio nuntiarunt. Et ait illis : Videtur mihi monachus iste navigium esse plenum bonis; sed nescio an ad portum appellet. Et post aliquantum temporis, ecce subito cœpit abbas Antonius flere, capillos vellere, lamentari. Dicunt ei discipuli ipsius : Quam ob rem ploras, abba? Respondit senex : Modo magna Ecclesiæ columna cecidit. Loquebatur autem de juvene monacho. Sed proficiscimini, inquit, usque ad illum, ac videte quidnam contigerit. Abeunt ergo discipuli; inveniuntque monachum in matta sedentem, ac flentem quod commiserat peccatum. Intuitus autem senis discipulos, ait : Dicite seni, ut Deum deprecetur, decem solummodo dies mihi concedat, ac spero quod satisfaciam. Sed intra quinque dies obiit.

15. (30) Laudatus fuerat a fratribus quidam monachus apud abbatem Antonium. Hic autem illum cum accessisset tentavit, an ferret injuriam : compertoque quod non sufferret, ait illi : Similis es vico, cujus anteriora quidem exornata sunt, posteriora vero a prædonibus direpta.

16. (31) Frater dixit abbati Antonio : Ora pro me. Ait illi senex : Nec ego tui misereor, nec Deus, nisi tu quoque operam navaveris, Deumque fueris deprecatus.

17. (32) Convenerunt aliquando senes abbatem Antonium, eratque una cum illis abbas Joseph. Et volens senex probare eos, sermonem proposuit ex Scriptura, cœpitque percontari a minoribus quis esset sermo ille. Et unusquisque pro virili sua explanabat. Senex autem singulis dicebat : Nondum invenisti. Post cunctos abbati Josepho ait : Tu, quid sibi velle id verbi censes? Respondit : Nescio. Excepit abbas Antonius : Omnino abbas Joseph viam invenit, qui se nescire professus est.

μετὰ τῶν ἀδελφῶν [3]. Θέλων δὲ αὐτὸν πληροφορῆσαι ὁ γέρων, ὅτι χρὴ μίαν [4] συγκαταβαίνειν τοῖς ἀδελφοῖς, λέγει αὐτῷ· Βάλε βέλος εἰς τὸ τόξον σου, καὶ τεῖνον· καὶ ἐποίησεν οὕτως. Λέγει αὐτῷ· Πάλιν τεῖνον· καὶ ἔτεινεν. Καὶ πάλιν φησί· Τεῖνον. Λέγει αὐτῷ ὁ θηρευτής· Ἐὰν ὑπὲρ τὸ μέτρον τείνω, κλᾶται τὸ τόξον. Λέγει αὐτῷ ὁ γέρων· Οὕτως καὶ εἰς τὸ ἔργον τοῦ Θεοῦ· ἐὰν πλεῖον τοῦ μέτρου τείνωμεν κατὰ τῶν ἀδελφῶν, ταχὺ προσρήσσουσι. Χρὴ οὖν μίαν συγκαταβαίνειν τοῖς ἀδελφοῖς. Ταῦτα ἀκούσας ὁ θηρευτής, κατενύγη, καὶ πολλὰ ὠφεληθεὶς παρὰ τοῦ γέροντος, ἀπῆλθε· καὶ οἱ ἀδελφοὶ στηριχθέντες ἀνεχώρησαν εἰς τὸν τόπον αὐτῶν.

ιϑ'. Ἤκουσεν ὁ ἀββᾶς Ἀντώνιος περί τινος νεωτέρου μοναχοῦ, ποιήσαντος σημεῖον ἐν τῇ ὁδῷ· ὡς τούτου ἐωρακότος γέροντάς τινας ὁδεύοντας καὶ κάμνοντας ἐν τῇ ὁδῷ, καὶ ὀνάγρους ἐπιτάξαντος ἐλθεῖν καὶ βαστάσαι τοὺς γέροντας, ἕως οὗ φθάσωσι πρὸς Ἀντώνιον. Οἱ οὖν γέροντες ἀνήγγειλαν τῷ ἀββᾷ Ἀντωνίῳ ταῦτα. Καὶ λέγει αὐτοῖς· Ἔοικέ μοι ὁ μοναχὸς οὗτος πλοῖον εἶναι μεστὸν ἀγαθῶν, οὐκ οἶδα δὲ εἰ ἥξει εἰς τὸν λιμένα. Καὶ μετὰ χρόνον ἄρχεται ἐξαίφνης ὁ ἀββᾶς Ἀντώνιος κλαίειν καὶ τίλλειν τὸς τρίχας αὐτοῦ καὶ ὀδύρεσθαι. Λέγουσιν αὐτῷ οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ· Τί κλαίεις, ἀββᾶ; Καὶ εἶπεν ὁ γέρων· Μέγας στύλος τῆς Ἐκκλησίας ἄρτι ἔπεσεν (ἔλεγε δὲ περὶ τοῦ νεωτέρου μοναχοῦ)· ἀλλὰ ἀπέλθετε, φησίν, ἕως αὐτοῦ, καὶ βλέπετε τὸ γεγονός. Ἀπέρχονται οὖν οἱ μαθηταὶ, καὶ εὑρίσκουσι τὸν μοναχὸν ἐπὶ ψιαθίου καθήμενον, καὶ κλαίοντα τὴν ἁμαρτίαν ἣν εἰργάσατο. Ἐωρακὼς δὲ τοὺς μαθητὰς τοῦ γέροντος, λέγει· Εἴπατε τῷ γέροντι ἵνα παρακαλέσῃ τὸν Θεὸν, δέκα μόνας ἡμέρας ἐνδοῦναί μοι, καὶ ἐλπίζω ἀπολογήσασθαι. Καὶ ἐντὸς ἡμερῶν πέντε ἐτελεύτησεν.

ιε'. Ἐπηνέθη τις μοναχὸς ὑπὸ τῶν ἀδελφῶν πρὸς τὸν ἀββᾶν Ἀντώνιον. Ὁ δὲ παραβαλόντα αὐτὸν ἐπείρασεν, εἰ φέρει ἀτιμίαν· καὶ εὑρὼν ὅτι οὐ βαστάζει, εἶπεν αὐτῷ· Ἔοικας κώμῃ, τὰ ἔμπροσθεν κεκαλλωπισμένῃ, τὰ δὲ ὄπισθεν ὑπὸ ληστῶν συλουμένῃ.

ις'. Ἀδελφὸς εἶπε τῷ ἀββᾷ Ἀντωνίῳ· Εὖξαι ὑπὲρ ἐμοῦ. Λέγει αὐτῷ ὁ γέρων· Οὐδὲ ἐγὼ σε ἐλεῶ, οὐδὲ ὁ Θεός, ἐὰν μὴ σὺ αὐτὸς σπουδάσῃς, καὶ αἰτήσῃ τὸν Θεόν.

ιζ'. Παρέβαλόν ποτε γέροντες τῷ ἀββᾷ Ἀντωνίῳ, καὶ ἦν ὁ ἀββᾶς Ἰωσὴφ μετ' αὐτῶν. Καὶ θέλων ὁ γέρων δοκιμάσαι αὐτοὺς, προεβάλετο ῥῆμα ἐν τῇς Γραφῇς, καὶ ἤρξατο ἐρωτᾶν ἀπὸ τῶν μικροτέρων, τί ἐστι τὸ ῥῆμα τοῦτο. Καὶ ἕκαστος ἔλεγε κατὰ τὴν ἰδίαν δύναμιν. Ὁ δὲ γέρων ἑκάστῳ ἔλεγεν· Οὔπω εὗρες. Ὕστερον ὅλων λέγει τῷ ἀββᾷ Ἰωσήφ· Σὺ πῶς λέγεις εἶναι τὸν λόγον τοῦτον; Ἀποκρίνεται· Οὐκ οἶδα. Λέγει οὖν ὁ ἀββᾶς Ἀντώνιος· Πάντως ἀββᾶς Ἰωσὴφ εὗρε τὴν ὁδὸν, ὅτι εἶπεν, Οὐκ οἶδα.

[3] Al. add. καὶ ἐσκανδαλίσθη. [4] Al. μίαν μίαν.

(29) *Vit. Patr.* VIII, 1; Climacus *Gradu* 15; Schol. 41, ad *Grad.* 4.
(30) *Vit. Patr.* III, 88; VIII, 2.
(31) *Vit. Patr.* X, 3.
(32) *Vit. Patr.* XV, 4.

ιη'. Ἀδελφοὶ παρέβαλον τῷ ἀββᾷ Ἀντωνίῳ ἀπὸ Σκήτεως, καὶ ἐμβάντες εἰς πλοῖον ἀπελθεῖν πρὸς αὐτὸν, εὗρον γέροντα θέλοντα καὶ αὐτὸν ἀπελθεῖν ἐκεῖ. Ἠγνόουν δὲ αὐτὸν οἱ ἀδελφοί. Καὶ καθήμενοι ἐν τῷ πλοίῳ ἐλάλουν λόγους Πατέρων, καὶ ἐκ τῆς Γραφῆς, καὶ πάλιν περὶ ἐργοχείρων ἑαυτῶν. Ὁ δὲ γέρων[3] ἐσιώπα. Ἐλθόντων δὲ αὐτῶν ἐπὶ τοῦ ὅρμου, εὑρέθη καὶ ὁ γέρων ὑπάγων πρὸς τὸν ἀββᾶν Ἀντώνιον. Ὡς δὲ ἦλθον πρὸς αὐτὸν, λέγει αὐτοῖς· Καλὴν συνοδίαν εὕρετε, τὸν γέροντα τοῦτον. Εἶπε δὲ καὶ τῷ γέροντι· Καλοὺς ἀδελφοὺς εὗρες μετὰ σοῦ, ἀββᾶ. Λέγει ὁ γέρων· Καλοὶ μέν εἰσιν, ἀλλ' ἡ αὐλὴ αὐτῶν οὐκ ἔχει θύραν, καὶ ὁ θέλων εἰσέρχεται εἰς τὸν σταῦλον, καὶ λύει τὸν ὄνον. Τοῦτο δὲ ἔλεγεν, ὅτι τὰ ἐρχόμενα εἰς τὸ στόμα αὐτῶν λαλοῦσιν[4].

ιθ'. Παρέβαλον ἀδελφοὶ τῷ ἀββᾷ Ἀντωνίῳ, καὶ λέγουσιν αὐτῷ· Εἰπὲ ἡμῖν λόγον, πῶς σωθῶμεν; Λέγει αὐτοῖς ὁ γέρων· Ἠκούσατε τὴν Γραφήν; καλῶς ὑμῖν ἔχει. Οἱ δὲ εἶπον· Καὶ παρὰ σοῦ θέλομεν ἀκοῦσαι, Πάτερ. Εἶπε δὲ αὐτοῖς ὁ γέρων· Λέγει τὸ Εὐαγγέλιον· *Ἐάν τίς σε ῥαπίσῃ εἰς τὴν δεξιὰν σιαγόνα, στρέψον αὐτῷ καὶ τὴν ἄλλην.* Λέγουσιν αὐτῷ· Οὐ δυνάμεθα τοῦτο ποιῆσαι. Λέγει αὐτοῖς ὁ γέρων· Εἰ μὴ δύνασθε στρέψαι καὶ τὴν ἄλλην, κἂν τὴν μίαν ὑπομείνατε. Λέγουσιν αὐτῷ· Οὐδὲ τοῦτο δυνάμεθα. Λέγει ὁ γέρων· Εἰ οὐδὲ τοῦτο δύνασθε, μὴ δότε ἀνθ' οὗ ἐλάβετε. Καὶ εἶπον· Οὐδὲ τοῦτο δυνάμεθα. Λέγει οὖν ὁ γέρων τῷ μαθητῇ αὐτοῦ· Ποίησον[7] αὐτοῖς μικρὰν ἀθήραν· ἀσθενοῦσι γάρ.[8] Εἰ τοῦτο οὐ δύνασθε, κἀκεῖνο οὐ[9] θέλετε, τί ὑμῖν ποιήσω; Εὐχῶν χρεία.

κ'. Ἀδελφὸς ἀποταξάμενος τῷ κόσμῳ καὶ διαδοὺς τὰ ὑπάρχοντα αὐτοῦ πτωχοῖς, παρακατασχὼν δὲ ὀλίγα εἰς λόγον ἑαυτοῦ, παρέβαλε τῷ ἀββᾷ Ἀντωνίῳ. Καὶ τοῦτο μαθὼν, λέγει αὐτῷ ὁ γέρων· Εἰ θέλεις μοναχὸς γενέσθαι, ἄπελθε εἰς τήνδε τὴν κώμην, καὶ ἀγόρασον κρέας, καὶ περίθες τῷ σώματί σου γυμνῷ, καὶ οὕτως ἐλθὲ ἐνταῦθα. Καὶ ποιήσαντος οὕτως τοῦ ἀδελφοῦ, οἱ κύνες καὶ τὰ ὄρνεα τὸ σῶμα αὐτοῦ κατέτεμνον. Ἀπαντήσαντος δὲ αὐτοῦ πρὸς τὸν γέροντα, ἐπύθετο εἰ γέγονεν ὡς συνεβούλευσεν. Ἐκείνου δὲ ἐπιδεικνυμένου τὸ σῶμα διεσπαραγμένον, λέγει ὁ ἅγιος Ἀντώνιος· Οἱ ἀποταξάμενοι τῷ κόσμῳ, καὶ θέλοντες ἔχειν χρήματα, οὕτως ἀπὸ τῶν δαιμόνων κατακόπτονται πολεμούμενοι.

κα'. Ἀδελφῷ ποτε συνέβη πειρασμὸς εἰς τὸ κοινόβιον τοῦ ἀββᾶ Ἡλίτ[10]· καὶ διωχθεὶς ἐκεῖθεν ἀπῆλθεν εἰς ὄρος πρὸς τὸν ἀββᾶν Ἀντώνιον. Καὶ μείναντος τοῦ ἀδελφοῦ χρόνον πρὸς αὐτὸν, ἀπέστειλεν αὐτὸν εἰς τὸ κοινόβιον ὅθεν ἐξέβη. Οἱ δὲ ἰδόντες αὐτὸν, πάλιν ἐδίωξαν· ὁ δὲ ἀνέκαμψε πρὸς τὸν ἀββᾶν Ἀντώνιον, λέγων· Οὐκ ἠθέλησάν με δέξασθαι, Πάτερ. Ἀπέστειλεν οὖν ὁ γέρων λέγων· Πλοῖον ἐναυάγησεν ἐν τῷ πελάγει, καὶ ἀπώλεσε τὸν γόμον, καὶ μετὰ καμάτου

A 18. (33) Fratres abbatem Antonium inviserunt de Sceti, et ingressi navem ut irent ad eum, invenerunt senem qui ipse etiam illuc proficisci volebat. Fratribus autem non erat notus. Sedentes porro in navi, loquebantur sermones Patrum, necnon ex Scripturis, postea de laboribus manuum suarum. At senex tacebat. Cum autem venissent ad portum, deprehensus est etiam senex ad abbatem Antonium proficisci. Utque ad eum venerunt, ait illis : Bonum comitatum nacti estis, hunc senem. Dixit quoque seni : Probos fratres tecum reperisti, abba. Tum senex : Præclari quidem sunt; verum aula eorum non habet januam, et quicunque vult intrat in stabulum, ac solvit asinum. Id vero dicebat, quia quidquid illis in buccam veniebat, loque-

B bantur.

19. (34) Venerunt fratres ad abbatem Antonium, aiuntque ei : Effare nobis verbum, quonam modo salvi erimus? Respondit senex : Audistis Scripturam. Bene vobiscum agitur. At illi exceperunt : A te pariter audire cupimus, Pater. Tunc ad illos senex : Verba Evangelii sunt : *Si quis te percusserit in dexteram maxillam, præbe illi et alteram*[11]. Dicunt ei : Hoc facere non possumus. Quibus senex : Si alteram præbere non potestis, saltem una percussa tolerate. Aiunt ei : Neque hoc agere valemus. Dein senex : Si neque hoc valetis, nolite ferire pro eo quod vapulastis. Illi : Neque id possumus. Dicit igitur senex discipulo suo : Para illis parvam pultem; etenim ægrotant. [Deinde dixit

C eis :] Si hoc non potestis, neque illud vultis, quid faciam vobis? Indigetis precibus.

20. (35) Frater qui renuntiaverat sæculo, et sua pauperibus distribuerat, sibi tamen retinuerat pauca, accessit ad abbatem Antonium. Quo comperto, dixit ei senex : Si vis monachus fieri, perge ad illum vicum, eme carnes, circumpone corpori tuo nudo, sicque huc veni. Cum ergo ita fecisset frater, canes atque aves corpus ejus lacerabant. Occurrente autem illo ad senem, interrogavit num fecisset ut ipsi consilium dederat. Et postquam is ostendisset corpus suum dilaceratum, ait sanctus Antonius : Qui mundo renuntiaverunt, voluntque habere pecunias, hunc in modum a dæmonibus im-

D pugnati discerpuntur.

21. (36) Contigit aliquando fratri tentatio in cœnobio abbatis Eliæ; ac expulsus inde, abiit in montem ad abbatem Antonium. Cumque mansisset apud eum frater per aliquod tempus, remisit illum in cœnobium unde egressus fuerat. At monachi ipsum intuiti, iterum ejecerunt; is vero ad abbatem Antonium reversus est, dixitque : Noluerunt me suscipere, Pater. Itaque misit senex, dicens : Navis in pelago naufragium fecit, amisitque mer-

[3] Al. inser. ἀεί. [4] Al. εἰσερχόμενα εἰς αὐτοὺς ἐλάλουν. [7] Al. τοῖς ἀδελφοῖς. [8] Al. add. καὶ λέγει αὐτοῖς. [9] Al. δύνασθε. [10] Ἡλίου. [11] Matth. v 39.

(33) *Vit. Patr.* IV, 1.
(34) *Vit. Patr.* IV. 11.
(35) *Vit. Patr.* III, 68; IV, 1.
(36) *Vit. Patr.* IX, 1.

ces suas, et vix in terram salva appulit; vos vero quæ ad terram servata fuerunt vultis submergere. Illi porro comperientes quod ab abbate Antonio missus fuisset, statim eum receperunt.

22. (37) Dixit abbas Antonius : Reputo quod corpus habeat motionem naturalem ipsi contemperatam, sed nolente animo, non operatur; tantum indicat in corpore motum sine passione. Est autem et alia motio, ex nutritione fomentoque corporis per cibum ac potum; unde sanguinis calor corpus excitat ad operationem. Quare Apostolus scripsit : *Nolite inebriari vino, in quo est luxuria*[11]. Rursumque Dominus in Evangelio discipulis præcipiens dixit : *Videte, ne forte graventur corda vestra in crapula et ebrietate*[12]. Est et alia motio in iis qui in hujus vitæ agone decertant, quæ ex insidiis ac invidia dæmonum supervenit. Itaque scire oportet, tres esse corporales motus; unum naturalem; alium ex promiscuo usu ciborum, tertium denique a dæmonibus.

23. (38) Dixit iterum, Deum non demittere bella tentationesque in ætatem hanc, quemadmodum apud antiquos : scire enim homines nunc infirmos esse, nec posse portare.

24. Revelatum est in solitudine abbati Antonio, esse aliquem in urbe ipsi similem, professione medicum, qui quidquid superflui possidebat daret indigentibus, et quotidie Trisagium cum angelis psalleret.

25. Dictum abbatis Antonii : Venit tempus, quo homines insanient, et cum viderint aliquem non insanum, insurgent adversus illum, dicentes : Tu insanis; eo quod ipsis similis non sit.

26. Fratres convenerunt abbatem Antonium, ac protulerunt illi testimonium e Levitico. Egressus itaque est senex in eremum, clam sequente eum abbate Ammona, qui consuetudinem ipsius noverat. Et procul senex profectus, stans ad orationem, clamavit voce magna : Deus, Moysen mitte, qui me doceat id oraculum. Tum venit ad eum vox cum ipso colloquens. Dixit igitur abbas Ammonas, se quidem audiisse vocem cum ipso loquentem, verum sermonis vim non intellexisse.

27. Tres Patres solebant singulis annis ad beatum Antonium proficisci; ac duo quidem sciscitabantur ipsum de cogitationibus et salute animæ; tertius vero, tacebat omnino, nec quidquam rogabat. Itaque post multum tempus, ait illi abbas Antonius : Ecce a tanto tempore huc venis, nec de quoquam interrogas me. Tum respondens dixit ei : Mihi id unum sufficit, Pater, quod te video.

28. (39) Aiebant quemdam senum a Deo postulasse uti videret Patres; ac vidisse illos, præter

ἐσώθη ἐπὶ τὴν γῆν· ὑμεῖς δὲ τὰ σωθέντα ἐπὶ τὴν γῆν θέλετε καταποντίσαι. Οἱ δὲ ἀκούσαντες ὅτι ὁ ἀββᾶς Ἀντώνιος αὐτὸν ἀπέστειλεν, εὐθέως ἐδέξαντο αὐτόν.

κβ'. Εἶπεν ὁ ἀββᾶς Ἀντώνιος· Λογίζομαι ὅτι ἔχει τὸ σῶμα κίνησιν φυσικὴν συναναφυρεῖσαν αὐτῷ· ἀλλ' οὐκ ἐνεργεῖ, μὴ θελούσης τῆς ψυχῆς· μόνον δὲ σημαίνει ἐν τῷ σώματι ἀπαθῆ κίνησιν. Ἔστι δὲ καὶ ἄλλη κίνησις, ἐκ τοῦ τρέφειν καὶ θάλπειν τὸ σῶμα βρώμασι καὶ πόμασιν· ἐξ ὧν ἡ θέρμη τοῦ αἵματος διεγείρει τὸ σῶμα πρὸς ἐνέργειαν. Διὸ καὶ ἔλεγεν ὁ Ἀπόστολος· *Μὴ μεθύσκεσθε οἴνῳ, ἐν ᾧ ἐστιν ἀσωτία.* Καὶ πάλιν ὁ Κύριος ἐν τῷ Εὐαγγελίῳ τοῖς μαθηταῖς ἐντελλόμενος εἶπε· *Βλέπετε μήποτε βαρηθῶσιν*[13] *ὑμῶν αἱ καρδίαι ἐν κραιπάλῃ καὶ μέθῃ.* Ἔστι δέ τις καὶ ἑτέρα κίνησις τοῖς ἀγωνιζομένοις, ἐξ ἐπιβουλῆς καὶ φθόνου δαιμόνων ἐπιγινομένη, ὥστε εἰδέναι δεῖ, ὅτι τρεῖς εἰσι σωματικαὶ κινήσεις μία μὲν φυσική, ἑτέρα δὲ ἐξ ἀδιαφορίας τροφῶν (40), ἡ δὲ τρίτη ἀπὸ δαιμόνων.

κγ'. Εἶπε πάλιν, ὅτι ὁ Θεὸς οὐκ ἀφίει τοὺς πολέμους ἐπὶ τὴν γενεὰν ταύτην, ὥσπερ ἐπὶ τῶν ἀρχαίων. Οἶδε γὰρ ὅτι ἀσθενεῖς εἰσι καὶ οὐ βαστάζουσιν.

κδ'. Τῷ ἀββᾷ Ἀντωνίῳ ἀπεκαλύφθη ἐν τῇ ἐρήμῳ, ὅτι Ἐν τῇ πόλει ἐστί τις ὅμοιός σοι, ἰατρὸς τὴν ἐπιστήμην, τὴν περισσείαν αὐτοῦ διδοὺς τοῖς χρείαν ἔχουσι, καὶ πᾶσαν τὴν ἡμέραν τὸ Τρισάγιον ψάλλων μετὰ τῶν ἀγγέλων.

κε'. Εἶπεν ὁ ἀββᾶς Ἀντώνιος, ὅτι Ἔρχεται καιρὸς, ἵνα οἱ ἄνθρωποι μανῶσι, καὶ ἐὰν ἴδωσί τινα μὴ μαινόμενον, ἐπαναστήσονται αὐτῷ λέγοντες, ὅτι Σὺ μαίνῃ, διὰ τὸ μὴ εἶναι ὅμοιον αὐτοῖς.

κς'. Ἀδελφοὶ παρέβαλον τῷ ἀββᾷ Ἀντωνίῳ, καὶ εἶπον αὐτῷ ῥῆμα τοῦ Λευϊτικοῦ. Ἐξῆλθεν οὖν ὁ γέρων εἰς τὴν ἔρημον, καὶ ἠκολούθησεν αὐτῷ ἀββᾶς Ἀμμωνᾶς κρυφῇ, εἰδὼς τὴν συνήθειαν αὐτοῦ. Καὶ μακρύνας πολὺ ὁ γέρων, στὰς εἰς προσευχὴν ἔκραξε φωνῇ μεγάλῃ· Ὁ Θεὸς, ἀπόστειλον τὸν Μωϋσῆν, καὶ διδάξει με τὸ ῥῆμα τοῦτο. Καὶ ἦλθεν αὐτῷ φωνὴ λαλοῦσα μετ' αὐτοῦ. Εἶπεν οὖν ὁ ἀββᾶς Ἀμμωνᾶς, ὅτι Τὴν μὲν φωνὴν ἤκουσα τὴν λαλοῦσαν μετ' αὐτοῦ, τὴν δὲ δύναμιν τοῦ λόγου οὐκ ἔμαθον.

κζ'. Τρεῖς τῶν Πατέρων εἶχον ἔθος κατ' ἐνιαυτὸν ὑπάγειν πρὸς τὸν μακάριον Ἀντώνιον· καὶ οἱ μὲν δύο ἠρώτων αὐτὸν περὶ λογισμῶν καὶ σωτηρίας ψυχῆς· ὁ δὲ εἷς πάντα[14] ἐσιώπα μηδὲν ἐρωτῶν. Μετὰ δὲ πολὺν χρόνον λέγει αὐτῷ ὁ ἀββᾶς Ἀντώνιος· Ἰδοὺ τοσοῦτον χρόνον ἔχεις ἐρχόμενος ὧδε, καὶ οὐδὲν ἐρωτᾷς με. Καὶ ἀποκριθεὶς εἶπεν αὐτῷ· Ἀρκεῖ μοι μόνον τοῦ[15] βλέπειν σε, Πάτερ.

κη'. Ἔλεγον, ὅτι τις τῶν γερόντων ἠρώτησε τὸν Θεὸν ἰδεῖν τοὺς Πατέρας· καὶ εἶδεν αὐτοὺς χωρὶς τοῦ

[11] Ephes. v, 18. [12] Luc. xxi, 34. [13] Al. βαρυνθῶσιν. [14] Al. πάντοτε. [15] Al. τό.

(37) *Vit. Patr.* v, 1.
(38) *Vit. Patr.* x, 4.
(39) L. Moschum, c. 128.
(40) *Ἐξ ἀδιαφορίας τροφῶν.* Invenerat Pelagius in codice suo, ἐκ πληροφορίας τροφῶν. Alias non reddidisset, *ex plenitudine ciborum.* In Operibus autem Ephræmi p. 387, n. 7, interpres præsentis *Apophthegmatis* habet, *ex delectu ciborum*, quod esse videtur, ἐκ διαφορᾶς τροφῶν

ἀββᾶ Ἀντωνίου. Λέγει οὖν τῷ δεικνύοντι αὐτῷ· Ποῦ ἐστιν ὁ ἀββᾶς Ἀντώνιος; Ὁ δὲ εἶπεν αὐτῷ, ὅτι εἰς τὸν τόπον ὅπου ὁ Θεὸς, ἐκεῖ ἐστιν.

κθ'. Ἐσυκοφαντήθη ἀδελφὸς εἰς κοινόβιον περὶ πορνείας, καὶ ἀναστὰς ἦλθε πρὸς τὸν ἀββᾶν Ἀντώνιον· καὶ ἦλθον οἱ ἀδελφοὶ ἀπὸ τοῦ κοινοβίου θεραπεῦσαι αὐτὸν καὶ λαβεῖν· καὶ ἤρξαντο ἐλέγχειν ὅτι Οὕτως ἐποίησας. Ὁ δὲ ἀπελογεῖτο ὅτι Οὐδὲν τοιοῦτον ἐποίησα. Εὐκαίρησε δὲ ἐκεῖ ὁ ἀββᾶς Παφνούτιος ὁ Κεφαλᾶς, καὶ εἶπε παραβολὴν τοιαύτην· Εἶδον εἰς τὴν ὄχθαν τοῦ ποταμοῦ ἄνθρωπον βληθέντα εἰς βόρβορον ἕως τῶν γονάτων αὐτοῦ, καὶ ἐλθόντες τινὲς δοῦναι αὐτῷ χεῖρα κατεπόντισαν αὐτὸν ἕως τοῦ τραχήλου. Καὶ λέγει αὐτοῖς ὁ ἀββᾶς Ἀντώνιος περὶ τοῦ ἀββᾶ Παφνουτίου· Ἰδοὺ ἄνθρωπος ἀληθινὸς, δυνάμενος θεραπεῦσαι καὶ σῶσαι ψυχάς. Κατανυγέντες οὖν τῷ λόγῳ τῶν γερόντων, ἔβαλον μετάνοιαν τῷ ἀδελφῷ. Καὶ παρακληθέντες ὑπὸ τῶν Πατέρων ἔλαβον τὸν ἀδελφὸν εἰς τὸ κοινόβιον.

λ'. Ἔλεγόν τινες περὶ τοῦ ἀββᾶ Ἀντωνίου, ὅτι γέγονε Πνευματοφόρος, ἀλλ' οὐκ ἤθελε λαλεῖν διὰ τοὺς ἀνθρώπους· καὶ γὰρ τὰ γινόμενα ἐν τῷ κόσμῳ καὶ τὰ μέλλοντα ἐλθεῖν ἐμήνυεν.

λα'. Ποτὲ ὁ ἀββᾶς Ἀντώνιος ἐδέξατο Κωνσταντίου τοῦ βασιλέως γράμματα[16], ἵνα ἔλθῃ εἰς Κωνσταντινούπολιν· καὶ ἐσκόπει τί ποιῆσαι. Λέγει οὖν τῷ ἀββᾷ Παύλῳ τῷ μαθητῇ αὐτοῦ· Ὠφελον ἀπελθεῖν; Καὶ λέγει αὐτῷ· Ἐὰν ἀπέλθῃς, Ἀντώνιος λέγῃ· εἰ δὲ μὴ ἀπέλθῃς, ἀββᾶς Ἀντώνιος.

λβ'. Εἶπεν ὁ ἀββᾶς Ἀντώνιος· Ἐγὼ οὐκέτι φοβοῦμαι τὸν Θεὸν (41), ἀλλ' ἀγαπῶ αὐτόν[17]. *Ἡ γὰρ ἀγάπη ἔξω βάλλει τὸν φόβον.*

λγ'. Ὁ αὐτὸς εἶπε· Πρὸ ὀφθαλμῶν ἔχε πάντοτε τὸν φόβον τοῦ Θεοῦ. Μνημόνευε τοῦ *θανατοῦντος καὶ ζωογονοῦντος*. Μισήσατε τὸν κόσμον καὶ πάντα τὰ ἐν αὐτῷ. Μισήσατε πᾶσαν σαρκικὴν ἀνάπαυσιν. Ἀποτάξασθε τῇ ζωῇ ταύτῃ, ἵνα ζήσητε τῷ Θεῷ. Μνημονεύετε τί ἐπηγγείλασθε τῷ Θεῷ· ζητεῖ γὰρ αὐτὸ παρ' ὑμῶν ἐν ἡμέρᾳ κρίσεως. Πεινάσατε, διψήσατε, γυμνητεύσατε, ἀγρυπνήσατε, πενθήσατε, κλαύσατε, στενάξατε τῇ καρδίᾳ ὑμῶν· δοκιμάσατε εἰ ἄξιοί ἐστε τοῦ Θεοῦ· καταφρονήσατε τῆς σαρκὸς, ἵνα σώσητε ὑμῶν τὰς ψυχάς.

λδ'. Παρέβαλέ ποτε ὁ ἀββᾶς Ἀντώνιος τῷ ἀββᾷ Ἀμοῦν εἰς τὸ ὄρος τῆς Νιτρίας, καὶ μετὰ τὸ συντυχεῖν ἀλλήλοις, λέγει αὐτῷ ὁ ἀββᾶς Ἀμοῦν· Ἐπειδὴ διὰ τῶν εὐχῶν σου ἐπληθύνθησαν οἱ ἀδελφοὶ, καὶ θέλουσί τινες αὐτῶν οἰκοδομῆσαι κελλία μακρὰν ἵνα ἡσυχάσωσι, πόσον κελεύεις ἵνα ἀπέχῃ διάστημα τὰ κτιζόμενα κελλία τῶν ἐνταῦθα; Ὁ δὲ εἶπε· Γευσώμεθα ὥραν ἐνάτην, καὶ ἐξέλθωμεν, καὶ διακινήσωμεν τὴν[18] ἔρημον, καὶ σκοπεύωμεν τὸν τόπον. Ὡς δὲ ὠδευ-

A abbatem Antonium. Dicit ergo monstratori : Ubi est abbas Antonius? Responsumque tulit, eo loci quo Deus est, ibi eum esse.

29. (42) Frater in cœnobio calumniam passus est fornicationis, surgensque accessit ad abbatem Antonium : venerunt pariter fratres e cœnobio, ut curarent eum ac reducerent : cœperuntque arguere, cur ita fecisset. Ille vero excusabat, negans quidquam hujusmodi a se factum. Commodum illic adfuit abbas Paphnutius, dictus Cephalas, qui hanc parabolam protulit : Vidi in ripa fluminis hominem usque ad genua in luto dejectum; venientes autem nonnulli ut ei manum porrigerent, ad collum usque eumdem demerserunt. Dixit ipsis abbas Antonius de Paphnutio abbate : Ecce homo verus, qui possit curare animas et servare. Quocirca sermone senum compuncti, demisso genu veniam a fratre postularunt; atque a Patribus admoniti, fratrem admiserunt in cœnobium.

30. Quidam asseruerunt de sancto Antonio, fuisse illum Spiritiferum, seu a sancto Spiritu afflatum, sed propter homines noluisse loqui. Etenim quæ in mundo contingebant, quæque ventura erant indicavit.

31. Quodam die accepit litteras a Constantio imperatore abbas Antonius, ut Constantinopolim veniret; et considerabat quid sibi agendum esset. Ait igitur abbati Paulo suo discipulo : Debeone proficisci? Respondit ille : Si abieris, Antonius diceris; si vero manseris, vocaberis abbas Antonius.

32. (43) Dixit abbas Antonius : Ego non amplius Deum timeo, sed diligo illum. *Charitas* enim *foras mittit timorem*[19].

33. Idem dixit : Semper habe præ oculis timorem Dei. Memor esto illius, qui *mortificat et vivificat*[20]. Odio habete mundum, omniaque quæ in illo sunt. Odite omnem carnis quietem. Renuntiate huic vitæ, ut Deo vivatis. Mementote quid promiseritis Deo; illud enim a vobis requiret in die judicii. Esurite, sitite, nudi estote, vigilate, lugete, plorate, ingemiscite in corde vestro; probate vos, an sitis Deo digni; carnem contemnite, ut animas vestras servetis.

D 34. Venit aliquando abbas Antonius ad abbatem Amun in montem Nitriæ, et ubi congressi sunt, dicit abbas Amun : Quandoquidem per preces tuas fratres multiplicati sunt, cupiuntque eorum nonnulli cellas dissitas ædificare, ut quiete inibi vivant, quanto spatio jubes ut construendæ cellæ distent ab hoc loco? Dixit ille : Manducemus hora nona, et egrediamur, ac solitudinem perambulemus, conspiciamusque locum. Ut autem eremum peragrarunt,

[16] Al. γράμμα βασιλικόν. [17] Abest ab al. [18] Al. εἰς τήν. [19] Joan. IV, 18. [20] I Reg. XI, 6.

(41) *Ἐγὼ οὐκέτι φοβοῦμαι τὸν Θεόν*. Joannes *Scalæ gradu* 29, ἀπάθειαν ἐδείξεν ὁ εἰπὼν Αἰγύπτιος, μὴ φοβεῖσθαι τὸν Κύριον. Ad quem locum Gallicus elucidator laudat Eliam Cretensem, de S. Antonio enarrantem. Eadem Antonii verba habes apud Dorotheum *Doctrina* 4. Et *Apophthegma* integrum in Operibus Ephræmi p. 386, n. 5.

(42) *Vit. Patr.* III, 158.

(43) *Vit. Patr.* XVII, 1.

quo usque sol ad occasum venisset, ita locutus est abbas Antonius : Oremus, atque hic statuamus crucem, ut ibidem ædificent qui ædificare volunt; quo ii qui illic manebunt, quando ad eos qui hic versaturi sunt accedere voluerint, gustata ad horam nonam parva sua buccea, sic accedant; et qui hinc idem facientes perrexerint, in mutua visitatione absque mentis distractione perseverent. Est autem intervallum, lapidum duodecim.

35. Abbas Antonius dixit : Qui massam ferri percutit, prius mente reputat quidnam confecturus sit, falcem, gladium, securim. Ita nos quoque, recogitare debemus, cujusmodi virtutem aggredimur; ne laboremus in vanum.

36. Hanc quoque sententiam protulit : Obedientia cum abstinentia, feras hominibus subjicit.

37. Rursum ait : Novi monachos qui post labores plurimos, lapsi sunt, et in mentis excessum inciderunt; quod in operibus suis sperassent, atque decepti non cogitavissent mandatum illius qui dicit : *Interroga patrem tuum, et annuntiabit tibi*[51].

38. (44) Dixit adhuc : Si fieri potest, quot gressus monachus incedit, vel quot aquæ guttas bibit in cella sua, debet confidenter senibus declarare, num in illis offendat.

De abbate Arsenio.

1. (45) Abbas Arsenius, cum adhuc in palatio versaretur, oravit ad Deum, dicens : Domine, duc me per viam qua salutem consequar. Et descendit ad eum hæc vox : Arseni, fuge homines, et salvus eris.

2. (46) Idem cum ad solitariam vitam secessisset, iterum oravit eamdem precem. Audivitque vocem hujusmodi : Arseni, fuge, tace, quiesce. Hæ enim sunt radices impeccantiæ.

3. (47) Astiterunt aliquando abbati Arsenio in cella posito dæmones, et molestia illum afficiebant. Accedentes autem ministri ejus, et extra cellam stantes, audierunt illum clamantem ad Deum ac dicentem : Deus, ne derelinquas me; nihil boni feci coram te; sed da mihi secundum benignitatem tuam, ut nunc incipiam bene agere.

4. (48) Aiebant de eodem, quod sicut nullus e palatio, pretiosiori eo veste induebatur; ita nec in Ecclesia ullus tegebatur viliori.

5. (49) Dixit aliquis beato Arsenio : Quomodo nos, qui adeo eruditi ac docti sumus, nihil habe-

σαν τὴν ἔρημον ἕως οὗ ἐλθεῖν δῦναι τὸν ἥλιον, λέγει αὐτῷ ὁ ἀββᾶς Ἀντώνιος· Ποιήσωμεν εὐχὴν καὶ στήσωμεν ὧδε σταυρὸν (50), ἵνα ὧδε κτίσωσιν οἱ θέλοντες κτίσαι, ἵνα καὶ οἱ ἐκεῖθεν, ὅταν παραβάλωσι τούτοις, γευσάμενοι τὸ μικρὸν βουκὶν (51) αὐτῶν. ὥραν ἐνάτην, οὕτως παραβάλωσι, καὶ οἱ ἔνθεν ἀπερχόμενοι, τὸ αὐτὸ ποιοῦντες, ἀπερίσπαστοι μένωσιν ἐν τῷ παραβάλλειν ἀλλήλοις. Ἔστι δὲ τὸ διάστημα σημεῖα δεκαδύο.

λε'. Εἶπεν ὁ ἀββᾶς Ἀντώνιος· Ὁ τύπτων τὸ μᾶζιν τοῦ σιδήρου, πρῶτον σκοπεῖ τὸν λογισμὸν[52] τί μέλλει ποιεῖν, δρέπανον, μάχαιραν, πέλυκα. Οὕτως καὶ ἡμεῖς ὀφείλομεν λογίζεσθαι ποίαν ἀρετὴν μετερχόμεθα, ἵνα μὴ εἰς κενὸν κοπιάσωμεν.

λς'. Εἶπε πάλιν, ὅτι ἡ ὑποταγὴ μετὰ ἐγκρατείας ὑποτάσσει θηρία.

λζ'. Εἶπε πάλιν· Οἶδα μοναχοὺς μετὰ πολλοὺς κόπους πεσόντας, καὶ εἰς ἔκστασιν φρενῶν ἐλθόντας, διὰ τὸ ἡλπικέναι ἐπὶ τὸ ἔργον αὐτῶν, καὶ παραλογισαμένους τὴν ἐντολὴν τοῦ εἰπόντος· *Ἐπερώτησον τὸν πατέρα σου, καὶ ἀναγγελεῖ σοι.*

λη'. Εἶπε πάλιν· Εἰ δυνατὸν, ὅσα βήματα βάλλει ὁ μοναχὸς, ἢ ὅσας σταγόνας πίνει (52) εἰς τὸ κελλίον αὐτοῦ, ὀφείλει θαῤῥεῖν τοῖς γέρουσιν, εἰ ἄρα οὐ πταίει ἐν αὐτοῖς.

Περὶ τοῦ ἀββᾶ Ἀρσενίου.

α'. Ὁ ἀββᾶς Ἀρσένιος (53), ἔτι ὢν ἐν τῷ παλατίῳ, εὔξατο τῷ Θεῷ λέγων· Κύριε, ὁδήγησόν με πῶς σωθῶ. Καὶ ἦλθεν αὐτῷ φωνὴ λέγουσα· Ἀρσένιε, φεῦγε τοὺς ἀνθρώπους, καὶ σώζῃ.

β'. Ὁ αὐτὸς ἀναχωρήσας ἐν τῷ μονήρει βίῳ, πάλιν εὔξατο, τὸν αὐτὸν λόγον εἰπών. Καὶ ἤκουσε φωνῆς λεγούσης αὐτῷ· Ἀρσένιε, φεῦγε, σιώπα, ἡσύχαζε· αὗται γάρ εἰσιν αἱ ῥίζαι τῆς ἀναμαρτησίας.

γ'. Ἐπέστησάν ποτε τῷ ἀββᾷ Ἀρσενίῳ οἱ δαίμονες ἐν τῷ κελλίῳ θλίβοντες αὐτόν. Παραβαλόντες δὲ οἱ διακονοῦντες αὐτῷ, καὶ στάντες ἔξω τῆς κέλλης, ἤκουσαν αὐτοῦ βοῶντος πρὸς τὸν Θεὸν καὶ λέγοντος· Ὁ Θεὸς, μὴ ἐγκαταλίπῃς με· οὐδὲν ἐποίησα ἐνώπιόν σου ἀγαθόν· ἀλλὰ δός μοι κατὰ τὴν χρηστότητά σου βαλεῖν ἀρχήν.

δ'. Ἔλεγον περὶ αὐτοῦ, ὅτι ὥσπερ οὐδεὶς τοῦ παλατίου ἐφόρει βελτίονα αὐτοῦ ἐσθῆτα[53]· οὕτως οὐδὲ εἰς τὴν Ἐκκλησίαν εὐτελεστέραν τις αὐτοῦ ἐφόρει.

ε'. Εἶπέ τις τῷ μακαρίῳ Ἀρσενίῳ· Πῶς ἡμεῖς ἀπὸ τοσαύτης παιδεύσεως καὶ σοφίας οὐδὲν ἔχομεν, οὗτοι

[51] Deut. xxxii, 7. [52] Al. τῷ λογισμῷ. [53] Al. ins. ὅτε ἦν ἐν τῷ παλατίῳ.

(44) *Vit. Patr.* III, 176.
(45) *Vit. Patr.* III, 190; II, 3.
(46) Ibid.
(47) *Vit. Patr.* XV, 5.
(48) *Vit. Patr.* XV, 6.
(49) *Vit. Patr.* X. 5.
(50) *Στήσωμεν ὧδε σταυρόν.* Vides antiquitatem Stauropegiorum.
(51) *Βουκίν.* Pro βουκίον, βουκκίον, buccea. In Anastasii *Hodego* p. 30 : Ὁ ἄρτος, καὶ τὸ ψωμίον, καὶ τὸ βουκίν, seu βουκίον. Dorotheus Institutione 11, Ἔκλεπτεν ὁ ἀδελφὸς ἐκεῖνος βουκκία, φοινίκια, συκία, κρόμμυα. Ubi βουκκία buccellæ sunt, non fabæ, aut viciæ. Instit. 21, quæst. 8, ἀπεκτεῖναι τὸ βουκίν σου εἰς ὅλα τὰ ἐψητά. Atque hinc βουκάκρατον in *Vita Dosithei.* Hæc, quia vox abest a Meursii Glossario.
(52) *Σταγόνας. Calices aquæ* in *Vitis Patrum;* aut laxiori versione; aut quia lectum, λαγόνας, vel λαγύνας.
(53) *Ὁ ἀββᾶς Ἀρσένιος.* In duobus hisce primis capitibus videsis Excerpta *Vitæ Lucæ junioris,* tom. II *Auctarii* Combefisiani col. 989, ac Ephræmi Opera p. 386, n. 6, cum Dorotheo, *Doctr.* 4, Cedreno et Glyca. Adde hic et aliis Arsenianis apophthegmatibus Vitam sanctissimi anachoretæ, quæ exstat apud Surium 19 Julii, in mss. Græcis Symeonis Metaphrastæ, 8 Maii.

δὲ οἱ ἀγροῖκοι καὶ Αἰγύπτιοι τοσαύτας ἀρετὰς κέκτηνται; Λέγει αὐτῷ ὁ ἀββᾶς Ἀρσένιος· Ἡμεῖς ἀπὸ τῆς τοῦ κόσμου παιδεύσεως οὐδὲν ἔχομεν· οὗτοι δὲ οἱ ἀγροῖκοι καὶ Αἰγύπτιοι ἀπὸ τῶν ἰδίων πόνων ἐκτήσαντο τὰς ἀρετάς. A

ς'. Ἐρωτῶντός ποτε τοῦ ἀββᾶ Ἀρσενίου τινὰ γέροντα Αἰγύπτιον περὶ ἰδίων λογισμῶν, ἕτερος ἰδὼν αὐτὸν εἶπεν· Ἀββᾶ Ἀρσένιε, πῶς τοσαύτην παίδευσιν Ῥωμαϊκὴν καὶ Ἑλληνικὴν ἐπιστάμενος, τοῦτον τὸν ἀγροῖκον περὶ τῶν σῶν λογισμῶν ἐρωτᾷς; Ὁ δὲ εἶπε πρὸς αὐτόν· Τὴν μὲν Ῥωμαϊκὴν καὶ Ἑλληνικὴν ἐπίσταμαι παίδευσιν· τὸν δὲ ἀλφάβητον τοῦ ἀγροίκου τούτου οὔπω μεμάθηκα.

ζ'. Παρέβαλέ ποτε ὁ μακάριος Θεόφιλος ἀρχιεπίσκοπος τῷ ἀββᾷ Ἀρσενίῳ, μετὰ ἄρχοντός τινος· ἠρώτα δὲ τὸν γέροντα, ἀκοῦσαι παρ' αὐτοῦ λόγον. Μικρὸν δὲ σωπήσας ὁ γέρων, ἀπεκρίνατο πρὸς αὐτόν· Καὶ ἐὰν ὑμῖν εἴπω, φυλάσσετε; Οἱ δὲ συνέθεντο φυλάττειν. Καὶ εἶπεν αὐτοῖς ὁ γέρων· Ὅπου ἐὰν ἀκούσητε Ἀρσένιον, μὴ πλησιάσητε. B

η'. Ἄλλοτε πάλιν βουληθεὶς ὁ ἀρχιεπίσκοπος παραβαλεῖν αὐτῷ, ἀπέστειλε πρῶτον εἰδέναι εἰ ἀνοίγει ὁ γέρων. Καὶ ἐδήλωσεν αὐτῷ λέγων· Ἐὰν ἔλθῃς, ἀνοίγω σοι· καὶ ἐάν σοι ἀνοίξω, πᾶσιν ἀνοίγω· καὶ τότε οὐκέτι καθέζομαι ὧδε. Ταῦτα ἀκούσας ὁ ἀρχιεπίσκοπος εἶπεν· Εἰ διῶξαι αὐτὸν ἀπέρχομαι, οὐκ ἔτι ἀπέρχομαι πρὸς αὐτόν.

θ'. Ἀδελφὸς ἠρώτησε τὸν ἀββᾶν Ἀρσένιον ἀκοῦσαι παρ' αὐτοῦ λόγον. Καὶ εἶπεν αὐτῷ ὁ γέρων· Ὅση δυναμίς σοί ἐστιν, ἀγώνισαι, ἵνα ἡ ἔνδον σου ἐργασία κατὰ Θεὸν ᾖ, καὶ νικήσῃ τὰ ἔξω πάθη. C

ι'. Εἶπε πάλιν· Ἐὰν τὸν Θεὸν ζητήσωμεν, φανήσεται ἡμῖν· καὶ ἐὰν αὐτὸν κατάσχωμεν, παραμενεῖ ἡμῖν.

ια'. Εἶπέ τις τῷ ἀββᾷ Ἀρσενίῳ· Οἱ λογισμοί μου θλίβουσί με λέγοντες· Οὐ δύνασαι νηστεύειν οὐδὲ ἐργάσασθαι· κἂν ἐπισκέπτου τοὺς ἀσθενοῦντας· καὶ τοῦτο γὰρ ἀγάπη ἐστίν. Ὁ δὲ γέρων εἰδὼς τὰς σπορὰς τῶν δαιμόνων, λέγει αὐτῷ· Ὕπαγε, φάγε, πίε, κοιμῶ, καὶ μὴ ἐργάσῃ· μόνον τοῦ κελλίου μὴ ἀποστῇς. Ἤδει γὰρ ὅτι ἡ ὑπομονὴ τοῦ κελλίου φέρει τὸν μοναχὸν εἰς τὴν τάξιν αὐτοῦ (54).

ιβ'. Ἔλεγεν ὁ ἀββᾶς Ἀρσένιος, ὅτι ξένος μοναχὸς εἰς ἀλλοτρίαν χώραν μηδὲν μεσαζέτω. καὶ ἀναπαύεται. D

(54) *Εἰς τὴν τάξιν αὐτοῦ.* Additur in Pelagii Interpretatione : *Qui cum fecisset tres dies, extæ-diatus est, et inveniens paucas palmulas, scidit eas; et iterum in crastino cæpit plectam* (codex Suessionensis et Fossatensis, *flectam*) *facere ex eis. Qui cum esurisset, dixit intra se : Ecce aliæ paucæ sunt palmulæ, explico eas et manduco. Et cum perexpendisset* (cod. Fossatensis *perexplicuisset*) *eas, dixit iterum : Lego parum, et sic manduco. Et cum legisset, dixit : Dicam aliquantos psalmos, et jam securus manduco. Et ita paulatim proficiebat Deo cooperante, donec veniret ad ordinem suum. Et cum accepisset fiduciam adversus cogitationes malas, vincebat eas.* Quæ Græce reperi in ms. Regio 2615, ad hunc modum : Καὶ ὡς ἐποίησεν τρεῖς ἡμέρας, ἠκηδίασεν· καὶ εὑρὼν μικρὰ θαλλία, ἔσχισεν αὐτά· καὶ πάλιν τῇ ἑξῆς ἤρξατο πλέκειν αὐτά· καὶ πεινάσας, εἶπεν· Ἰδοὺ ἄλλα μικρὰ θαλλία εἰσὶν, καὶ ἐσθίω. Καὶ ὡς ἐποίησεν τὰ θαλλία, εἶπεν πάλιν· Ἀναγινώσκω μικρὸν, καὶ οὕτως ἐσθίω. Καὶ ὡς ἀνέγνω, λέγει· Ποιῶ μου τοὺς μικροὺς ψαλμοὺς, καὶ μετὰ ἀμεριμνίας ἐσθίω. Καὶ οὕτως κατὰ μικρὸν προέκοπτεν, τοῦ Θεοῦ συνεργοῦντος, ἕως οὗ ἦλθεν εἰς τὴν τάξιν αὐτοῦ. Καὶ θάρσος λαβὼν κατὰ τῶν λογισμῶν, ἐνίκα αὐτούς.

(55) *Vit. Patr.* xv, 7 ; Joan. Geom. *Parad.* 9.
(56) *Vit. Patr.* II, 4.
(57) Ibid.
(58) *Vit. Patr.* XI, 1.
(59) Ibid.
(60) *Vit. Patr.* VII, 27.
(61) *Vit. Patr.* X, 6.

mus boni ; isti autem rustici et Ægyptii, tantas possident virtutes ? Respondit ei abbas Arsenius : Nos e mundana eruditione nihil retulimus ; hi vero rustici et Ægyptii, per suos labores virtutes acquisiverunt.

6. (55) Cum interrogaret aliquando abbas Arsenius quemdam senem Ægyptium de cogitationibus suis, alius eum intuitus dixit : Abba Arseni, qui fit ut tu adeo in eruditione Latina et Græca præcellens, hunc rusticum de cogitationibus tuis interroges ? Respondit illi : Latinas Græcasque disciplinas novi quidem ; sed istius rustici alphabetum nondum didici.

7. (56) Venit aliquando beatus Theophilus archiepiscopus ad Arsenium abbatem, una cum quodam judice : interrogabat autem senem, ut ab eo sermonem audiret. Tum post aliquanti temporis silentium respondit senex : Et si vobis dixero, custoditurine estis ? Illi vero servaturos se promiserunt. Ait ergo ad illos senex : Ubicunque audieritis esse Arsenium, ne illuc accedatis.

8. (57) Alia vice iterum cupiens archiepiscopus cum eo congredi, misit prius, sciscitatum an senex aperiret. Is significavit ei, dicens : Si veneris, aperiam tibi, cumque tibi aperuero, cunctis aperiam ; et tunc ultra non manebo hic. Quibus auditis archiepiscopus ait : Si eum expulsurus pergo, non amplius eo pergam.

9. (58) Frater postulavit ab abbate Arsenio, ex eo aliquid audire. Aitque ad eum senex : Pro virili tua contende ut interior tua operatio secundum Deum sit, et vinces affectus externos.

10. (59) Dixit iterum : Si Deum requiramus, apparebit nobis ; et eum si retinuerimus, nobiscum permanebit.

11. (60) Aliquis dixit abbati Arsenio : Cogitationes meæ affligunt me, ita suggerentes : Non vales jejunare, nec operari ; saltem infirmos visita ; id enim quoque charitas est. Senex vero, cui nota erat dæmonum sementis, ait illi : Vade, manduca, bibe, dormi, ne opereris, duntaxat e cella ne discedas. Sciebat enim, per patientem in cella mansionem adduci monachum ad suæ vitæ ordinem.

12. (61) Dicebat abbas Arsenius, peregrinum monachum in aliena regione nullo in negotio medium interponere se debere ; ita enim quieturum.

13. (62) Dixit abbas Marcus abbati Arsenio: Quare nos fugis? Respondit senex: Deus scit, vos a me diligi; sed nequeo esse cum Deo et cum hominibus. Cœlestes chiliades ac myriades unam habent voluntatem, homines multas. Itaque non possum dimittere Deum, ac venire in hominum conversationem.

ιγ'. Εἶπεν ὁ ἀββᾶς Μάρκος τῷ ἀββᾷ Ἀρσενίῳ· Διατί φεύγεις ἡμᾶς; Λέγει αὐτῷ ὁ γέρων· Ὁ Θεὸς οἶδεν, ὅτι ἀγαπῶ ὑμᾶς· ἀλλ' οὐ δύναμαί εἶναι μετὰ τοῦ Θεοῦ καὶ μετὰ τῶν ἀνθρώπων. Αἱ ἄνω χιλιάδες καὶ μυριάδες ἓν θέλημα ἔχουσιν, οἱ δὲ ἄνθρωποι πολλὰ θελήματα ἔχουσιν. Οὐ δύναμαι οὖν ἀφεῖναι τὸν Θεὸν, καὶ ἐλθεῖν μετὰ τῶν ἀνθρώπων.

14. (63) Retulit abbas Daniel de abbate Arsenio, quod noctem totam pertransibat insomnis; cumque circa matutinum tempus natura impellente dormitaret, somno dicebat: (64) Veni, serve nequam; sedensque paululum capiebat somni, ac statim surgebat.

ιδ'. Ἔλεγεν ὁ ἀββᾶς Δανιὴλ περὶ τοῦ ἀββᾶ Ἀρσενίου, ὅτι ὅλην τὴν νύκτα διετέλει ἀγρυπνῶν· καὶ ὅτε ἤλθε [34] περὶ τὸ πρωῒ διὰ τὴν φύσιν καθευδῆσαι, ἔλεγε τῷ ὕπνῳ· Δεῦρο, κακὲ δοῦλε· καὶ ἥρπαζε μικρὸν καθεζόμενος, καὶ εὐθέως ἠγείρετο.

15. (65) Dicebat abbas Arsenius, monacho sufficere per unam horam dormire, modo is pugilis nomen mereretur.

ιε'. Ἔλεγεν ὁ ἀββᾶς Ἀρσένιος, ὅτι ἀρκετὸν τῷ μοναχῷ, ἵνα κοιμᾶται μίαν ὥραν, ἐὰν ᾖ ἀγωνιστής.

16. (66) Aiebant senes: oceti aliquando datæ sunt paucæ caricæ; et ut nullius pretii, non miserunt ad abbatem Arsenium, ne contumeliam pati videretur. At senex re comperta, non venit ad collectam dicens: Excommunicastis me, non dando mihi eulogiam quam fratribus misit Deus, ut qui eam accipere nequaquam mererer. Et audierunt cuncti, ceperuntque utilitatem ex humilitate senis. Tunc presbyter veniens, caricas ei detulit, ac reduxit eum cum gaudio in ecclesiam.

ις'. Ἔλεγον οἱ γέροντες, ὅτι ἐδόθη ποτὲ εἰς Σκῆτιν πρὸς ὀλίγα ἰσχάδια, καὶ ὡς μηδὲν ὄντα, οὐκ ἀπέστειλαν τῷ ἀββᾷ Ἀρσενίῳ, ὡς ἵνα μὴ ὕβριν πάθῃ. Ὁ δὲ γέρων ἀκούσας οὐκ ἦλθεν [35] εἰς τὴν σύναξιν. Λέγων· Ἀφορίσατέ με τοῦ μὴ δοῦναί μοι τὴν εὐλογίαν (71) ἣν ἔπεμψεν ὁ Θεὸς τοῖς ἀδελφοῖς, ἣν οὐκ ἦμην ἄξιος λαβεῖν. Καὶ ἠκουσαν πάντες καὶ ὠφελήθησαν εἰς τὴν ταπείνωσιν τοῦ γέροντος. Καὶ ἀπελθὼν ὁ πρεσβύτερος ἀπήνεγκεν αὐτῷ τὰ ἰσχάδια, καὶ ἤνεγκεν αὐτὸν εἰς τὴν σύναξιν μετὰ χαρᾶς.

17. (67) Abbas Daniel dicebat: Per tot annos mansit nobiscum, et unum duntaxat thallium, mensuram frumenti ei per annum dabamus; cumque adveniremus, comedebamus ex illo.

ιζ'. Ἔλεγεν ὁ ἀββᾶς Δανιὴλ, ὅτι Τοσαῦτα ἔτη ἔμεινε μεθ' ἡμῶν, καὶ μόνον θαλλὶν σίτου (72) ἐποιοῦμεν αὐτῷ τοῦ ἐνιαυτοῦ· καὶ ὅτε παρεβάλομεν αὐτῷ, ἐξ αὐτοῦ ἠσθίομεν.

18. (68) Dixit iterum de eodem abbate Arsenio: quod nisi semel in anno non mutaret aquam palmarum, sed tantum aliam adderet: siquidem plectam texebat et consuebat usque ad horam sextam. Monuerunt ergo eum senes, dicendo: Cur aquam palmarum non mutas, fœtidam? Ait que illis: Quia pro suffimentis et aromatibus, quibus in sæculo usus sum, opus est ut odorem hunc capiam.

ιη'. Ἔλεγε πάλιν περὶ τοῦ αὐτοῦ ἀββᾶ Ἀρσενίου, ὅτι εἰ μὴ ἅπαξ τοῦ ἐνιαυτοῦ οὐκ ἤλλασσε τὸ ὕδωρ τῶν βαΐων, ἀλλὰ μόνον προσετίθει· ἔπλεκε γὰρ σειρὰν καὶ ἐῤῥάπτην ἕως ὥρας ἕκτης. Καὶ παρεκάλεσαν αὐτὸν οἱ γέροντες λέγοντες· Διατί οὐκ ἀλλάσσεις τὸ ὕδωρ τῶν βαΐων, ὅτι ὄζει; Καὶ εἶπεν αὐτοῖς· Ὅτι ἀντὶ τῶν θυμιαμάτων καὶ τῶν ἀρωμάτων [36] ὧν ἀπέλαυσα ἐν τῷ κόσμῳ, χρὴ ἀπολαβεῖν με τὴν ὀσμὴν ταύτην (73).

19. (69) Adhuc retulit, quia ubi audivit omne pomorum genus ad maturitatem pervenisse, ex se dixit: Afferte mihi. Et semel tantum ex omnibus parum gustavit, gratias agens Deo.

ιθ'. Εἶπε πάλιν, ὅτι ὡς ἤκουεν ὅτι ἐτελέσθη πᾶν γένος ὀπώρας, ἔλεγεν ἀφ' ἑαυτοῦ· Φέρετέ μοι. Καὶ ἐγεύετο ἅπαξ μόνον ἀπὸ πάντων μικρὸν, εὐχαριστῶν τῷ Θεῷ.

20. (70) Ægrotavit aliquando abbas Arsenius in Sceti, eoque paupertatis devenerat ut indigeret linea interula: et cum non haberet unde emeret,

κ'. Ἠσθένησέ ποτε ὁ ἀββᾶς Ἀρσένιος εἰς Σκῆτιν, καὶ ἔχρῃζεν εἰς πρᾶγμα ἕως λίνου ἑνός (74)· καὶ μὴ ἔχων ὅθεν ἀγοράσαι, ἔλαβε παρά τινος ἀγάπην, καὶ

[34] Al. ἤθελε. [35] Al. ἐξῆλθεν. [36] Al. μύρων.

(62) *Vit. Patr.* XVII, 5; L. Climac. *Grad.* 27; Anast. quæst. 60.
(63) *Vit. Patr.* IV, 2.
(64) *Euthymii Vita* n. 58.
(65) *Vit. Patr.* IV, 3.
(66) *Vit. Patr.* XV, 8.
(67) *Vit. Patr.* IV, 4.
(68) *Vit. Patr.* IV, 5.
(69) *Vit. Patr.* IV, 6.
(70) *Vit. Patr.* VI, 3.
(71) *Τὴν εὐλογίαν.* Cæsarii Arelatensis testamentum, in *Codice Regularum*: *Et ne forte post obitum meum aliqui de parentibus meis, exceptis iis rebus quas illis pro elogiis donaro, inquietare præsumant cui præsum Ecclesiam*; etc. Malim, *pro eulogiis*.
(72) *Μόνον θαλλὶν σίτου. Vita Arsenii*: Θαλλὶον ἓν σίτου· δεῖ γὰρ τοῖς πατρικοῖς τούτοις ὀνόμασι χρῆσασθαι. *Unum frumenti thallium*: *oportet enim his uti patriis nominibus*, edita Interpretatio n. 18. Vertitur a Pelagio, *mensuram parvam victus*. Intellige, ex foliis palmarum confectam, ut Etymon indicat.
(73) *Χρὴ ἀπολαβεῖν με τὴν ὀσμὴν ταύτην.* Pelagius vetus interpres: *Opus est uti me fœtore iste*, ac si invenisset exaratum, ἀπολαύειν.
(74) *Ἕως λίνου ἑνός.* Eadem versio, *usque ad unam siliquam nummi*. Legebatne ἕως νούμου ἑνός?

εἶπεν· Εὐχαριστῶ σοι, Κύριε, ὅτι ἠξίωσάς με λαβεῖν ἀγάπην (75) διὰ τὸ ὄνομά σου.

A accepit a quodam eleemosynam; dixitque: Gratias ago tibi, Domine, quod mihi concesseris ut eleemosynam pro nomine tuo acciperem

κα'. Ἔλεγον περὶ αὐτοῦ, ὅτι εἶχε τὸ διάστημα τοῦ κελλίου αὐτοῦ μίλια τριακονταδύο· οὐκ ἐξήρχετο δὲ ταχέως· ἄλλοι γὰρ ἐποίουν αὐτῷ τὸ διακόνημα. Ὅτε δὲ ἠρημώθη ἡ Σκῆτις, ἐξῆλθε κλαίων, καὶ ἔλεγεν· Ἀπώλεσεν ὁ κόσμος τὴν Ῥώμην, καὶ οἱ μοναχοὶ τὴν Σκῆτιν.

21. (77) Dicebant de illo, quod ipsius cella dissita erat spatio milliarium triginta duo; non cito autem egrediebatur; alii enim ministerium ei faciebant. Quando autem vastata est Scetis, exiit plorans, dixitque: Mundus Romam perdidit, et monachi Scetim.

κβ'. Ἠρώτησεν ὁ ἀββᾶς Μάρκος τὸν ἀββᾶν Ἀρσένιον λέγων· Καλὸν τὸ μὴ ἔχειν τινὰ ἐν τῷ κελλίῳ αὐτοῦ παράκλησιν; εἶδον γὰρ ἀδελφόν τινα ἔχοντα μικρὰ λάχανα, καὶ ἐκριζοῦντα αὐτά. Καὶ εἶπεν ὁ ἀββᾶς Ἀρσένιος· Καλὸν μέν ἐστιν, ἀλλὰ πρὸς τὴν ἕξιν τοῦ ἀνθρώπου· ἐὰν γὰρ μὴ ἔχῃ ἰσχὺν ἐν τῷ τοιούτῳ τρόπῳ, πάλιν φυτεύει ἄλλα.

22. (78) Percontatus est abbas Marcus abbatem Arsenium his verbis: Bonumne est, nullum habere in cella sua solatium? Vidi enim fratrem quemdam qui oluscula habens, eradicabat ea. Respondit abbas Arsenius: Bonum quidem est, at juxta hominis habitum. Nam si non habuerit vires in hujusmodi incepto, iterum alia plantaturus est. B

κγ'. Διηγήσατο ὁ ἀββᾶς Δανιὴλ ὁ μαθητὴς τοῦ ἀββᾶ Ἀρσενίου λέγων, ὅτι Εὑρέθην ποτὲ ἐγγὺς τοῦ ἀββᾶ Ἀλεξάνδρου· καὶ ἐκράτησεν αὐτὸν πόνος, καὶ ἤπλωσεν αὐτὸν ἄνω βλέπων διὰ τὸν πόνον. Συνέβη δὲ τὸν μακάριον Ἀρσένιον ἐλθεῖν τοῦ λαλῆσαι αὐτῷ· καὶ εἶδεν αὐτὸν ἡπλωμένον. Ὡς οὖν ἐλάλησε, λέγει αὐτῷ· Καὶ τίς ἦν κοσμικὸς ὃν εἶδον ὧδε; Λέγει αὐτῷ ὁ ἀββᾶς Ἀλέξανδρος· Ποῦ ἑώρακας αὐτόν; Καὶ εἶπεν· Ὡς κατηρχόμην ἀπὸ τοῦ ὄρους, προσέσχον ὧδε ἐπὶ τὸ σπήλαιον, καὶ εἶδόν τινα ἡπλωμένον ἄνω βλέποντα. Καὶ ἔβαλεν αὐτῷ μετάνοιαν λέγων· Συγχώρησόν μοι (76), ἐγὼ ἤμην· πόνος γάρ με κατέσχε. Καὶ λέγει αὐτῷ ὁ γέρων· Οὐκοῦν σὺ ἦς; καλῶς. Ἐγὼ ὑπενόησα ὅτι κοσμικός ἐστι, καὶ διὰ τοῦτο ἠρώτησα.

23. Narravit hoc modo abbas Daniel discipulus abbatis Arsenii: Exstiti aliquando prope abbatem Alexandrum; et dolore correptus est, seque ob ægritudinem extendit, sursum aspiciens. Contigit autem ut beatus Arsenius veniret ad loquendum ei; viditque illum extensum. Postquam ergo locutus est, dicit ei: Et quis erat homo sæcularis quem hic vidi? Respondit abbas Alexander: Ubinam conspexisti eum? Ait: Cum e monte descenderem, respexi huc ad speluncam, et vidi aliquem extensum cernentem sursum. Tum veniam corpore inclinato petiit ab illo, dicens: Parce mihi; ego eram: dolor enim me comprehendit. Tum senex: Tu igitur eras? Bene habet. Ego putavi sæculi hominem fuisse, atque ideo sciscitatus sum. C

κδ'. Ἄλλοτε εἶπεν ὁ ἀββᾶς Ἀρσένιος τῷ ἀββᾷ Ἀλεξάνδρῳ, ὅτι Ἂν ἀποσχίσῃς[87] τὰ θαλλία σου, ἐλθὲ γεῦσαι μετ' ἐμοῦ· ἐὰν δὲ ἔλθωσι ξένοι, φάγε μετ' αὐτῶν. Ὁ οὖν ἀββᾶς Ἀλέξανδρος ὁμαλῶς εἰργάζετο καὶ ἐπιεικῶς. Καὶ ὡς γέγονεν ἡ ὥρα, ἀκμὴν εἶχε θαλλία· καὶ θέλων τηρῆσαι τὸν λόγον τοῦ γέροντος, ἀνέμεινε πληρῶσαι τὰ θαλλία[88]. Ὁ οὖν ἀββᾶς Ἀρσένιος, ὡς εἶδεν ὅτι ἐχρόνισεν, ἐγεύσατο, λογισάμενος μήποτε ξένους ἔσχεν. Ὁ δὲ ἀββᾶς Ἀλέξανδρος ὡς ἐτέλεσεν ὀψὲ, ἀπῆλθε. Καὶ λέγει αὐτῷ ὁ γέρων· Ξένους ἔσχες; Λέγει· Οὐχί. Εἶπε δὲ αὐτῷ· Πῶς οὖν οὐκ ἦλθες;

24. (79) Alia vice abbas Arsenius dixit abbati Alexandro: Postquam discideris palmeos ramos tuos, veni manducare mecum: quod si hospites supervenerint, cum illis comede. Igitur abbas Alexander, lente operabatur atque moderate. Utque hora venit, adhuc habebat ramos. Et volens senis mandato obtemperare, exspectavit donec opus suum explesset. At abbas Arsenius, postquam vidit eum tardare, secum reputans, forte hospites illi contigisse. Abbas vero Alexander, completo opere circa vesperam, perrexit. Dicit ei senex: Habuistine pere-

[87] Al. ἀπόσχῃ. [88] Al. βαΐα.

(75) Ἀγάπην. *Eleemosynam.* Canone 14 Concilii apud Saponarias: *Ut hospitalia, peregrinorum videlicet, et aliorum pro remedio animarum receptacula, a piis imperatoribus, Patrum scilicet, et vestrorum in timore et amore Dei præparata, ab omni usu et libitu humanæ temeritatis absoluta, in eos usus, quibus sunt constituta, pietatem prædecessorum sequentes, sub patrocinio vestro dignum est vestro tempore et vestra sollicitudine restaurentur. Qui enim agapen pauperum, et sustentationem peregrinorum, et eleemosynam defunctorum defraudant, apud sanctos Patres eorum necatores vocantur.* Cujus decreti prior pars ad bonum sensum et constructionem grammaticam hoc modo revocari debet, scribendo nimirum, *Patribus scilicet vestris*, et *pietatem prædecessorum sequendo.*

(76) Συγχώρησόν μοι. Ea loquendi formula pleni sunt libri, præsertim ascetici, ac liturgici. Sed notari in primis debet Apophthegma 6 Theodori Phermensis infra, cum Sozomeni loco lib. VIII, cap. 17. Καὶ κύκλῳ, ait Symeon Thessalonicensis cap. 7 lib. *De sacris ordinationibus*: Τρὶς τὴν ἱερὰν τράπεζαν διελθὼν θείας χορείας συνισταμένης, τοῦ ἤχου τῶν ἑορταζόντων καὶ πανηγυριζόντων ἀδομένου, καὶ τῶν μαρτύρων συγχωρεύειν ἡμῖν ἐπιδωμένων. Id est ex interpretatione viri docti: *Ter autem chorea facta circumit sacram mensam: interim cantantur hymni in tono diem festum agentium et panegyrim celebrantium; martyresque ut nobis indulgentiam impetrent magno clamore invocantur.* Mihi vero non est dubium quin reponere oporteat συγχορεύειν, nullatenusque ad indulgentiam ac veniam verbum pertineat.

(77) *Vit. Patr.* II. 6.

(78) *Vit. Patr.* X. 7.

(79) *Vit. Patr* XIV, 1

grinos? Respondit: Nequaquam. Tum ille: Quare ergo non venisti? Hic: Quia dixisti mihi: Cum absciderís palmas tuas, veni; unde dicto tuo audiens, non prolectus sum, quia modo perfeci. Tum miratus est senex accuratam ejus obedientiam; aitque illi: Citius solve jejunium, quo et officium tuum recites, et aquam tuam sumas: sin minus brevi corpus tuum in infirmitatem incurret.

25. (80) Pervenit aliquando abbas Arsenius ad quemdam locum in quo erant arundines; quæ a vento motæ sunt. Et ait senex fratribus: Quis est motus hic? Responderunt: Arundines sunt. Itaque dicit eis senex: Revera si quis sederit quiete, audieritque vocem aviculæ, non habebit cor ejus requiem eamdem: quanto magis vos, harum arundinum agitationem sentientes.

26. (81) Referebat abbas Daniel, quosdam fratres Thebaida propter filum lineum perrecturos, dixisse: Per occasionem abbatem Arsenium invisamus. Itaque ingressus abbas Alexander, dixit seni: Fratres ex Alexandria venientes, videre te cupiunt. Respondit senex: Disce ex iis qua de causa advenerint. Ille ubi comperisset, in Thebaidem lini ergo proficisci, seni renuntiavit. Tum hic: Certe faciem Arsenii non conspicient, quoniam mei gratia non accesserunt, sed ob opus suum. Suscipe eos ac recreatos dimitte in pace, dicens: Senex vobis occurrere non potest.

27. (82) Aliquis fratrum abiit ad cellam abbatis Arsenii in Sceti, ac per ostium attendebat, videtque senem instar ignis totum; erat autem is frater dignus qui conspiceret. Utque pulsavit, egressus est senex, et conspicatus fratrem velut stupore correptum, dixit ei: A multone tempore fores pulsas? Num aliquid hic es intuitus? Respondit: Nequaquam. Tum collocutus, dimisit eum.

28. (83) Quodam tempore dum resideret abbas Arsenius in Canopo, senatorii generis virgo, dives admodum, ac Deum timens, venit a Roma, ut videret eum; susceptaque est a Theophilo archiepiscopo; quem rogavit, ut seni persuaderet admittere illam. Et veniens, hortatus est eum his verbis: Illa, senatoria, e Roma advenit, vultque videre te. At senex non acquievit ut mulieri obviam iret. Cum ergo virgini renuntiatum fuisset, jussit sterni jumenta, apud se dicens: Confido Deo, quod conspectura sim Arsenium; non enim ad hominem videndum sum profecta; quippe cum plurimis viris referta sit nostra civitas; sed ad intuendum prophetam iter suscepi. Utque pervenit circa cellam senis, commodum sic Deo disponente senex extra cellam vacabat: quem illa contuens, procidit ad pedes ejus. Is vero erexit illam cum ira; intendensque in eam

A Ὁ δὲ λέγει· Ὅτι εἶπές μοι, ὅταν ἀποσχίσῃς[29] τὰ θαλλία σου, ἐλθέ· καὶ τηρῶν τὸν λόγον σου, οὐκ ἦλθον, ὅτι ἄρτι ἐπλήρωσα. Καὶ ἐθαύμασεν ὁ γέρων τὴν ἀκρίβειαν αὐτοῦ, καὶ λέγει αὐτῷ· Ταχύτερον κατάλυε (84), ἵνα καὶ τὴν σύναξίν σου βάλῃς[30], καὶ τοῦ ὕδατός σου μεταλάβῃς· εἰ δὲ μήγε, ταχέως ἔχει τὸ σῶμά σου ἀσθενῆσαι.

κε'. Παρέβαλέ ποτε ὁ ἀββᾶς Ἀρσένιος εἰς τόπον, καὶ ἦσαν ἐκεῖ κάλαμοι, καὶ ἐκινήθησαν ὑπὸ τοῦ ἀνέμου. Καὶ λέγει ὁ γέρων τοῖς ἀδελφοῖς· Τί ἐστιν ὁ σεισμὸς οὗτος; Καὶ λέγουσι· Κάλαμοί εἰσι. Λέγει οὖν αὐτοῖς ὁ γέρων· Φύσει ἐὰν κάθηταί τις ἐν ἡσυχίᾳ, ἀκούσει δὲ φωνὴν στρουθίου, οὐκ ἔχει ἡ καρδία τὴν αὐτὴν ἡσυχίαν· πόσῳ μᾶλλον ὑμεῖς ἔχοντες τὸν
B σεισμὸν τῶν καλάμων τούτων

κς'. Ἔλεγεν ὁ ἀββᾶς Δανιήλ, ὅτι τινὲς ἀδελφοὶ μέλλοντες ὑπάγειν εἰς Θηβαΐδα διὰ λινάρια, λέγουσι· Δι' ἀφορμῆς ἴδωμεν καὶ τὸν ἀββᾶν Ἀρσένιον. Καὶ εἰσῆλθεν ὁ ἀββᾶς Ἀλέξανδρος, καὶ εἶπε τῷ γέροντι· Ἀδελφοὶ ἐλθόντες ἀπὸ Ἀλεξανδρείας θέλουσί σε ἰδεῖν. Λέγει ὁ γέρων· Μάθε παρ' αὐτῶν δι' ἣν αἰτίαν παραγεγόνασι. Καὶ μαθὼν ὅτι εἰς Θηβαΐδα διὰ λινάρια ὑπάγουσιν, ἀπήγγειλε τῷ γέροντι. Λέγει καὶ αὐτός· Φύσει οὐ βλέπουσι τὸ πρόσωπον Ἀρσενίου, ὅτι δι' ἐμὲ οὐκ ἦλθον, ἀλλὰ διὰ τὸ ἔργον αὐτῶν. Ἀνάπαυσον αὐτοὺς, καὶ ἀπόλυσον ἐν εἰρήνῃ, εἰπὼν αὐτοῖς, ὅτι Ὁ γέρων οὐ δύναται ἀπαντῆσαι.

κζ'. Ἀδελφός τις ἀπῆλθεν εἰς τὸ κελλίον τοῦ ἀββᾶ
C Ἀρσενίου ἐν Σκήτει, καὶ προσέσχε διὰ τῆς θυρίδος, καὶ θεωρεῖ τὸν γέροντα ὅλον ὡς πῦρ· ἦν δὲ ἄξιος ὁ ἀδελφὸς τοῦ ἰδεῖν. Καὶ ὡς ἔκρουσεν, ἐξῆλθεν ὁ γέρων, καὶ θεωρεῖ τὸν ἀδελφὸν ὡς ἔκθαμβον. Καὶ λέγει αὐτῷ· Ἔχεις πολλὴν ὥραν κρούων; μή τί ποτε εἶδες ὧδε; Καὶ εἶπε· Οὐχί. Καὶ λαλήσας[31] αὐτὸν ἀπέλυσεν.

κη'. Καθημένου ποτὲ τοῦ ἀββᾶ Ἀρσενίου εἰς τὸν Κάνωπον, ἦλθε μία συγκλητικὴ παρθένος πλουσία σφόδρα καὶ φοβουμένη τὸν Θεὸν, ἀπὸ Ῥώμης ἰδεῖν αὐτόν· καὶ ὑπεδέξατο αὐτὴν Θεόφιλος ὁ ἀρχιεπίσκοπος· καὶ παρεκάλεσεν αὐτὸν, ἵνα πείσῃ τὸν γέροντα δέξασθαι αὐτήν. Καὶ ἐλθὼν πρὸς αὐτὸν παρεκάλεσε λέγων· Ἡ δεῖνα ἡ συγκλητικὴ ἦλθεν ἀπὸ Ῥώμης, καὶ θέλει σε ἰδεῖν. Ὁ δὲ γέρων οὐ κατεδέξατο ἀπαντῆσαι
D αὐτῇ. Ὡς οὖν ἀνηγγέλη αὐτῇ ταῦτα, κελεύει στρωθῆναι κτήνη, λέγουσα· Πιστεύω τῷ Θεῷ ἰδεῖν αὐτόν. Οὐ γὰρ ἄνθρωπον ἦλθον ἰδεῖν· εἰσὶ γὰρ καὶ ἐν τῇ πόλει ἡμῶν πολλοὶ ἄνθρωποι· ἀλλὰ προφήτην ἦλθον ἰδεῖν. Καὶ ὡς ἔφθασε περὶ τὴν κέλλαν τοῦ γέροντος, κατ' οἰκονομίαν Θεοῦ εὐκαίρησεν ὁ γέρων ἔξω τῆς κέλλης· καὶ ἰδοῦσα αὐτὸν προσέπεσε τοῖς ποσὶν αὐτοῦ. Ὁ δὲ ἤγειρεν αὐτὴν μετ' ὀργῆς (85)· καὶ προσέσχεν αὐτῇ λέγων· Εἰ τὸ πρόσωπόν μου θέλεις ἰδεῖν,

[29] Al. ἀπόσχῃ. [30] Al. ποιῇς ἀταράχως. [31] Al. ins. αὐτῷ.

(80) *Vit. Patr.* II, 5.
(81) *Vit. Patr.* III, 192; VII, XXXIV, 2
(82) *Vit. Patr.* XVIII, 1.
(83) *Vit. Patr.* III, 65; II, 7.

(84) *Κατάλυε.* Interpres vetus, *disjungere boves tuos.* Inscite, ac alieno plane sensu.
(85) *Μετ' ὀργῆς. Cum indignatione*, vertit Pelagius: *cum festinatione*, Rufinus, μεθ' ὁρμῆς.

ἰδοὺ βλέπε. Ἡ δὲ ἀπὸ αἰσχύνης οὐ κατενόησε τὸ πρόσωπον αὐτοῦ. Καὶ λέγει αὐτῇ ὁ γέρων· Οὐκ ἤκουσας τὰ ἔργα μου; ταῦτα βλέπειν ἀναγκαῖόν ἐστι. Πῶς δὲ ἐτόλμησας τοσοῦτον ποιῆσαι πλοῦν; οὐκ οἶδας ὅτι γυνὴ εἶ; οὐκ ὀφείλεις ἐξέρχεσθαί ποὺ ποτε; Ἵνα ἀπέλθῃς εἰς Ῥώμην, καὶ εἴπῃς ταῖς ἄλλαις γυναιξίν, ὅτι Ἑώρακα Ἀρσένιον, καὶ ποιήσωσι τὴν θάλασσαν ὁδὸν γυναικῶν ἐρχομένων πρὸς μέ; Ἡ δὲ εἶπεν· Ἐὰν θέλῃ ὁ Κύριος, οὐκ ἀφῶ τινα ἐλθεῖν ὧδε· ἀλλ' εὔχου ὑπὲρ ἐμοῦ, καὶ μνημόνευέ μου διαπαντός. Ὁ δὲ ἀποκριθεὶς εἶπεν αὐτῇ· Εὔχομαι τῷ Θεῷ, ἵνα ἐξαλείψῃ τὸ μνημόσυνόν σου ἐκ τῆς καρδίας μου. Καὶ ταῦτα ἀκούσασα, ἐξῆλθε τεταραγμένη. Καὶ ὡς ἦλθεν εἰς τὴν πόλιν, ἀπὸ τῆς λύπης ἔβαλε πυρέσσειν· καὶ ἀνηγγέλη τῷ μακαρίῳ Θεοφίλῳ τῷ ἀρχιεπισκόπῳ ὅτι ἀσθενεῖ. Καὶ ἐλθὼν πρὸς αὐτὴν, παρεκάλει μαθεῖν τί ἐστιν ὃ ἔχει. Ἡ δὲ εἶπεν αὐτῷ· Εἶθε μὴ ἀπήντησα ὧδε· εἶπόν γὰρ τῷ γέροντι· Μνημόνευέ μου· καὶ εἶπέ μοι· Εὔχομαι τῷ Θεῷ, ἵνα ἐξαλειφθῇ τὸ μνημόσυνόν σου ἐκ τῆς καρδίας μου. Καὶ ἰδοὺ ἐγὼ ἀποθνήσκω ἐκ τῆς λύπης. Καὶ λέγει αὐτῇ ὁ ἀρχιεπίσκοπος· Οὐκ οἶδας ὅτι γυνὴ εἶ, καὶ διὰ τῶν γυναικῶν ὁ ἐχθρὸς πολεμεῖ τοὺς ἁγίους; διὰ τοῦτο εἶπεν ὁ γέρων· περὶ γὰρ τῆς ψυχῆς σου εὔχεται διαπαντός. Καὶ οὕτως ἐθεραπεύθη ὁ λογισμὸς αὐτῆς, καὶ ἀπῆλθε μετὰ χαρᾶς εἰς τὰ ἴδια.

κθ'. Διηγήσατο ὁ ἀββᾶς Δανιὴλ περὶ τοῦ ἀββᾶ Ἀρσενίου, ὅτι ἦλθέ ποτε μαγιστριανὸς, φέρων αὐτῷ διαθήκην τινὸς συγκλητικοῦ συγγενοῦς αὐτοῦ, ὃς κατέλιπεν αὐτῷ κληρονομίαν πολλὴν σφόδρα· καὶ λαβὼν αὐτὴν, ἤθελε σχίσαι. Καὶ ἔπεσεν ὁ μαγιστριανὸς (86) εἰς τοὺς πόδας αὐτοῦ, λέγων· Δέομαί σου, μὴ σχίσῃς αὐτὴν, ἐπεὶ αἱρεταί μου ἡ κεφαλή. Καὶ λέγει αὐτῷ ὁ ἀββᾶς Ἀρσένιος· Ἐγὼ πρὸ ἐκείνου ἀπέθανον· αὐτὸς δὲ ἄρτι ἀπέθανε. Καὶ ἀντέπεμψεν αὐτὴν, μηδὲν δεξάμενος.

λ'. Ἔλεγον πάλιν περὶ αὐτοῦ, ὅτι ὀψὲ σαββάτων ἐπιφωσκούσης Κυριακῆς, ἥψε τὸν ἥλιον ὀπίσω αὐτοῦ, καὶ ἔτεινε τὰς χεῖρας αὐτοῦ εἰς τὸν οὐρανὸν εὐχόμενος, ἕως πάλιν ἔλαμψεν ὁ ἥλιος εἰς τὸ πρόσωπον αὐτοῦ· καὶ οὕτως ἐκαθέζετο [87].

λα'. Ἔλεγον περὶ τοῦ ἀββᾶ Ἀρσενίου καὶ τοῦ ἀββᾶ Θεοδώρου τοῦ τῆς Φέρμης, ὅτι ὑπὲρ πάντας (87) ἐμίσουν τὴν τῶν ἀνθρώπων δόξαν. Ὁ μὲν οὖν ἀββᾶς Ἀρσένιος οὐχ ὑπήντα ταχέως τινί· ὁ δὲ ἀββᾶς Θεόδωρος ὑπήντα μὲν, ἀλλὰ ὡς ῥομφαία ἦν.

λβ'. Καθεζομένου (88) ποτὲ τοῦ ἀββᾶ Ἀρσενίου ἐν τοῖς κάτω μέρεσι, καὶ ὀχλουμένου ἐκεῖσε, ἔδοξεν αὐτῷ

dixit: Si faciem meam cupis aspicere, en vide. Illa præ verecundia vultum ipsius contemplata non est. Tum senex: Nonne audiisti opera mea? Hæc considerare oportuit. Quomodo autem ausa es tantam navigationem conficere? Nonne scis te esse mulierem, nec debere quoquam exire? An ut Romam reversa, dicas cæteris mulieribus: Vidi Arsenium; fiatque mare iter mulierum adeuntium me? At illa excepit: Si Deo libuerit, non permittam quamque huc appellere. Verum ora pro me, meique semper memento. Respondit Arsenius: Deum precor, ut memoriam tui deleat de corde meo. Quibus auditis virgo perturbata discessit. Cumque ad urbem venisset, præ tristitia in febrem incidit; nuntiatusque est beato Theophilo archiepiscopo morbus ejus. Qui ad illam profectus, precibus discere contendebat quidnam esset quod haberet. Respondit ipsa: Utinam me huc non contulissem! Dixi quippe seni: Memor mei esto; ac tuli responsum: Deum precor, ut memoria tui e corde meo deleatur. Et ecce præ tristitia ego morior. Tunc archiepiscopus: (89) Nescis, inquit, te esse mulierem, sanctosque per mulieres ab inimico impugnari? Eapropter ita pronuntiavit senex. Nam pro anima tua orabit semper. Atque hunc in modum curata est mens feminæ; et cum gaudio ad patriam remeavit.

29. (90) Narravit abbas Daniel de abbate Arsenio, quod venerit aliquando magistrianus, deferens testamentum cujusdam senatoris propinqui ejus, qui ei maximam hæreditatem reliquerat: quod testamentum ubi accepit, voluit lacerare. At procidit magistrianus ad pedes ejus, dicens: Obsecro te, noli discindere; alioqui capite truncabor. Tum abbas Arsenius ait illi: Ego ante ipsum mortuus sum; is autem modo obiit. Atque remisit testamentum, nec quidquam cepit.

30. (91) Aiebant præterea de illo, quod vespere Sabbatorum illucescente Dominica, solem relinquebat retro, manusque ad cœlum extendebat, orans, quousque iterum sol vultum ejus collustraret; atque ita residebat

31. (92) Dicebant de abbate Arsenio et abbate Theodoro Phermensi, quod supra cunctos gloriam hominum odio haberent. Quocirca abbas Arsenius non facile occurrebat cuiquam. Abbas vero Theodorus, occurrebat quidem, sed velut gladius erat.

32. (93) Sedenti aliquando abbati Arsenio in inferioribus partibus [Ægypti], atque illic interpellari

[86] Al. inser. λοιπόν.

(86) *Μαγιστριανός.* Magistrianus sive magisterianus, dignitas a veteribus sæpe memorata, et per recentiores multos exposita; ideoque hic prætermittenda, nisi monendum fuisset, male epistolam 81 lib. IV Isidori Pelusiotæ titulum habere, Νεμεσίῳ μαστριανῷ, pro μαγιστριανῷ. Memorat Theodoritus, epist. 79, τὸν καθωσιωμένον Εὐφρόνιον τὸν στρατηλατιανόν.

(87) *Ὑπὲρ πάντας.* Pelagius, ὑπὲρ πάντα, *super omnia.*

(88) *Καθεζομένου.* Præponit Pelagius: *Dicebant autem de eo, quia nemo potuerit comprehendere modum conversationis ejus.* Græce ex Colbertinis libris: Ἐλέγετο δὲ περὶ αὐτοῦ, ὅτι οὐκ ἠδυνήθη τις καταλαβεῖν τὴν διαγωγὴν τῆς πολιτείας αὐτοῦ.

(89) *Sup. Nomoc.* n. 41.

(90) *Vit. Patr.* VI, 2.

(91) *Vit. Patr.* XII, 1; Joan. Geom. *Parad.* 2.

(92) *Vit. Patr.* VIII, 3.

(93) *Vit. Patr.* XV, 9.

solito, visum est cellam relinquere. Ac nihil inde assumens, ita perrexit ad suos discipulos Pharanitas Alexandrum et Zoilum. Dixit ergo Alexandro : Surge, ascendito navem. Atque ita fecit. Et Zoilo ait : Veni mecum usque ad flumen, et quære navim quæ Alexandriam me vehat, sicque ad fratrem tuum naviga. Zoilus vero tali sermone conturbatus, tacuit. Eoque modo a se invicem disjuncti sunt. Descendit igitur senex ad partes Alexandriæ; quo loci in vehementem morbum incidit. At ipsius ministri seu discipuli sè mutuo rogaverunt : Num alteruter nostrum senem contristavit, et eam ob causam secessit a nobis? Nec invenerunt in se quidpiam culpæ, aut inobedientiæ. Porro senex recuperata sanitate, dixit : Vadam ad Patres meos. Hunc in modum renavigans, venit ad locum qui dicitur Petra, ubi manebant ministri ipsius. Cumque esset juxta flumen, ancilla quædam Æthiopissa accedens, tetigit ipsius meloten. Tum senex increpavit illam. Igitur ancilla ad eum dixit : Si monachus es, in montem proficiscere. Quo sermone senex in compunctionem adductus, dicebat apud se : Arseni, si es monachus, in montem proficiscere. Interea occurrerunt ei Alexander et Zoilus. Cumque procidissent ante pedes illius, se etiam prostravit senex; ac flebant ex utraque parte. Ait senex : Nonne audistis ægrotasse me? Responderunt : Ita est. Senex tunc : Et cur non venistis ad videndum me? Abbas Alexander dixit : Separatio tua a nobis nequaquam fuit accepta, imo multis nocuit, qui ita disserebant : Nisi inobedientes exstitissent seni, non ab illis secessisset. Dicit eis : Rursus itaque pronuntiaturi sunt homines : Non invenit columba requiem pedibus suis, et reversa est ad Noe in arcam [33]. Atque hoc pacto conciliati sunt; mansitque cum eis usque ad mortem suam.

33. (93*) Dixit abbas Daniel : Nobis abbas Arsenius velut de alio narravit; forte autem ipse erat; quod ad senem quemdam in sua cella sedentem delapsa fuerit hujusmodi vox : Veni, ostendam tibi opera hominum. Ac surgens egressus est; duxitque eum in locum quemdam, et ostendit Æthiopem ligna cædentem, ex quibus conficiebat grandem sarcinam; conabatur autem illam portare, nec valebat; et pro eo ut inde nonnihil tolleret, iterum incidebat ligna, atque adjiciebat ad sarcinam. Id porro diutius faciebat. Et paululum progressus, iterum ostendit ei hominem qui stabat ad lacum, hauriebatque aquam ex illo, ac transferebat in pertusum vas, quod eamdem aquam in lacum refundebat. Postea dixit ei : Veni, ostendam tibi aliud. Tum vidit templum, ac duos viros sedentes in equis, et portantes lignum oblique, hunc contra illum; volebant autem per januam ingredi, neque poterant, propterea quod lignum transversum esset. Nec se demisit alteruter

καταλιπεῖν τὸ κελλίον. Μηδὲν δὲ ἐξ αὐτοῦ λαβών, οὕτως ἐπορεύθη [34] μαθητὰς τοὺς Φαρανίτας Ἀλέξανδρον καὶ Ζώϊλον. Εἶπεν οὖν τῷ Ἀλεξάνδρῳ· Ἀναστὰς ἀνάπλευσον. Καὶ ἐποίησεν οὕτως. Καὶ τῷ Ζωΐλῳ εἶπε· Δεῦρο μετ' ἐμοῦ ἕως τοῦ ποταμοῦ, καὶ ζήτησόν μοι πλοῖον ἐπὶ τὴν Ἀλεξάνδρειαν καταπλέον, καὶ οὕτως ἀνάπλευσον καὶ σὺ πρὸς τὸν ἀδελφόν σου. Ὁ δὲ Ζώϊλος, ἐπὶ τῷ λόγῳ ταραχθείς, ἐσώπησε. Καὶ οὕτως ἐχωρίσθησαν ἀπ' ἀλλήλων. Κατῆλθεν οὖν ὁ γέρων ἐπὶ τὰ μέρη Ἀλεξανδρείας, καὶ ἠσθένησεν ἀῤῥωστίαν μεγάλην. Οἱ δὲ τούτου διακονηταὶ εἶπον πρὸς ἀλλήλους· Μὴ ἄρα τις ἡμῶν ἐλύπησε τὸν γέροντα, καὶ διὰ τοῦτο ἐχωρίσθη ἀφ' ἡμῶν; Καὶ οὐχ εὗρον ἐν ἑαυτοῖς οὐδὲν, οὔτε ὅτι παρήκουσαν αὐτοῦ ποτε. Ὑγιάνας δὲ ὁ γέρων εἶπε· Πορεύσομαι πρὸς τοὺς ἐμοὺς Πατέρας. Καὶ οὕτως ἀναπλεύσας ἦλθεν εἰς τὴν Πέτραν ὅπου ἦσαν οἱ διακονηταὶ αὐτοῦ. Ὄντος δὲ αὐτοῦ πλησίον τοῦ ποταμοῦ, παιδίσκη τις Αἰθιόπισσα ἐλθοῦσα, ἥψατο τῆς μηλωτῆς αὐτοῦ. Ὁ δὲ γέρων ἐπετίμησεν αὐτῇ. Ἡ οὖν παιδίσκη εἶπεν αὐτῷ· Εἰ μοναχὸς εἶ, πορεύου εἰς τὸ ὄρος. Ὁ δὲ γέρων ἐπὶ τῷ λόγῳ κατανυγεὶς ἔλεγεν ἐν ἑαυτῷ· Ἀρσένιε, εἰ μοναχὸς εἶ, πορεύου εἰς τὸ ὄρος. Καὶ ἐπὶ τούτῳ ἀπήντησαν αὐτῷ ὅ τε Ἀλέξανδρος καὶ Ζώϊλος· καὶ ἐπιπεσόντων αὐτῶν τοῖς ποσὶν αὐτοῦ, ἔῤῥιψεν ἑαυτὸν καὶ ὁ γέρων· καὶ ἔκλαυσαν ἀμφότεροι. Εἶπε δὲ ὁ γέρων· Οὐκ ἠκούσατε ὅτι ἠσθένησα; Καὶ εἶπον αὐτῷ· Ναί. Καὶ λέγει ὁ γέρων· Καὶ διατί οὐκ ἤλθετε ἰδεῖν με; Καὶ λέγει ὁ ἀββᾶς Ἀλέξανδρος ὅτι Ὁ χωρισμός σου ἀφ' ἡμῶν οὐ γέγονε πιθανὸς· καὶ πολλοὶ οὐκ ὠφελήθησαν, λέγοντες, ὅτι Εἰ μὴ παρήκουσαν τοῦ γέροντος, οὐκ ἂν ἐχωρίσθη ἐξ αὐτῶν. Λέγει αὐτοῖς· Πάλιν οὖν μέλλουσι λέγειν οἱ ἄνθρωποι, ὅτι Οὐχ εὗρεν ἡ περιστερὰ ἀνάπαυσιν τοῖς ποσὶν αὐτῆς, καὶ ἀνέστρεψε πρὸς τὸν Νῶε, εἰς τὴν κιβωτόν. Καὶ οὕτως ἐθεραπεύθησαν· καὶ ἔμεινε μετ' αὐτῶν [35] ἕως τῆς τελευτῆς αὐτοῦ.

λγ'. Εἶπεν ὁ ἀββᾶς Δανιὴλ, ὅτι Διηγήσατο ἡμῖν ὁ ἀββᾶς Ἀρσένιος ὡς περὶ ἄλλου τινός· τάχα δὲ αὐτὸς ἦν· ὅτι καθημένου τινὸς γέροντος εἰς τὸ κελλίον αὐτοῦ, ἦλθεν αὐτῷ φωνὴ λέγουσα· Δεῦρο, καὶ δείξω σοι τὰ ἔργα τῶν ἀνθρώπων. Καὶ ἀναστὰς ἐξῆλθε· καὶ ἀπήνεγκεν αὐτὸν εἰς τόπον τινὰ, καὶ ἔδειξεν Αἰθίοπα κόπτοντα ξύλα, καὶ ποιήσαντα φορτίον μέγα· ἐπειρᾶτο δὲ αὐτὸ βαστάσαι, καὶ οὐκ ἠδύνατο· καὶ ἀντὶ τοῦ ἆραι ἐξ αὐτοῦ, πάλιν [36] ἔκοπτε ξύλα, καὶ προσετίθει τῷ φορτίῳ. Τοῦτο δὲ ἐπὶ πολὺ ἐποίει. Καὶ προβὰς ὀλίγον πάλιν ἔδειξεν αὐτῷ ἄνθρωπον ἱστάμενον ἐπὶ λάκκου, καὶ ἀντλοῦντα ὕδωρ ἐξ αὐτοῦ, καὶ μεταβάλλοντα εἰς δεξαμενὴν τετρημμένην, καὶ τὸ αὐτὸ ὕδωρ ἐκχέουσαν εἰς τὸν λάκκον. Καὶ λέγει αὐτῷ πάλιν· Δεῦρο, δείξω σοι ἄλλο. Καὶ θεωρεῖ ἱερὸν, καὶ δύο ἄνδρας καθημένους, ἵπποις, καὶ βαστάζοντας ξύλον πλαγίως, ἕνα κατέναντι τοῦ ἑνός· ἤθελον δὲ διὰ τῆς πύλης εἰσελθεῖν, καὶ οὐκ ἠδύναντο, διὰ τὸ εἶναι τὸ ξύλον πλάγιον [37]. Οὐκ ἐταπείνωσε δὲ ὁ εἷς ἑαυτὸν ὀπίσω τοῦ

[33] Gen. VIII, 9. [34] Al. inser. πρὸς τοὺς ἑαυτοῦ. [35] Al. ἔμειναν μετ' αὐτοῦ. [36] Al. ἀπελθών. [37] Al. πλαγίως.

(93*) *Vit. Patr.* XVIII, 2

ἑτέρου ἐνέγκαι τὸ ξύλον ἐπ' εὐθείας· καὶ διὰ τοῦτο ἔμειναν ἔξω τῆς πύλης. Οὗτοί εἰσι, φησὶν, οἱ βαστάζοντες ὡς δικαιοσύνης ζυγὸν μετὰ ὑπερηφανίας, καὶ οὐκ ἐταπεινώθησαν τοῦ διορθώσασθαι ἑαυτούς, καὶ πορευθῆναι τῇ ταπεινῇ ὁδῷ τοῦ Χριστοῦ· διὸ καὶ μένουσιν ἔξω τῆς βασιλείας τοῦ Θεοῦ. Ὁ δὲ κόπτων τὰ ξύλα ἄνθρωπός ἐστιν ἐν ἁμαρτίαις πολλαῖς· καὶ ἀντὶ τοῦ μετανοῆσαι, ἄλλας ἀνομίας προστίθεὶ ἐπάνω τῶν ἁμαρτιῶν αὐτοῦ. Καὶ ὁ τὸ ὕδωρ ἀντλῶν ἄνθρωπός ἐστι καλὰ μὲν ἔργα ποιῶν, ἀλλ' ἐπειδὴ εἶχεν ἐν αὐτοῖς πονηρὰν συμμιγῆν, ἐν τούτῳ ἀπώλεσε καὶ τὰ καλὰ αὐτοῦ ἔργα. Χρὴ οὖν νήφειν πάντα ἄνθρωπον εἰς τὰ ἔργα αὐτοῦ, ἵνα μὴ εἰς κενὸν κοπιάσῃ.

λδ'. Ὁ αὐτὸς διηγήσατο, ὅτι ποτὲ ἦλθόν τινες τῶν Πατέρων ἀπὸ Ἀλεξανδρείας, ἰδεῖν τὸν ἀββᾶν Ἀρσένιον· καὶ ἦν εἷς ἐξ αὐτῶν θεῖος τοῦ παλαιοῦ Τιμοθέου ἀρχιεπισκόπου Ἀλεξανδρείας τοῦ λεγομένου ἀκτήμονος, καὶ εἶχεν ἕνα ἐκ τῶν τεκναδέλφων αὐτοῦ. Εἶχε δὲ τότε ὁ γέρων ἀσθένειαν, καὶ οὐκ ἠθέλησεν ἀπαντῆσαι αὐτοῖς, ἵνα μὴ καὶ ἄλλοι ἔλθωσι καὶ παρενοχλήσωσιν αὐτόν. Ἦν δὲ τότε εἰς τὴν Πέτραν τῆς Τρώης. Καὶ ἀνέκαμψαν λυπούμενοι. Συνέβη δὲ ἐπίστασιν βαρβάρων γενέσθαι, καὶ θέλων [98] ἔμεινεν ἐν τοῖς κάτω μέρεσι. Καὶ ἀκούσαντες πάλιν ἦλθον ἰδεῖν αὐτόν. Καὶ μετὰ χαρᾶς προσελάβετο αὐτούς. Καὶ λέγει αὐτῷ ὁ ἀδελφὸς ὃς ἦν μετ' αὐτῶν· Οὐκ οἶδας, ἀββᾶ, ὅτι ἤλθομεν παρεβαλεῖν σοι εἰς Τρώην, καὶ οὐκ ἐδέξω ἡμᾶς; Καὶ λέγει αὐτῷ ὁ γέρων· Ὑμεῖς ἐγεύσασθε ἄρτου καὶ ἐπίετε ὕδωρ· φύσει δὲ ἐγὼ, τέκνον, οὔτε ἄρτου οὔτε ὕδατος ἐγευσάμην, οὔτε μὴν ἐκάθισα, κολάζων ἐμαυτὸν, ἕως οὗ ἐδοκίμασα ὅτι ἐφθάσατε εἰς τὸν τόπον ὑμῶν, ὅτι δι' ἐμὲ καὶ ὑμεῖς ἐσκύλητε· ἀλλὰ συγχωρήσατέ μοι, ἀδελφοί. Καὶ παρακληθέντες ἀνεχώρησαν.

λε'. Ὁ αὐτὸς ἔλεγεν, ὅτι Ἐκάλεσέ με μίαν ὁ ἀββᾶς Ἀρσένιος, καὶ λέγει μοι· Ἀνάπαυσον τὸν πατέρα σου, ἵνα ὅταν ἀπέλθῃ πρὸς Κύριον, παρακαλέσῃ ὑπὲρ σοῦ, καὶ εὖ σοι γένηται.

λς'. Ἔλεγον περὶ τοῦ ἀββᾶ Ἀρσενίου, ὅτι, ἀσθενήσαντος αὐτοῦ ποτε εἰς Σκῆτιν, ἀπῆλθεν ὁ πρεσβύτερος, καὶ ἤνεγκεν αὐτὸν εἰς τὴν ἐκκλησίαν, καὶ ἔθηκεν αὐτὸν εἰς χαλάδριον, μικρὸν προσκεφάλαιον πρὸς τῇ κεφαλῇ αὐτοῦ. Καὶ ἰδοὺ εἷς τῶν γερόντων ἐλθὼν ἐπισκέψασθαι αὐτὸν, καὶ ἰδὼν αὐτὸν εἰς τὸ χαλάδριον (94), καὶ τὸ προσκεφάλαιον ὑποκάτω αὐτοῦ, ἐσκανδαλίσθη, λέγων· Οὗτός ἐστιν ὁ ἀββᾶς Ἀρσένιος; καὶ εἰς ταῦτα ἀνάκειται; Λαβὼν δὲ αὐτὸν πρεσβύτερος κατ' ἰδίαν, λέγει αὐτῷ· Τί ἦν τὸ ἔργον σου ἐν τῇ κώμῃ σου; Ὁ δὲ εἶπε· Ποιμὴν ἤμην. Πῶς οὖν, φησὶ, διῆγες τὸν βίον σου; Ὁ δὲ ἔφη· Ἐν πολλῷ πόνῳ διῆγον. Καὶ λέγει αὐτῷ· Νῦν οὖν πῶς διάγεις ἐν τῷ κελλίῳ; Ὁ δὲ ἔφη· Μᾶλλον ἀναπαύομαι. Καὶ λέγει αὐτῷ· Βλέπεις τοῦτον τὸν ἀββᾶν Ἀρσένιον; πα-

retro, ut lignum ferret in rectum; ideoque extra portam remanserunt. Hi, inquit, sunt homines qui velut justitiæ jugum portant cum superbia, nec sese demiserunt ut corrigerentur, incederentque in humili Christi via : unde extra regnum Dei permanent. Qui vero ligna cædebat, homo est onustus peccatis; qui loco pœnitentiæ, alias adjicit iniquitates ad peccata sua. Ille vero qui hauriebat aquam, homo est, qui quidem bona opera facit, sed quia cum illis mala permista habet, in eo etiam bona opera perdidit. Oportet igitur ut quilibet vigilanter attendat ad opera sua, quo non laboret in vanum.

34. (95) Idem retulit quod aliquo tempore venerint quidam Patrum ab Alexandria, ut viderent abbatem Arsenium; ex quibus unus erat veteris Timothei archiepiscopi Alexandrini, pauperis nuncupati, avunculus, comitemque habebat e fratris sui liberis unum. Tunc vero ægrotabat senex, noluitque eis occurrere, ne alii pariter accederent, ac eum interturbarent. Erat porro in Petra Troæ. Illi tristes remearunt. Contigit autem ut barbarorum irruptio fieret; unde mansit sponte in inferioribus partibus. Quo audito, iterum venerunt illum invisere. Et alacriter suscepit eos. Dicit illi frater qui una cum illis erat : Nonne scis, abba, nos congressuros tecum, perrexisse Troen, nec a te admissos fuisse? Respondit senex : Vos panem comedistis, ac bibistis aquam; ego vero, fili, sane nec panem nec aquam gustavi, neque sedi, meipsum puniens, donec exploratum habui, vos ad locum vestrum pervenisse, quia propter me fatigati fueratis; sed veniam mihi donate, fratres. Illi recreati discesserunt.

35. Idem referebat : Quodam die vocavit me abbas Arsenius, dixitque mihi : Solatio sis Patri tuo, ut postquam ad Dominum discesserit, oret pro te, ac bene sit tibi.

36. (96) Dixerunt de abbate Arsenio, quod cum Sceti ægrotaret, profectus presbyter, eum adduxit ad ecclesiam, posuitque in strato, cum parvo cervicali sub capite ejus. Tum ecce e senibus unus veniens ad visitandum eum, ubi vidisset illum in strato, cum cervicali subtus, scandalum passus est, dixitque : Hiccine est abbas Arsenius? et eo modo recumbit? Sumens autem illum seorsim presbyter, ait : Quodnam erat opus tuum in tuo pago? Respondit ille : Eram pastor. Quonam ergo modo, inquit, vitam transigebas? Ait : In labore multo. Tum presbyter : Nunc vero quem ad modum in cella agis? Senex : In majori dego quiete. Dicit illi : Vides hunc abbatem Arsenium? Quando in mundo versabatur, pater exstitit imperatorum; mille servi

[98] Al. ἐλθών.

(94) *Χαλάδριον*. *Stratum*, instar lecticuli pellibus instrati. Unde a Joanne Geometra per κώεα exprimitur :

Μέμφετο Ἀρσένιόν τις ἰδὼν ἐπὶ κώεσιν ὄντα.

Dictum autem videtur χαλάδριον, aut a verbo χαλάω, aut quasi χαράδριον. Vita Arsenii Græca ms. εὐτελές τι στρῶμα. Quod apud Surium, n. 21, *vile stragulum*.

(95) Vid. *Vitam Arsenii*, n. 22.

(96) Joan. Geom. *Parad.* 10.

aurea zona vincti, omnesque monilibus ac holoseericis exornati, assistebant ei; pretiosi vero tapetes sub eo sternebantur; tu autem pastor fuisti, nec habebas in mundo quam nunc possides requiem; at ille deliciis quibuscum vivebat in sæculo, hic caret. En igitur, tu animo indulges, ille afflictatur. Quibus auditis senex compunctus est, veniaque per corporis inclinationem postulata, dixit. Parce mihi, Pater; peccavi. Certe enim hæc vera via est, quod is ad humilem venit statum, ego vero ad quietum. Et capto emolumento discessit.

37. (97) Venit non nemo Patrum ad Arsenium abbatem, et ut pulsavit fores, senex aperuit, putans ministrum suum esse. Sed ubi advertit esse alium, procidit in faciem. Ille dixit ei: Surge, abba, quo te salutem. Senex vero respondit: Non surgam, nisi abieris. Et diu rogatus, non surrexit quousque discessisset.

38. (98) Aiebant de quodam fratre qui Scetim venerat ad videndum abbatem Arsenium, quod ad ecclesiam profectus, petebat a clericis ut abbatem Arsenium adiret. Itaque dixerunt ei: Exspecta parumper, frater: videbis eum. At ille: Nihil quidquam gusto, nisi ei occurrero. Miserunt igitur fra-

A τὴρ βασιλέων (99) ὑπῆρχεν ὧν ἐν τῷ κόσμῳ, καὶ χίλιοι δοῦλοι χρυσόζωνοι (1) καὶ ὅλοι μανιάκια καὶ ὁλοσήρικα φοροῦντες παρειστήκεισαν αὐτῷ· πολύτιμα δὲ στρώματα ὑποκάτω αὐτοῦ ἦν· σὺ δὲ ποιμὴν ὤν, οὐκ εἶχες ἐν τῷ κόσμῳ ἣν νῦν ἔχεις ἀνάπαυσιν· καὶ οὗτος τὴν τρυφὴν ἣν εἶχεν ἐν τῷ κόσμῳ, ὧδε οὐκ ἔχει. Ἰδοὺ οὖν σὺ ἀναπαύῃ, κἀκεῖνος θλίβεται. Ὁ δὲ ἀκούσας ταῦτα, κατενύγη, καὶ ἔβαλε μετάνοιαν, λέγων· Συγχώρησόν μοι, ἀββᾶ, ἡμάρτηκα· ἀληθῶς γὰρ αὕτη ἐστὶν ἡ ἀληθινὴ ὁδὸς, ὅτι οὗτος ἦλθεν εἰς ταπείνωσιν, ἐγὼ δὲ εἰς ἀνάπαυσιν. Καὶ ὠφεληθεὶς ὁ γέρων ἀνεχώρησεν.

λζ'. Ἦλθέ τις τῶν Πατέρων πρὸς τὸν ἀββᾶν Ἀρσένιον· καὶ ὡς ἔκρουσε τὴν θύραν, ἀνέῳξεν ὁ γέρων, νομίζων ὅτι διακονητὴς αὐτοῦ ἐστι. Καὶ ὡς εἶδεν αὐτὸν ἄλλον, B ἔπεσεν ἐπὶ πρόσωπον. Ὁ δὲ λέγει αὐτῷ· Ἀνάστα, ἀββᾶ, ἵνα σε ἀσπάσωμαι. Καὶ ἔφη αὐτῷ ὁ γέρων· Οὐκ ἐγείρομαι ἐὰν μὴ ἀναχωρήσῃς. Καὶ ἐπὶ πολὺ παρακληθεὶς οὐκ ἀνέστη ἕως οὗ ἀνεχώρησεν.

λη'. Ἔλεγον περί τινος ἀδελφοῦ ἐλθόντος ἰδεῖν εἰς Σκῆτιν τὸν ἀββᾶν Ἀρσένιον, ὅτι ἐλθὼν εἰς τὴν ἐκκλησίαν, παρεκάλει τοὺς κληρικοὺς συντυχεῖν τῷ ἀββᾷ Ἀρσενίῳ. Ἔλεγον οὖν αὐτῷ· Ἀναπαύου μικρὸν, ἀδελφὲ, καὶ βλέπεις αὐτόν. Ὁ δὲ ἔφη· Οὐ γεύομαί τινος, ἐὰν μὴ αὐτῷ ἀπαντήσω. Ἔπεμψαν οὖν ἀδελφὸν

(97) *Vit. Patr.* III, 193.
(98) *Vit. Patr.* VII. XVIII. 2.
(99) *Πατὴρ βασιλέων.* Infra capite 42, πατὴρ γενόμενος τῶν θειοτάτων Ἀρκαδίου καὶ Ὁνορίου. Quia præceptor, ac in baptismo susceptor, et ob potentiam gratiamque aulicam: quæ non advertit Pelagius. In *Vita Arsenii* apud Metaphrastem magnus Theodosius tradens liberos Arsenio, Αὐτός, inquit, τὸ μετὰ ταῦτα πατὴρ ἔσῃ τούτων μᾶλλον, ἤπερ ἐγὼ, ὅσῳ δὴ τοῦ ἁπλῶς εἶναι τὸ εὖ εἶναι κυριώτερόν τε καὶ πατρικώτερον, al. πρακτικώτερον. Et infra auctor Vitæ, καὶ πατέρα, οὐχὶ τῶν παίδων μόνον (al. μόνων) τῶν οἰκείων, ἀλλ' ἤδη καὶ ἑαυτοῦ καὶ εἶναι καὶ ὀνομάζεσθαι. Multoque post, ubi de narratione hujus capitis, πατὴρ βασιλέως, seu potius βασιλέων. Latina habes in Suriana collectione, n. 5-21. Παρέδωκεν αὐτῷ ὡς τέκνα καὶ μαθητὰς, οὐ μὴν ὡς βασιλεῖς, τοὺς υἱοὺς αὐτοῦ. Theodosius Arsenio *filios suos tradidit, non ut imperatores, sed liberorum atque discipulorum loco habendos.* Ex relatione Michaelis Glycæ, βασιλεοπάτορα factum fuisse ait Georgius Cedrenus. Adde ista desumpta ex *Vita Euthymii*, n. 58, apud Bollandum, Januar. 20: *Affirmabant enim eum quoque fuisse æmulatorem Arsenii; Arsenii, inquam, qui in patris quibusdam moribus educavit et instituit Arcadium et Honorium imperatores: et ideo Patris appellatione, a sanctis scilicet Patribus est appellatus.* Græce in mss. Διεβεβαιοῦντο γὰρ καὶ ζηλωτὴν αὐτὸν Ἀρσενίου γεγενῆσθαι· Ἀρσενίου φημὶ, τοῦ τρόπον τινὰ πατρικὸν, Ἀρκάδιον καὶ Ὠνόριον τοὺς βασιλεῖς, θρεψαμένου τε καὶ παιδευσαμένου, καὶ διὰ τοῦτο τῇ τοῦ πατρὸς, ὑπὸ τῶν ἁγίων δηλαδὴ Πατέρων, ἐπικληθέντος προσηγορίᾳ. Jam de susceptione baptismi audiamus et emendemus Rufinum in *Vitis Patrum*, lib. III, n. 37: *Fuit quidam vir in palatio sublimis, sub Theodosio imperatore, nomine Arsenius, cujus filios, id est Arcadium et Honorium Augustus de baptismo suscepit.* Nimirum hæc asserta, nisi expungantur voces, *id est Arcadium et Honorium*: seu potius illis retentis, scribatur *Augustos*; ac forte *qui ejus filios*. Denique quod spectat ad potentiam et gratiam in aula imperiali, simile quid complectitur *Historia Trevirensis*, quam Lucas Acherius singulari pietate et eruditione monachus novissimo Spicilegii sui tomo inseruit, p. 242, sic: Bruno *talem se omnimodis exhibebat, ut in administrandis quoque regni negotiis, ex omnibus principibus, consiliis et sapientia et auctoritate nullus eo sublimior haberetur: adeo ut imperator patrem suum eum vocaverit, et majorem cæteris honorem ei impenderit.* Alias Patricii vocabantur patres imperatoris, ut observatum est a viris doctis, necnon episcopi. Sed et præter præfectum prætorio, apud Cassiodorum, qui plurimum auctoritate erga imperatorem valebat, Pater imperii dictus inventur. *In tanta*, inquit Vigilius Tapsensis lib. I *contra Arium*, cap. 2, *apud eum* Constantium *idem Evangelus presbyter familiaritate est habitus, ut non jam presbyter, sed Pater imperii vocaretur; et qui ob imperandum imperator fuerat elevatus, sub hujus presbyteri imperio videbatur addictus.* Diversa ratione Procopius *De ædificiis* lib. V, cap. 2, Constantino Magno dat nomen τοῦ τῆς βασιλείας προπάτορος. Denique imperatoris matrem invenies in *Vita Basilii Macedonis*, cap. 53. Vide Gen. XLV, 8; II Paralip. II, 13, IV, 16; Esth. XIII, 6; et Judic. V, 7. Διεδόρᾳ μήτηρ τοῦ λαοῦ, tom. VI Chrysostomi, homil. 44. et editionis Savilianæ t. VII, p. 251, l. 1, Σαμουὴλ ὁ τῶν βασιλέων πατήρ.

(1) *Δοῦλοι χρυσόζωνοι*, etc. In Chrysostomi editionis Anglicanæ tom. VII, p. 249, l. 13, nescio quis: Καὶ τοὺς ἀργυρωνήτους, στηρικοφόρους, καὶ χρυσοφόρους, καὶ χρυσοζώνους ὑπάρχοντας. Ipse Chrysostomus serm. 2 *in psal.* XLVIII: ὅταν μανιάκην χρυσοῦν τῷ οἰκέτῃ περιθῇς. *In Joannem* hom. 26: οἰκέτας περιδέρραια χρυσᾶ περιτιθέναι· hom. 45, οἰκέτας καλλωπίσαι χρυσῷ· orat. 21 *in I ad Corinth.*, οἰκέτας χρυσοφορουντας. Mitto cætera de ornatu servorum loca. *Chronici Alexandrini* p. 92, τρεῖς Πέρσας φοροῦντας ὁλοσήρικα, et p. 766; Macarius homil. 17, γυνὴ ἔχουσα ὁλοσήρικα. Alii. Locum alterum Pseudochrysostomi prætermisi tomo eodem Savilliano, p. 412, l. 42, quia non puto legi debere, οἰκίαι χρυσοφόροι, nec οἰκέται χρυσοφόροι, sed οἰκίαι χρυσόφοροι, quemadmodum t. V, p. 130, l. 8; t. VI, p. 950, l. 35; t. VII, p. 550, l. 4.

καταστῆσαι αὐτὸν, ὅτι μακρὰν ἦν ἡ κέλλα αὐτοῦ. Καὶ κρούσαντες τὴν θύραν εἰσῆλθον, καὶ ἀσπασάμενοι τὸν γέροντα ἐκάθισαν σιωπῶντες. Εἶπεν οὖν ὁ ἀδελφὸς ὁ τῆς Ἐκκλησίας· Ἐγὼ ὑπάγω, εὔξασθε ὑπὲρ ἐμοῦ. Ὁ δὲ ἀδελφὸς ὁ ξένος, μὴ εὑρὼν παῤῥησίαν πρὸς τὸν γέροντα, εἶπε τῷ ἀδελφῷ· Ἔρχομαι κἀγὼ μετὰ σοῦ. Καὶ ἐξῆλθον ὁμοῦ. Παρεκάλεσεν οὖν αὐτὸν, λέγων· λαβέ με καὶ πρὸς τὸν ἀββᾶν Μωσῆν τὸν ἀπὸ λῃστῶν. Καὶ ἐλθόντων αὐτῶν πρὸς αὐτὸν, ἐδέξατο αὐτοὺς μετὰ χαρᾶς, καὶ φιλοφρονήσας [39] αὐτοὺς ἀπέλυσε. Καὶ λέγει αὐτῷ ὁ ἀδελφὸς ὁ ἐνεγκὼν αὐτόν· Ἰδοὺ ἀπένεγκά σε πρὸς τὸν ξενικὸν καὶ πρὸς τὸν Αἰγύπτιον. Τίς ἐκ τῶν δύο ἤρεσέ σοι; Ὁ δὲ ἀποκριθεὶς εἶπεν· Ἐμοὶ τέως ὁ Αἰγύπτιος ἤρεσεν. Ἀκούσας δέ τις τῶν Πατέρων ταῦτα, εὔξατο τῷ Θεῷ, λέγων· Κύριε, δεῖξόν μοι τὸ πρᾶγμα τοῦτο· ὅτι ὃς μὲν φεύγει διὰ τὸ ὄνομά σου· ὃς δὲ ἐναγκαλίζεται διὰ τὸ ὄνομά σου. Καὶ ἰδοὺ ἐδείχθη αὐτῷ δύο πλοῖα μεγάλα ἐν τῷ ποταμῷ, καὶ θεωρεῖ τὸν ἀββᾶν Ἀρσένιον καὶ τὸ Πνεῦμα τοῦ Θεοῦ πλέον ἐν ἡσυχίᾳ εἰς ἕνα [40]· καὶ ὁ ἀββᾶς Μωσῆς καὶ οἱ ἄγγελοι τοῦ Θεοῦ πλέοντες εἰς ἕνα [41], καὶ ἐψώμιζον αὐτὸν μελικηρίδας.

λθ'. Ἔλεγεν ὁ ἀββᾶς Δανιὴλ, ὅτι μέλλων τελευτᾷν ὁ ἀββᾶς Ἀρσένιος, παρήγγειλεν ἡμῖν λέγων· Μὴ προντίσητε ποιεῖν ἀγάπας [42] ὑπὲρ ἐμοῦ· ἐγὼ γαρ εἰ ἐποίησα ἐμαυτῷ ἀγάπην, ταύτην ἔχω εὑρεῖν.

μ'. Μέλλοντος τελευτᾷν τοῦ ἀββᾶ Ἀρσενίου, ἐταράχθησαν οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ. Καὶ λέγει αὐτοῖς· Οὔπω ἦλθεν ἡ ὥρα· ὅτε δὲ ἔλθῃ ὥρα, λέγω ὑμῖν. Κριθῆναι δὲ ἔχω μεθ' ὑμῶν ἐπὶ τοῦ βήματος τοῦ φοβεροῦ [43], ἐὰν δῶτε τὸ λείψανόν μού τινι. Οἱ δὲ εἶπον· Τί οὖν ποιήσομεν, ὅτι οὐκ οἴδαμεν ἐνταφιάσαι; Καὶ λέγει αὐτοῖς ὁ γέρων· Οὐκ οἴδατε βαλεῖν σχοινίον εἰς τὸν πόδα μου, καὶ ἅραί με εἰς τὸ ὄρος; Οὗτος δὲ ὁ λόγος τοῦ γέροντος ἦν· Ἀρσένιε, διὸ ἐξῆλθες; λαλήσας, πολλάκις μετεμελήθην, σιωπήσας δὲ οὐδέποτε. Ὡς δὲ ἐγγὺς ἦν τοῦ τελευτᾷν [44], εἶδον αὐτὸν οἱ ἀδελφοὶ κλαίοντα· καὶ λέγουσιν αὐτῷ· Ἐν ἀληθείᾳ καὶ σὺ φοβῇ, Πάτερ; Καὶ εἶπεν αὐτοῖς· Ἐν ἀληθείᾳ, ὁ φόβος ὁ νῦν μετ' ἐμοῦ ἐν τῇ ὥρᾳ ταύτῃ, μετ' ἐμοῦ ἐστιν ἀφ' οὗ ἐγενόμην μοναχός. Καὶ οὕτως ἐκοιμήθη.

μα'. Ἔλεγον δὲ ὅτι ὅλον τὸν χρόνον τῆς ζωῆς αὐτοῦ, καθεζόμενος εἰς τὸ ἐργόχειρον αὐτοῦ, ῥάκκος εἶχεν ἐν τῷ κόλπῳ, χάριν τῶν δακρύων τῶν πιπτόντων ἀπὸ τῶν ὀφθαλμῶν αὐτοῦ. Ἀκούσας δὲ ὁ ἀββᾶς Ποιμὴν ὅτι ἐκοιμήθη, δακρύσας εἶπε· Μακάριος εἶ, ἀββᾶ Ἀρσένιε, ὅτι ἔκλαυσας ἑαυτὸν εἰς τὸν ὧδε κόσμον. Ὁ γὰρ μὴ κλαίων ἑαυτὸν ὧδε, αἰωνίως ἐκεῖ κλαύσεται. Εἴτε οὖν ὧδε ἐκὼν, εἴτε ἐκεῖ ἀπὸ βασάνων, ἀδύνατον μὴ κλαῦσαι.

μβ'. Διηγήσατο δὲ ὁ ἀββᾶς Δανιὴλ περὶ αὐτοῦ, ὅτι οὐδέποτε ἤθελε λαλεῖν τι ζήτημα ἐκ τῆς Γραφῆς, καίπερ δυνάμενος λαλῆσαι εἰ ἤθελεν· ἀλλ' οὐδὲ ἐπιστολὴν ταχέως ἔγραφεν. Ὅτε δὲ ἤρχετο εἰς τὴν ἐκκλησίαν διὰ χρόνου, ὀπίσω τοῦ στύλου ἐκαθέζετο, ἵνα

trem, qui eum sisteret, quoniam procul erat cella ipsius. Cumque ostium pulsassent, intrarunt. Salutatoque sene sederunt taciti. Dixit ille Ecclesiæ frater : Ego abeo, orate pro me. Frater vero peregrinus, quod erga senem fiduciam loquendi non haberet, dixit fratri : Ego etiam tecum proficiscor. Simulque exierunt. Deprecatus ergo eum est, dicens : Duc me ad abbatem Mosem qui fuit latro. Quo cum pervenissent, suscepit illos lætus, dimisitque amanter tractatos. Dixit frater qui alium adduxerat : Ecce duxi te ad extraneum et ad Ægyptium : quis e duobus placuit tibi? Respondit ille : Mihi utique placuit Ægyptius. Audiens vero ista Patrum aliquis, oravit Deum sic : Domine, ostende mihi hanc rem, quia ille quidem propter nomen tuum fugit, hic vero propter idem nomen ambabus ulnis suscipit. Et ecce ostensæ sunt ei duæ magnæ naves in fluvio ; conspicaturque abbatem Arsenium et Spiritum Dei in una quiete navigantes. Cum abbate vero Mose angeli Dei in altera vehebantur, eumque melle e favis distillante cibabant.

39. (2) Aiebat abbas Daniel : Moriturus abbas Arsenius, denuntiavit nobis dicens : Nolite dare operam ut pro me agapas faciatis. Ego enim si mihi agapen feci, inventurus sum eam.

40. (3) Cum abbas Arsenius moriturus esset, turbati sunt ipsius discipuli. Et dixit eis : Nondum venit hora ; quando autem venerit, vobis nuntiabo. Cæterum judicandus sum vobiscum ante tremendum tribunal, si corpus meum cuiquam dederitis. Dixerunt ii : Quid ergo faciemus, qui nescimus sepelire? Respondit senex : Nescitis mittere funem in pedem meum, et trahere me in montem? (4) Solebat autem dicere : Arseni, quamobrem e sæculo egressus es? Loqui, pœnituit me sæpe ; tacuisse, nunquam. Ut autem morti fuit proximus, fratres viderunt eum flere ; et aiunt ei : In veritate, tu quoque times, Pater? Is illis : Revera, timor quo hac hora corripior, mecum esse non destitit a tempore quo monasticam vitam suscepi. Atque ita obdormivit.

41. (5) Affirmabant autem, quod per omne tempus vitæ suæ, sedens ad manuficium suum, pannum in sinu gestaverit, ob lacrymas ex oculis ejus decidentes. (6) Cæterum abbas Pœmen, audita illius dormitione, flens infit : Felicem te, abba Arseni, qui hocce in mundo teipsum fleveris. Nam qui semetipsum hic non deflet, sempiterne illic plorabit. Sive ergo hic sponte, sive ibi per tormenta, fieri nequit quin lugeamus.

42. (7) Narravit de eodem abbas Daniel, quod nunquam de ulla Scripturæ quæstione loqui voluerit, licet potuerit si voluisset. Sed nec litteras facile scribebat. Quando autem ad ecclesiam per intervalla veniebat, sedebat a tergo columnæ, ne quis

[39] Al. φιλοξενίσας. [40] Al. ἓν. [41] Al. ἓν. [42] Al. ἀγάπην. [43] Al. Χριστοῦ. [44] Al. ἤμελλεν παραδιδόναι τὸ πνεῦμα.

(2) *Vit. Patr.* x, 9.
(3) *Vit. Patr.* x, 9.
(4) Doroth. *Doctr.* 10 ; *Euthymii Vita*, n. 59.
(5) *Vit. Patr.* III, 1 ; *Martyrolog.*, Jul. 19.
(6) *Vit. Patr.* xv, 9.
(7) *Vit. Patr.* xv, 10.

videret faciem ipsius, nec ipse aliis intenderet. Porro specie erat angelica, sicut Jacob; totus canus, corpore eleganti : fuit autem aridus; gestavit barbam longam quæ ad ventrem pertingeret; pili oculorum præ fletus vehementia deciderant. Statura erat alta, sed senio curvus. Annos natus nonaginta quinque. Et vero mansit in divinæ memoriæ Theodosii majoris palatio annos quadraginta, pater factus divinissimorum Arcadii et Honorii; Sceti alios quadraginta; in Troe superioris Babylonis, versus Memphim, decem; tres in Canopo Alexandriæ; ad reliquos autem duos annos, rediit Troen; ubi mortuus est; postquam in pace ac timore Dei cursum suum consummasset : *Quia erat vir bonus et plenus Spiritu sancto et fide*[45]. Reliquit vero mihi pelliceam suam tunicam, cilicinum camasum album, cum sandaliis palmeis. Quæ ego indignus gestavi, ut per ea benedicerer.

A μηδεὶς ἴδῃ τὸ πρόσωπον αὐτοῦ, μηδὲ αὐτὸς ἄλλῳ πρόσχῃ. Ἦν δὲ τὸ εἶδος αὐτοῦ, ἀγγελικὸν, ὥσπερ τοῦ Ἰακώβ· ὁλοπόλιος, ἀστεῖος τῷ σώματι· ξηρὸς δὲ ὑπῆρχεν· εἶχε δὲ τὸν πώγωνα μέγαν φθάνοντα ἕως τῆς κοιλίας· αἱ δὲ τρίχες τῶν ὀφθαλμῶν αὐτοῦ ἔπεσον ἀπὸ τοῦ κλαυθμοῦ· μακρὸς δὲ ἦν, ἀλλ' ἐκυρτώθη ἀπὸ τοῦ γήρως. Ἐγένετο[46] δὲ ἐτῶν ἐνενήκοντα πέντε. Ἐποίησε δὲ εἰς τὸ παλάτιον τοῦ τῆς θείας μνήμης Θεοδοσίου τοῦ μεγάλου ἔτη τεσσαράκοντα, πατὴρ γενόμενος τῶν θειοτάτων Ἀρκαδίου καὶ Ὀνωρίου· καὶ ἐν τῇ Σκήτει ἐποίησεν ἔτη τεσσαράκοντα· καὶ δέκα εἰς Τρώην τῆς ἄνω Βαβυλῶνος (9) κατέναντι Μέμφεως· καὶ τρία ἔτη εἰς τὸν Κάνωπον Ἀλεξανδρείας· καὶ τὰ ἄλλα δύο ἔτη, ἦλθε πάλιν εἰς Τρώην, καὶ ἐκεῖ ἐκοιμήθη, τελέσας[47] ἐν εἰρήνῃ καὶ ἐν φόβῳ Θεοῦ τὸν δρόμον αὐτοῦ· ὅτι ἦν ἀνὴρ ἀγαθὸς καὶ *πλήρης Πνεύματος ἁγίου καὶ πίστεως*. Κατέλιπε δέ μοι τὸν χιτῶνα αὐτοῦ τὸν δερμάτινον, καὶ τριχινον καμάσιν λευκὸν, καὶ σανδάλια σεβένινα (10). Καὶ ἐγὼ ἀνάξιος ἐφόρεσα αὐτὰ, ἵνα εὐλογηθῶ.

B

43. Iterum narravit abbas Daniel de abbate Arsenio : Vocavit aliquando Patres meos, abbatem Alexandrum ac Zoilum, et præ humilitate demittens se, dixit eis : Quandoquidem dæmones impugnant me, ac nescio an in somno subrepant, nostem hanc vigilate mecum, et observate, num in pervigilio dormitem. Igitur a vespertino tempore sederunt taciti, unus a dextris illius, alter a sinistris. Dixeruntque Patres mei : Nos dormivimus ac experrecti sumus, nec sensimus eum nictantem. Mane autem (Deus novit, utrum ipse simulaverit, quo putaremus eum dormiturilisse, seu vere somnus natura cogente advenerit) ter flavit, confestimque surrexit, aiens : Dormii utique. Et respondimus nos : Nescimus.

C

μγ'. Διηγήσατο πάλιν ὁ ἁββᾶς Δανιὴλ περὶ τοῦ ἁββᾶ Ἀρσενίου, ὅτι ποτὲ ἐκάλεσε τοὺς Πατέρας μου, τόν τε ἁββᾶν Ἀλέξανδρον καὶ Ζώϊλον· καὶ ταπεινῶν ἑαυτὸν εἶπεν αὐτοῖς· Ἐπειδὴ οἱ δαίμονες πολεμοῦσί με, καὶ οὐκ οἶδα εἰ κλέπτουσί με ἐν ὕπνῳ, ἀλλὰ τὴν νύκτα ταύτην κοπιάσατε μετ' ἐμοῦ, καὶ τηρήσατέ με εἰ νυστάζω ἐν τῇ ἀγρυπνίᾳ· Καὶ ἐκάθισεν εἷς ἐκ δεξιῶν αὐτοῦ, καὶ εἷς ἐξ εὐωνύμων, ἀπὸ ὀψὲ σιωπῶντες. Καὶ εἶπον οἱ Πατέρες μου, ὅτι Ἡμεῖς ἐκοιμήθημεν καὶ ἀνέστημεν, καὶ οὐκ ᾐσθάνθημεν αὐτὸν νυστάξαντα. Καὶ ἐπὶ τὸ πρωῒ (ὁ Θεὸς οἶδεν εἰ ἀφ' ἑαυτοῦ ἐποίησεν, ἵνα νοήσωμεν ὅτι ἐνύσταξεν, ἢ κατὰ ἀλήθειαν ἡ φύσις τοῦ ὕπνου ἦλθεν) ἐφύσησε τρεῖς πνοὰς, καὶ εὐθέως ἀνέστη λέγων· Ἐνύσταξα, ναί. Καὶ ἀπεκρίθημεν ἡμεῖς, λέγοντες· Οὐκ οἴδαμεν.

44. Venerunt aliquando senes ad abbatem Arsenium, multumque rogaverunt ut colloquerentur cum eo. Ille autem portam aperuit. Tum hortati sunt, ut ad eos sermonem haberet de solitariis qui neminem admittunt. Ait senex : Quandiu virgo degit in domo patris sui, plurimi cupiunt sponsi illius fieri; cum vero maritum acceperit, nequaquam placet cunctis, sed illi quidem contemnunt, alii vero prædicant; nec in tali honore est, quali antea fruebatur, quando manebat abscondita. Eodem pacto, et animæ res : ex quo vulgantur, omnibus nequeunt satisfacere.

D

μδ'. Ἦλθόν ποτε γέροντες πρὸς τὸν ἁββᾶν Ἀρσένιον, καὶ πολλὰ παρεκάλεσαν ἵνα συντύχωσιν αὐτῷ. Ὁ δὲ ἤνοιξεν αὐτοῖς. Καὶ παρεκάλεσαν αὐτὸν εἰπεῖν αὐτοῖς λόγον περὶ τῶν ἡσυχαζόντων καὶ μηδενὶ ἀπαντώντων. Λέγει αὐτοῖς ὁ γέρων· Ὅταν ἡ παρθένος ἐν τῷ οἴκῳ τοῦ πατρὸς αὐτῆς ᾖ, πολλοὶ θέλουσιν αὐτῇ μνηστευθῆναι· ἐπὰν δὲ λάβῃ ἄνδρα, οὐ πᾶσιν ἀρέσκει· οἱ μὲν ἐξουθενοῦσιν, ἄλλοι δὲ ἐπαινοῦσι· καὶ οὐχ οὕτως ἔχει τιμὴν ὡς τὸ πρῶτον, ὅτε ἦν κεκρυμμένη. Οὕτως καὶ τὰ τῆς ψυχῆς· ἀφ' ὅτε δημοσιεύεται, οὐ πάντας δύναται πληροφορῆσαι.

De abbate Agathone.

Περὶ τοῦ ἁββᾶ Ἀγάθωνος.

1. (8) Dixit abbas Petrus, ille abbatis Lot [discipulus] : Eram aliquando in cella abbatis Agathonis,

α'. Εἶπεν ὁ ἁββᾶς Πέτρος ὁ τοῦ ἁββᾶ Λὼτ, ὅτι Ἐν τῷ κελλίῳ τοῦ ἁββᾶ Ἀγάθωνος ἤμην ποτὲ, καὶ ἦλθε

[45] Act. xi, 24. [46] Al. τελευτᾷ. [47] Al. τελειώσας.

(8) *Vit. Patr.* x, 8.

(9) *Εἰς Τρώην τῆς ἄνω Βαβυλῶνος. Patrum Vitæ : In loco qui dicitur Trohen* (ms. Suession. et Fossat. Troen) *supra Babyloniam.* Quod est, εἰς Τρώην τὴν ἄνω Βαβυλῶνος, aut εἰς Τρώην ἄνω τῆς Βαβυλῶνος. Lectiones nequaquam improbandæ.

(10) *Σεβένινα.* Iterum infra in Isaaco Celliota num. 7, necnon in Joannis Meursii *Glossario.* Ammonius monachus *De Patribus Sinaitis et Raithensibus*, a R. P. Combefisio editus, p. 100 : Ἦν δὲ ἡ τροφὴ αὐτοῦ, ὕδωρ καὶ μικροὶ φοίνικες, ἐξ ὧν εἶχεν καὶ τὰ ἐνδύματα ἀπὸ σιβιννίου vel σιβιννίων, cap. 120, 123, *Prati spiritualis*, ἀπὸ σιβίνου. Adi Lexicon Hippocrateum Foesii.

πρὸς αὐτὸν ἀδελφὸς λέγων· Θέλω οἰκῆσαι μετὰ ἀδελφῶν· εἰπόν μοι πῶς μετ' αὐτῶν οἰκήσω. Λέγει αὐτῷ ὁ γέρων· Ὡς ἐν τῇ πρώτῃ ἡμέρᾳ ὅτε εἰσέρχῃ πρὸς αὐτούς, οὕτως φύλαξον τὴν ξενιτείαν σου πάσας τὰς ἡμέρας τῆς ζωῆς σου, ἵνα μὴ παῤῥησιασθῇς μετ' αὐτῶν. Λέγει αὐτῷ ὁ ἀββᾶς Μακάριος· Τί γὰρ ποιεῖ ἡ παῤῥησία; Λέγει αὐτῷ ὁ γέρων· Ἔοικεν ἡ παῤῥησία καύσωνι μεγάλῳ· ὃς ὅταν γένηται, πάντες φεύγουσιν ἀπὸ προσώπου αὐτοῦ, καὶ τῶν δένδρων τὸν καρπὸν διαφθείρει. Λέγει αὐτῷ ὁ ἀββᾶς Μακάριος· Οὕτως χαλεπή ἐστιν ἡ παῤῥησία; Καὶ εἶπεν ὁ ἀββᾶς Ἀγάθων· Οὐκ ἔστιν ἕτερον πάθος χαλεπώτερον τῆς παῤῥησίας· γεννήτρια γάρ ἐστι πάντων τῶν παθῶν. Πρέπει δὲ τῷ ἐργάτῃ μὴ παῤῥησιάζεσθαι, κἂν μόνος ᾖ ἐν τῷ κελλίῳ. Οἶδα γὰρ ὅτι ἀδελφὸς ποιήσας χρόνον ἐν τῷ κελλίῳ οἰκῶν, ἔχων τι κοιτωνάριον, εἶπεν, ὅτι Μετέβην ἐκ τοῦ κελλίου, μὴ γνοὺς αὐτὸ τὸ κοιτωνάριον, εἰ μὴ ἕτερός μοι εἶπεν. Ὁ τοιοῦτος ἐργάτης ἐστὶ καὶ πολεμιστής.

A venit ad eum frater, dicens: Volo habitare cum fratribus; doce me quo pacto cum eis maneam. Respondit senex: Quemadmodum primo die ingressus tui, sic custodito hospitium tuum peregrinationemque cunctis diebus vitæ tuæ, ita ut erga illos non utaris fiducia. Dicit ei abbas Macarius: Quid enim designat fiducia? (11) Tum senex: Similis est fiducia æstui magno; qui quando contigerit, fugiunt omnes a facie ejus, quique arborum fructus corrumpit. Dicit abbas Macarius: Adeone sævit fiducia? Abbas Agatho: Nullus est, inquit, affectus sævior fiducia: omnium quippe perturbationum mater est. Decet autem cultorem sui, fiducia carere, etiam si solus in cella versetur. Novi etenim quemdam fratrem, qui diu in cella perseveraverat, habens B lectulum, dixisse: E cella emigrassem, non percepto illo lectulo, nisi alius monuisset me. Is homo, vere est operarius ac bellator.

β'. Εἶπεν ὁ ἀββᾶς Ἀγάθων· Χρὴ τὸν μοναχὸν μὴ ἐάσαι τὴν συνείδησιν αὐτοῦ κατηγορῆσαι αὐτοῦ εἰς οἱονδήποτε πρᾶγμα.

2. (12) Monuit abbas Agatho: Oportet ut monachus non permittat conscientiæ suæ accusare ipsum ulla in re.

γ'. Εἶπε πάλιν, ὅτι ἄνευ φυλακῆς τῶν θείων ἐντολῶν οὐ προβαίνει ἄνθρωπος οὐδὲ εἰς μίαν ἀρετήν.

3 (13) Dixit iterum: Sine observatione mandatorum Dei, ne ad unam quidem virtutem hominem procedere.

δ'. Εἶπε πάλιν, ὅτι Οὐδέποτε ἐκοιμήθην ἔχων κατά τινος· οὐδὲ ἀφῆκά τινα κοιμηθῆναι ἔχοντα κατ' ἐμοῦ, κατὰ τὴν δύναμίν μου.

4. (14) Rursum dixit: Nunquam somno me dedi, habens adversus aliquem [49], nec sivi quemquam ire cubitum, qui adversus me haberet, quantum quidem valui.

ε'. Ἔλεγον περὶ τοῦ ἀββᾶ Ἀγάθωνος, ὅτι ἀπῆλθόν τινες πρὸς αὐτὸν, ἀκούσαντες ὅτι μεγάλην διάκρισιν ἔχει· καὶ θέλοντες δοκιμάσαι [49] εἰ ὀργίζεται, λέγουσιν αὐτῷ· Σὺ εἶ Ἀγάθων; ἀκούομεν περὶ σοῦ ὅτι πόρνος εἶ, καὶ ὑπερήφανος. Ὁ δὲ εἶπεν· Ναί, οὕτως ἔχει. Καὶ λέγουσιν αὐτῷ· Σὺ εἶ Ἀγάθων ὁ φλύαρος καὶ κατάλαλος; Ὁ δὲ εἶπεν· Ἐγώ εἰμι. Λέγουσι πάλιν· Σὺ εἶ Ἀγάθων ὁ αἱρετικός; Καὶ ἀπεκρίθη· Οὐκ εἰμὶ αἱρετικός. Καὶ παρεκάλεσαν αὐτὸν, λέγοντες· Εἰπὲ ἡμῖν διατί τοσαῦτα εἰπομέν σοι, καὶ κατεδέξω, τὸν δὲ λόγον τοῦτον οὐκ ἐδάστασας; Λέγει αὐτοῖς· Τὰ πρῶτα ἐμαυτῷ ἐπιγράφω· ὄφελος γάρ ἐστι τῇ ψυχῇ μου· τὸ δὲ αἱρετικὸς, χωρισμός ἐστιν ἀπὸ τοῦ Θεοῦ, καὶ οὐ θέλω χωρισθῆναι ἀπὸ Θεοῦ. Οἱ δὲ ἀκούσαντες, ἐθαύμασαν τὴν διάκρισιν αὐτοῦ, καὶ ἀπῆλθον οἰκοδομηθέντες.

5. (15) Aiebant de abbate Agathone, quod ad eum perrexerint nonnulli, qui audierant, magna præditum esse discretione; et volentes explorare an irasceretur, dixerint ei: Tune es Agatho? Audimus de te, quod sis fornicator ac superbus. Respondit: Etiam, ita habet. Iterum aiunt: Tu es Agatho ille nugax et oblocutor? Assensus est se esse. Adhuc ii: Tu es Agatho hæreticus? Et respondit: Non sum hæreticus. Tunc rogaverunt eum his verbis: Indica nobis, cur ubi tanta tibi imposuimus, agnoveris, postremum vero sermonem non sustinueris? Ait illis: Priora ascribo mihi, quia id conducit animæ meæ; at hæresis, separatio est a Deo, a quo separari nequaquam volo. Quibus auditis, admirati sunt illi discretionem ejus, atque instructi discesserunt.

ς'. Διηγήσαντο περὶ τοῦ ἀββᾶ Ἀγάθωνος, ὅτι ἔμεινε χρόνον ἱκανὸν οἰκοδομῶν κελλίον μετὰ τῶν μαθητῶν αὐτοῦ· καὶ τελειωσάντων αὐτῶν τὸ κελλίον, ἦλθον λοιπὸν τοῦ καθίσαι. Εἶδε δὲ εἰς τὴν πρώτην ἑβδομάδα πρᾶγμα μὴ ὠφελοῦν αὐτὸν, καὶ λέγει τοῖς μαθηταῖς αὐτοῦ· Ἐγείρεσθε, ἄγωμεν ἐντεῦθεν. Ἐταράχθησαν δὲ σφόδρα, λέγοντες· Εἰ ὅλως λογισμὸν εἶχες τοῦ μεταβῆναι, τί τοσοῦτον κόπον ὑπεμείναμεν οἰκοδομήσαντες τὸ κελλίον; καὶ μέλλουσι

6. (16) De abbate Agathone narraverunt, quod satis diu perseveraverit ædificans cellam cum discipulis suis: quam cum exstruxissent, venerunt dein illic mansum. Vidit autem prima hebdomada rem sibi noxiam, et discipulis suis ait: Surgite, abeamus hinc. Illi vehementer turbati sunt, ac dixerunt: Si omnino sedebat menti, migrare, cur tantum laboris sumpsimus in cella construenda? Scandalum adhuc propter nos passuri sunt homines, et

[49] Al. inser. αὐτόν. [49] Matth. v, 23; Marc. xi, 25.

(11) Doroth. *Doctr.* 4.
(12) *Vit. Patr.* xi, 2.
(13) Ibid.
(14) *Vit. Patr.* xvii, 6.
(15) *Vit. Patr.* x, 10.
(16) *Vit. Patr.* vi, 4.

dicturi: Ecce iterum sedem mutarunt isti vagi atque instabiles. Cernens igitur eos pusillanimitate dejectos, ita prolocutus est: Licet nonnullis scandalo futuri simus, at aliis erimus ædificationi, qui dicent: Beati isti homines, quia propter Deum transmigrarunt, omnibus neglectis. Verumtamen qui voluerit venire, veniat, ego jam recedo. Itaque se in solum prostraverunt, postulantes, donec permissi sunt cum eo iter agere.

7. Dixerunt rursus de illo, sæpius emigrasse, cum haberet duntaxat scalpellum in cista.

8. (17) Interrogatus est abbas Agatho, quidnam majus esset, labor corporis, aut interiorum custodia. Senex autem pronuntiavit: Homo similis est arbori; et corporalis quidem labor, folia refert; interiorum vero custodia, fructum. Quia vero juxta Scripturam, *Omnis arbor, quæ non facit fructum bonum, excidetur, et in ignem mittetur* [50], patet omne studium nostrum spectare ad fructum, hoc est, ad mentis custodiam. Opus tamen habemus etiam tegumento et ornatu ex foliis; nimirum corporis labore.

9. (18) Interrogaverunt eum adhuc fratres, dicentes: Quæ virtus, Pater, inter cæteras majorem exigit laborem? Dicit eis: Ignoscite mihi, existimo nullum laborem æquari precibus ad Deum. Quotiescunque enim homo voluerit orare, inimici seu dæmones nituntur eum avertere. Sciunt quippe non aliter impediri se, nisi per orationem ad Deum. Certe quidquid aliud boni operis homo aggressus fuerit, in eo perseverans, requiem obtinet; at oratio ad ultimum usque spiritum eget certamine.

10. (19) Erat autem abbas Agatho sapiens mente, impiger corpore, et in cunctis idoneus, opere manuum, cibo, vestitu.

11. (20) Idem iter agebat cum discipulis suis; eorumque unus inventa ad viam cicercula viridi, ait seni: Pater, jubes illam accipiam? Intendit ergo in eum senex miratus, dicitque: Tune illam ibi posuisti? Respondit frater: Nequaquam. Tum senex: Quo modo igitur tollere vis quod non posuisti?

12. (21) Venit frater ad abbatem Agathonem, dixitque: Permitte ut tecum maneam. Veniens autem, reperit in itinere parum nitri, illudque attulit. Ad quem senex: Unde accepisti nitrum? Respondit frater: In via incedens repertum sumpsi. Senex dicit

[50] Matth. III, 10. [51] Al. μελετήσῃ. [52] Al. χρεία.

(17) *Vit. Patr.* x, 11.
(18) *Vit. Patr.* XII, 2; Joan. Geom. *Parad.* 77.
(19) *Vit. Patr.* x, 11.
(20) *Vit. Patr.* IV, 8. — Ad capita 11 et 12, similiaque alia, apponi velim locum Stephani in fragmento quod vulgavit vir eruditus Samuel Tennulius, ubi de Dyrbæis: Οὗτοι οὔτε ἀδικοῦσιν οὔτε ἀποκτείνουσιν ἀνθρώπων οὐδένα. Ἐὰν δέ τι εὕρωσιν ἐν τῇ ὁδῷ, χρυσίον ἢ ἱμάτιον ἢ ἀργύριον ἢ ἄλλο τι, οὐδὲν ἀποκινήσειαν αὐτό, seu potius cum ms. οὕτως.

πάλιν οἱ ἄνθρωποι, σκανδαλισθέντες εἰς ἡμᾶς, λέγειν· Ἰδοὺ μετέβησαν πάλιν οἱ ἀκάθιστοι. Ἰδὼν δὲ αὐτοὺς ὀλιγοψυχοῦντας, λέγει αὐτοῖς· Εἰ καὶ σκανδαλίζονταί τινες, ἀλλὰ πάλιν οἰκοδομηθήσονται ἕτεροι, λέγοντες· Μακάριοι οἱ τοιοῦτοι, ὅτι διὰ τὸν Θεὸν μετέβησαν, καὶ πάντων κατεφρόνησαν. Πλὴν ὁ θέλων ἐλθεῖν, ἐλθῃ, ἐγὼ τέως ὑπάγω. Ἔβαλον οὖν ἑαυτοὺς εἰς τὸ ἔδαφος, ἀξιοῦντες, ἕως οὗ συγχωρηθῶσιν σὺν αὐτῷ ὁδεῦσαι.

ζ'. Εἶπον πάλιν περὶ αὐτοῦ, ὅτι πολλάκις μετέβη ἔχων τὴν σμίλαν ἑαυτοῦ μόνην εἰς τὸ μαννάδιν (22).

η'. Ἠρωτήθη ὁ ἀββᾶς Ἀγάθων, τί μεῖζον, ὁ σωματικὸς κόπος, ἢ ἡ φυλακὴ τῶν ἔνδον. Εἶπε δὲ ὁ γέρων· Ἔοικε δένδρῳ ὁ ἄνθρωπος· ὁ τοίνυν σωματικὸς κόπος φύλλα ἐστίν· ἡ δὲ τῶν ἔνδον φυλακὴ ὁ καρπός ἐστιν. Ἐπειδὴ δὲ κατὰ τὸ γεγραμμένον, *Πᾶν δένδρον μὴ ποιοῦν καρπὸν καλὸν ἐκκόπτεται, καὶ εἰς πῦρ βάλλεται*, φανερόν ἐστιν ὅτι διὰ τὸν καρπόν ἐστιν ἡμῶν ἡ σπουδὴ πᾶσα, τουτέστι τὴν τοῦ νοὸς φυλακήν. Χρεία δέ ἐστι καὶ τῆς ἐκ τῶν φύλλων σκέπης καὶ εὐκοσμίας, ἅτινά ἐστιν ὁ σωματικὸς κόπος.

ε'. Ὁ αὐτὸς ἔλεγεν, ὅτι ἡ [52] εἰκὼν τοῦ Χριστοῦ Μελχισεδὲκ, τὴν ῥίζαν τῶν Ἰουδαίων εὐλόγησε τὸν Ἀβραάμ· πολλῷ πλέον αὐτὴ ἡ ἀλήθεια ὁ Χριστὸς, εὐλογεῖ καὶ ἁγιάζει πάντας τοὺς πιστεύοντας εἰς αὐτόν.

[46] Matth. v, 23 ; Marc. xi, 25. [47] Al. γενομένης. [48] Al. ἀρχιεπ. [49] Al. ins. καὶ τὴν πρώτην. [50] Al. add. καὶ τὸ λυχνικόν. [51] Abest. ἀμελοῦντες ab al. [52] Al. εἰ ἡ.

(15) *Vit. Patr.* XII, 6.
(16) *Vit. Patr.* IV, 15.
(17) *Τὸ δὲ Κρᾶς τῇ Αὐσωνίων φωνῇ.* Apud Sozomenum lib. IV, cap. 10, ubi res paulo aliter narratur, Κράς (In Nicephoro Call., lib. IX, cap. 34. Κρᾶς) τῇ Ῥωμαίων φωνῇ. Ex nostro Michael Glycas *Annalium* p. 251 : Περὶ τὸν τοῦ Σαράπιδος ναὸν κορῶναι ἔκραζον· καὶ ἐρωτηθεὶς παρὰ τῶν Ἑλλήνων, τί βοῶσιν αὗται, κακόγηρε, εἶπε· τὸ Κρᾶ τῇ Σύοων φωνῇ αὔριον δηλοῖ· αὔριον καὶ γὰρ ὄψεσθε τὴν τοῦ Θεοῦ πρόνοιαν· ἐφ' ᾧ καὶ ἠγγέλθη τοῦ ἀλιτηρίου ὁ θάνατος. Quæ verba eo adduxi, ut discam a viris doctis, reponendumne sit sequendo vestigia apophthegmatis nostri, κακόγηρε, εἰπὲ, εἶπε τὸ Κρᾶς τῇ Αὐσωνίων, vel si mavis cum Sozom. et Niceph. Ῥωμαίων φωνῇ. Forte enim Σύρων irrepsit propter male ac breviate scriptum Ῥωμαίων, aut ob Αὐσωνίων non intellectum.

ς'. Ὁ αὐτὸς ἔλεγεν· Ἡ Χαναναία βοᾷ καὶ ἀκούεται· καὶ ἡ αἱμόῤῥους σιωπᾷ καὶ μακαρίζεται· ὁ δὲ Φαρισαῖος κράζει καὶ κατακρίνεται· ὁ τελώνης οὐδὲ ἀνοίγει τὸ στόμα καὶ ἀκούεται. A

ζ'. Ὁ αὐτὸς ἔλεγεν, ὅτι Δαβὶδ ὁ προφήτης, ἐν ὡρίᾳ ηὔχετο, μεσονύκτιον ἐξηγείρετο, πρὸ τοῦ ὄρθρου παρεκάλει, ὄρθρου παρίστατο, πρωΐας ἐδέετο, ἑσπέρας καὶ μεσημβρίας ἱκέτευε, καὶ διὰ τοῦτο ἔλεγεν· *Ἑπτάκις τῆς ἡμέρας ᾔνεσά σε.*

η'. Εἶπε πάλιν, ὅτι ἀναγκαία τῶν Χριστιανῶν [81] βιβλίων ἡ κτῆσις [82] τοῖς ἔχουσι. Καὶ αὐτὴ γὰρ καθ' ἑαυτὴν τῶν βιβλίων ἡ ὄψις, ὀκνηροτέρους ἡμᾶς πρὸς τὴν ἁμαρτίαν ἐργάζεται, καὶ πρὸς δικαιοσύνην μᾶλλον διανίστασθαι προτρέπεται. B

θ'. Εἶπε πάλιν, ὅτι μεγάλη ἀσφάλεια πρὸς τὸ μὴ ἁμαρτάνειν, τῶν Γραφῶν ἡ ἀνάγνωσις.

ι'. Εἶπε πάλιν, ὅτι μέγας κρημνὸς καὶ βαθὺ βάραθρον, τῶν Γραφῶν ἡ ἄγνοια.

ια'. Εἶπε πάλιν, ὅτι μεγάλη προδοσία σωτηρίας, τὸ μηδένα τῶν θείων νόμων εἰδέναι.

ιβ'. Ὁ αὐτὸς ἔλεγεν, ὅτι τὰ τῶν δικαίων ἁμαρτήματα περὶ τὰ χείλη ἐστὶ, τὰ δὲ τῶν ἀσεβῶν, ἐξ ὅλου τοῦ σώματος. Ὅθεν ψάλλει Δαβίδ· *Θοῦ, Κύριε, φυλακὴν τῷ στόματί μου, καὶ θύραν περιοχῆς περὶ τὰ χείλη μου·* Καὶ· *Εἶπα, Φυλάξω τὰς ὁδούς μου, τοῦ μὴ ἁμαρτάνειν με ἐν γλώσσῃ μου* (18).

ιγ'. Ὁ αὐτὸς ἠρωτήθη, Διατί δέκα μέν εἰσιν αἱ νομικαὶ ἐντολαὶ, ἐννέα δὲ οἱ μακαρισμοὶ (19); καὶ ἔφη· Ἰσάριθμος τῶν Αἰγυπτιακῶν μαστίγων ἡ Δεκάλογος· τριπλῆς δὲ Τριάδος εἰκὼν, ἡ τῶν μακαρισμῶν ἀρίθμησις. C

ιδ'. Ἠρωτήθη ὁ αὐτὸς, εἰ ἀρκεῖ εἷς δίκαιος δυσωπῆσαι τὸν Θεὸν, καὶ ἔφη· Ναὶ, αὐτὸς γὰρ εἶπεν· *Ἐρευνήσατε ἓνα ποιοῦντα κρῖμα καὶ δικαιοσύνην, καὶ ἵλεως ἔσομαι παντὶ τῷ λαῷ.*

ιε'. Ὁ αὐτὸς εἶπεν, ὅτι ὁ Θεὸς τοῖς μὲν ἁμαρτωλοῖς καὶ τὸ κεφάλαιον παραχωρεῖ μετανοοῦσιν, ὡς τῇ πόρνῃ (20) καὶ τῷ τελώνῃ [83]· τοὺς δὲ δικαίους ἀπαι-

6. Idem dixit: Chananæa clamat, et auditur [81]; femina fluxum sanguinis patiens, tacet ac beata prædicatur [84]; at Pharisæus clamat, et condemnatur; publicanus nequidem aperit os, atque auditur [85].

7. Dixit idem: Propheta David nocte intempesta orabat, media nocte expergiscebatur, ante matutinum obsecrabat, diluculo adstabat, mane fundebat preces, vespere ac meridie supplicabat: ac propterea scripsit: *Septies in die laudem dixi tibi* [86].

8. Iterum dixit: Necessaria est iis qui comparare possunt Christianorum librorum possessio. Ipse enim per se librorum conspectus, nos efficit segniores ad peccatum, invitatque ut ad justitiam magis erigamur.

9. Dixit adhuc: Magna cautio est ne peccemus, lectio Scripturarum.

10. Item pronuntiavit: Magnum est præcipitium et vorago profunda, Scripturarum ignoratio.

11. Rursus dixit, magnam esse salutis proditionem, nullam divinarum legum cognoscere.

12. Idem hoc protulit: Justorum peccata in labiis versantur, impiorum vero e toto manant corpore. Unde psallit David: *Pone, Domine, custodiam ori meo, et ostium circumstantiæ labiis meis* [87]. Et: *Dixi, custodiam vias meas, ut non delinquam in lingua mea* [88].

13. Interrogatus est idem: Cur decem sunt legis præcepta, novem vero beatitudinis prædicationes [89]? Ac respondit: Decalogus numero æquat plagas Ægyptiacas; triplæ autem Trinitatis figura est beatitudinum enumeratio.

14. Ab eodem postulatum est: An unicus justus sufficeret ad placandum Deum. Et ait, ita esse; a Deo quippe pronuntiatum: *Conquirite unum qui faciat judicium et justitiam, et propitius ero omni populo* [90].

15. Ejusdem sententia fuit: Deus peccatoribus quidem pœnitentiam agentibus etiam sortem remittit, quemadmodum meretrici atque publicano;

[81] Al. Χριστιανικῶν. [82] Al. χρῆσις. [83] Al. inser. καὶ τῷ ληστῇ. [84] Matth. xv. [85] Matth. ix. [86] Luc. xviii. [87] Psal. cxviii, 164. [88] Psal. cxl, 3. [89] Psal. xxxviii, 2. [90] Matth. v. [91] Jerem. v, 1.

(18) *Ἐν γλώσσῃ μου.* In versione Anastasiana octavæ synodi Act. 5, edit. Bin. p. 634, ubi legitur, *custodiam vias meas, ut non delinquam in via mea*, lege ex Græco, p. 746, ac ex ipso psalmo, *in lingua mea* (*Psal.* xxxviii, 2). Vide Socratis *Historiam* lib. iv, c. 23.

(19) *Ἐννέα μακαρισμοί.* Totidem cernere est in hoc illustri aurei doctoris loco, lib. iii *adversus vitæ monasticæ vituperatores*, cap. 12: Καὶ γὰρ ὅτε λέγει· Μακάριοι οἱ πτωχοὶ τῷ πνεύματι, οἱ πενθοῦντες, οἱ πραεῖς, οἱ πεινῶντες καὶ διψῶντες τὴν δικαιοσύνην, οἱ ἐλεήμονες, οἱ καθαροὶ τῇ καρδίᾳ, οἱ εἰρηνοποιοὶ, οἱ δεδιωγμένοι ἕνεκεν δικαιοσύνης, οἱ καὶ ῥητὰ καὶ ἄῤῥητα δι' αὐτὸν παρὰ τῶν ἔξωθεν ἀκούοντες κακά· οὔτε βιωτικοῦ οὔτε μονάζοντος ὄνομα τίθησιν. Et lib. *ad eos qui scandalizati fuerant*, cap. 15, octo quidem tantum recenset; sed omittit illud: *Beati pacifici* (*Matth.* v, 9). Vide ejusdem Homiliam 15 *in Matthæum*. Verum aliis octo duntaxat computantur, *Sed et in Evangelio, ore Domini nostri Jesu Christi octo beatitudines memoratæ sunt, cum utique essent et aliæ virtutes multæ, quæ meritum beatitudinis habere potuerint, Conflictus Arnobii et Serapionis*, post Irenæum editus, p. 535, ut omittam Hilarium, Gregorium Nyssenum, Chromatium, auctorem *Operis imperfecti in Matthæum*, Ambrosium, Augustinum, cum cæteris, demum S. Leo novæ editionis sermone 95, *De gradibus ascensionis ad beatitudinem*, septem tantum priores enarrant beatitudines. Cujus rei ratio repeti debet ex B. Augustino, lib. i *De sermone Domini in monte*, ubi docetur septem primas Christi circa beatos sententias, gradus esse perficientes, octavam vero sententiam esse perfecti hominis declarationem.

(20) *Τῇ πόρνῃ.* Ita Græci appellare solent mulierem peccatricem, τὴν πόρνην, τὴν ἁμαρτωλὸν, τὴν μυρίων κακῶν ἐργάτιν, dicit pseudo-Chrysostomus t. VII Saviliano, orat. 48, p. 376, sive Amphilochius orat. 6, p. 66.

a justis vero usuras quoque exigit. Atque id est quod dixit apostolis: *Nisi abundaverit justitia vestra plus quam Scribarum et Pharisæorum, non intrabitis in regnum cœlorum* [42].

16. Hoc vero etiam dixit: Quam minimo Deus vendit justitias iis qui emere cupiunt; parvo panis frusto, vestimento vili, frigidæ poculo, obolo uno.

17. Istud quoque adjiciebat: Homo ab homine vel ob paupertatem, vel ob usum abundantiæ, fenore accipiens, et reddens, gratias quidem habet, verum pudore affectus reddit clam. Dominus vero Deus e contrario, clam mutuo accipiens, coram angelis, archangelis et justis hominibus, retribuit.

τεῖ καὶ τόκους. Καὶ τοῦτό ἐστιν ὃ τοῖς ἀποστόλοις Ἔλεγεν, ὅτι *Ἐὰν μὴ περισσεύσῃ ἡ δικαιοσύνη ὑμῶν, πλέον τῶν γραμματέων καὶ Φαρισαίων, οὐ μὴ εἰσέλθητε εἰς τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν.*

ις'. Ἔλεγε δὲ καὶ τοῦτο, ὅτι ὀλίγου πάνυ τὰς δικαιοσύνας ὁ Θεὸς πωλεῖ τοῖς ἀγοράζειν σπουδάζουσι· μικροῦ κλάσματος ἄρτου, εὐτελοῦς ἱματίου, ψυχροῦ ποτηρίου, ἑνὸς ὀβολοῦ.

ιζ'. Προσετίθει δὲ καὶ τοῦτο, ὅτι παρ' ἀνθρώπῳ δανειζόμενος ἄνθρωπος διὰ πενίαν, ἢ χρείαν εὐπορίας, καὶ ἀποδιδοὺς χάριτας μὲν ὁμολογεῖ, κρύφα δὲ ἀποδίδωσιν αἰσχυνόμενος. Ὁ δὲ δεσπότης Θεὸς τὸ ἀνάπαλιν· κρυφῇ δανειζόμενος ἐνώπιον ἀγγέλων καὶ ἀργαγγέλων καὶ δικαίων ἀποδίδωσιν.

De sancto Ephræm.

1. (21) Puer adhuc erat abbas Ephræm, viditque somnium seu visionem, quod orta sit vitis in lingua ejus, maxime ferax, et creverit ac impleverit quidquid sub cœlo est; quodque accederent cunctæ volucres cœli, ac manducarent de vitis fructu; et quantum comederent, fructus illius amplior evaderet.

2. (22) Alia iterum vice, sanctorum aliquis hac visione donatus est; vidit angelicum ordinem e cœlo juxta mandatum Dei descendere, habentem præ manibus volumen, hoc est tomum scriptum intus et foris; dicebantque ad invicem: Cui debemus illud tradere? Quidam autem aiebant: Huic; alii vero alium nominabant. Responderunt autem et dixerunt: Vere sancti sunt ac justi; verumtamen nullus hoc accipere potest, præter Ephræm. Tum vidit senex quod Ephræm tradiderint volumen. Mane autem surgens, audivit eum commentantem, et velut fons manabat ex ore ipsius; cognovitque esse ex Spiritu sancto quæ egrediebantur e labris Ephræm.

3. (23) Alias iterum, Ephræmo prætereunte, immissa meretrix venit, ut blanditiis eum attraheret ad turpem concubitum, aut saltem ad iram provocaret; nemo enim unquam vidit illum irascentem. Et ait ad illam: Sequere me. Cumque accessisset ad locum hominibus refertum, dixit mulieri: Veni, in hoc loco, quemadmodum cupis. At illa hominum multitudinem intuita ait: Quo modo poterimus id perpetrare, ac sine verecundia, astante tanta turba? Tunc Ephræm ad feminam: Si ob homines erubescimus, multo magis ob Deum debemus erubescere, qui deprehendet abscondita tenebrarum [43]. Unde illa, pudore suffusa, re infecta discessit.

Περὶ τοῦ ἁγίου Ἐφραίμ.

α'. Παιδίον ἦν ὁ ἁββᾶς Ἐφραὶμ καὶ εἶδεν ὄναρ εἶτ' οὖν ὀπτασίαν, ὅτι ἀνῆλθεν ἄμπελος ἐν τῇ γλώσσῃ αὐτοῦ, καὶ ηὔξησε, καὶ ἐπλήρωσε πᾶσαν τὴν ὑπ' οὐρανὸν, εὔκαρπος πάνυ· καὶ ἤρχοντο πάντα τὰ πετεινὰ τοῦ οὐρανοῦ, καὶ ἤσθιον ἐκ τοῦ καρποῦ τῆς ἀμπέλου· καὶ πρὸς ὃ ἤσθιον, ἐπλεόναζεν ὁ καρπὸς αὐτῆς.

β'. Ἄλλοτε πάλιν εἶδέ τις τῶν ἁγίων ἐν ὁράματι, ἀγγέλων τάγμα ἐκ τοῦ οὐρανοῦ κατερχόμενον κατὰ πρόσταξιν Θεοῦ, ἔχον ἐπὶ χεῖρας κεφαλίδα, τουτέστι τόμον γεγραμμένον ἔσωθεν καὶ ἔξωθεν· καὶ ἔλεγον πρὸς ἀλλήλους· Τίς ὀφείλει τοῦτο ἐγχειρισθῆναι; Καὶ οἱ μὲν ἔλεγον, Ὅσδε· οἱ δὲ ἔλεγον ἕτερον. Ἀπεκρίθησαν δὲ καὶ εἶπον· Ἀληθῶς ἅγιοί εἰσι καὶ δίκαιοι· πλὴν [44] τοῦτο οὐδεὶς δύναται ἐγχειρισθῆναι, εἰ μὴ Ἐφραίμ. Καὶ ὁρᾷ ὁ γέρων ὅτι τῷ Ἐφραὶμ ἐπέδωκαν τὴν κεφαλίδα· καὶ ἀναστὰς πρωΐ, ἤκουσε τοῦ Ἐφραὶμ ὥσπερ πηγὴν βρύουσαν ἐκ τοῦ στόματος αὐτοῦ καὶ συντάσσοντος, καὶ ἔγνω ὅτι ἐκ Πνεύματος ἁγίου ἐστὶ τὰ ἐκπορευόμενα διὰ χειλέων Ἐφραίμ.

γ'. Ἄλλοτε πάλιν παριόντος τοῦ Ἐφραὶμ, ἐξ ὑποβολῆς τινος ἔρχεται μία ἑταιρὶς κολακεύειν αὐτὸν εἰς αἰσχρὰν μῖξιν, εἰ δὲ μή, κἂν εἰς ἀγανάκτησιν κινῆσαι αὐτὸν, ὅτι οὐδέποτέ τις εἶδεν αὐτὸν ὀργιζόμενον [45]. Καὶ λέγει πρὸς αὐτήν· Ἀκολούθει μοι· πλησιάσας δὲ τόπῳ πολυοχλουμένῳ, εἶπεν αὐτῇ· Ἐν τῷ τόπῳ τούτῳ δεῦρο καθὼς ἠθέλησας. Ἐκείνη δὲ θεασαμένη τὸν ὄχλον, λέγει αὐτῷ· Πῶς δυνάμεθα τοῦτο ποιῆσαι, τοσούτου ὄχλου ἑστῶτος, καὶ οὐκ αἰσχυνόμεθα; Ὁ δὲ λέγει πρὸς αὐτήν· Εἰ ἀνθρώπους αἰσχυνόμεθα, πολλῷ μᾶλλον (25) ὀφείλομεν αἰσχύνεσθαι τὸν Θεὸν, τὸν τὰ κρυπτὰ τοῦ σκότους ἐλέγχοντα. Ἡ δὲ ἐντραπεῖσα ἀπῆλθεν ἄπρακτος.

De Eucharisto homine sæculari.

(24) Duo e Patribus oraverunt Deum, ut plenam

Περὶ Εὐχαρίστου κοσμικοῦ.

Δύο τῶν Πατέρων παρεκάλεσαν τὸν Θεὸν, ἵνα

[42] Matth. v, 20. [43] I Cor. iv, 5. [44] Al. inser. οὐ δύνανται τοῦτο ἐγχειρισθῆναι. Πολλὰ δὲ ἄλλα ὀνόματα ἁγίων εἰπόντες, ὕστερον εἶπον, ὅτι. [45] Al. add. ἢ μαχόμενον.

(21) *Vit. Patr.* XVIII, 5.
(22) *Vit. Patr.* XVIII, 6.
(23) *Vit. Patr.* X, 21.
(24) *Vit. Patr.* III, 3.
(25) *Πολλῷ μᾶλλον.* Pelagius, *quanto magis*, πόσῳ μᾶλλον.

πληροφορήσῃ αὐτοὺς, εἰς ποῖον ἔφθασαν μέτρον. Καὶ ἦλθεν αὐτοῖς φωνὴ λέγουσα· Εἰς τήνδε τὴν κώμην τῆς Αἰγύπτου ἐστί τις κοσμικὸς Εὐχάριστος ὀνόματι, καὶ ἡ γυνὴ αὐτοῦ καλεῖται Μαρία· οὔπω ἤλθετε ὑμεῖς εἰς τὰ μέτρα [66] αὐτῶν. Καὶ ἀναστάντες οἱ δύο γέροντες, ἦλθον εἰς τὴν κώμην· καὶ ἐρωτήσαντες, εὗρον τὸ κελλίον αὐτοῦ καὶ τὴν γυναῖκα αὐτοῦ· καὶ λέγουσιν αὐτῇ· Ποῦ ἔστι ὁ ἀνήρ σου; Ἡ δὲ εἶπεν· Ποιμήν ἐστι, καὶ βόσκει τὰ πρόβατα. Καὶ εἰσήγαγεν αὐτοὺς εἰς τὸ κελλίον αὐτοῦ [67]. Ὡς δὲ ὀψία ἐγένετο, ἦλθεν ὁ Εὐχάριστος μετὰ τῶν προβάτων· καὶ ἰδὼν τοὺς γέροντας, ἡτοίμασεν αὐτοῖς τράπεζαν, καὶ ἤνεγκεν ὕδωρ νίψαι τοὺς πόδας αὐτῶν. Καὶ λέγουσιν αὐτῷ οἱ γέροντες· Οὐ μὴ γευσώμεθά τινος, ἐὰν μὴ ἀναγγείλῃς ἡμῖν τὴν ἐργασίαν σου. Ὁ δὲ Εὐχάριστος μετὰ ταπεινοφροσύνης εἶπεν· Ἐγὼ ποιμήν εἰμι, καὶ αὕτη ἐστὶν ἡ γυνή μου. Οἱ δὲ γέροντες ἐπέμειναν παρακαλοῦντες αὐτὸν, καὶ οὐκ ἠθέλησε εἰπεῖν. Καὶ εἶπον αὐτῷ· Ὁ Θεὸς ἔπεμψεν ἡμᾶς πρὸς σέ. Ὡς δὲ ἤκουσε τὸν λόγον τοῦτον, ἐφοβήθη, καὶ εἶπεν αὐτοῖς· Ἰδοὺ τὰ πρόβατα ταῦτα ἔχομεν ἀπὸ τῶν γονέων ἡμῶν· καὶ εἴ τι δ' ἂν εὐοδώσῃ ὁ Κύριος εἰσοδιάσαι ἐξ αὐτῶν, ποιοῦμεν εἰς τρία μέρη· μέρος ἓν τοῖς πτωχοῖς, καὶ μέρος ἓν εἰς τὴν φιλοξενίαν, καὶ τὸ τρίτον μερος εἰς τὴν χρείαν ἡμῶν. Ἀφ' οὗ δὲ ἔλαβον τὴν γυναῖκά μου, οὐκ ἐμιάνθην οὔτε ἐγὼ οὔτε αὐτὴ, ἀλλὰ παρθένος ἐστί· καὶ ἕκαστος ἡμῶν καθ' ἑαυτὸν καθεύδει· τὴν δὲ νύκτα φοροῦμεν σάκκους, καὶ τὴν ἡμέραν τὰ ἱμάτια ἡμῶν. Ἕως ἄρτι ἀνθρώπων οὐδεὶς ταῦτα ἔγνωκεν. Καὶ ἀκούσαντες ἐθαύμασαν, καὶ ἀνεχώρησαν δοξάζοντες τὸν Θεόν.

illis fidem faceret de mensura ad quam pervenissent. Tum descendit ad eos ejusmodi vox : Illo in pago Ægypti, vir est sæcularis nomine Eucharistus, cujus uxor vocatur Maria : nondum attigistis vos mensuram virtutis eorum. Surgentes itaque ambo senes, pergunt ad pagum, et percontati, invenerunt hominis cellam atque ejusdem uxorem. Dicunt mulieri : Ubi est vir tuus? Illa respondit : Pastor est, pascit oves. Et introduxit eos in cellam. Ut autem advesperavit, rediit Eucharistus cum ovibus ; ac videns senes, mensam apparavit, attulitque aquam abluendis eorum pedibus. Dicunt ei senes : Non degustabimus quidquam, nisi nobis declaraveris quidnam sit quod operaris. Eucharistus vero cum humilitate ait : Ego pastor sum, et hæc est uxor mea. At senes perseverarunt orantes illum ; nec voluit effari. Tunc illi ad eum : Deus ad te misit nos. Quo audito sermone territus, cœpit dicere : Ecce, oves istas accepimus a parentibus nostris ; et inde si, Deo prosperante, provenerit aliquid, tres partes facimus : unam pauperibus, alteram ad hospitalitatem, tertiam in usus nostros. Ex quo autem uxorem accepi, nec pollutus sum ego, nec illa, sed virgo est ; et seorsum dormimus : noctu gestamus cilicia, de die vestimenta nostra. Hucusque mortalium nemo ista cognovit. Quod postquam audiissent senes, admirati sunt ac recesserunt gloriam dantes Deo.

Περὶ Εὐλογίου τοῦ πρεσβυτέρου.

Εὐλόγιός τις μαθητὴς γενόμενος τοῦ μακαρίου Ἰωάννου τοῦ ἐπισκόπου [68], πρεσβύτερος καὶ ἀσκητὴς μέγας, νηστεύων δύο δύο, πολλάκις δὲ καὶ τὴν ἑβδομάδα ἕλκων, ἄρτον μόνον ἐσθίων καὶ ἅλας, ἐδοξάζετο ὑπὸ τῶν ἀνθρώπων. Παρέβαλε δὲ τῷ ἁββᾷ Ἰωσὴφ εἰς τὴν Πανεφὼ, προσδοκῶν τι πλέον σκληραγωγίαν ἰδεῖν παρ' αὐτῷ. Καὶ δεξάμενος αὐτὸν ὁ γέρων μετὰ χαρᾶς, εἴ τι δ' ἂν εἶχεν ἐποίησε παράκλησιν γενέσθαι. Καὶ λέγουσιν οἱ μαθηταὶ Εὐλογίου· Οὐκ ἐσθίει πρεσβύτερος πλὴν ἄρτου καὶ ἅλατος. Ὁ δὲ ἁββᾶς Ἰωσὴφ σιωπῶν ἔτρωγε. Καὶ ποιήσαντες ἡμέρας τρεῖς, οὐκ ἤκουσαν αὐτῶν ψαλλόντων ἢ εὐχομένων· κρυπτὴ γὰρ ἦν ἡ ἐργασία αὐτῶν. Καὶ ἐξῆλθον μὴ ὠφεληθέντες. Κατ' οἰκονομίαν δὲ γίνεται γνόφος, καὶ πλανηθέντες ὑπέστρεψαν πρὸς τὸν γέροντα. Καὶ πρὶν αὐτοὺς κροῦσαι, ἤκουσαν αὐτῶν ψαλλόντων· καὶ μείναντες ἐπὶ πολὺ, ὕστερον ἔκρουσαν. Οἱ δὲ σιωπήσαντες ἀπὸ ψαλμῳδίας, ἐδέξαντο αὐτοὺς χαίροντες. Καὶ διὰ τὸν καύσωνα, ἔβαλον οἱ μαθηταὶ Εὐλογίου εἰς τὸ βαυκάλιον ὕδωρ, καὶ ἔδωκαν αὐτῷ· ἦν δὲ μεμιγμένον τῆς θαλάσσης καὶ τοῦ ποταμοῦ· καὶ οὐκ ἠδυνήθη πιεῖν. Καὶ ἐν ἑαυτῷ γενόμενος, προσέπεσε τῷ γέροντι μαθεῖν θέλων τὴν

De Eulogio presbytero.

(26-27) Eulogius quidam celebrabatur ab hominibus, beati Joannis episcopi discipulus, presbyter et asceta magnus, qui jejunabat per bidua, et sæpe ad hebdomadem usque trahebat jejunium, usus in cibum pane solo cum sale. Is venit ad abbatem Josephum in Panepho, sperans spectaturum se apud illum austeritatem majorem. Et suscipiens eum cum gaudio senex, quidquid habuit, ad solatium ejus impendit. Dicunt Eulogii discipuli : Non comedit presbyter nisi panem et sal. Abbas autem Joseph manducabat tacitus. Cumque mansissent dies tres, non audierunt eos psallentes aut orantes ; occulta enim erat operatio illorum. Discesserunt igitur, nullum adepti animæ emolumentum. Porro dispensatione Dei orta est caligo ; ac evagati reversi sunt ad senem. Priusque quam pulsarent, audierunt eos psallere ; postque diuturnum tempus, pulsaverunt iterum. At illi silentio post psalmodiam facto, læti susceperunt eos. Tum Eulogii discipuli propter æstum immiserunt aquam in baucale, ac dederunt ei ; erat autem aqua permista de mari et flumine : nec potuit bibere. Tunc Eulogius secum reputans, procidit seni, ut disceret ipsorum

[66] Al. τὸ μέτρον. [67] Al. αὐτῆς. [68] Al. ἀρχιεπισκόπου.

(26-27) *Vit. Patr.* VIII, 4.

vivendi rationem, dixitque : Abba, quid est hoc? Antea non psallebatis, sed modo postquam egressi fuimus : et baucali nunc sumpto, aquam inveni salsam. Respondit senex : Frater stolidus est, atque ex errore permiscuit aquam marinam. Eulogius vero rogabat senem, cupiens rei veritatem discere. Dicit ei senex : Ille parvus vini calix, charitatis fuit ; hæc vero aqua, potus est fratrum perpetuus. Atque docuit eum discretionem cogitationum ; absciditque ab ipso humana omnia. Tum evasit in œconomia seu dispensatione peritus : ac deinceps comedebat quidquid ipsi apponebatur. Didicit pariter, ipse quoque operari in occulto. Tandem seni affirmavit, veram esse ac minime fallacem eorum operationem.

διαγωγὴν αὐτοῦ, λέγων· Ἀββᾶ, τί ἐστι τοῦτο; ὅτι τὸ πρῶτον οὐκ ἐψάλλετε, ἀλλὰ νῦν μετὰ τὸ ἐξελθεῖν ἡμᾶς· καὶ τὸ βαυκάλιον δὲ νῦν λαβὼν, εὗρον τὸ ὕδωρ ἁλμυρόν. Λέγει αὐτῷ ὁ γέρων· Ὁ ἀδελφὸς σαλός ἐστι, καὶ κατὰ πλάνην ἔμιξεν αὐτὸ θαλάσσιον. Ὁ δὲ Εὐλόγιος παρεκάλει τὸν γέροντα, θέλων μαθεῖν τὴν ἀλήθειαν. Καὶ λέγει αὐτῷ ὁ γέρων· Ἐκεῖνο τὸ μικρὸν ποτήριον τοῦ οἴνου, τῆς ἀγάπης ἦν· τοῦτο δὲ τὸ ὕδωρ, ὃ πίνουσιν οἱ ἀδελφοὶ διαπαντός. Καὶ ἐδίδαξεν αὐτὸν τὴν διάκρισιν τῶν λογισμῶν, καὶ ἔκοψεν ἀπ' αὐτοῦ πάντα τὰ ἀνθρώπινα. Καὶ γέγονεν οἰκονομικός [29] (29)· καὶ λοιπὸν ἤσθιε πάντα τὰ παρατιθέμενα, καὶ ἔμαθε καὶ αὐτὸς ἐν τῷ κρυπτῷ ἐργάζεσθαι, καὶ εἶπε τῷ γέροντι· Ὄντως ἐν ἀληθείᾳ ἐστὶν ἡ ἐργασία ὑμῶν.

De abbate Euprepio.

1. Dixit abbas Euprepius : Certus apud te Deum fidelem esse ac potentem, in illum crede, et particeps fies eorum quæ illius sunt. Quod si animo dejiceris, nequaquam credis. Item : Omnes credimus eum potentem esse, et cuncta ipsi esse possibilia. Verum tuis quoque in rebus crede illi, quia etiam in te edit signa.

2. (28) Idem cum diriperetur, una cum direptoribus dejecta levabat. Cum autem asportassent quæ intus erant posita, et reliquissent baculum suum, ut illum conspexit abbas Euprepius, molestia affectus est ; et accipiens, cucurrit post eos reddendi animo. Illis vero nolentibus sumere, ac veritis ne quid accidisset, quosdam offendens, oravit ut quia idem iter peragebant, baculum redderent.

3. Dictum est abbatis Euprepii : Corporalia, materia sunt. Qui diligit mundum, offendicula amat. Si ergo contigerit ut amittamus aliquid, rem cum gaudio et laudis confessione accipere oportet, ut qui curis liberati fuerimus.

4. Frater abbatem Euprepium interrogavit de vita. Et respondit senex : Fenum comede, fenum gesta, in feno dormi. Hoc est, contemne cuncta, cor autem obtine ferreum.

5. Frater interrogavit eumdem senem, dicens : Quo pacto advenit timor Dei in animam ? Et ait senex : Si homo habuerit humilitatem, nihil possederit, nec judicaverit, veniet in eum timor Dei.

6. Idem dixit : Timor cum humilitate et ciborum indigentia, luctuque, perseveret tecum.

7. In principio suo abbas Euprepius venit ad quemdam senem ; cui dixit : Abba, profer mihi sermonem, quomodo salvus fiam. Respondit : Si vis salutem consequi, cum invises aliquem, ne antevertas loqui ante quam inquisierit a te. Ille vero ad id verbi compunctus, inclinavit se veniam petens, dixitque : Certe multos legi libros, ejusmodi tamen institutionem nondum cognovi. Atque utilitate percepta egressus est.

Περὶ τοῦ ἀββᾶ Εὐπρεπίου.

α'. Εἶπεν ὁ ἀββᾶς Εὐπρέπιος· Ἔχων, φησὶν, ἐν ἑαυτῷ, εἶναι πιστὸν τὸν Θεὸν καὶ δυνατὸν, πίστευε εἰς αὐτὸν, καὶ μεθέξεις τῶν αὐτοῦ. Εἰ δὲ ὀλιγωρεῖς, οὐ πιστεύεις. Καὶ ὅτι πάντες πιστεύομεν δυνατὸν αὐτὸν εἶναι, καὶ πιστεύομεν ὅτι πάντα αὐτῷ ἐστι δυνατά. Ἀλλὰ καὶ ἐν τοῖς σοῖς πίστευε ἐν αὐτῷ πράγμασιν, ὅτι καὶ ἐν σοὶ ποιεῖ σημεῖα.

β'. Ὁ αὐτὸς συλούμενος συνεπῆρεν αὐτοῖς. Μετὰ δὲ τὸ ἀποβαστάξαι αὐτοὺς τὰ ἔνδον κείμενα, καταλειψάντων αὐτῶν τὴν ῥάβδον ἑαυτοῦ, ὡς ταύτην ἐθεάσατο ὁ ἀββᾶς Εὐπρέπιος, ἠχθέσθη· καὶ λαβὼν ἐπέτρεχε, βουλόμενος ἀποδοῦναι. Τῶν δὲ μὴ θελόντων δέξασθαι, ἀλλὰ δεδιότων μή ἄρα τι γέγονεν, περιτυχόν τισι, ἠξίου ἀποδοθῆναι δι' αὐτῶν ῥάβδον, τὴν αὐτὴν ὁδευόντων ὁδόν.

γ'. Εἶπεν ὁ ἀββᾶς Εὐπρέπιος, ὅτι τὰ σωματικὰ ὕλη εἰσίν. Ὁ ἀγαπῶν τὸν κόσμον ἀγαπᾷ προσκόμματα. Εἴπερ οὖν συμβῇ τί ποτε ἀπολέσθαι, τοῦτο μετὰ χαρᾶς καὶ ἐξομολογήσεως δέχεσθαι δεῖ, ὡς φροντίδων ἀπαλλαγέντας.

δ'. Ἀδελφὸς ἠρώτησε τὸν ἀββᾶν Εὐπρέπιον περὶ ζωῆς. Καὶ εἶπεν ὁ γέρων· Χόρτον φάγε, χόρτον φόρεσον, εἰς χόρτον κοιμοῦ, τουτέστι, πάντων καταφρόνει, τὴν δὲ καρδίαν κέκτησο σιδηρᾶν.

ε'. Ἀδελφὸς ἠρώτησε τὸν αὐτὸν γέροντα, λέγων· Πῶς ἔρχεται ὁ φόβος τοῦ Θεοῦ εἰς τὴν ψυχήν; Καὶ εἶπεν ὁ γέρων· Ἐὰν ἔχῃ ἄνθρωπος τὴν ταπείνωσιν, καὶ τὴν ἀκτημοσύνην, καὶ τὸ μὴ κρίνειν, ἔρχεται αὐτῷ ὁ φόβος τοῦ Θεοῦ.

ς'. Ὁ αὐτὸς εἶπε· Φόβος καὶ ταπείνωσις, καὶ ἔνδεια τροφῶν, καὶ πένθος διαμενέτω σοι.

ζ'. Παρέβαλεν ἐν ἀρχῇ αὐτοῦ ὁ ἀββᾶς Εὐπρέπιός τινι γέροντι, καὶ λέγει αὐτῷ· Ἀββᾶ, εἰπέ μοι λόγον πῶς σωθῶ. Ὁ δὲ εἶπεν αὐτῷ· Ἐὰν θέλῃς σωθῆναι, ὅταν παραβάλῃς τινὶ, μὴ προλάβῃς λαλῆσαι πρὶν ἐξετάσει σε. Ὁ δὲ ἐπὶ τῷ λόγῳ κατανυγεὶς ἔβαλε μετάνοιαν, λέγων· Ὄντως πολλὰ βιβλία ἀνέγνων, καὶ τοιαύτην παιδείαν οὐδέπω ἔγνων. Καὶ πολλὰ ὠφεληθεὶς ἐξῆλθεν.

[29] Al. συγκαταβατικός.

(28) L. Joan. Geom. *Parad. ep.* 88 ; Raderi *Virid.* ; *Vit. Patr.* VI, 9.

(29) *Οἰκονομικός*, Pelagius, *communis*, ac si reperisset exaratum κοινωνικός.

Περὶ τοῦ ἀββᾶ Ἐλαδίου.

α'. Ἔλεγον περὶ τοῦ ἀββᾶ Ἐλαδίου [69*], ὅτι ἐποίησεν εἴκοσι ἔτη εἰς τὰ Κελλία, καὶ οὐκ ἦρέ ποτε τοὺς ὀφθαλμοὺς ἄνω, ἰδεῖν τὴν στέγην τῆς ἐκκλησίας.

β'. Ἔλεγον περὶ τοῦ αὐτοῦ ἀββᾶ Ἐλαδίου, ὅτι ἄρτον καὶ ἅλας ἤσθιεν. Ὅτε οὖν ἦλθε τὸ Πάσχα, ἔλεγεν, ὅτι Οἱ ἀδελφοὶ ἄρτον καὶ ἅλας ἐσθίουσιν· ἐγὼ δὲ ὤφειλον μικρὸν κόπον ποιῆσαι διὰ τὸ Πάσχα. Ἐπειδὴ τὰς ἄλλας ἡμέρας καθήμενος ἐσθίω· νῦν ὅτι Πάσχα ἐστὶ, ποιήσω τὸν κόπον, ἱστάμενος ἐσθίων.

Περὶ τοῦ ἀββᾶ Εὐαγρίου.

α'. Εἶπεν ὁ ἀββᾶς Εὐάγριος· Καθεζόμενος ἐν τῷ κελλίῳ, συνάγαγέ σου τὸν λογισμόν· μνήσθητι ἡμέρας θανάτου· ἶδε τότε τοῦ σώματος τὴν νέκρωσιν· ἐννόει τὴν συμφοράν· λαβὲ τὸν πόνον· κατάγνωθι τῆς ἐν τῷ κόσμῳ ματαιότητος· ὅπως δυνηθῇς διαπαντὸς μένειν ἐν τῇ προθέσει τῆς ἡσυχίας, καὶ μὴ ἀσθενήσῃς. Μνήσθητι δὲ καὶ τῆς ἐν τῷ ᾅδῃ νῦν καταστάσεως· λογίζου τὸ πῶς εἰσιν ἐκεῖ αἱ ψυχαὶ, ἐν ποίᾳ δεινοτάτῃ σιωπῇ, ἐν ποίῳ πικροτάτῳ στεναγμῷ, καὶ πηλίκῳ φόβῳ καὶ ἀγῶνι καὶ προσδοκίᾳ· τὴν ἄπαυστον ὀδύνην, τὸ ψυχικὸν καὶ ἀπέραντον δάκρυον. Ἀλλὰ καὶ ἡμέρας ἀναστάσεως μνήσθητι, καὶ παραστάσεως τῆς πρὸς τὸν Θεόν· φαντάζου τὸ φρικῶδες καὶ φοβερὸν ἐκεῖνο κρῖμα. Ἄγε εἰς μέσον τὰ ἀποκείμενα τοῖς ἁμαρτάνουσιν, αἰσχύνην τὴν κατ' ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ καὶ ἀγγέλων καὶ ἀρχαγγέλων καὶ πάντων ἀνθρώπων, τουτέστι κολαστήρια, πῦρ αἰώνιον, σκώληκα τὸν ἀκοίμητον, τὸν τάρταρον, τὸ σκότος, τὸν τῶν ὀδόντων βρυγμὸν, τοὺς φόβους καὶ τὰς βασάνους. Ἄγε δὴ καὶ τὰ τοῖς δικαίοις ἀποκείμενα ἀγαθὰ, παῤῥησίαν τὴν μετὰ Θεοῦ Πατρὸς καὶ Χριστοῦ αὐτοῦ, ἀγγέλων καὶ ἀρχαγγέλων, καὶ παντὸς δήμου τῶν ἁγίων, βασιλείαν οὐρανῶν, καὶ τὰ ταύτης δωρήματα τὴν χαρὰν καὶ τὴν ταύτης ἀπόλαυσιν. Ἑκατέρων τούτων τὴν μνήμην ἄγε σεαυτῷ· καὶ ἐπὶ μὲν τῇ τῶν ἁμαρτωλῶν κρίσει δάκρυσον, πένθησον, φοβούμενος μὴ καὶ σὺ αὐτὸς ἐν τούτοις γένῃ· ἐπὶ δὲ τοῖς ἀποκειμένοις τοῖς δικαίοις, χαῖρε καὶ εὐφραίνου. Καὶ τούτων μὲν σπούδασον ἐν ἀπολαύσει γενέσθαι, καὶ ἀλλοτριοῦσθαι ἐκείνων. Ὅρα μὴ ἐπιλάθῃ ποτὲ, κἂν ἔνδον τοῦ κελλίου σου τυγχάνῃς, κἂν ἔξω που, τῆς ἐκ τούτων μνήμης, ὅπως κἂν διὰ τούτων, τοὺς ῥυπαροὺς καὶ βλαβεροὺς διαφεύξῃ λογισμούς.

β'. Εἶπε πάλιν· Κόπτε τῶν πολλῶν τὰς σχέσεις· μή σου ὁ νοῦς περιστατικὸς γένηται, καὶ τὸν τῆς ἡσυχίας ταράξῃ τρόπον.

γ'. Εἶπε πάλιν μέγα μὲν τὸ ἀπερισπάστως προσεύχεσθαι· μεῖζον δὲ καὶ τὸ ψάλλειν ἀπερισπάστως.

δ'. Εἶπε πάλιν· Μέμνησο διαπαντὸς τῆς ἐξόδου σου, καὶ μὴ ἐπιλάθῃ κρίσεως αἰωνίου· καὶ οὐκ ἔσται πλημμέλεια ἐν τῇ ψυχῇ σου.

[69*] Al. Ἑλλαδίου.

De abbate Eladio.

1. (30) Aiebant de abbate Eladio, mansisse eum annos viginti in Cellis, nec sustulisse unquam oculos in altum, ut ecclesiæ tectum contemplaretur.

2. De eodem abbate Eladio retulerunt, quod pane et sale vesceretur. Cum ergo venisset Pascha, dicebat : Fratres panem et sal comedunt : ego vero propter Pascha, debeo nonnihil laboris suscipere. Quandoquidem aliis diebus sedens manduco : nunc quia Pascha est, navabo operam, et in pedes stans comedam.

De abbate Evagrio.

1. (31) Dixit abbas Evagrius : Cum sedes in cella, collige mentem tuam ; memento diei mortis ; tunc vide corporis mortificationem : cogita calamitatem; laborem assume ; condemna vanitatem mundi ; quo possis manere semper in quietæ vitæ proposito nec in infirmitatem incidas. Memor quoque esto status præsentis in inferno : reputa quemadmodum illic degant animæ, in quo gravissimo silentio, in quo amarissimo gemitu, in quali timore, certamine, exspectatione; reputa nunquam desinentem dolorem, lacrymas animæ easque interminatas. Sed et recordare diei resurrectionis, ac exhibitionis ad Deum : imaginare horribile tremendumque illud judicium. Profer in medium quæ reposita sunt peccatoribus, ignominiam coram Deo, angelis, archangelis, cunctis hominibus ; supplicia, ignem sempiternum, vermem nunquam dormientem, tartarum, tenebras, stridorem dentium, terrores, tormenta. Profer pariter justis bona reposita, fiduciam cum Deo Patre, et Christo ejus, angelis, archangelis, cuncto sanctorum cœtu, regnum cœlorum, ejusque dona, gaudium ejusque voluptatem. Horum utrorumque memoriam adduc in mentem tuam ; ac de peccatorum quidem judicio, fle, luge, veritus ne tu quoque inter illos consistas ; de iis vero quæ reposita sunt justis, gaude ac lætare. Atque tum his frui contende, tum ab illis esse alienus. Cave ne unquam, sive intra cellam tuam resideas, sive extra sis, hæc e memoria elabantur ; quo vel per hæc eadem sordidas noxiasque effugias cogitationes.

2. (32) Dixit iterum : Abscinde multorum affectus; ne mens tua affligatur, et quietis modum conturbet.

3. (33) Alia ejusdem sententia : Magnum quidem est, orare sine distractione ; sed majus est sine distractione psallere.

4. (34) Adhuc dixit : Semper memento exitus tui ex hac vita, nec obliviscaris æterni judicii ; neque erit delictum in anima tua.

(30) *Vit. Patr.* IV, 16.
(31) *Vit. Patr.* III, 3.
(32) *Vit. Patr.* II, 8. *L. f. in Dula* n. 2.
(33) *Vit. Patr.* XI, 9.
(34) *Vit. Patr.* XI, 10.

5. (35) Item : Tolle tentationes, et nullus salvus erit.

ε'. Εἶπε πάλιν· Ἔπαρον τοὺς πειρασμούς, καὶ οὐδεὶς ὁ σωζόμενος

6. Hoc etiam : Dixit quidam e Patribus : Aridior et non inæqualis victus cum charitate conjunctus, cito monachum inducit in portum impassibilitatis.

ς'. Εἶπε πάλιν, ὅτι Ἔλεγέ τις τῶν Πατέρων· Ἡ ξηροτέρα καὶ [73] ἀνώμαλος δίαιτα, ἀγάπῃ συζευχθεῖσα, θᾶττον εἰσάγει τὸν μοναχὸν εἰς τὸν τῆς ἀπαθείας λιμένα.

7. (36) Factus est aliquando consessus in Cellis pro negotio quodam, atque locutus est abbas Evagrius. Dicit ei presbyter : Scimus, abba, quod si esses in regione tua, et episcopus sæpe et multorum caput constitutus fuisses; nunc vero tanquam peregrinus hic sedes. Ille compunctione ductus non turbatus est, sed capite moto dixit ei : Sane ita est, Pater. Verum *semel locutus sum; et iterum non adjiciam* [70].

ζ'. Ἐγένετό ποτε συνέδριον εἰς τὰ Κέλλια περὶ πράγματος, καὶ ἐλάλησεν ὁ ἀββᾶς Εὐάγριος. Λέγει αὐτῷ ὁ πρεσβύτερος· Οἴδαμεν, ἀββᾶ, ὅτι εἰ ἦς ἐν τῇ χώρᾳ σου, καὶ ἐπίσκοπος πολλάκις καὶ κεφαλὴ πολλῶν εἶχες εἶναι· νῦν δὲ ὡς ξένος καθέζῃ ὧδε. Ὁ δὲ κατανυγεὶς οὐκ ἐταράχθη, ἀλλὰ κινήσας τὴν κεφαλήν, λέγει αὐτῷ· Ἀληθῶς ἐστι, Πάτερ Πλὴν *ἅπαξ ἐλάλησα, ἐπὶ δὲ τῷ δευτέρῳ οὐ προσθήσω.*

De abbate Eudæmone.

Περὶ τοῦ ἀββᾶ Εὐδαίμονος.

De abbate Paphnutio Patre Sceteos dixit abbas Eudæmon : Illuc descendi juvenis, nec permisit me manere, dicens de [71] me, Vultum mulieris non permitto manere in Sceti, propter inimici insultationem.

Εἶπεν ὁ ἀββᾶς Εὐδαίμων περὶ τοῦ ἀββᾶ Παφνουτίου τοῦ Πατρὸς τῆς Σκήτεως, ὅτι Κατῆλθον ἐκεῖ νεώτερος, καὶ οὐκ ἀφῆκέ με μεῖναι ἐκεῖ, λέγων ἐπὶ ἐμοῦ, Ὄψιν γυναικὸς οὐκ ἀφιῶ μεῖναι εἰς Σκῆτιν, διὰ τὸν πόλεμον τοῦ ἐχθροῦ.

Principium litteræ Z.

Ἀρχὴ τοῦ στοιχείου Ζ.

De abbate Zenone.

Περὶ τοῦ ἀββᾶ Ζήνωνος.

1. (37) Dixit abbas Zeno beati Silvani discipulus : Ne maneas in loco celebri, nec resideas cum homine magni nominis, neque mittas fundamentum ut cellam tibi ædifices aliquando.

α'. Εἶπεν ὁ ἀββᾶς Ζήνων ὁ μαθητὴς τοῦ μακαρίου Σιλουανοῦ· Μὴ οἰκήσῃς ἐν τόπῳ ὀνομαστῷ, μηδὲ καθίσῃς μετὰ ἀνθρώπου ἔχοντος μέγα ὄνομα, μηδὲ βάλῃς θεμέλιον τοῦ οἰκοδομῆσαι ἑαυτῷ κελλίον πώποτε.

2. Retulerunt de abbate Zenone, quod initio quidpiam a quopiam nolebat accipere. Unde qui afferebant, recedebant tristes, quod non acciperet. Et alii ad eum veniebant, volentes accipere, tanquam a magno sene, nec habebat quod daret, ipsique tristes abscedebant. Ait senex : Quid agam? quia contristantur tam qui afferunt, quam qui capere cupiunt. Hoc præstat : si quis afferat sumam, et si quis petat præbebo ei. Atque ita faciens, quietem habuit, cunctisque satisfecit.

β'. Ἔλεγον περὶ τοῦ ἀββᾶ Ζήνωνος, ὅτι ἀπ' ἀρχῆς οὐκ ἤθελε λαβεῖν παρά τινός τί ποτε. Καὶ ἐντεῦθεν οἱ φέροντες ἀπήρχοντο λυπούμενοι, ὅτι οὐκ ἐλάμβανε. Καὶ ἄλλοι ἤρχοντο πρὸς αὐτὸν, λαβεῖν θέλοντες ὡς παρὰ μεγάλου γέροντος, καὶ οὐκ εἶχέ τι δοῦναι αὐτοῖς, καὶ αὐτοὶ ὑπῆγον λυπούμενοι. Λέγει ὁ γέρων· Τί ποιήσω, ὅτι καὶ οἱ φέροντες λυποῦνται, καὶ οἱ λαβεῖν θέλοντες; Τοῦτο μᾶλλον συμφέρει· εἴ τις φέρει, λαμβάνω, καὶ εἴ τις αἰτεῖ παρέχω αὐτῷ. Καὶ οὕτως ποιήσας ἀνεπαύετο, καὶ πάντας ἐπληροφόρει.

3. (38) Venit frater Ægyptius visitatum abbatem Zenonem in Syria, et accusabat coram sene cogitationes suas. Ille vero admiratus dixit : Ægyptii, quas quidem obtinent virtutes, occultant; quos autem non habent defectus, eos accusant continuo : Syri autem et Græci, quas quidem non habent virtutes, habere se prædicant; quos vero habent defectus, abscondunt.

γ'. Παρέβαλεν ἀδελφὸς Αἰγύπτιος τῷ ἀββᾷ Ζήνωνι εἰς Συρίαν, καὶ κατηγόρει τῶν λογισμῶν ἑαυτοῦ ἐπὶ τοῦ γέροντος. Ὁ δὲ θαυμάσας εἶπεν· Οἱ Αἰγύπτιοι, ἃς μὲν ἔχουσιν ἀρετὰς, κρύπτουσιν, ἃ δὲ οὐκ ἔχουσιν ἐλαττώματα, τούτων ἀεὶ κατηγοροῦσιν· οἱ δὲ Σύροι καὶ οἱ Ἕλληνικοὶ, ἃς μὲν οὐκ ἔχουσιν ἀρετὰς, λέγουσιν ἔχειν, ἃ δὲ ἔχουσιν ἐλαττώματα, κρύπτουσιν.

4. (39) Ad eum venerunt fratres, sciscitatique sunt his verbis : Quidnam sibi vult quod in libro Job scriptum est : *Cælum autem mundum non est in conspectu ejus* [72]? Respondit senex : Missa fecerunt fratres peccata sua, et de cœlis scrutantur. Hanc vero habet interpretationem textus : Quoniam ipse solus Deus mundus est, ideo dixit : *Cælum autem mundum non est.*

δ'. Ἦλθον πρὸς αὐτὸν ἀδελφοὶ, καὶ ἠρώτησαν αὐτὸν, λέγοντες· Τί ἐστι τὸ ἐν τῷ Ἰὼβ γεγραμμένον· *Οὐρανὸς δὲ οὐ καθαρὸς ἐνώπιον αὐτοῦ*; Ἀποκριθεὶς δὲ ὁ γέρων εἶπεν αὐτοῖς· Ἀφῆκαν οἱ ἀδελφοὶ τὰς ἁμαρτίας αὐτῶν, καὶ περὶ τῶν οὐρανῶν [74] ἐρευνῶσιν. Αὕτη δέ ἐστιν ἡ ἑρμηνεία τοῦ λόγου· Ἐπειδὴ αὐτὸς μόνος ἐστὶ καθαρὸς, διὰ τοῦτο εἶπεν· *Οὐρανὸς δὲ οὐ καθαρός ἐστιν.*

[70] Job XXXIX, ult. [71] Al. sub. [72] Job XV, 15. [73] Al. καὶ μή. [74] Al. οὐρανίων.

(35) *S. in Antonio, n.* 5; *Socrates* IV, 23.
(36) *Vit. Patr.* XVI, 2.
(37) *Vit. Patr.* VIII, 5.
(38) *Vit. Patr.* III, 3.
(39) *Vit. Patr.* X, 22.

ε'. Ἔλεγον περὶ τοῦ ἀββᾶ Ζήνωνος, ὅτι καθήμενος ἐν τῇ Σκήτει, ἐξῆλθε νυκτὸς ἐκ τῆς κέλλης αὐτοῦ ὡς ἐπὶ τὸ ἕλος· καὶ πλανηθεὶς ἐποίησε τρεῖς ἡμέρας καὶ τρεῖς νύκτας περιπατῶν· καὶ κοπιάσας, ἐκλιπὼν ἔπεσεν εἰς τὸ ἀποθανεῖν. Καὶ ἰδοὺ παιδάριον ἔστη ἐνώπιον αὐτοῦ, ἔχον ἄρτον καὶ βαυκάλιον ὕδατος· καὶ ἔλεγεν αὐτῷ· Ἀνάστα, φάγε. Ὁ δὲ ἀναστὰς, προσηύξατο, νομίζων ὅτι φαντασία [75] ἐστίν. Ὁ δὲ εἶπεν αὐτῷ· Καλῶς ἐποίησας. Καὶ πάλιν ηὔξατο δεύτερον καὶ τρίτον. Καὶ λέγει αὐτῷ· Καλῶς ἐποίησας. Ἀναστὰς οὖν ὁ γέρων, ἔλαβε καὶ ἔφαγε. Καὶ μετὰ ταῦτα λέγει αὐτῷ· Ὅσον περιεπάτησας, τοσοῦτον εἶ μακρὰν ἀπὸ τῆς κέλλης σου· ἀλλ' ἀνάστα, ἀκολούθει μοι. Καὶ εὐθέως εὑρέθη εἰς τὸ κελλίον αὐτοῦ. Εἶπεν οὖν αὐτῷ ὁ γέρων· Εἴσελθε, ποίησον ἡμῖν εὐχήν. Καὶ εἰσελθόντος τοῦ γέροντος, ἐκεῖνος ἀφανὴς ἐγένετο.

ς'. Ἄλλοτε ὁ αὐτὸς ἀββᾶς Ζήνων περιπατῶν ἐν τῇ Παλαιστίνῃ, καὶ κοπιάσας, ἐγγὺς σικυηλάτου ἐκάθισε φαγεῖν, καὶ λέγει αὐτῷ ὁ λογισμός· Ἆρον ἑαυτῷ ἓν σικύδιν, καὶ φάγε. Τί γάρ ἐστιν; Ὁ δὲ ἀποκριθεὶς εἶπε τῷ λογισμῷ· Οἱ κλέπται εἰς κόλασιν ὑπάγουσι. Δοκίμασον οὖν ἑαυτὸν ἐντεῦθεν, εἰ δύνασαι τὴν κόλασιν ὑπενεγκεῖν. Καὶ ἀναστὰς ἔστη εἰς τὸ καῦμα πέντε ἡμέρας, καὶ τηγανίσας ἑαυτὸν, εἶπεν· Οὐ δύνασαι [76] τὴν κόλασιν ὑπενεγκεῖν. Καὶ λέγει τῷ λογισμῷ· Εἰ οὐ δύνασαι, μὴ κλέπτε καὶ τρῶγε.

ζ'. Εἶπεν ὁ ἀββᾶς Ζήνων· Ὁ θέλων ταχὺ ἵνα εἰσακούσῃ ὁ Θεὸς τῆς εὐχῆς αὐτοῦ, ἡνίκα ἀναστῇ καὶ ἐκτείνει τὰς χεῖρας αὐτοῦ πρὸς Θεὸν, πρὸ πάντων καὶ πρὸ τῆς ἰδίας ψυχῆς ὑπὲρ τῶν ἐχθρῶν αὐτοῦ ἀπὸ ψυχῆς εὔξηται· καὶ διὰ τούτου κατορθώματος, εἴ τι ἂν παρακαλέσῃ τῷ Θεῷ, ὑπακούει αὐτῷ.

η'. Ἔλεγον ὅτι ἦν τις ἐν κώμῃ, καὶ πολλὰ ἐνήστευεν, ὥστε καλεῖσθαι τὸ ὄνομα αὐτοῦ ὁ Νηστευτής. Ἀκούσας δὲ ὁ ἀββᾶς Ζήνων περὶ αὐτοῦ, μετεστείλατο αὐτόν. Ὁ δὲ ἀπῆλθε μετὰ χαρᾶς. Καὶ εὐξάμενοι ἐκάθισαν. Ἤρξατο οὖν ὁ γέρων ἐργάζεσθαι σιωπῶν. Μὴ εὑρίσκων δὲ λαλῆσαι μετ' αὐτοῦ ὁ Νηστευτὴς ἤρξατο ὀχλεῖσθαι ὑπὸ τῆς ἀκηδίας. Καὶ λέγει τῷ γέροντι· Εὔξαι ὑπὲρ ἐμοῦ, ἀββᾶ, ὅτι ἀπελθεῖν θέλω. Λέγει αὐτῷ ὁ γέρων· Διατί; Ὁ δὲ ἀποκριθεὶς εἶπεν· Ὅτι ἡ καρδία μου ὡς καιομένη ἐστὶ, καὶ οὐκ οἶδα τί ἔχει. Ὅτε γὰρ ἤμην εἰς τὴν κώμην, ἕως ὀψὲ ἐνήστευον, καὶ οὐδέποτε οὕτως μοι ἐγένετο. Λέγει αὐτῷ ὁ γέρων· Εἰς τὴν κώμην, ἐκ τῶν ὠτίων σου ἔτρεφου· ἀλλ' ἄπελθε ἀπὸ τοῦ νῦν, καὶ ἔσθιε τὴν ἐννάτην· καὶ εἴ τι ποιεῖς, ἐν κρυπτῷ ποίει. Καὶ ὡς ἤρξατο ποιεῖν, μετὰ θλίψεως ἔμενε τὴν ἐννάτην. Καὶ ἔλεγον οἱ γνωρίζοντες αὐτὸν, ὅτι Ὁ Νηστευτὴς ἐδαιμονίσθη. Ἐλθὼν δὲ ἀπήγγειλε τῷ γέροντι πάντα. Ὁ δὲ εἶπεν αὐτῷ· Αὕτη ἡ ὁδὸς κατὰ Θεόν ἐστιν.

Περὶ τοῦ ἀββᾶ Ζαχαρίου.

α'. Εἶπεν ὁ ἀββᾶς Μακάριος τῷ ἀββᾷ Ζαχαρίᾳ·

5. (40) Dicebant de abbate Zenone, quod cum resideret in Sceti, exiit noctu e cella sua, tanquam ad paludem profecturus; sed a via aberrans, per tres dies ac noctes ambulavit : unde fatigatus, deficiens cecidit velut moriturus. Et ecce puerulus coram eo stetit, panem tenens cum aquæ baucali; dixitque : Surge, comede. Ille vero surgens, precatus est : putabat enim phantasma esse. Ait puerulus : Recte fecisti. Et adhuc oravit secundo ac tertio. Tum ad eum ille : Fecisti bene. Itaque senex surgens manducavit et bibit. Post hæc sic locutus est puer : Quantum ambulasti, tantum dissitus es a cella tua; sed surge, sequere me. Statimque in cella sua esse se deprehendit. Dixit ergo ei senex : Ingredere, fac nobis orationem. Et, ingresso sene, infans non comparuit.

6. (41) Alio tempore idem abbas Zeno per Palæstinam iter habens, cum lassus esset, sedit juxta cucumerarium, ut comederet. Subit eum cogitatio ejusmodi : Accipe unum cucumerem, et manduca. Quid enim id? Sed respondens dixit animo suo : Fures ad tormenta perducuntur. Hinc igitur proba teipsum, an possis ferre tormenta. Et consurgens, ad æstum solis stetit per quinque dies; cumque se torruisset, ait : Non vales ferre supplicium. Et ad mentem suam infit : Quandoquidem non potes, ne fureris ac manduces.

7. Dixit abbas Zeno : Qui vult ut Deus cito exaudiat preces ipsius, quando surrexerit, et manus extenderit ad Deum, præ cunctis, etiam præ anima sua, oret ex animo pro inimicis suis; ac per hoc præclarum facinus, quidquid a Deo petierit, auscultabit ei.

8. Referebant, quod in pago quodam erat aliquis qui plurimum jejunabat, adeo ut inditum ipsi fuisset nomen Jejunatoris. De quo cum rescivisset abbas Zeno, arcessivit eum. Ille lætus accessit. Et oratione facta sederunt. Cœpit igitur senex operari tacitus. Non valens autem Jejunator loqui cum eo, cœpit a tædii vitio molestari. Et ait seni : Ora pro me, abba; volo enim abire. Dicit senex : Quare? Respondit ille : Quia cor meum quasi flagrat, et quid habeat nescio. Nam quando eram in villa, usque ad vesperam jejunabam, nec unquam mihi tale quid contigit. Senex tum : In vico, ex auriculis tuis nutriebaris; sed abi, atque ex hoc tempore manduca hora nona; et si quid agis, in occulto fac. Ut ergo incepit facere, nonam horam ægre exspectabat. Dixeruntque qui cognoscebant eum : Jejunator a dæmone correptus est. Ille autem veniens cuncta nuntiavit seni. Qui ad eum dixit : Hæc via, secundum Deum est.

De abbate Zacharia.

1. (42) Dixit abbas Macarius abbati Zachariæ :

[75] Al. φάντασμα. [76] Al. δύναμαι.

(40) *Vit. Patr.* XVIII, 7.
(41) *Vit. Patr.* IV, 17.
(42) *Vit. Patr.* I, 6.

Doce me quodnam sit opus monachi. Ait ipsi : Tune interrogas me, Pater? Tum abbas Macarius : De te mihi persuasum est, fili Zacharia. Est enim qui me vellit, ut interrogem te. Zacharias hanc protulit sententiam : Quantum quidem existimo, Pater, qui sibi in omnibus vim facit, is est monachus.

A Εἰπέ μοι τὸ ἔργον τοῦ μοναχοῦ. Λέγει αὐτῷ· Ἐμὲ ἐρωτᾷς, Πάτερ; Καὶ λέγει ὁ ἀββᾶς Μακάριος· Πληροφορῶμαι εἰς σὲ, τέκνον Ζαχαρία. Ἔστι γὰρ ὁ νύσσων με τοῦ ἐρωτῆσαί σε. Λέγει αὐτῷ ὁ Ζαχαρίας· Τὸ κατ' ἐμὲ, Πάτερ, τὸ ἑαυτὸν βιάζεσθαι εἰς πάντα, οὗτός ἐστιν ὁ μοναχός.

2. (43) Venit aliquando abbas Moses ad hauriendam aquam, et invenit abbatem Zachariam orantem ad cisternam, et Spiritum Dei residentem super eum.

β'. Ἦλθέ ποτε (46) ὁ ἀββᾶς Μωσῆς ἀντλῆσαι ὕδωρ, καὶ εὗρε τὸν ἀββᾶν Ζαχαρίαν εὐχόμενον ἐπὶ τοῦ λάκκου, καὶ τὸ Πνεῦμα τοῦ Θεοῦ καθήμενον ἐπάνω αὐτοῦ.

3. (44) Dixit aliquando abbas Moses ad fratrem Zachariam : Enuntia mihi quid agere debeam? Audiens ille, humi prostravit se ad pedes ejus, dicens : Tu me interrogas, Pater? Ait illi senex : Mihi crede, Zacharia, fili mi; vidi Spiritum sanctum B descendentem super te, eoque cogor percontari te. Tunc Zacharias sublatam cucullam e capite suo posuit sub pedibus, eaque conculcata : Nisi homo, inquit, pari modo contritus calcatusque fuerit, monachus esse non potest.

γ'. Εἰπέ ποτε ὁ ἀββᾶς Μωσῆς τῷ ἀδελφῷ Ζαχαρίᾳ· Εἰπέ μοι τί ποιήσω; Ἀκούσας δὲ ἔρριψεν ἑαυτὸν χαμαὶ εἰς τοὺς πόδας αὐτοῦ, λέγων· Σύ με ἐρωτᾷς, Πάτερ; Λέγει αὐτῷ γέρων· Πίστευσόν μοι, τέκνον μου Ζαχαρία· εἶδον τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον κατελθὸν ἐπὶ σὲ, καὶ ἐκ τούτου ἀναγκάζομαι ἐρωτῆσαί σε. Τότε λαβὼν ὁ Ζαχαρίας τὸ κουκούλιον αὐτοῦ ἐκ τῆς κεφαλῆς αὐτοῦ, ἔθηκεν ὑπὸ τοὺς πόδας, καὶ καταπατήσας αὐτὸ εἶπεν· Ἐὰν μὴ συντριβῇ οὕτως ἄνθρωπος, οὐ δύναται εἶναι μοναχός.

4. Ad abbatem Zachariam in Sceti residentem visio missa est; et surgens, abbati Carioni indicavit. Senex vero, qui activus esset, peritus circa ista non exstitit. Surgens ergo verberavit eum, affirmans a dæmonibus profectam visionem. Verum Zachariæ sedebat animo. Surrexit igitur, noctuque abiit ad abbatem Pœmenem, cui narravit rem, utque interiora sua arderent. Et videns senex, a Deo esse, dicit ei : Proficiscere ad illum C senem, ac si quid locutus fuerit tibi, facito. Perrexit ad senem. Qui ante quam inquireretur, præveniens enarravit ei cuncta, quodque spectaculum a Deo esset. Sed vade, inquit, subjicere Patri tuo.

δ'. Καθημένου ποτὲ τοῦ ἀββᾶ Ζαχαρίου εἰς Σκῆτιν, ἦλθε θεωρία εἰς αὐτόν· καὶ ἀναστὰς ἀνήγγειλε τῷ ἀββᾷ αὐτοῦ Καρίωνι. Ὁ δὲ γέρων, πρακτικὸς ὤν, οὐχ ὑπῆρχεν ἀκριβὴς περὶ ταῦτα. Καὶ ἀναστὰς ἔδειρεν αὐτὸν, λέγων, ὅτι ἀπὸ δαιμόνων ἐστί. Παρέμεινε δὲ ὁ λογισμός. Καὶ ἀναστὰς ἀπῆλθε πρὸς τὸν ἀββᾶν Ποιμένα, νυκτὸς, καὶ ἀνήγγειλεν αὐτῷ τὸ πρᾶγμα, καὶ πῶς καίεται τὰ ἐντὸς αὐτοῦ. Καὶ ἰδὼν ὁ γέρων ὅτι ἀπὸ Θεοῦ ἐστι, λέγει αὐτῷ· Ὕπαγε πρὸς τὸν C δεῖνα τὸν γέροντα, καὶ εἴ τι δ' ἂν σοι εἴπῃ, ποίησον. Καὶ ἀπελθὼν πρὸς τὸν γέροντα, πρὶν ἐξετάσαι αὐτόν τι, προλαβὼν ὁ γέρων εἶπεν αὐτῷ πάντα, καὶ ὅτι ἡ θεωρία ἀπὸ Θεοῦ ἐστιν. Ἀλλ' ὕπαγε, ὑποτάγηθι τῷ Πατρί σου.

5. (45) Abbatis Pastoris hic fuit sermo : Interrogavit abbas Moyses abbatem Zachariam, morti proximum : Quid vides? Dicit ei : Nonne satius est tacere, Pater? Tunc ille : Etiam, fili, tace. Et hora mortis ejus, sedens Isidorus abbas, suspexit in cœlum, dixitque : Lætare, mi fili Zacharia, quia tibi apertæ sunt portæ regni cœlorum.

ε'. Εἶπεν ὁ ἀββᾶς Ποιμὴν, ὅτι ἠρώτησεν ὁ ἀββᾶς Μωϋσῆς τὸν [77] ἀββᾶν Ζαχαρίαν μέλλοντα τελευτᾷν [78]· Τί ὁρᾷς; καὶ λέγει αὐτῷ· Οὐ βέλτιον τὸ σιωπᾷν, Πάτερ; καὶ εἶπε· Ναὶ, τέκνον, σιώπα. Καὶ τῇ ὥρᾳ τοῦ θανάτου αὐτοῦ, καθεζόμενος ὁ ἀββᾶς Ἰσίδωρος, ἀναβλέψας εἰς τὸν οὐρανὸν εἶπεν· Εὐφραίνου, τέκνον μου Ζαχαρία, ὅτι ἀνεῴχθησάν σοι αἱ πύλαι τῆς τῶν οὐρανῶν βασιλείας.

Principium litteræ H.

De abbate Esaia.

Ἀρχὴ τοῦ Η στοιχείου.

Περὶ τοῦ ἀββᾶ Ἡσαΐου (47).

D

1. Dixit abbas Esaias : Nihil adeo utile est no-

α'. Εἶπεν ὁ ἀββᾶς Ἡσαΐας, ὅτι οὐδὲν οὕτως λυσι-

[77] Al. ἀδελφόν. [78] Al. add. λέγων.

(43) ibid. p. 1005, n. 49.
(44) *Vit. Patr.* xv, 17. Cod. Cæs. 238.
(45) *Vit. Patr.* xv, 18.
(46) *Ἦλθέ ποτε.* Membranæ Colbert. Ἠλθέν ποτε ὁ ἀββᾶς Μωϋσῆς εἰς τὸν λάκκον ἀντλῆσαι ὕδωρ, καὶ ἴδεν τὸν ἀββᾶν Ζαχαρίαν εὐχόμενον ἐπὶ τοῦ λάκκου, καὶ τὸ Πνεῦμα τοῦ Θεοῦ ὡς περιστερὰν καθήμενον ἐπ' αὐτόν.
(47) *Περὶ τοῦ ἀββᾶ Ἡσαΐου.* Profertur in Catena Corderii ad Lucæ xiv, 27, hæc sententia, velut Isaiæ archiepiscopi : *Qualem autem crucem dicit ut bajulemus, nisi continentiam a passionibus, donec mens illas penitus exstirpet?* Verum quandoquidem Esaiæ abbatis oratione 21, ex Zini versione scriptum legitur : *Qui non tollit crucem suam et sequitur me, non potest meus esse discipulus* (*Luc.* xiv, 27). *Quam dicit, ut tollamus crucem? nisi ut mens assidue vigilet, et virtutibus incumbat? A cruce non discedit, qui vitia persequitur, donec ea profliget ac superet.* Nullus dubito, quin abbreviata scriptura viro docto fraudi fuerit, ut archimandritam in archiepiscopum converteret. Esaiæ anachoretæ aliam sententiam adducit Antonius Melissa lib. i, serm. 39; abbatis vero Esaiæ opuscula varia, partim edita, partim inedita, complectitur codex membraneus bibliothecæ Colbertinæ.

τελεῖ τῷ ἀρχαρίῳ (48), ὡς ἡ ὕδρις. Ὥσπερ γὰρ δένδρον (49) καθ' ἑκάστην ποτιζόμενον, οὕτως ἀρχάριος ὑδριζόμενος καὶ ὑπομένων.

β'. Ἔλεγε πάλιν πρὸς τοὺς καλῶς ἀρχομένους καὶ ὑποτασσομένους Πατράσιν ἁγίοις, ὅτι Ἡ πρώτη βαφὴ οὐκ ἀποβάλλει, ὡς ἐπὶ πορφύρας. Καί· ὅτι Ὥσπερ οἱ κλάδοι οἱ ἁπαλοὶ εὐχερῶς μεταστρέφονται καὶ κάμπτονται, οὕτως καὶ οἱ ἀρχάριοι ὄντες ἐν ὑποταγῇ.

γ'. Ἔλεγε πάλιν, ὅτι ἀρχάριος μεταβαίνων ἀπὸ μοναστηρίου εἰς μοναστήριον, ἔοικε ζώῳ ὑπὸ φορβαίας ἐνταῦθα κἀκεῖσε ἑλαυνομένῳ.

δ'. Εἶπε πάλιν, ὅτι ὁ πρεσβύτερος τοῦ Πηλουσίου, γενομένης ἀγάπης, καὶ τῶν ἀδελφῶν ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ ἐσθιόντων, καὶ συλλαλούντων ἀλλήλοις, ἐπιτιμήσας αὐτοῖς εἶπε· Σιωπᾶτε, ἀδελφοί· εἶδον ἐγὼ ἀδελφὸν ἐσθίοντα μεθ' ὑμῶν, καὶ πίνοντα ποτήρια ὅσα ὑμεῖς [79], καὶ ἡ εὐχὴ αὐτοῦ ἀναβαίνει ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ ὡς πῦρ.

ε'. Ἔλεγον περὶ τοῦ ἀββᾶ Ἡσαΐου, ὅτι ποτὲ ἔλαβε θαλλίον, καὶ ἀπῆλθεν εἰς τὴν ἄλωνα, καὶ λέγει τῷ γεούχῳ· Δός μοι σῖτον. Καὶ λέγει αὐτῷ· Καὶ σὺ ἐθέρισας, ἀββᾶ; Λέγει· Οὐχί. Καὶ λέγει αὐτῷ ὁ γεοῦχος· Πῶς οὖν θέλεις σῖτον λαβεῖν, μὴ θερίσας; Καὶ λέγει αὐτῷ ὁ γέρων· Οὐκοῦν ἐὰν μή τις θερίσῃ, οὐ λαμβάνει μισθόν; Λέγει ὁ γεοῦχος· Οὐχί. Καὶ οὕτως ἀνεχώρησεν ὁ γέρων. Οἱ δὲ ἀδελφοί, ἰδόντες τί ἐποίησεν, ἔβαλον αὐτῷ μετάνοιαν, παρακαλοῦντες μαθεῖν τί τοῦτο ἐποίησε. Λέγει αὐτοῖς ὁ γέρων· Ὑπόδειγμα αὐτὸ ἐποίησα, ὅτι ἐὰν μή τις ἐργάσηται, οὐ λαμβάνει μισθὸν παρὰ τοῦ Θεοῦ.

ς'. Ὁ αὐτὸς ἀββᾶς Ἡσαΐας ἐκάλεσέ τινα τῶν ἀδελφῶν, καὶ ἔνιψεν αὐτοῦ τοὺς πόδας, καὶ ἔβαλε ὀράκα φακοῦ εἰς χύτραν, καὶ ὡς ἔβρασε, κατήνεγκεν αὐτήν. Καὶ λέγει αὐτῷ ὁ ἀδελφός· Οὔπω ἐψήθη, ἀββᾶ. Καὶ λέγει αὐτῷ· Οὐκ ἀρκεῖ σοι ὅτι ὅλως εἶδες [80] λαμπρόν; καὶ αὕτη μεγάλη παράκλησις.

ζ'. Ἔλεγε πάλιν, ἵστι Ἐὰν θέλῃ ὁ Θεὸς ψυχὴν ἐλεῆσαι, αὐτὴ δὲ ἀφηνιάζει καὶ οὐκ ἀνέχεται, ἀλλὰ τὸ θέλημα αὐτῆς ποιεῖ, συγχωρεῖ αὐτὴν παθεῖν ἅπερ οὐ θέλει, ἵνα οὕτως αὐτὸν ἐπιζητήσῃ.

η'. Ἔλεγε πάλιν, ὅτι Ἡνίκα τις βούλεται κακὸν ἀντὶ κακοῦ ἀποδοῦναι, δύναται καὶ διὰ νεύματος μόνου βλάψαι τὴν συνείδησιν τοῦ ἀδελφοῦ.

θ'. Ὁ αὐτὸς ἀββᾶς Ἡσαΐας ἠρωτήθη, τί ἐστι φιλαργυρία, καὶ ἀπεκρίθη· Τὸ μὴ πιστεῦσαι τῷ

vitio monacho, ut contumelia. Nam quemadmodum arbor singulis diebus irrigata, sic novitius contumelia affectus et tolerans.

2. Iterum dixit ad eos qui recte incipiunt, sanctis Patribus subjecti : Prima tinctura nunquam amittitur; velut in purpura. Item : Sicut teneri rami facile convertuntur ac flectuntur, ita et novitii qui in subjectione sunt.

3. Dixit iterum, novellum monachum e monasterio ad monasterium transmigrantem, similem esse animali quod sub capistro huc illucque impellitur.

4. (50) Itidem narravit, quod Pelusii presbyter, cum fieret agape, et fratres in ecclesia comederent, mutuoque colloquerentur, increpitis illis, dixerit : Tacete, fratres; conspexi ego fratrem vobiscum vescentem, totidemque calices bibentem ac vos, cujus precatio velut ignis ascendit in conspectum Dei.

5. Accepimus de abbate Esaia, quod aliquando sumpsit ramum, et ad aream profectus est, dixitque terræ domino : Da mihi frumentum. Ait ille : Tune messuisti, abba? Nequaquam, inquit. Tum possessor : Quomodo igitur frumentum accipere vis, qui non messuisti? At senex : Nisi ergo messuerit quis, non capit mercedem? Agricola : Nullatenus. Atque ita recessit senex. Fratres autem intuiti quid fecisset, inclinato corpore, supplicaverunt ei, ut rationem facti edocerentur. Tunc ad illos senex : Hoc, inquit, ad exemplum feci, quod nisi quis operatus fuerit, non percepturus sit mercedem a Deo.

6. Idem abbas Esaias, quemdam fratrum vocavit ad se, lavitque pedes ejus; et pugillo lenticulæ in ollam misso, postquam ebulliisset, attulit. Dicit ei frater : Non satis cocta est, abba; tum Esaias : Nonne tibi sufficit quod omnino ignem viderit? Et hoc magnum solatium est.

7. Dixit rursus : Si Deus voluerit animæ misereri, ipsa vero contumax non sustinuerit, sed fecerit ex voluntate sua, permittit pati eam quæ non vult, ut sic ipsum inquirat.

8. Ita etiam locutus est : Quando vult aliquis malum pro malo reddere, potest vel nutu solo lædere fratris conscientiam.

9. Idem abbas Esaias interrogatus : Quid est avaritia? respondit : Non credere Deo, quod tui curam

[79] Al. Ἴσα ὑμῶν. [80] Al. εἶδε.

(48) Ἀρχαρίῳ, *Novitio, incipienti, tironi.* Vulgaris vox, quæ exstat etiam apud Macarium homil. 15 et 16, et in Scholiis ad *Scalam paradisi*, duodecimo in gradum 26, et sexto in 28. Sed in primis notari merentur quæ ipse Joannes Climacus habet gradu 4. Nam cum dixisset p. 58 : Ἐν τῇ ἐσχάτων ἀρχαρίων κατατάττει χώρᾳ, subjungit quibusdam interpositis p. 59 : Ἦν ἰδεῖν πολιὰν αἰδέσιμον ἐν τῇ ἀρχαϊκῇ διάγουσαν τάξει. Ubi ad marginem appingitur τῶν ἀρχαρίων. Unde, sicut ex sensu, patet veram lectionem esse ἀρχαρικῇ.

(49) Ὥσπερ γὰρ δένδρον. In Esaia seu Isaia impresso, orat. 26, *De dictis quæ Petrus abbas discipulus ejus ex illo accepit, et litteris commendavit : Arbor quæ irrigatur, non arescit, sed fructum affert.* Ex ms. autem Colbertino, sub titulo, Θρῆνοι τοῦ ἀββᾶ Ἡσαΐου. Δένδρον ποτιζόμενον καθ' ἡμέραν, πότε ξηραίνεται αὐτοῦ ἡ ῥίζα εἰς τὸ μὴ καρποφορῆσαι; Hoc est, *Arbor quæ quotidie irrigatur, quando arescit radix ejus ut fructum non proferat?*

(50) *Vit. Patr.* XII, 7.

suscipiat, desperare de promissionibus Dei, et amplificationem affectare.

10. Interrogatus est etiam, quid esset detractio. Et respondit: Non cognoscere gloriam Dei; atque: Invidia erga proximum.

11. Interrogatus pariter de ira; responsum dedit: Ira est contentio, et mendacium, et ignorantia.

De abbate Elia.

1. (51) Dixit abbas Elias: Tres ego res timeo; cum anima mea egressura est e corpore; cum Deo repræsentabor; et cum adversus me proferenda est sententia.

2. (52) Dicebant senes abbati Eliæ in Ægypto de abbate Agathone: Bonus abbas est. Ait eis senex: Secundum ætatem qua vivit, bonus est. Excipiunt: Quid vero secundum antiquos? Respondit: Dixi vobis, quod juxta ætatem suam præclarus sit; sed quod spectat ad veteres, vidi hominem in Sceti, qui poterat solem in cœlo sistere, sicut Jesus filius Navæ. Quo audito, obstupuerunt, et gloriam retulerunt Deo.

3. Dixit abbas Elias, ille diaconiæ seu ministerii: Quid valet peccatum, ubi est pœnitentia? et quid juvat charitas, ubi residet superbia?

4. Retulit abbas Elias: Vidi hominem qui vini cucurbitam capiebat sub axillam suam; et ut infamiam inurerem dæmonibus, quod phantasma esset, dixi fratri: Ex charitate, hoc meum tolle. Tum sublato pallio suo, nihil habere inventus est. Id autem prolocutus sum, ut licet conspexeritis quidpiam vel audieritis, non admittatis. Quinimo observate ratiocinationes, animi conceptus, cogitata; scientes talia a dæmonibus immitti, quo animam polluant, inducendo ad rerum incongruentium considerationem, utque mentem avocent a propriis peccatis atque a Deo.

5. Etiam hanc protulit sententiam: Homines mentem habent intentam vel ad peccata, vel ad Jesum, vel ad homines.

6. (53) Adhuc dixit: Nisi mens psallat cum corpore, in vanum est labor. Et: Si quis dilexerit tribulationem, postea ei erit in gaudium ac requiem.

7. Id quoque elocutus est: Senex quidam manebat in fano; venerunt dæmones, dicentes ei: Recede e loco nostro. Senex infit: Vos non habetis locum. Cœperunt ergo passim spargere palmas illius. Senex vero perseveravit, colligens eas. Postea dæmon, apprehensa manu ejus, foras illum traxit. Ut autem pervenit senex ad januam, alia manu tenuit

Θεῷ, ὅτι ποιεῖταί σου φροντίδα, καὶ τὸ ἀπελπίσαι τῶν ἐπαγγελιῶν τοῦ Θεοῦ καὶ [81] φιλοπλατύνεσθαι.

ι'. Ἠρωτήθη πάλιν, τί ἐστι καταλαλιά, καὶ ἀπεκρίθη· Τὸ μὴ γνῶναι [83] τὴν δόξαν τοῦ Θεοῦ [83], καὶ Φθόνος πρὸς τὸν πλησίον.

ια'. Ἠρωτήθη πάλιν, τί ἐστιν ὀργή, καὶ ἀπεκρίθη· Ἔρις [84], καὶ ψεῦδος, καὶ ἀγνωσία.

Περὶ τοῦ ἀββᾶ Ἠλία.

α'. Εἶπεν ὁ ἀββᾶς Ἠλίας· Ἐγὼ τρία πράγματα φοβοῦμαι· ὅταν μέλλῃ ἡ ψυχή μου ἐξελθεῖν ἀπὸ τοῦ σώματος, καὶ ὅταν μέλλω τῷ Θεῷ ἀπαντῆσαι, καὶ ὅταν μέλλῃ ἡ ἀπόφασις ἐξελθεῖν κατ' ἐμοῦ

Οἱ ἅγιοι Πατέρες [83] προεφήτευσαν περὶ τῆς ἐσχάτης γενεᾶς. Τί εἰργασάμεθα ἡμεῖς; φασί. Καὶ ἀποκριθεὶς εἷς ἐξ αὐτῶν μέγας [84] ἀββᾶς Ἰσχυρίων, εἶπεν· Ἡμεῖς τὰς ἐντολὰς τοῦ Θεοῦ ἐποιήσαμεν. Καὶ ἀποκριθέντες εἶπον· Οἱ δὲ μεθ' ἡμᾶς, ἆρα τί ποιοῦσιν; Καὶ εἶπε· Μέλλουσιν εἰς τὸ ἥμισυ τοῦ ἔργου ἡμῶν ἔρχεσθαι. Καὶ εἶπον· Οἱ δὲ μετ' αὐτοὺς, τί; Εἶπεν· Οὐκ ἔχουσιν ὅλως ἔργον οἱ τῆς γενεᾶς ἐκείνης· μέλλει δὲ ἔρχεσθαι αὐτοῖς πειρασμός· καὶ οἱ

De abbate Ischyrione.

(59) Sancti Patres prædixerunt de ultima ætate. Quid operati sumus nos? inquiunt. Et unus ex illis magnus abbas Ischyrio responsum dedit: Nos mandata Dei peregimus. Exceperunt: Qui autem nos subsequentur, quid facturi sunt? Ait: Ad dimidium operis nostri pervenient. Interrogaverunt adhuc: Qui vero post illos, quidnam? Respondit: Nullo plane opere decorabuntur homines ætatis illius: at insurget in eos tentatio; quique probi inveniem-

[78] Al. τινά. [79] Al. πρὸς ἓν παξαμάδιον. vel παξαμάδιν. [80] Al. τοῦ ἁγίου Πνεύματος, ἐν τῇ ἁγίᾳ προσφορᾷ. [81] Lat. τάγματα. [82] Al. βαστάζων. [83] Al. inser. τῆς Σκήτεως. [84] Al. inser. τῷ βίῳ καὶ ὀνόματι. [81a] Eccle. III, 1.

(57) *Vit. Patr.* I, 9.
(58) *Vit. Patr.* XVII, 4.
(59) *Vit. Patr.* I, 14.

tur illo tempore, majores et nobis et Patribus nostris esse comperientur.

A εὑρισκόμενοι δόκιμοι ἐν τῷ καιρῷ ἐκείνῳ, μείζονες καὶ ἡμῶν καὶ τῶν Πατέρων ἡμῶν εὑρεθήσονται.

Principium litteræ K.

De abbate Cassiano.

1. (60) Narravit abbas Cassianus: Venimus, ego et sanctus Germanus, in Ægyptum ad quemdam senem. Quem, cum hospitio amanter nos excepisset, interrogavimus: Quare in tempore susceptionis fratrum peregrinorum, normam jejunii nostri, sicut in Palæstina accepimus, non observatis? Respondit: Jejunium semper mecum est; vos vero semper mecum retinere non possum: ac jejunium quidem, etsi utilis res sit atque necessaria, attamen a nostra pendet voluntate; at charitatis adimpletionem ex necessitate exigit Dei lex. Itaque in vobis Christum suscipiens, debeo omni studio et cura prosequi. Cum autem vos dimisero, regulam jejunii possum recuperare. Neque enim possunt filii thalami jejunare, quandiu sponsus cum illis est; postquam vero sponsus ablatus fuerit, tunc cum licentia jejunabunt [84].

Ἀρχὴ τοῦ Κ στοιχείου.

Περὶ τοῦ ἀββᾶ Κασιανοῦ [86].

α'. Διηγήσατο (63) ὁ ἀββᾶς Κασιανὸς, ὅτι Παρεβάλομεν ἐγώ τε καὶ ὁ ἅγιος Γερμανὸς εἰς Αἴγυπτον, πρός τινα γέροντα. Καὶ φιλοξενήσας ἡμᾶς ἠρωτήθη παρ' ἡμῶν· Τίνος ἕνεκεν ἐν τῷ καιρῷ τῆς ὑποδοχῆς τῶν ξένων ἀδελφῶν, τὸν κανόνα τῆς νηστείας ἡμῶν, ὡς ἐν Παλαιστίνῃ παρελάβομεν, οὐ φυλάττετε; Καὶ ἀπεκρίθη λέγων· Ἡ νηστεία πάντοτε μετ' ἐμοῦ ἐστιν· ὑμᾶς δὲ κατέχειν πάντοτε μεθ' ἑαυτοῦ οὐ δύναμαι· καὶ ἡ μὲν νηστεία καὶ χρήσιμόν ἐστι πρᾶγμα καὶ ἀναγκαῖον. τῆς ἡμετέρας δέ ἐστι προαιρέσεως· B τὴν δὲ τῆς ἀγάπης πλήρωσιν ἐξ ἀνάγκης ἀπαιτεῖ ὁ τοῦ Θεοῦ νόμος. Ἐν ὑμῖν οὖν δεχόμενος τὸν Χριστὸν, χρεωστῶ μετὰ πάσης θεραπεῦσαι σπουδῆς. Ἐπὰν δὲ ὑμᾶς προπέμψω, τὸν κανόνα τῆς νηστείας δύναμαι ἀνακτήσασθαι. Οὐ δύνανται γὰρ (64) οἱ υἱοὶ τοῦ νυμφῶνος νηστεύειν, ἐφ' ὅσον χρόνον ὁ νυμφίος μετ' αὐτῶν ἐστιν· ὅταν δὲ ἀρθῇ [87] ὁ νυμφίος, τότε μετ' ἐξουσίας νηστεύσουσιν [88].

2. Idem retulit: Erat aliquis senex, cui sancta virgo ministrabat: homines autem dicebant: Impuri sunt. Audivit senex. Cumque esset morti proximus, dixit Patribus: Postquam e vita migravero, plantate baculum meum in sepulcro; si germinaverit, fructumque protulerit, discite purum esse me ab illa; si vero non germinaverit, cognoscite me cum ea deliquisse. Baculus igitur plantatus fuit, ac C tertia die germen fructumque produxit. Tunc omnes glorificaverunt Deum.

β'. Ὁ αὐτὸς εἶπεν (65), ὅτι Ἦν τις γέρων, καὶ ὑπηρετεῖτο ὑπὸ ἁγίας παρθένου· καὶ οἱ ἄνθρωποι ἔλεγον· Οὐκ εἰσὶ καθαροί. Καὶ ἤκουσεν ὁ γέρων. Ὅταν δὲ ἤμελλε τελευτᾷν, εἶπε τοῖς Πατράσιν· Ὅταν τελευτήσω, φυτεύσατε τὴν ῥάβδον μου εἰς τάφον· καὶ ἐὰν βλαστήσῃ καὶ ποιήσῃ καρπὸν, μάθετε ὅτι καθαρός εἰμι ἀπ' αὐτῆς· εἰ δὲ μὴ βλαστήσῃ [89], γι- νώσκετε ὅτι πέπτωκα μετ' αὐτῆς. Καὶ ἐφυτεύθη ἡ ῥάβδος, καὶ τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ ἐβλάστησε, καὶ ἐποίησε καρπόν. Καὶ πάντες ἐδόξασαν τὸν Θεόν.

3. (61) Dixit iterum: Ad alium accessimus senem; qui manducare nos fecit. Satiatos autem jam, cibum sumere hortabatur. Me vero dicente, non amplius posse, respondit: Ego sexies advenientibus fratribus mensam apposui, et singulos invitans, una comedi, adhucque esurio. Tu vero hoc semel cibo capto, satur es, adeo ut non amplius valeas edere.

γ'. Εἶπε πάλιν, ὅτι Παρεβάλομεν ἑτέρῳ γέροντι· καὶ ἐποίησεν ἡμᾶς γεύσασθαι. Προετρέπετο δὲ ἡμᾶς κορεσθέντας, ἔτι μεταλαβεῖν τροφῆς. Ἐμοῦ δὲ εἰρηκότος μηκέτι δύνασθαι, ἀπεκρίθη· Ἐγὼ [90] ἑξάκις [91] παραγενομένων ἀδελφῶν τράπεζαν ἔθηκα, καὶ προτρεπόμενος ἕνα ἕκαστον συνήσθιον, καὶ ἀκμὴν πεινῶ. Τοῦτο δὲ σὺ ἅπαξ φαγὼν οὕτως ἐκορέσθης, ὥστε μηκέτι φαγεῖν δύνασθαι.

4. (62) Idem narravit iterum, quod abbas Joannes homo magni cœnobii rector, visitaverit abbatem Paesium, qui per annos quadraginta in extrema solitudine vixit; et quia erga eum multam habebat charitatem, indeque libertatem loquendi, D dixerit ei: Quid boni operis designasti in tanto tempore, ita secedens, nec ab ullo hominum facile conturbatus? Ille ait: Ex quo solitarius sum, nun-

δ'. Διηγήσατο πάλιν ὁ αὐτὸς, ὅτι Παρέβαλεν ὁ ἀββᾶς Ἰωάννης ἄνθρωπος κοινοβίου ἡγούμενος μεγάλου, τῷ ἀββᾷ Παησίῳ, ἐν ἀκροτάτῃ ἐρήμῳ διάγοντι ἐπὶ ἔτη τεσσαράκοντα, καὶ ὡς ἔχων πρὸς αὐτὸν πολλὴν ἀγάπην, καὶ τὴν ἐκ ταύτης παῤῥησίαν εἶπεν αὐτῷ· Τί ἐν τοσούτῳ χρόνῳ οὕτως ἀναχωρῶν, καὶ ὑπὸ μηδενὸς ἀνθρώπου ταχέως ὀχλούμενος κατώρθωσας; Ὁ δέ φησιν· Ἀφ' οὗ ἐμόνασα, οὐδέ ποτέ

[84] Marc. II, 19. [86] Al. Κασσ. [87] Al. ἀπαρθῇ ἀπ' αὐτῶν. [88] Al. νηστεύουσιν. [89] Al. add. καὶ ποιήσῃ καρπόν. [90] Al. inser. λοιπόν. [91] Al. inser. διαφόρων.

(60) *Vit. Patr.* XIII, 2; Cass. *Inst.* V, 24.
(61) *Vit. Patr.* XIII, 3; Cass. *Inst.* V, 25.
(62) *Vit. Patr.* IV, 24; Cass. *Inst.* V, 27.
(63) *Διηγήσατο.* In Pelagio: *Dixit abbas Cassianus, quia venimus a Palæstina in Ægyptum.* Græce ex mss. 2 Colbert.: Εἶπεν ὁ ἀββᾶς Κασιανὸς, ὅτι παρεβάλομεν ἀπὸ Παλαιστίνης εἰς Αἴγυπτον.
(64) *Οὐ δύνανται γάρ*, etc. Matth. IX, 15; Marc. II, 19, 20; Luc. V, 34, 35. Ad quæ loca alludit synodus S. Patricii cap. 14, quod ita ediderunt: *Statutum ut Christi adventum sponsi nullas ratas leges inveniat jejunii. Quid autem inter Novatianum et Christianum interest, nisi quod Novatianus indesinenter, Christianus vero per tempus abstineat; ut locus, et tempus, et persona per omnia observetur.* Ego edidissem aut emendassem: *Statutum, ut Christi adventus, sponsi, nullas ratas leges inveniat jejunii.*
(65) *Ὁ αὐτὸς εἶπεν.* Consule Rufinum in *Vitis Patrum* lib. III, n. 24.

με εἶδεν ὁ ἥλιος ἐσθίοντα. Εἶπε δὲ καὶ ὁ ἀββᾶς Ἰωάννης· Οὐδὲ ἐμὲ ὀργιζόμενον. A

ε'. Τοῦτον τὸν ἀββᾶν Ἰωάννην περὶ τὴν τελευτὴν ὄντα, καὶ ἐκδημοῦντα προθύμως καὶ ἱλαρῶς πρὸς τὸν Θεὸν, ἐκύκλωσαν οἱ ἀδελφοὶ, ἀξιοῦντες λόγον τινὰ σύντομον καὶ σωτήριον ἐν κλήρου τάξει καταλιπεῖν αὐτοῖς, δι' οὗ δυνήσονται ἐπιβῆναι τῆς ἐν Χριστῷ τελειότητος. Ὁ δὲ στενάξας ἔφη· Οὐδέποτε ἐποίησα τὸ ἴδιον θέλημα· οὐδέ τινα ἐδίδαξα, ὅπερ πρότερον οὐκ ἐποίησα.

ς'. Διηγήσατο πάλιν περὶ ἑτέρου γέροντος ἐν ἐρήμῳ καθεζομένου, ὅτι παρεκάλεσε τὸν Θεὸν χαρίσασθαι αὐτῷ, ὥστε μηδέποτε νυστάξαι αὐτὸν κινουμένης ὁμιλίας πνευματικῆς· εἰ δέ τις καταλαλιᾶς ἢ ἀργολογίας λόγους ἐπιφέρει, εὐθὺς εἰς ὕπνον καταφέρεσθαι, ἵνα μὴ ἰοῦ τοιούτου γεύωνται αἱ B ἀκοαὶ αὐτοῦ. Οὗτος δὲ ἔλεγε, τὸν διάβολον σπουδαστὴν εἶναι τῆς ἀργολογίας, πολέμιον δὲ πάσης διδασκαλίας πνευματικῆς· τοιούτῳ χρώμενος ὑποδείγματι· Λαλοῦντος γάρ μου, φησὶ, περὶ ὠφελείας πρός τινας ἀδελφοὺς, τοσούτῳ ὕπνῳ βαθεῖ κατεσχέθησαν, ὥστε μήτε τὰ βλέφαρα κινεῖν δύνασθαι. Ἐγὼ οὖν θέλων δεῖξαι τοῦ δαίμονος τὴν ἐνέργειαν, λόγον ἀργολογίας παρεισήνεγκα· ἐφ' ᾧ χαρέντες παραχρῆμα διένηψαν. Στενάξας δὲ εἶπον· Μέχρι τοίνυν περὶ οὐρανίων πραγμάτων διελεγόμεθα, πάντων ὑμῶν οἱ ὀφθαλμοὶ τῷ ὕπνῳ συνείχοντο· ἡνίκα δὲ λόγος ἀργὸς ἐρρύη, πάντες μετὰ προθυμίας διανέστητε. Διὸ, ἀδελφοὶ [93], παρακαλῶ, ἐπίγνωτε τοῦ πονηροῦ δαίμονος τὴν ἐνέργειαν, καὶ ἑαυτοῖς προσέχετε, φυλαττόμενοι τὸν νυσταγμὸν, ἡνίκα τι ποιεῖτε C πνευματικὸν, ἢ ἀκούετε.

ζ'. Εἶπε πάλιν, ὅτι Συγκλητικός τις (65*) ἀποταξάμενος, καὶ τὰ ἑαυτοῦ ὑπάρχοντα πένησι διαδοὺς, παρακατέσχε τινὰ εἰς ἰδίαν ἀπόλαυσιν, μὴ βουλόμενος τὴν ἐκ τῆς τελείας ἀποταγῆς ἀναδέξασθαι ταπεινοφροσύνην, καὶ τὴν γνησίαν ὑποταγὴν τοῦ κοινοβιακοῦ κανόνος. Πρὸς ὃν ὁ ἐν ἁγίοις Βασίλειος λόγον ἀπεφθέγξατο τοιοῦτον· Καὶ τὸν συγκλητικὸν ἀπώλεσας, καὶ μοναχὸν οὐκ ἐποίησας.

η'. Εἶπε πάλιν, ὅτι Ἦν τις μοναχὸς οἰκῶν ἐν σπηλαίῳ ἐν ἐρήμῳ· καὶ ἐδηλώθη αὐτῷ ὑπὸ τῶν συγγενῶν κατὰ σάρκα, ὅτι Ὁ πατήρ σου ἰσχυρῶς ἐνοχλεῖται, καὶ μέλλει τελευτᾷν, ἐλθὲ ἵνα κληρονομήσῃς αὐτόν. Ὁ δὲ ἀπεκρίθη πρὸς αὐτούς· Ἐγὼ πρὸ D ἐκείνου ἀπέθανον τῷ κόσμῳ· νεκρὸς ζῶντα οὐ κληρονομεῖ.

[93] Al. ἀγαπητοί.

5. (66) Hunc abbatem Joannem, cum sub mortem esset, et alacriter hilareque ad Deum proficisceretur, circumdederunt fratres, postulantes ut eis hæreditatis loco sermonem quempiam brevem ac salutarem relinqueret, per quem possent pervenire ad perfectionem in Christo. Ille vero ingemiscens dixit: Nunquam feci meam voluntatem; nec aliquem docui, quod prius non fecerim.

6. (67) Iterum narravit de alio sene qui in eremo residebat, quod Deum rogaverit, ut ei hanc gratiam conferret: ne unquam moto colloquio spirituali dormitaret; si vero detractionis vel otiosi sermonis quispiam verba proferret, statim in somnum incideret, quo ejusmodi venenum non acciperent aures ejus. Idem dicebat, diabolum studiosum esse otiosi sermonis, hostem vero omnis spiritualis doctrinæ; hoc usus exemplo: Me, inquit, ad nonnullos fratres loquente de re animæ utili, adeo profundo somno occupati sunt, ut nec palpebras movere possent. Volens igitur ego dæmonis operationem ostendere, sermonem supervacaneæ loquelæ induxi; ad quem illi gavisi, illico evigilarunt. Ingemiscens autem dixi: Quandiu igitur de cœlestibus rebus disseruimus, omnium vestrum oculi detinebantur somno; postquam vero otiosus effluxit sermo, cuncti cum alacritate excitati estis. Quocirca, fratres, obsecro, agnoscite mali dæmonis instigationem, et attendite vobis ipsis, caventes dormitationem, cum aliquid spirituale vel facitis, vel auditis.

7. (68) Dixit iterum, quod senator quidam cum sæculo renuntiasset, et bona sua distribuisset in pauperes, quædam retinuit ad usum suum, nolens humilitatem e perfecta renuntiatione proficiscentem suscipere, ut nec sinceram cœnobiacæ regulæ subjectionem. Ad quem sanctus Basilius hujusmodi protulit sententiam: Et senatorem perdidisti, nec effecisti monachum.

8. Retulit præterea: Erat quidam monachus, in spelunca eremi habitans; cui qui propinqui secundum carnem erant significaverunt: Pater tuus gravi morbo laborat, estque ex eo moriturus; veni ut hæreditatem capias. At ille respondit: Ego ante eum mundo mortuus sum: mortuus viventis hæres esse non potest.

(65*) *Συγκλητικός τις*, etc. Exstat eo de *Apophthegmate* epigramma Joannis Geometræ, 14 *Paradisi*; quod hic apponi, emendari, atque illustrari meretur.

Ὅτι ἡ ἀκτημοσύνη ἀγνὴ ἐν μοναχοῖς.
Ἦλθ' ἀποταξάμενος κυδίστατος ἐς Σκίτιν ἀνήρ·
Καὶ πολὺ χρῆμα διδοὺς κάλλιπεν οἷ τι μέρος.
Εἶπε δέ τις· Καὶ τὸ πρὶν ἀπώλεσας, ὦ φίλε, κῦδος,
Τερπνὸν ἐὸν, καὶ ὁ δοὺς (scrib. *δόδος*) *οὐκ ἐπ-*
[*έθης ἀθίων.*

Hoc est ex mea interpretatione ad verbum:
Quod inopia pura esse debeat in monachis.

Venit Scetam cum sæculo renuntiasset vir quidam
[*illustrissimus;*
Multisque opibus elargitis, sibi aliquam partem reli-
[*quit.*
Dixit autem nonnemo: O amice, ei priorem gloriam
[*amisisti,*
(quæ jucunda erat; nec ingressus es in vias eorum
[*qui paupertatem profitentur.*

Id est hic et alibi, monachorum; juxta Glossam in Nicetæ Acominati Indice. ἄθιοι, μοναχοί.

(66) *Vit. Patr.* I, 10; Cass. *Inst.* V. 28.
(67) *Vit. Patr.* XI, 18; Cass. *Inst.* V, 29, 31.
(68) *Vit. Patr.* VI, 10; Cass. *Inst.* VII, 19.

De abbate Cronio.

1. Frater ab abbate Cronio petiit, ut ei aliquod verbum proferret. Itaque ait illi : Quando Elisæus venit ad Sunamitidem, invenit eam nihil negotii cum quoquam habentem ; concepit igitur, ac peperit, per adventum Elisæi [93]. Frater dixit : Quid hoc verbum sibi vult ? Respondit senex : Anima cum vigilaverit, et se coercuerit a distractione, reliquerit-que voluntates suas, tunc Spiritus Dei venit ad eam; ac deinde potest gignere : quandoquidem sterilis est.

2. Frater interrogavit abbatem Cronium : Quid faciam oblivioni, quæ in captivitatem ducit mentem meam, nec sinit me sentire, donec adduxerit ad peccatum ? Et ait senex : Quando alienigenæ arcam propter mala opera Israelitarum cepere, traxerunt eam, donec adduxissent ad domum Dagon dei sui [94] ; tuncque ille cecidit in faciem suam. Dicit frater : Quid hoc est ? Tum senex : Si cœperint captivam ducere mentem hominis per proprios ipsius motus, hoc modo eam pertrahunt, donec duxerint super invisibilem affectum. Eo igitur in loco mens constituta, si conversa fuerit, Deum quæsierit, et recordata fuerit æterni judicii, statim cadit affectus, nec amplius comparet. Scriptum enim est : *Cum reversus ingemueris, tunc salvus eris, et scies ubi fueris* [95].

3. Frater percontatus est abbatem Cronium, quonam modo veniat homo ad humilitatem. Ait illi senex : Per timorem Dei. Tum frater excepit : Et per quam rem venit ad timorem Dei ? Respondit senex : Mea quidem sententia, ubi coercuerit se ab omni negotio, et dederit se ad laborem corporis ; quantumque habet virium meminerit exitus e corpore ac judicii divini.

4. Dixit abbas Cronius : Nisi Moyses duxisset eves sub montem Sina, non vidisset ignem in rubo [96]. Senem interrogavit frater : Pro quanam re accipitur rubus ? Responsum dedit : Rubus significat actionem corporalem. Scripturæ enim verba sunt :

Περὶ τοῦ ἀββᾶ Κρονίου.

α'. Ἀδελφὸς ἦφη τῷ ἀββᾷ Κρονίῳ· Εἰπέ μοι ῥῆμα. Καὶ λέγει αὐτῷ, ὅτι Ἐν τῷ ἐλθεῖν τὸν Ἐλισσαῖον πρὸς τὴν Σωμανῆτιν, εὗρεν αὐτὴν μὴ ἔχουσαν πρᾶγμα μετά τινος· συνέλαβεν οὖν, καὶ ἔτεκε διὰ τῆς παρουσίας Ἐλισσαίου. Λέγει δὲ αὐτῷ ὁ ἀδελφός· Τί ἐστι τὸ ῥῆμα τοῦτο ; Καὶ λέγει ὁ γέρων, ὅτι Ἡ ψυχὴ ἐὰν νήψῃ, καὶ συστείλῃ ἑαυτὴν ἀπὸ τοῦ περισπασμοῦ, καὶ καταλείψῃ τὰ θελήματα ἑαυτῆς, τότε τὸ Πνεῦμα τοῦ Θεοῦ παραβάλλει αὐτῇ· καὶ δύναται λοιπὸν γεννῆσαι, ἐπειδὴ στεῖρά ἐστιν.

β'. Ἀδελφὸς ἠρώτησε τὸν ἀββᾶν Κρόνιον· Τί ποιήσω τῇ λήθῃ τῇ αἰχμαλωτιζούσῃ τὸν νοῦν μου, καὶ οὐκ ἐώσῃ με αἰσθάνεσθαι, μέχρι με ἐνέγκῃ κατ' αὐτῆς τῆς ἁμαρτίας ; Καὶ λέγει ὁ γέρων· Ὅτε ἔλαβον οἱ ἀλλόφυλοι τὴν κιβωτὸν διὰ τὴν κακὴν πρᾶξιν τῶν υἱῶν Ἰσραὴλ [97], ἔσυρον αὐτὴν ἕως οὗ ἤνεγκαν αὐτὴν εἰς τὸν οἶκον Δαγὼν τοῦ θεοῦ αὐτῶν· καὶ τότε ἔπεσεν ἐπὶ προσώπου αὐτοῦ. Καὶ λέγει ὁ ἀδελφός· Τί ἐστι τοῦτο ; Ὁ δὲ γέρων εἶπεν, ὅτι Ἐὰν φθάσωσιν αἰχμαλωτίσαι τὸν νοῦν τοῦ ἀνθρώπου διὰ τῶν ἰδίων αὐτοῦ ἀφορμῶν, οὕτως ὑποσύρωσιν αὐτὸν, ἕως ἂν ἐνέγκωσιν αὐτὸν ἐπάνω τοῦ ἀοράτου πάθους. Ἐν ἐκείνῳ οὖν τῷ τόπῳ ἐὰν στραφῇ ὁ νοῦς, καὶ ζητήσῃ τὸν Θεὸν, καὶ μνημονεύσῃ τῆς αἰωνίου κρίσεως [98], εὐθὺς τὸ πάθος πίπτει καὶ ἀφανὲς γίνεται. Γέγραπται γάρ· *Ὅταν ἀποστραφεὶς στενάξῃς, τότε σωθήσῃ, καὶ γνώσῃ ποῦ ἦσθα* (69).

γ'. Ἀδελφὸς ἠρώτησε τὸν ἀββᾶν Κρόνιον· Ποίῳ τρόπῳ ἔρχεται ἄνθρωπος εἰς ταπεινοφροσύνην ; Λέγει αὐτῷ ὁ γέρων, ὅτι διὰ τοῦ φόβου τοῦ Θεοῦ. Λέγει αὐτῷ ὁ ἀδελφός· Καὶ διὰ ποίου πράγματος ἔρχεται εἰς τὸν φόβον τοῦ Θεοῦ ; Λέγει αὐτῷ ὁ γέρων· Τὸ κατ' ἐμὲ, ἵνα συστείλῃ ἑαυτὸν ἀπὸ παντὸς πράγματος, καὶ δώσει ἑαυτὸν εἰς κόπον σωματικὸν, καὶ ὅσην ἔχει ἰσχὺν, μνημονεύσῃ τῆς ἐκ τοῦ σώματος ἐξόδου, καὶ τῆς κρίσεως τοῦ Θεοῦ.

δ'. Εἶπεν ὁ ἀββᾶς Κρόνιος, ὅτι Εἰ μὴ ἦγαγε Μωϋσῆς τὰ πρόβατα ὑπὸ τὸ ὄρος Σινᾶ, οὐκ ἂν ἔβλεπε τὸ πῦρ ἐν τῇ βάτῳ. Ἠρώτησεν ὁ ἀδελφὸς τὸν γέροντα· Εἰς τί λαμβάνεται ἡ βάτος ; Καὶ λέγει αὐτῷ, ὅτι Ἡ βάτος λαμβάνεται εἰς τὴν σωματικὴν πρᾶξιν. Γέ-

[93] IV Reg. IV. [94] I Reg. V. [95] Isa. XXX, 15. [96] Exod. III. [97] Al. Ἡλί. [98] Al. κολάσεως

(69) *Ὅταν ἀποστραφεὶς στενάξῃς, τότε σωθήσῃ, καὶ γνώσῃ ποῦ ἦσθα.* Eodem modo nunc in LXX, Is. XXX, 15. Citat Cyrillus Hierosol. Catech. 2 : Ὅταν ἐπιστραφεὶς στενάξῃ, τότε σωθήσῃ. Gregorius vero Nazianzenus orat. 17 : Ἐὰν ἐπιστραφεὶς στενάξῃς πρὸς Κύριον, τότε σωθήσῃ. Theodoritus *in Psalm.* CXVIII, 76 ; necnon Liber Asceticus Maximi n. 40 : Ὅταν ἀποστραφῇς καὶ στενάξῃς, τότε σωθήσῃ. Idem Theodoritus *in Isaiam*, ὅταν ἀναστραφεὶς στενάξῃς. *Cum conversus ingemueris, tunc salvus eris.* Cœlestinus epist. 2, num. 2 ; Leo *epist. ad Theodorum : Cum conversus ingemueris, tunc salvus eris, et scies ubi fueris.* Apud Luciferum *De regibus apostaticis* paulo ante finem. In Gregorio Magno lib. VII, indict. 2, epist. 54 : *In quacunque die conversus ingemueris, tunc salvus eris.* Et inter opera S. Augustini tom. IV, libro *De vera et falsa pœnitentia*, cap. 17 : *Quacunque hora peccator ingemuerit et conversus fuerit, vita vivet ;* tom. IX, *De conflictu vitiorum et virtutum*, cap. 15 : *In quacunque die peccator conversus ingemuerit, salvus erit ;* epistola 3 Paciani : *Illud Isaiæ : Cum conversus ingemueris, tunc salvaberis, et scies ubi fueris.* Ruricii epistola 31, libri II : *Peccator enim qua die conversus ingemuerit, tunc salvus erit.* Varie in homiliis Cæsarii Arelatensis, quas publico bono evulgavit v. cl. Stephanus Baluzius, hom. 2 et 13 : *In quacunque die conversus ingemueris, salvus eris.* Et : *In quacunque die ingemueris, salvus eris.* Vel : *Cum conversus ingemueris, salvus eris.* Denique notabiliter Chrodebertus Turonensis in judicio de muliere adultera, quod debemus diligentiæ Paschasii Quesnelli, presbyteri pietate ac doctrina præstantis : *Ad hæc verba confirmanda*, inquit, *testis est excellentissimus propheta, qui Spiritu Dei plenus dicit :* « Peccator in quacunque die, in quacunque hora conversus fuerit et ingemuerit, omnia peccata sua oblivioni traduntur. »

γραπται γὰρ, ὅτι *Ὁμοία ἐστὶν ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν θησαυρῷ κεκρυμμένῳ ἐν ἀγρῷ.* Λέγει ὁ ἀδελφὸς τῷ γέροντι· Οὐκοῦν ἐκτὸς καμάτου σωματικοῦ οὐ προκόπτει ἄνθρωπος εἰς τινα τιμήν; Λέγει αὐτῷ ὁ γέρων· Τέως γέγραπται· *Ἀφορῶντες εἰς τὸν τῆς πίστεως ἀρχηγὸν καὶ τελειωτὴν Ἰησοῦν, ὃς ἀντὶ τῆς προκειμένης αὐτῷ χαρᾶς ὑπέμεινε σταυρόν.* Καὶ πάλιν Δαβὶδ λέγει· *Εἰ δώσω ὕπνον τοῖς ὀφθαλμοῖς μου, καὶ τοῖς βλεφάροις μου νυσταγμόν·* καὶ τὰ ἑξῆς.

ε'. Εἶπεν ὁ ἀββᾶς Κρόνιος, ὅτι Διηγήσατο ἡμῖν ὁ ἀββᾶς Ἰωσὴφ ὁ τοῦ Πηλουσίου, ὅτι Καθημένου μου εἰς τὸ Σινᾶ, ἦν ἐκεῖ ἀδελφὸς καλὸς καὶ ἀσκητὴς, ἀλλὰ καὶ κατὰ τὸ σῶμα εὐειδής· καὶ ἤρχετο εἰς τὴν ἐκκλησίαν εἰς τὴν σύναξιν, φορῶν πολύῤῥαφον καὶ μικρὸν μαφόριον παλαιόν. Καὶ θεωρῶν αὐτὸν καθάπαξ οὕτως εἰς τὴν σύναξιν ἐρχόμενον, λέγω αὐτῷ· Ἀδελφὲ, οὐ βλέπεις τοὺς ἀδελφοὺς, πῶς εἰσιν ὡς ἄγγελοι εἰς τὴν σύναξιν ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ; πῶς σὺ πάντοτε οὕτως ἔρχῃ ὧδε[99]; Ὁ δὲ ἔφη· Συγχώρησόν μοι, ἀββᾶ, ὅτι οὐκ ἔχω ἄλλα. Ἔλαβον οὖν αὐτὸν ἐν τῷ κελλίῳ μου, καὶ ἔδωκα αὐτῷ λεβίτωνα καὶ εἴ τι ἄλλο ἔχρῃζε· καὶ ἐφόρει λοιπὸν ὡς καὶ οἱ λοιποὶ ἀδελφοὶ, καὶ ἦν ἰδεῖν αὐτὸν ὡς ἄγγελον. Ἐγένετο δέ ποτε χρεία τοῖς Πατράσιν, ἀποστεῖλαι δέκα ἀδελφοὺς πρὸς τὸν βασιλέα διά τινα χρείαν· καὶ ἐψηφίσαντο καὶ αὐτὸν μετὰ τῶν ὑπαγόντων. Ὡς δὲ ἤκουσεν, ἔβαλε μετάνοιαν τοῖς Πατράσι, λέγων· Διὰ τὸν Κύριον συγχωρήσατέ μοι, ὅτι δοῦλός εἰμί τινος μεγάλου τῶν ἐκεῖ· καὶ ἐὰν γνωρίσῃ με, ἀποσχηματίζει με, καὶ φέρει πάλιν εἰς τὸ δουλεύειν αὐτῷ. Μετὰ οὖν τὸ πεισθῆναι τοὺς Πατέρας, καὶ ἀφεῖναι αὐτὸν, ἔμαθον ὕστερον παρά τινος ἀκριβῶς ἐπισταμένου αὐτὸν, ὅτι ὅτε ἦν ἐν τῷ κόσμῳ, ἔπαρχος πραιτωρίων ὑπῆρχε· καὶ ἵνα μὴ γνωσθῇ, καὶ ὄχλησιν εὕρῃ ἐκ τῶν ἀνθρώπων, τοῦτο προεφασίσατο. Τοσαύτη ἦν σπουδὴ τοῖς Πατράσι, φεύγειν τὴν δόξαν καὶ τὴν ἀνάπαυσιν τοῦ κόσμου τούτου.

Simile est regnum cœlorum thesauro abscondito in agro[1]. Iterum frater seni : Ergo absque corporali labore non procedit homo ad aliquid honoris ? Et senex : Utique scriptum est : *Aspicientes in auctorem fidei, et consummatorem Jesum, qui proposito sibi gaudio sustinuit crucem*[2]. Rursusque David dicit : *Si dedero somnum oculis meis, et palpebris meis dormitationem*[3] et quæ sequuntur.

5. Verba abbatis Cronii. Ita narravit nobis abbas Joseph Pelusii : Cum in Sina residerem, erat illic frater præclarus et in vita ascetica excellens, præterea corpore speciosus. Is cum in ecclesiam ad synaxim veniret, gestabat parvum ac vetus maphorium plenum suturis. Quem semel intuitus hoc habitu pergentem ad collectam, dico ei : Frater, nonne vides fratres, quomodo ad synaxim in ecclesia adstant velut angeli ? Qua ratione tu omnino huc accedis ad hunc modum ? At ille ait : Ignosce mihi, abba, alias vestes non habeo. Assumpsi ergo eum in cellam meam, et dedi levitonem cum cæteris quibus indigebat : unde deinceps indutus erat sicut reliqui fratres ; et cernere erat eum velut angelum. Contigit autem aliquando ut necesse esset Patribus decem fratres ad imperatorem mittere ob aliquod negotium ; atque hunc etiam decreverunt cum aliis pergere. Quod ubi audivit, coram Patribus prostravit se, dicens : Propter Dominum, ignoscite mihi ; sum enim cujusdam ex aulæ proceribus servus ; qui si agnoverit me, habitu monachi spoliabit, cogetque ad iterum serviendum ei. Cum igitur Patres persuasi fuissent, ac dimisissent eum, postea per quemdam cui bene notus erat compererunt, quod quando in sæculo degebat, præfectus prætorio exstitisset ; verum ne cognosceretur, atque molestiam ex hominibus caperet, id prætexuerat. Tanto Patres tenebantur studio fugiendi tum gloriam, tum hujusce mundi requiem.

Περὶ τοῦ ἀββᾶ Καρίωνος.

α'. Εἶπεν ὁ ἀββᾶς Καρίων (70), ὅτι Πολλοὺς κόπους ἐποίησα[1], πλέον τοῦ υἱοῦ μου Ζαχαρίου, καὶ οὐκ ἔφθασα εἰς τὰ μέτρα αὐτοῦ, ἐν τῇ ταπεινώσει καὶ ἐν τῇ σιωπῇ αὐτοῦ.

β'. Γέγονέ τις ἐν τῇ Σκήτει μοναχὸς, ἀββᾶς Καρίων λεγόμενος. Οὗτος ἐσχηκὼς δύο τέκνα, ἐάσας αὐτὰ τῇ ἰδίᾳ γυναικὶ, ἀνεχώρησε. Μετὰ δὲ καιρὸν, λιμοῦ γενομένου ἐν τῇ Αἰγύπτῳ, στενωθεῖσα ἡ γυνὴ αὐτοῦ, ἦλθεν ἐν τῇ Σκήτει φέρουσα τὰ δύο παιδία μεθ' ἑαυτῆς (ἦν δὲ τὸ ἓν ἀῤῥενικὸν λεγόμενον Ζαχαρίας, καὶ τὸ ἓν θηλυκὸν), καὶ καθίσασα πόῤῥωθεν τοῦ γέροντος ἐν τῷ ἔλει· Ἕλος γὰρ παράκειται ἐν τῇ Σκήτει, ἔνθα καὶ αἱ ἐκκλησίαι ᾠκοδόμηνται, καὶ αἱ πηγαὶ τῶν

1. (71) Dixit abbas Cario : Multo plures in virtute labores suscepi quam filius meus Zacharias, nec ad ejus meritorum mensuram perveni, in humilitate et silentio ipsius.

2. (72) Exstitit in Sceti quidam monachus, nomine abbas Cario. Hic duos liberos cum suscepisset, relinquens eos uxori suæ, ad vitam monasticam secessit. Postea fame per Ægyptum contingente, ad angustias redacta uxor ejus, Scetim venit cum duobus liberis : quorum unus mas erat, Zacharias dictus, alter femina. Et sedebat longe a sene in palude ; palus enim adjacet Sceti, ubi ecclesiæ ædificatæ sunt et fontes scaturiunt. Porro

[99] Al. add. παλαιὰ φορῶν. [1] Al. inser. σωματικούς. [1] Matth. XIII, 44. [2] Hebr. XII, 2. [3] Psal. CXXXI. 4.

(70) *Ὁ ἀββᾶς Καρίων.* Corrupte apud Pelagium interpretem vocatur Serapion.

(71) *Vit. Patr.* XV, 16.
(72) *Viridar.* Raderi, III, 6, 1.

hæc in Sceti consuetudo invaluerat, ut si accessisset mulier ad loquendum fratri vel alteri necessario suo, procul invicem sedentes colloquerentur : tunc mulier ait abbati Carioni : Ecce factus es monachus, et fames evenit. Quis ergo alet liberos tuos? Respondit abbas Cario : Illos mihi huc mitte. Dicit mulier liberis : Abite ad patrem vestrum. Itaque venerunt ad patrem suum ; sed quæ femina erat ad matrem reversa est, mas vero mansit cum patre. Tunc ad uxorem : Ecce, inquit, bene actum est ; accipe tu puellam, et abi, ego puerum retinebo. Nutriebat igitur eum in Sceti, cunctis scientibus quod esset illius filius. Ut autem processit ætate, ortum est de eo murmur in fraternitate. Quo audito abbas Cario filium sic allocutus est : Zacharia, surge, abeamus hinc, quia murmurant Patres. Tum ei puer : Abba, cuncti hic norunt me esse filium tuum ; si ad alium locum perrexerimus, non habebunt dicere quod filius tuus sim. Tum senex : Surge, discedamus. Et in Thebaidem profecti sunt. Ubi cum accepta cella paucos dies mansissent, illic quoque idem murmur de puero exortum est. Dicit ei turpe pater ejus : Zacharia, surge, redeamus ad Scetim. Quo illis adventantibus, post dies paucos iterum de eodem murmur factum est. Tunc Zacharias puer, profectus ad stagnum nitri, exutis vestibus, in illud descendit, immersitque se ad nares usque ; et cum durasset per multum tempus, quandiu scilicet potuit, confecit abolevitque corpus suum : factus enim est tanquam leprosus. Ergo rediens gestavit vestimenta sua, abiitque ad patrem, a quo vix agnosci potuit. Cæterum cum ad sanctam communionem de more processisset, revelatum est sancto Isidoro Sceteos presbytero, quod fecerat : quocirca intuitus eum, et admiratus infit : Zacharias puer superiori Dominica venit et communionem sumpsit velut homo ; nunc vero tanquam angelus effectus est.

A

B

C

De abbate Copre.

1. Dixit abbas Pœmen de abbate Copre, quod ad tantam pervenerat virtutis magnitudinem, ut quamvis ægrotaret ac lecto decumberet, tamen gratias ageret, inhiberetque propriam voluntatem.

2. Dixit abbas Copres : Beatus qui cum gratiarum actione tolerat laborem.

3. (73) Congregati sunt aliquando qui in Sceti degebant, ob quæstionem de Melchisedece, et obliti sunt vocare abbatem Coprem ; postea autem vocato eo, ea de re interrogabant. Ille vero ter percutiens os suum, dixit : Væ tibi, Copre, væ tibi, Copre, væ tibi, Copre ! quod ea reliquisti quæ tibi mandavit Deus ut faceres, et scrutaris quæ non requirit a te. Quibus auditis fratres, fugerunt in cellas suas.

D

ὑδάτων εἰσί. Συνήθεια δὲ τοιαύτη ἦν ἐν τῇ Σκήτει, ἵνα ἔλθῃ γυνὴ, λαλῆσαι ἀδελφῷ αὐτῆς, ἢ ἄλλῳ διαφέροντι αὐτῇ, ἀπὸ μακρόθεν καθεζομένων αὐτῶν ἀπ' ἀλλήλων ὁμιλῶσιν ἀλλήλοις. Τότε λέγει ἡ γυνὴ τῷ ἀββᾷ Καρίωνι· Ἰδοὺ γέγονας μοναχὸς, καὶ λιμὸς ἐστι· τίς οὖν τρέφει τὰ τέκνα σου ; Λέγει αὐτῇ ὁ ἀββᾶς Καρίων· Καὶ ἀπόστειλόν μοι αὐτὰ ὧδε. Λέγει ἡ γυνὴ τοῖς τέκνοις· Ἀπέλθετε πρὸς τὸν πατέρα ὑμῶν. Ἐρχομένων οὖν αὐτῶν πρὸς τὸν πατέρα αὐτῶν, τὸ θηλυκὸν ὑπέστρεψε πρὸς τὴν μητέρα αὐτοῦ, τὸ δὲ ἀρρενικὸν ἦλθε πρὸς τὸν ἴδιον πατέρα. Τότε λέγει αὐτῇ· Ἰδοὺ καλῶς ἐγένετο· λάβε σὺ τὸ θηλυκὸν καὶ ἄπελθε, κἀγὼ τὸ ἀρρενικόν. Ἀνέτρεφεν οὖν αὐτὸ ἐν τῇ Σκήτει, πάντων εἰδότων ὅτι τέκνον αὐτοῦ ἐστιν. Ὡς δὲ ἡλικίας [5] γέγονε, γογγυσμὸς ἐγένετο ἐν τῇ ἀδελφότητι περὶ αὐτοῦ. Καὶ ἀκούσας ὁ ἀββᾶς Καρίων, λέγει τῷ τέκνῳ αὐτοῦ· Ζαχαρία, ἔγειρε, ἄγωμεν ἐντεῦθεν, ὅτι γογγύζουσιν οἱ Πατέρες. Λέγει αὐτῷ ὁ μικρός· Ἀββᾶ, πάντες οἴδασιν ἐνταῦθα ὅτι υἱός σού εἰμι· ἐὰν δὲ ἄλλῃ ἀπέλθωμεν, οὐκ ἔχουσι λέγειν ὅτι υἱός σού εἰμι. Καὶ λέγει αὐτῷ ὁ γέρων· Ἔγειρε, ἄγωμεν ἐντεῦθεν. Καὶ ἀπῆλθον ἐν τῇ Θηβαΐδι. Ὡς δὲ λαβόντες κελλίον ἐκάθισαν ὀλίγας ἡμέρας, κἀκεῖ ὁ αὐτὸς γογγυσμὸς γέγονε περὶ τοῦ παιδίου. Τότε λέγει αὐτῷ ὁ πατὴρ αὐτοῦ· Ζαχαρία, ἔγειρε, ἄγωμεν ἐν τῇ Σκήτει. Καὶ ἐλθόντων αὐτῶν ἐν τῇ Σκήτει, καὶ ὀλίγων ἡμερῶν παρελθουσῶν, πάλιν γογγυσμὸς ἐγένετο περὶ αὐτοῦ. Τότε Ζαχαρίας ὁ παῖς, ἐλθὼν εἰς τὴν λίμνην τοῦ νίτρου, καὶ ἀποδυσάμενος, κατῆλθε κάτω μέχρι τῆς ῥινὸς αὐτοῦ καταβαπτίσας ἑαυτόν· καὶ μείνας ἐπὶ πολλὴν ὥραν, ὅσην ἠδύνατο, ἠφάνισε τὸ ἑαυτοῦ σῶμα· γέγονε γὰρ ὡς λελωβημένος. Καὶ ἀνελθὼν ἐφόρεσε τὰ ἱμάτια αὐτοῦ, καὶ ἀπῆλθε πρὸς τὸν ἴδιον πατέρα· καὶ μόλις ἐπέγνω αὐτόν. Ἀπελθόντος δὲ αὐτοῦ εἰς τὴν ἁγίαν κοινωνίαν κατὰ τὸ ἔθος, ἀπεκαλύφθη τῷ ἁγίῳ Ἰσιδώρῳ τῷ πρεσβυτέρῳ τῆς Σκήτεως, ὅπερ ἐποίησε· καὶ ἰδὼν αὐτὸν καὶ θαυμάσας, εἶπε· Ζαχαρίας ὁ παῖς τῇ Κυριακῇ παρελθούσῃ ἦλθε καὶ ἐκοινώνησεν ὡς ἄνθρωπος, νῦν δὲ ὡς ἄγγελος ἐγένετο.

Περὶ τοῦ ἀββᾶ Κόπρι.

α'. Ἔλεγεν ὁ ἀββᾶς Ποιμὴν διὰ τὸν ἀββᾶν Κόπριν, ὅτι εἰς τοσοῦτον ἦλθε μέτρον, ὅτι ἠσθένει καὶ κλινήρης ἦν, καὶ εὐχαρίστει, καὶ ἐκώλυε τὸ ἴδιον θέλημα.

β'. Εἶπεν ὁ ἀββᾶς Κόπρις· Μακάριος ὁ ὑπομένων κόπον μετ' εὐχαριστίας.

γ'. Συνήχθησάν ποτε οἱ ἐν τῇ Σκήτει [6] περὶ τοῦ Μελχισεδὲκ, καὶ ἐπελάθοντο καλέσαι τὸν ἀββᾶν Κόπριν [7]· ὕστερον δὲ καλέσαντες αὐτὸν, ἠρώτων περὶ τούτου. Ὁ δὲ, τύψας τὸ στόμα [8] αὐτοῦ ἐπὶ τρεῖς, εἶπεν· Οὐαί σοι, Κόπρι [9] ! ὅτι ἃ ὁ Θεὸς ἐνετείλατό σοι ποιῆσαι ἐγκατέλειπες, καὶ ἃ οὐ ζητεῖ παρὰ σοῦ ἐρευνᾷς. Καὶ ἀκούσαντες οἱ ἀδελφοὶ ταῦτα, ἔφυγον εἰς τὰ κελλία αὐτῶν.

[5] Al. ἐν ἡλικίᾳ. [6] Al. inser. συζητοῦντες. [7] Al. Κόπρην. [8] Al. πρόσωπον. [9] Al. Κόπρη.

(73) *Vit. Patr.* xv, 24.

Περὶ τοῦ ἀββᾶ Κύρου.

Πρὸς τὸν λογισμὸν τῆς πορνείας, ἐπερωτηθεὶς ὁ ἀββᾶς Κῦρος ὁ Ἀλεξανδρεὺς, ἀπεκρίνατο οὕτως· Ἐὰν λογισμὸν οὐκ ἔχῃς, ἐλπίδα οὐκ ἔχεις· ἐὰν λογισμοὺς οὐκ ἔχῃς, πρᾶξιν ἔχεις. Τοῦτο δέ ἐστιν, ὅτι ὁ κατὰ διάνοιαν πρὸς τὴν ἁμαρτίαν μὴ πολεμῶν, μηδὲ ἀντιλέγων, σωματικῶς πράττει αὐτήν. Ὁ γὰρ ἔχων πράξεις διὰ λογισμῶν οὐκ ὀχλεῖται. Ἠρώτησε δὲ ὁ γέρων τὸν ἀδελφὸν, λέγων. Μὴ συνήθειαν ἔχεις εἰς ὁμιλίαν γυναικός; Καὶ εἶπεν ὁ ἀδελφός· Οὔ· παλαιοὶ καὶ νέοι ζωγράφοι εἰσὶν οἱ λογισμοί μου· μνῆμαί εἰσιν ὀχλοῦσαί μοι, καὶ γυναικῶν εἴδωλα. Ὁ δὲ γέρων πρὸς αὐτόν· Νεκροὺς μὴ φοβοῦ· ἀλλὰ τοὺς ζῶντας φεῦγε, καὶ ἐπεκτείνου μᾶλλον εἰς προσευχήν.

A

De abbate Cyro.

(74) Interrogatus abbas Cyrus Alexandrinus circa fornicationis cogitationem, respondit ad hunc modum : Si cogitationem non habueris, spe cares : si cogitationibus destitutus es, actionem tenes. Hoc autem est : quod qui in mente contra peccatum non pugnat, nec ei obsistit, corpore illud perpetrat. Etenim qui operibus complet, non patitur molestiam ex cogitationibus. Interrogavit autem senex fratrem : Num consuevisti cum muliere? Respondit frater : Non; veteres ac novi pictores sunt cogitationes meæ; recordationes sunt quæ mihi molestiam exhibent, necnon mulierum simulacra. Tum senex ad eum : Mortuos ne timeas, sed fuge vivos, magisque preces protende.

B

Ἀρχὴ τοῦ Λ στοιχειου.

Principium litteræ L.

Περὶ τοῦ ἀββᾶ Λουκίου.

De abbate Lucio.

Παρέβαλόν ποτέ τινες τῷ ἀββᾷ Λουκίῳ [10] εἰς τὸ Ἔνατον, οἱ λεγόμενοι Εὐχτῖται [11], μοναχοί· καὶ ἠρώτησεν αὐτοὺς ὁ γέρων· Τί τὸ ἐργόχειρον ὑμῶν; Οἱ δὲ εἶπον· Ἡμεῖς οὐ ψηλαφῶμεν ἐργόχειρον· ἀλλὰ, καθὼς λέγει ὁ Ἀπόστολος, ἀδιαλείπτως προσευχόμεθα. Καὶ λέγει ὁ γέρων· Οὐκ ἐσθίετε; Καὶ εἶπον· Ναί. Καὶ λέγει αὐτοῖς· Ὅτε οὖν ἐσθίετε, τίς εὔχεται ὑπὲρ ὑμῶν; Πάλιν οὖν εἶπεν αὐτοῖς· Οὐ κοιμᾶσθε; Καὶ εἶπον· Ναί. Καὶ λέγει ὁ γέρων· Ὅτε οὖν κοιμᾶσθε, τίς εὔχεται περὶ [12] ὑμῶν; Καὶ οὐχ εὗρον πρὸς ταῦτα ἀποκρίνασθαι αὐτῷ. Καὶ εἶπεν αὐτοῖς· Συγχωρήσατέ μοι, ἰδοὺ οὐ ποιεῖτε καθὼς λέγετε. Ἐγὼ δὲ δεικνύω ὑμῖν, ὅτι ἐργαζόμενος τὸ ἐργόχειρόν μου ἀδιαλείπτως προσεύχομαι. Καθέζομαι σὺν Θεῷ βρέξας τὰ μικρά μου θαλλία [13]· καὶ πλέκων αὐτὰ σειρὰν, λέγω· *Ἐλέησόν με, ὁ Θεὸς, κατὰ τὸ μέγα ἔλεός σου, καὶ κατὰ τὸ πλῆθος τῶν οἰκτιρμῶν σου ἐξάλειψον τὸ ἀνόμημά μου.* Καὶ λέγει αὐτοῖς· Οὐκ ἔστιν εὐχὴ τοῦτο; Καὶ εἶπον· Ναί. Καὶ εἶπεν αὐτοῖς· Ὅταν οὖν ἐμμείνω δι' ὅλης ἡμέρας ἐργαζόμενος καὶ εὐχόμενος, ποιῶ πλεῖον ἢ ἔλαττον δεκαὲξ νουμία (73*)· καὶ παρέχω ἐξ αὐτῶν εἰς τὴν θύραν δύο, καὶ τὰ λοιπὰ ἐσθίω· καὶ εὔχεται ὑπὲρ ἐμοῦ ὁ λαβὼν τὰ δύο νουμία ὅτε ἐσθίω ἢ ὅτε κοιμῶμαι· καὶ διὰ τῆς χάριτος τοῦ Θεοῦ πληροῦταί μοι τὸ ἀδιαλείπτως προσεύχεσθαι.

C

(75) Venerunt aliquando nonnulli ad abbatem Lucium in Enato, ex iis qui dicuntur Euctitæ, monachi; et interrogavit eos senex : Quidnam manibus operamini? Responderunt : Nos non contingimus manuum opus; sed sicut præcipit Apostolus [15], oramus sine intermissione. Ait senex : Nonne manducatis? Illi : Etiam, manducamus. Senex : Quando igitur comeditis, quis pro vobis orat? Iterum ille ad eos : Non dormitis? Exceperunt : Ita est, dormimus. Tum senex : Quando ergo dormitis, quis pro vobis orat? Nec invenerunt quid ad illa responsi darent. Dixit eis : Ignoscite mihi; ecce non facitis juxta sermonem vestrum. Ego vero ostendam vobis, quod opus manuum mearum dum exerceo, oro sine intermissione. Cum Deo sedeo intinguens meos ramulos; eosque in plectam connectens, aio : *Miserere mei, Deus, secundum magnam misericordiam tuam, et secundum multitudinem miserationum tuarum dele iniquitatem meam* [16]. Nonne id oratio est? Responderunt : Est. Iterum : Cum ergo permansero tota die operans et orans, conficio plus minus sedecim nummos; ac ex iis duos in porta præbeo, reliquos insumo in cibum : qui autem accepit duos nummos, orat pro me, quando comedo aut dormio : atque per Dei gratiam adimpletur mihi illud, sine intermissione orare.

Περὶ τοῦ ἀββᾶ Λὼτ.

α'. Ἦλθέ τις τῶν γερόντων πρὸς τὸν ἀββᾶν Λὼτ, πρὸς [14] τὸ μικρὸν ἕλος τοῦ Ἀρσενοΐτου, καὶ παρεκάλεσεν αὐτὸν διὰ κελλίον, καὶ ἔδωκεν αὐτῷ. Ἦν δὲ ὁ γέρων ἀσθενής· καὶ ἀνέπαυσεν αὐτὸν ὁ ἀββᾶς Λὼτ· καὶ εἰ ἤρχοντό τινες παραβαλεῖν τῷ ἀββᾷ Λὼτ, ἐποίει αὐτοὺς παραβαλεῖν καὶ τῷ γέροντι τῷ ἀσθενεῖ. Καὶ ἤρξατο λαλεῖν αὐτοῖς λόγους τοῦ Ὠριγένους· καὶ ἐθλίβετο ὁ ἀββᾶς Λὼτ, λέγων· Μὴ καὶ νομίσωσιν οἱ

D

De abbate Loto.

1. Accessit senum aliquis ad abbatem Lot, in parvam paludem Arsenoitæ, et rogavit eum per cellam, deditque illi. Ægrotabat autem senex; ac refecit eum : quod si venissent aliqui congressuri cum abbate Loto, efficiebat ut etiam visitarent senem infirmum. Cœpit ergo eis loqui sermones Origenis : qua de causa abbas Lot affligebatur : Ne, inquiens, Patres existiment nos quoque ita

[10] Al. inser. τῷ. [11] Al. Εὐχῖται et Εὐχῆται. [12] Al. ὑπέρ. [13] Al. ἐμαυτῷ θαλλία μικρά. [14] Al. εἰς. [15] I Thess. v, 17. [16] Psal. L, 2, 3.

(73*) *Ποιῶ πλεῖον ἢ ἔλαττον δεκαὲξ νουμία.* Ad verbum Pelagius : *Facio plus minus sedecim nummos.* Ex sensu Rufinus : *Cumque percomplevero opera manuum mearum, et aliqua vasa aut paucos funiculos emero, et fecero ex eis nummos decem.* Sanavi locum, qui transpositione laborabat.

(74) In Ephræm p. 387, n. 10.

(75) *Vit. Patr.* XII, 9.

sentire : attamen non audebat hominem e loco ejicere, propter mandatum Dei. Surgens itaque abbas Lot, perrexit ad abbatem Arsenium, narravitque ei de sene. Ait abbas Arsenius : Noli expellere, sed dicito ei : Ecce e bonis Dei manduca, bibe, prout volueris ; tantum hos sermones ne proloquaris : quod si voluerit, emendabitur; si vero noluerit emendare se, sponte rogaturus est ut e loco secedat, nec tu futurus es discessus causa. Itaque reversus abbas Lot, ita fecit. Tum senex postquam audivit hæc, noluit corrigi; sed cœpit rogare, dicens : Propter Dominum, hinc me ablegate; nec enim amplius valeo sustinere solitudinem. Atque sic exsurgens egressus est, deductus cum charitate.

2. Narravit aliquis de quodam fratre in peccatum lapso, quod congressus cum abbate Leto, conturbaretur, ingrediens, egrediens, nec valens sedere. Dicit ei abbas Lot : Quid habes, frater? Ille : Magnum delictum commisi, nec possum edicere Patribus. Et senex : Confitere mihi illud, ego portabo. Tunc ita locutus est : Incidi in fornicationem ; ac ut voti compos essem, mactavi. Ait illi senex : Confide quod sit pœnitentia : vade, sede in spelunca, per bidua cibo abstine, ego tecum portabo dimidium peccati. Itaque completis tribus hebdomadibus, plenam accepit cognitionem senex, quod fratris pœnitentiam Deus admisisset. Ille perseveravit in submissione senis usque ad mortem.

De abbate Longino.

1. (76) Interrogavit aliquando abbas Longinus abbatem Lucium de tribus cogitationibus, aiens : Volo peregrinari. Dicit ei senex : Nisi continueris linguam tuam, non eris peregrinus, quocunque abieris. Itaque hic contine linguam, et peregrinus es. Ait iterum Longinus : Volo jejunare. Respondit senex : Dictum Isaiæ prophetæ est : *Si incurvaveris quasi torquem et circulum collum tuum, nec sic vocabitur jejunium acceptum* [17]. Sed potius coerce pravas cogitationes. Ait tertio : Volo fugere homines. Senex responsum reddidit : Nisi prius cum hominibus recte vixeris, non potes in vita solitaria bene agere.

2. Monuit abbas Longinus : Semel morbo affectus, dic : Et vexare, et morere ; quod si a me petieris extra tempus manducare, neque tibi quotidianum alimentum præbebo.

3. Mulier quædam, quæ in mamma morbum gerebat, qui cancer appellatur, cum de abbate Longino fama accepisset, quærebat ut ei obviam fieret. Sedebat autem ille ad nonum ab Alexandria lapidem. Inquirente ergo muliere, accidit ut beatus ille ad mare ligna colligeret. Quem inventum, ita

A Πατέρες, ὅτι καὶ ἡμεῖς οὕτως ἐσμέν· καὶ ἐκβαλεῖν αὐτὸν ἐκ τοῦ τόπου ἐφοβεῖτο διὰ τὴν ἐντολήν. Καὶ ἀναστὰς ὁ ἀββᾶς Λὼτ, ἦλθε πρὸς τὸν ἀββᾶν Ἀρσένιον, καὶ διηγήσατο αὐτῷ περὶ τοῦ γέροντος. Καὶ λέγει αὐτῷ ὁ ἀββᾶς Ἀρσένιος· Μὴ διώξῃς αὐτὸν, ἀλλ' εἰπὲ αὐτῷ· Ἰδοὺ ἐκ τῶν τοῦ Θεοῦ φάγε, πίε, ὡς θέλεις, μόνον τὸν λόγον τοῦτον μὴ λαλήσῃς· καὶ ἐὰν θέλῃ, διορθοῦται· εἰ δὲ μὴ θέλῃ διορθώσασθαι, ἀφ' ἑαυτοῦ μέλλει παρακαλεῖν τοῦ ἀναχωρῆσαι ἐκ τοῦ τόπου· καὶ οὐκ ἀπὸ σοῦ γίνεται ἡ ἀφορμή. Ἀπελθὼν οὖν ὁ ἀββᾶς Λὼτ ἐποίησεν οὕτως. Καὶ ὁ γέρων ὡς ἤκουσε ταῦτα, οὐκ ἤθελε διορθώσασθαι· ἀλλ' ἔβαλε παρακαλεῖν λέγων· Διὰ τὸν Κύριον πέμψατέ [18] με ἐντεῦθεν, ὅτι οὐκ ἔτι δύναμαι βαστάξαι τὴν ἔρημον. Καὶ οὕτως ἀναστὰς ἐξῆλθε, προπεμπόμενος μετὰ ἀγά-

B πης.

β'. Διηγήσατό τις περί τινος ἀδελφοῦ ἐμπεσόντος εἰς ἁμαρτίαν, ὅτι παραβάλλων τῷ ἀββᾷ Λὼτ, ἐταράσσετο εἰσερχόμενος καὶ ἐξερχόμενος, μὴ δυνάμενος καθίσαι. Καὶ λέγει αὐτῷ ὁ ἀββᾶς Λώτ· Τί ἔχεις, ἀδελφέ; Ὁ δὲ εἶπεν· Ἁμαρτίαν μεγάλην ἐποίησα, καὶ οὐ δύναμαι ἐξειπεῖν τοῖς Πατράσι. Λέγει ὁ γέρων· Ὁμολόγησόν μοι αὐτὴν, κἀγὼ βαστάζω αὐτήν. Τότε εἶπεν αὐτῷ· Εἰς πορνείαν ἔπεσον, καὶ ἔθυσα τοῦ τυχεῖν τοῦ πράγματος. Καὶ λέγει αὐτῷ ὁ γέρων· Θάρσει ὅτι ἔστι μετάνοια· ὕπαγε, κάθου εἰς τὸ σπήλαιον, καὶ νήστευσον δύο δύο, κἀγὼ βαστάζω μετὰ σοῦ τὸ ἥμισυ τῆς ἁμαρτίας. Πληρωθεισῶν οὖν τῶν τριῶν ἑβδομάδων, ἐπληροφορήθη ὁ γέρων ὅτι ἐδέξατο ὁ

C Θεὸς τὴν μετάνοιαν τοῦ ἀδελφοῦ. Καὶ ἔμεινεν ὑποτασσόμενος τῷ γέροντι ἕως τοῦ θανάτου αὐτοῦ.

Περὶ τοῦ ἀββᾶ Λογγίνου.

α'. Ἠρώτησεν ὁ ἀββᾶς Λογγῖνος τὸν ἀββᾶν Λούκιόν ποτε τρεῖς λογισμοὺς, λέγων· Θέλω ξενιτεῦσαι. Λέγει αὐτῷ ὁ γέρων· Ἐὰν μὴ κρατήσῃς τῆς γλώσσης σου, οὐκ εἶ ξένος, ὅπου ἐὰν ἀπέλθῃς. Καὶ ὧδε οὖν κράτησον τῆς γλώσσης σου, καὶ ξένος εἶ. Λέγει αὐτῷ πάλιν· Θέλω νηστεῦσαι. Ἀπεκρίθη ὁ γέρων· Εἶπεν Ἡσαΐας ὁ προφήτης· *Ἐὰν κάμψῃς ὡς κλοιὸν καὶ κρίκον τὸν τράχηλόν σου, οὐδὲ οὕτως κληθήσεται νηστεία δεκτή*· ἀλλὰ μᾶλλον κράτησον τῶν πονηρῶν λογισμῶν. Λέγει αὐτῷ τὸ τρίτον· Θέλω φυγεῖν τοὺς ἀνθρώπους. Ἀπεκρίθη ὁ γέρων· Ἐὰν μὴ πρῶτον κατορθώσῃς μετὰ τῶν ἀνθρώπων, οὐδὲ καταμό-

D νας δύνασαι κατορθῶσαι.

β'. Εἶπεν ὁ ἀββᾶς Λογγῖνος· Ἅπαξ κακωθεὶς λέγε, Καὶ κακώθητι, καὶ ἀπόθανον· ἐὰν δὲ ἀπαιτήσῃς με παρὰ καιρὸν φαγεῖν, οὐδὲ τὴν καθημερινήν σοι τροφὴν προσφέρω.

γ'. Γυνή τις ἔχουσα πάθος κατὰ τοῦ μασθοῦ αὐτῆς, τὸ λεγόμενον καρκίνον, ἀκούσασα περὶ τοῦ ἀββᾶ Λογγίνου, ἐζήτησε συντυχεῖν αὐτῷ. Ἐκάθητο οὖν οὗτος ἐν τῷ ἐνάτῳ σημείῳ Ἀλεξανδρείας [19]. Ἐπιζητούσης δὲ τῆς γυναικὸς, συνέβη τὸν μακάριον ἐκεῖνον συλλέγειν ξύλα παρὰ τὴν θάλασσαν. Καὶ εὑροῦσα αὐτὸν,

[17] Isa. LVIII, 5. [18] Al. πέμψον. [19] Al. add. τῷ πρὸς δυσμάς.

(76) *Vit. Patr.* X, 33.

λέγει αὐτῷ· Ἀββᾶ, ποῦ μένει ὁ ἀββᾶς Λογγῖνος ὁ δοῦλος τοῦ Θεοῦ ; μὴ εἰδυῖα ὅτι αὐτός ἐστιν. Ὁ δέ φησι· Τί θέλεις τὸν ἐπιθέτην ἐκεῖνον ; μὴ ἀπέλθῃς πρὸς αὐτόν· ἐπιθέτης γάρ ἐστι. Τί δέ ἐστιν ὃ ἔχεις ; Ἡ δὲ γυνὴ ἔδειξε τὸ πάθος. Ὁ δὲ σφραγίσας τὸν τόπον, ἀπέλυσεν αὐτὴν, εἰπών· Ἄπελθε, καὶ ὁ Θεός σε θεραπεύει· Λογγῖνος γὰρ οὐδέν σε δύναται ὠφελῆσαι. Ἀπῆλθε δὲ ἡ γυνὴ πιστεύσασα τῷ λόγῳ, καὶ ἐθεραπεύθη παραχρῆμα. Μετὰ ταῦτα διηγησαμένη τισὶ τὸ πρᾶγμα, καὶ τὰ σημεῖα εἰποῦσα τοῦ γέροντος, μανθάνει ὅτι αὐτός ἐστιν ὁ ἀββᾶς Λογγῖνος.

δ'. Ἄλλοτε πάλιν φέρουσιν αὐτῷ τινες δαιμονιῶντα. Ὁ δέ φησιν πρὸς αὐτούς· Ἐγώ τι ποιῆσαι ὑμῖν οὐκ ἔχω· ἀλλὰ μᾶλλον ἀπέλθετε πρὸς τὸν ἀββᾶν Ζήνωνα. Εἶτα ὁ ἀββᾶς Ζήνων ἤρξατο ἐπικεῖσθαι τῷ δαίμονι ἐκδιώκων αὐτόν. Καὶ ἤρξατο βοᾶν ὁ δαίμων· Ἄρτι νομίζεις, ἀββᾶ Ζήνων, ὅτι διὰ σὲ ἐξέρχομαι· ἰδοὺ ὁ ἀββᾶς Λογγῖνος ἐκεῖ προσεύχεται, κατ' ἐμοῦ ἐντυγχάνων· καὶ φοβούμενος τὰς εὐχάς αὐτοῦ ἐξέρχομαι, ἐπεὶ οὐκ ἐδίδουν σοι ἀπόκρισιν.

ε'. Εἶπεν ὁ ἀββᾶς Λογγῖνος τῷ ἀββᾷ Ἀχακίῳ· Ἡ γυνὴ τότε γινώσκει ὅτι συνέλαβεν, ὅταν σταλῇ τὸ αἷμα αὐτῆς. Οὕτως οὖν καὶ ἡ ψυχὴ, τότε γινώσκει ὅτι συνέλαβε Πνεῦμα ἅγιον, ὅταν σταλῇ τὰ ῥέοντα ἀπ' αὐτῆς κάτωθεν πάθη. Ἐν ὅσῳ δὲ ἐνέχεται ἐν αὐτοῖς, πῶς δύναται κενοδοξεῖν ὡς ἀπαθής ; Δὸς αἷμα, καὶ λάβε Πνεῦμα.

A compellavit, nesciens ipsum esse : Abba, ubi manet abbas Longinus servus Dei ? Respondit : Quid cupis ab impostore illo ? Noli ad eum proficisci ; deceptor enim est. Quid vero est quod habes ? At mulier morbum ostendit. Ille signo crucis super locum morbi facto, dimisit eam cum his verbis : Abi, Deus te sanabit : Longinus quippe nihil potest prodesse tibi. Discessit mulier, sermoni credens ; confestimque curata est. Postea cum rem quibusdam narrasset, ac protulisset senis indicia, didicit ipsum fuisse abbatem Longinum.

4. Alio iterum tempore quidam adduxerunt ei dæmoniacum. Ille vero ait ad eos : Ego vobis nequeo quidquam facere ; sed abite potius ad abbatem Zenonem. Postea abbas Zeno cœpit instare dæmoni B ut eum expelleret. Dæmon autem incepit clamare : Modo putas, abba Zeno, me propter te egredi ; ecce abbas Longinus illic orat, adversus me interpellans : et veritus illius preces, excedo : alias tibi non dedissem responsum.

5. Dixit abbas Longinus abbati Acacio : Femina tunc cognoscit se concepisse, cum steterit sanguis ejus : ita ergo et anima, tunc novit quod conceperit Spiritum sanctum, quando steterunt qui ab ea inferius fluunt affectus (79). Quandiu autem iis obnoxia est, qua ratione potest, velut vacua perturbationibus, duci vana gloria ? Da sanguinem, et accipe spiritum.

Ἀρχὴ τοῦ Μ στοιχείου.

Περὶ τοῦ ἀββᾶ Μακαρίου τοῦ Αἰγυπτίου.

α'. Διηγήσατο περὶ ἑαυτοῦ ὁ ἀββᾶς Μακάριος, λέγων· Ὅτε ἤμην νεώτερος καὶ ἐκαθήμην εἰς κελλίον εἰς Αἴγυπτον, ἐκράτησάν με καὶ ἐποίησαν κληρικὸν εἰς τὴν κώμην. Καὶ μὴ θέλων καταδέξασθαι, ἔφυγον εἰς ἕτερον τόπον. Καὶ ἦλθε πρὸς μὲ εὐλαβὴς κοσμικὸς, καὶ ἐλάμβανε τὸ ἐργόχειρόν μου, καὶ διηκόνει μοι. Συνέβη δὲ ἀπὸ πειρασμοῦ [20] παρθένον τινὰ εἰς τὴν κώμην ἐκπεσεῖν. Καὶ λαβοῦσα κατὰ γαστρὸς ἠρωτᾶτο τίς εἴη ὁ τοῦτο πεποιηκώς. Ἡ δὲ ἔλεγεν· Ὁ ἀναχωρητής. Καὶ ἐξελθόντες συνέλαβόν με εἰς τὴν κώμην [21], καὶ ἐκρέμασαν ἐν τῷ τραχήλῳ μου ἠσβολωμένας χύτρας καὶ ὠτία κούφων (77), καὶ περιεπόμπευσάν με ἐν τῇ κώμῃ κατὰ ἄμφοδον (78), τύπτοντές με, καὶ λέγοντες· Οὗτος ὁ μοναχὸς ἔφθειρεν ἡμῶν τὴν παρθένον, λάβετε αὐτὸν, λάβετε. Καὶ ἔτυψάν με παρὰ μικρὸν τοῦ ἀποθανεῖν. Ἐλθὼν δέ τις τῶν γερόντων εἶπεν· Ἕως πότε τύπτετε τὸν ξένον μοναχόν ; Ὁ δὲ διακονῶν μοι ἠκολούθει ὀπίσω μου αἰδούμενος. Ἦσαν γὰρ ὑβρίζοντες αὐτὸν πολλὰ, καὶ λέγοντες· Ἰδοὺ ὁ ἀναχωρητὴς ὃν [22] σὺ ἐμαρτύρεις, τί ἐποίησε ; Καὶ λέ-

Principium litteræ M.

De abbate Macario Ægyptio.

1. (80) Narravit de seipso abbas Macarius, ad hunc modum : Quando eram juvenis, et in cella residebam in Ægypto, apprehenderunt me ac fecerunt clericum in vico. Sed nolens acquiescere, fugi ad alium locum. Venit ad me sæcularis vir pius, qui accipiebat quod manibus operabar, et ministrabat mihi. Contigit autem per tentationem, ut quædam virgo vici prolapsa sit in stuprum. Ea cum uterum gereret, interrogabatur quis esset auctor criminis. Respondit itaque, anachoretam esse. Unde egressi, comprehenderunt me adduxeruntque ad vicum ; atque appenderunt collo fuligine infectas ollas cum ansis vasorum, sicque circumduxe- D runt me in vico per compita, verberantes, ac dicentes : Iste monachus vitiavit nostram virginem ; capite eum, capite. Et percusserunt me pene ad mortem. Accedens vero aliquis senum, dixit : Quousque cæditis monachum istum peregrinum ? Qui autem mihi ministrabat, sequebatur post me, pudore suffusus. Multis quippe contumeliis eum

[20] Al. inser. διαβολικοῦ. [21] Al. οἱ τῆς κώμης. [22] Al. ᾧ.

(77) *Κούφων.* Vox Græco-Barbara, ex Græca κῦφος, ni fallor. Præter grammaticos, Orientalium synodica *ad Theophilum imperatorem*, in *Originibus CP.* Combefisii p. 131 : Περικλείει ἑαυτὸν ἐν τοῖς τοῦ Δαγιστέως μεγάλου λουτροῦ τῶν καμίνων κούφοις. *In Dagistei magni balnei caminorum cupis sese includit.*

(78) *Περιεπόμπευσάν με ἐν τῇ κώμῃ κατὰ ἄμφοδον.* Minima mutatione corrigi debet Pelagii versio : *Miserunt me circituram in vico illo*, scribendo, *circiturum*. Editio Lugdun. *circuire*. An *circitare*?

(79) Dorotheus *Doctr.* 10.

(80) Bolland. xv Jan. *Vit. Patr.* xv, 25.

affecerant, inquientes : Ecce anachoreta, cui tu testimonium perhibebas, quid fecit? Ad hæc aiunt parentes puellæ : Non dimittemus eum, donec fidejussorem dederit quod aliturus sit eam. Itaque significavi ministro illi meo; et spopondit pro me. Postea profectus ad cellam meam, dedi ei quas habui sportulas, dicens : Vende, et affer cibum uxori meæ. Tum apud me : Macari, ecce invenisti tibi uxorem : oportet ut paulo amplius labores, quo nutrias eam. Et operabar nocte dieque, mittebamque ei. Porro cum advenit tempus miseræ ut pareret, ad multos dies in cruciatibus permansit, nec pariebat. Percontantur quid hoc esset. Illa respondit : Ego scio : quoniam anachoretam calumniata sum, prolatoque mendacio accusavi; neque enim in culpa est, sed ille juvenis. Tunc qui ministrabat mihi lætus adveniens nuntiavit : Virgo illa non potuit parere, donec ita confiteretur : Extra culpam est anachoreta, sed mentita sum adversus eum : et ecce totus vicus huc accedere vult cum honore, ut veniam a te supplex postulet. His ego auditis, ne mihi molestiam parerent homines, surrexi atque huc in Scetim fugi. Inde principium causamque habet meus hic adventus.

2. (81) Venit aliquando Macarius Ægyptius e Sceti ad montem Nitriæ in oblatione abbatis Pambo; et dicunt ei senes : Sermonem profer fratribus, Pater. Tum ille infit : Ego nondum evasi in monachum; sed monachos vidi. Mihi namque aliquando sedenti in cella apud Scetim, molestæ erant cogitationes, suggerentes : Proficiscere in solitudinem, et vide quid illic oculis tuis occurret. Perstiti autem quinque annis, pugnans adversus cogitationem, Ne forte, inquiens, a dæmonibus sit. Utque perseveravit cogitatio, abii in eremum. Illic inveni stagnum cum insula in medio ejus : et ad illud veniebant bestiæ eremi, ut biberent. Quas inter conspexi duos homines nudos : et contremuit corpus meum; existimavi enim esse spiritus. Ipsi vero postquam me viderunt trementem, ita locuti sunt : Noli timere; etiam nos homines sumus. Dixi illis : Unde estis, et quomodo venistis in solitudinem hanc? Responderunt : E cœnobio sumus : atque ex mutuo consensu egressi venimus huc; ecce quadraginta abhinc anni præterierunt. Unus e nobis Ægyptius est, alter Libycus. Ipsi quoque interrogaverunt me, his verbis : Quomodo se habet mundus? Venitne aqua in tempore suo? Mundus obtinetne abundantiam solitam? Respondi : Etiam. Vicissim ego percontatus sum : Quanam ratione fieri potero monachus? Aiunt mihi : Nisi quis renuntiaverit omnibus mundi rebus, non potest fieri monachus. Excepi : Ego infirmus sum, nec possum sicuti vos. Exceperunt etiam illi : Si non potes quemadmodum nos, sede in cella tua, et peccata tua defle. Quæsivi ab eis : Quando hiems est, non

γουσιν οἱ γονεῖς αὐτῆς· Οὐκ ἀπολύομεν αὐτὸν, ἕως δῷ ἐγγυητὴν τοῦ τρέφειν αὐτήν. Καὶ εἶπον τῷ διακονητῇ μου· καὶ ἐνηγγυήσατό με. Καὶ ἀπελθὼν εἰς τὸ κελλίον μου, ἔδωκα αὐτῷ ὅσα εἶχον σπυρίδια, λέγων· Πώλησον, καὶ δὸς τῇ γυναικί μου φαγεῖν. Καὶ ἔλεγον τῷ λογισμῷ μου· Μακάριε, ἰδοὺ εὗρες ἑαυτῷ γυναῖκα· χρὴ ἐργάζεσθαι μικρὸν περισσὸν [33], ἵνα τρέφῃς αὐτήν· καὶ εἰργαζόμην νύκτα καὶ ἡμέραν, καὶ ἔπεμπον αὐτῇ. Καὶ ὅτε ἦλθεν ὁ καιρὸς τῇ ἀθλίᾳ τεκεῖν, ἔμεινεν ἐπὶ πολλὰς ἡμέρας βασανιζομένη, καὶ οὐκ ἔτικτε. Καὶ λέγουσιν αὐτῇ· Τί ἐστι τοῦτο; Ἡ δὲ εἶπεν· Ἐγὼ οἶδα· ὅτι τὸν ἀναχωρητὴν ἐσυκοφάντησα, καὶ ψευσαμένη ἠτιασάμην· καὶ οὗτος οὐκ ἔχει πρᾶγμα, ἀλλ' ὁ δεῖνα ὁ νεώτερος. Καὶ ἐλθὼν ὁ διακονῶν μοι χαίρων ἔλεγεν, ὅτι οὐκ ἠδυνήθη τεκεῖν ἡ παρθένος ἐκείνη, ἕως οὗ ὡμολόγησε, λέγουσα, ὅτι Οὐκ ἔχει πρᾶγμα ὁ ἀναχωρητὴς, ἀλλ' ἐψευσάμην κατ' αὐτοῦ καὶ ἰδοὺ πᾶσα ἡ κώμη θέλει ἐλθεῖν ὧδε μετὰ δόξης, καὶ μετανοῆσαί σοι. Ἐγὼ δὲ ἀκούσας ταῦτα, ἵνα μὴ θλίψωσί με οἱ ἄνθρωποι, ἀνέστην καὶ ἔφυγον ὧδε εἰς Σκῆτιν. Αὕτη ἐστὶν ἡ ἀρχὴ τῆς αἰτίας, δι' ἣν ἦλθον ὧδε.

β'. Ἦλθέ ποτε Μακάριος ὁ Αἰγύπτιος ἀπὸ Σκήτεως εἰς τὸ ὄρος τῆς Νιτρίας εἰς τὴν προσφορὰν τοῦ ἁββᾶ Παμβώ· καὶ λέγουσιν αὐτῷ οἱ γέροντες· Εἰπὲ ῥῆμα τοῖς ἀδελφοῖς, Πάτερ. Ὁ δὲ εἶπεν· Ἐγὼ οὔπω γέγονα μοναχὸς, ἀλλ' εἶδον μοναχούς. Καθημένῳ γάρ μοί ποτε ἐν τῷ κελλίῳ εἰς Σκῆτιν, ὠχλησάν μοι οἱ λογισμοὶ λέγοντες· Ἄπελθε εἰς τὴν ἔρημον, καὶ ἴδε τί βλέπεις ἐκεῖ. Ἐμεινα δὲ πολεμῶν τῷ λογισμῷ πέντε ἔτη, λέγων, Μήπως ἀπὸ δαιμόνων ἐστίν. Καὶ ὡς ἐπέμενεν ὁ λογισμὸς, ἀπῆλθον εἰς τὴν ἔρημον· καὶ ηὗρον ἐκεῖ λίμνην ὑδάτων, καὶ νῆσον ἐν μέσῳ αὐτῆς· καὶ ἦλθον τὰ κτήνη τῆς ἐρήμου πιεῖν ἐξ αὐτῆς. Καὶ εἶδον ἐν μέσῳ αὐτῶν δύο ἀνθρώπους γυμνούς· καὶ ἐδειλίασε τὸ σῶμά μου· ἐνόμισα γὰρ ὅτι πνεύματά εἰσιν. Αὐτοὶ δέ με ὡς εἶδον δειλιῶντα, ἐλάλησαν πρὸς μέ· Μὴ φοβοῦ· καὶ ἡμεῖς ἄνθρωποί ἐσμεν. Καὶ εἶπον αὐτοῖς· Πόθεν ἐστὲ, καὶ πῶς ἦλθετε εἰς τὴν ἔρημον ταύτην; Καὶ εἶπον· Ἀπὸ κοινοβίου ἐσμέν· καὶ γέγονεν ἡμῖν συμφωνία, καὶ ἐξήλθομεν ὧδε· ἰδοὺ τεσσαράκοντα ἔτη [34]· καὶ ὁ μὲν εἷς Αἰγύπτιος, ὁ δὲ ἕτερος Λιβυκὸς ὑπάρχει. Καὶ ἐπερώτησάν με καὶ αὐτοὶ, λέγοντες· Πῶς ὁ κόσμος; καὶ εἰ ἔρχεται τὸ ὕδωρ κατὰ καιρὸν αὐτοῦ, καὶ εἰ ἔχει ὁ κόσμος τὴν εὐθηνίαν αὐτοῦ; Καὶ εἶπον αὐτοῖς· Ναί. Κἀγὼ αὐτοὺς ἠρώτησα· Πῶς δύναμαι γενέσθαι μοναχός; Καὶ λέγουσί μοι· Ἐὰν μὴ ἀποτάξηταί τις πᾶσι τοῖς τοῦ κόσμου, οὐ δύναται γενέσθαι μοναχός. Καὶ εἶπον αὐτοῖς· Ἐγὼ ἀσθενής εἰμι, καὶ οὐ δύναμαι ὡς ὑμεῖς. Καὶ εἶπόν μοι καὶ αὐτοί· Καὶ ἐὰν οὐ δύνασαι ὡς ἡμεῖς, κάθου εἰς τὸ κελλίον σου, καὶ κλαῦσον τὰς ἁμαρτίας σου. Καὶ ἠρώτησα αὐτούς· Ὅταν γίνηται χειμὼν, οὐ ῥιγᾶτε; καὶ ὅταν γίνηται καῦμα, οὐ καίεται τὰ σώματα

[33] Al. περισσῶς. [34] Al. add. ἔχομεν.

(81) *Vit. Patr.* III. 4.

ὑμῶν; Οἱ δὲ εἶπον· Ὁ Θεὸς ἐποίησεν ἡμῖν τὴν οἰκο- A
νομίαν ταύτην· καὶ οὔτε τῷ χειμῶνι ῥιγῶμεν, οὔτε
τῷ θέρει τὸ καῦμα ἡμᾶς ἀδικεῖ. Διὰ τοῦτο εἶπον ὑμῖν,
ὅτι οὔπω γέγονα μοναχὸς, ἀλλ' εἶδον μοναχούς. Συγ-
χωρήσατέ μοι, ἀδελφοί.

γ'. Ὁ ἀββᾶς Μακάριος ὅτε ᾤκει ἐν τῇ πανερήμῳ·
ἦν δὲ μόνος ἐν αὐτῇ ἀναχωρῶν, παρακάτω δὲ ἄλλη
ἔρημος ἦν πλειόνων ἀδελφῶν. Παρετήρει δὲ ὁ γέρων
τὴν ὁδόν· καὶ ὁρᾷ τὸν σατανᾶν ἀνερχόμενον ἐν σχή-
ματι ἀνθρώπου, παρελθεῖν δι' αὐτοῦ· ἐφαίνετο δὲ ὡς
στιχάριον φορῶν λινοῦν τρωγλωτόν· καὶ κατὰ τρυμα-
λίαν ἐκρέματο ληκύνθιον. Καὶ λέγει αὐτῷ ὁ γέρων ὁ
μέγας· Ποῦ πορεύῃ; Καὶ εἶπεν αὐτῷ· Ἀπέρχομαι
ὑπομνῆσαι τοὺς ἀδελφούς (82). Ὁ δὲ γέρων εἶπε· B
Καὶ ἵνα τί σοι τὰ ληκύνθια ταῦτα; Καὶ εἶπε· Γεύ-
ματα ἀποφέρω τοῖς ἀδελφοῖς. Ὁ δὲ γέρων εἶπε· Καὶ
ταῦτα ὅλα; Ἀπεκρίθη· Ναί· ἐὰν μὴ τὸ ἓν ἀρέσῃ τινί,
φέρω ἄλλο· ἐὰν δὲ μὴ καὶ τοῦτο, διδῶ ἄλλο· πάντως δὲ
ἐξ αὐτῶν κἂν ἓν ἀρέσει αὐτῷ. Καὶ ταῦτα εἰπὼν
ἀπῆλθεν. Ὁ δὲ γέρων ἔμεινε παρατηρούμενος τὰς
ὁδοὺς, ἕως πάλιν ἐκεῖνος ἐπανῆλθε. Καὶ ὡς εἶδεν αὐ-
τὸν ὁ γέρων, λέγει αὐτῷ· Σωθείης. Ὁ δὲ ἀπεκρίθη·
Ποῦ ἔνι μοι σωθῆναι; Λέγει αὐτῷ ὁ γέρων· Διατί;
Ὁ δὲ λέγει· Ὅτι πάντες ἄγριοί μοι ἐγένοντο (83),
καὶ οὐδείς μου ἀνέχεται [25]. Λέγει αὐτῷ ὁ γέρων· Οὐ-
δένα οὖν φίλον ἔχεις ἐκεῖ; Ὁ δὲ ἀπεκρίθη· Ναὶ, ἕνα
μοναχὸν [26] ἔχω ἐκεῖ φίλον [27], καὶ κἂν αὐτός μοι πεί-
θεται· καὶ ὅτε ὁρᾷ με, στρέφεται ὡς ἀνέμη. Λέγει αὐ-
τῷ ὁ γέρων· Καὶ τίς καλεῖται ὁ ἀδελφός; Ὁ δὲ λέγει· C
Θεόπεμπτος. Εἰπὼν δὲ ταῦτα ἀπῆλθε. Καὶ ἀναστὰς
ὁ ἀββᾶς Μακάριος ἀπέρχεται ἐπὶ τὴν παρακάτω ἔρη-
μον. Καὶ ἀκούσαντες οἱ ἀδελφοὶ, λαβόντες βαΐα ἐξ-
ῆλθον εἰς ἀπάντησιν αὐτοῦ (84). Καὶ λοιπὸν ἕκαστος
ηὐτρεπίζετο, νομίζων ὅτι παρ' αὐτῷ ἔμελλε κατα-
λύειν ὁ γέρων. Ὁ δὲ ἐζήτει τίς εἴη ὁ καλούμενος Θεό-
πεμπτος ἐν τῷ ὄρει. Καὶ εὑρὼν, εἰσῆλθεν εἰς τὸ κελ-

algetis? quando æstus est, non uritur corpus ve-
strum? Responsum dederunt: Deus erga nos hac
usus est dispensatione; nec hieme rigemus, nec
æstate nos æstus lædit. Propterea dixi vobis, me
nondum in monachum evasisse, verum vidisse mo-
nachos. Ignoscite mihi, fratres.

3.(85) Abbas Macarius cum in Paneremo, seu om-
nimoda solitudine habitaret; solus autem illic ana-
choreticam vitam ducebat; infra vero alia erat
eremus, in qua plures fratres degebant: eo, in-
quam, loci aliquando per viam circumspiciens
senex, vidit Satanam venientem in figura hominis,
ut per locum in quo erat transiret: apparebat au-
tem quasi tunicam gestans lineam perforatam, a
cujus foraminibus pendebant parvæ lecythi. Dicit
ei magnus senex: Quo vadis? Respondit: Proficis-
cor ad fratres, ut iis in memoriam suggeram. Tum
senex: Et quare tibi ampullæ hæ? Ille: Affero
fratribus condimenta. Senex: Et hæc omnia? Ex-
cepit: Etiam: si unum alicui non placuerit, aliud
porrigo; si neque hoc, do aliud: omnino autem ex
illis saltem unum placiturum est ei. Atque his
dictis abiit. At senex remansit, observans vias,
donec reverteretur. Utque conspexit illum, ait:
Salvus sis. Ille respondit: Quomodo contingere
mihi poterit ut salvus sim? Senex: Quare? Ille:
Quia cuncti mihi fuerunt immites, nec ullus susti-
nuit me. Ad eum senex: Nullus ergo illic tibi ami-
cus? Ad senem Satanas: Næ, unum ibi amicum
habeo, qui vel ipse mihi obtemperat; cumque me
conspicit, instar auræ vertitur. Tum senex: Quo-
modo vocatur frater ille? Satanas ad hoc: Theo-
pemptus. Quo dicto, discessit. Itaque surgens ab-
bas Macarius, perrexit ad inferiorem eremum.
Eaque re comperta fratres, sumentes ramos pal-
marum, ei obviam prodierunt. Cæterum unusquis-
que eorum præparabat se, putans quod apud ipsum

[25] Al. μοι πείθεται. [26] Al. μόνον. [27] Al. ἀδελφόν.

(82) Ἀπέρχομαι ὑπομνῆσαι τοὺς ἀδελφούς. In *Vitis Patrum*: *Vado commovere fratres*, facili lapsu, vice *commonere*: quemadmodum recte in Paschasio. Parque erratum occurrit sub finem *Apophthegmatis*. Cod. Corb. *commonere* et *admonere*.

(83) Πάντες ἄγριοί μοι ἐγένοντο, et paulo infra, ἄγριοί εἰσιν ὅλοι, et πάντων ἀγριώτερος ἐγένετο. Ex Rufini interpretatione *contrarii*, et *agrestes*, D
atque *omnibus amplius asperior*. Ex illa vero Paschasii, *contrarii, agrestes, omnibus asperior*. At Pelagius legebat ἄγιοι, ac ἁγιώτερος. Nam vertit: *Omnes sanctificati sunt. Toti sancti sunt. Omnibus sanctior est factus*. Minus bene.

(84) Λαβόντες βαΐα ἐξῆλθον εἰς ἀπάντησιν αὐτοῦ. Ad illustrandum morem præclarum, obviam eundi alicui, honoris causa, gestando ramos palmarum aut aliarum arborum, tria deprompsi ex adversariis meis insignia testimonia. Primum petitur ex *Itinerario Hierosolymitano* Antonini: *Ibi venerunt mulieres in occursum nobis cum infantibus, palmas in manibus tenentes, et ampullas cum rosaceo oleo: et prostratæ pedibus nostris, plantas nostras ungebant, cantabantque lingua Ægyptiaca psallentes Antiphonam: Benedicti vos a Domino, benedictusque adventus vester, Osanna in excelsis*. Secundum habetur in *Vita S. Fulgentii*, cap. 29: *Per omnes provilxi itineris vias gaudia majora reperiens, in occursum suum populis undique tendentibus, cum lucernis et lampadibus et arborum frondibus*. Tertium continetur in notis Jacobi Sirmondi ad tomum tertium *Conciliorum Galliæ*, ex Narratione clericorum Remensium, de Ebone: *Receptus est ab episcopis suffraganeis suis, Rothado episcopo, Simeone episcopo, Lupo episcopo, una cum legatis omnium aliorum episcoporum Remensis diœceseos, qui variis detenti infirmitatibus illuc corporali præsentia occurrere non valentes, suam tamen per ecclesiasticos legatos, et excusatorias litteras, illi exhibuerunt præsentiam. Insuper etiam a canonicis et monachis, atque corregionalibus presbyteris totius diœcesis, atque infinita multitudine utriusque sexus. Qui omnes cum ramis palmarum et cereis ardentibus, laudesque Deo intimis cordibus et excelsissimis vocibus proclamantes, longe ei ab ecclesia obviaverunt, et usque ad ecclesiam indesinenter psallentes eum perduxerunt*. Notissimum est Christi Domini exemplum: Joan. XII, 13. Sed et ad exsequias cum palmis prodibant, ut videre est apud Ammonium monachum *De Patribus Sinaitis et Raithensibus*, p. 106, 128, 129; et in *Historia Lausiaca*, cap. 39. Mitto multas alias consimiles consuetudines.

(85) *Vit. Patr.* XVIII, 9; Doroth. *Doctr.* 5.

diversaturus esset senex. At ille requisivit quisnam esset in monte qui Theopemptus appellaretur. Quo invento, intravit in cellam ejus. Theopemptus autem suscepit illum lætus. Utque cœpit solum secum habere senex, Quomodo, inquit, se res tuæ habent, frater? Is dicit : Recte, per preces tuas. Et senex : Num impugnant te cogitationes? ille : Interim mihi bene est. Pudebat enim eum edicere. Ait illi senex : Ecce a quot annis vitam asceticam duco, et honore afficior ab omnibus; attamen me senem spiritus fornicationis divexat. Theopemptus excepit : Crede, abba, me etiam. Senex vero simulabat ab aliis etiam cogitationibus impugnari se, donec eum ad confessionem adduceret. Postea dicit ei : Quomodo jejunas? Respondit : Ad horam nonam. Tum senex : Jejuna usque ad vesperam; exerce te; meditare ac recita memoriter ex Evangelio aliisque Scripturis; cumque te subierit cogitatio, nunquam deorsum spectes, sed sursum semper; statimque tibi Dominus præbebit auxilium. Et postquam fratrem informasset senex, reversus est ad solitudinem suam. Ubi observans, iterum videt dæmonem illum, aitque ei : Quo iterum pergis? Fratres, inquit, instigatum. Atque abiit. Ut vero rursus transiit, sciscitatus est illum senex, quomodo haberent fratres. Respondit : Male. Et senex : Cur? Dæmon : Cuncti feroces sunt; quodque pejus est, ille quem habebam amicum, et obsequentem mihi, ipse etiam, unde nescio, inversus est, nec amplius a me persuadetur, sed cunctis non calcaturum, nisi post tempus. Quo pronuntiato vit in cellam suam.

4. (86) Venit abbas Macarius magnus ad abbatem Antonium in montem; cumque pulsasset ostium, egressus est, petiitque : Tu quis es? Ille autem, Ego, inquit, sum Macarius. Et ostio clauso, intravit, relinquens eum. Sed postquam agnovit patientiam ejus, aperuit. Atque cum eo urbane agens, dixit : A multo tempore videre te desiderabam, audita tui fama. Et hospitaliter susceptum refecit; erat enim e multo labore fessus. Vespere autem facto, abbas Antonius sibi madefecit ramos palmarum. Ait ei abbas Macarius : Jube ut et ego mihi intinguam. Ille : Intingue, inquit. Confectoque magno fasciculo, intinxit. Igitur sedentes a vespera, collocuti de animarum utilitate, plectebant : plecta autem per fenestram descendebat in speluncam. Et mane ingrediens beatus Antonius, vidit plectæ abbatis Macarii copiam; et infit : Multa virtus e manibus istis egreditur.

5. (87) Abbas Macarius prædixit fratribus de vastatione Sceteos : Quando spectaveritis cellam ædificatam juxta paludem, scitote quod prope sit Sceteos desolatio : quando videritis arbores, ad fores est : cum autem pueros conspexeritis, tollite melotes vestras, atque discedite.

6. (88) Dixit iterum, volens fratres consolari :

(86) *Vit. Patr.* VII, 9.
(87) *Vit. Patr.* XVIII, 2.

λίον αὐτοῦ. Ὁ δὲ Θεόπεμπτος ὑπεδέξατο αὐτὸν χαίρων. Ὡς δὲ ἤρξατο ἰδιάζειν αὐτὸν, ὁ γέρων λέγει· Πῶς τὰ κατά σε, ἀδελφέ; Ὁ δὲ εἶπεν· Εὐχαῖς σου, καλῶς. Εἶπε δὲ ὁ γέρων· Μὴ πολεμοῦσί σε οἱ λογισμοί; Ὁ δὲ εἶπε· Τέως καλῶς εἰμι· ᾐδεῖτο γὰρ εἰπεῖν. Λέγει αὐτῷ ὁ γέρων· Ἰδοὺ πόσα ἔτη ἀσκῶ, καὶ τιμῶμαι παρὰ πάντων, καὶ ἐμοὶ τῷ γέροντι ὀχλεῖ τὸ πνεῦμα τῆς πορνείας. Ἀπεκρίθη λέγων καὶ ὁ Θεόπεμπτος· Πίστευε, ἀββᾶ, καὶ ἐμοί. Ὁ δὲ γέρων προεφασίζετο καὶ ἑτέρους λογισμοὺς πολεμεῖν αὐτῷ, ἕως ποιήσει αὐτὸν ὁμολογῆσαι. Εἶτα λέγει αὐτῷ· Πῶς νηστεύεις; Ὁ δὲ λέγει αὐτῷ· Τὴν ἑνάτην. Λέγει αὐτῷ ὁ γέρων· Νήστευε ἕως ὀψὲ, καὶ ἄσκει· καὶ ἀποστήθιζε τοῦ Εὐαγγελίου καὶ τῶν ἄλλων Γραφῶν· καὶ ἐάν σοι ἀναβῇ λογισμὸς, μηδέποτε πρόσχῃς κάτω, ἀλλὰ πάντοτε ἄνω· καὶ εὐθέως σοι ὁ Κύριος βοηθεῖ. Καὶ τυπώσας ὁ γέρων τὸν ἀδελφὸν ἐξῆλθεν εἰς τὴν ἰδίαν ἔρημον. Καὶ παρατηρῶν πάλιν ὁρᾷ ἐκεῖνον τὸν δαίμονα, καὶ λέγει αὐτῷ· Ποῦ πάλιν ἀπέρχῃ; Ὁ δὲ λέγει· Ὑπομνῆσαι τοὺς ἀδελφούς. Καὶ ἀπῆλθεν. Ὡς δὲ πάλιν ἐπανῆλθε, λέγει αὐτῷ ὁ ἅγιος· Πῶς οἱ ἀδελφοί; Ὁ δὲ λέγει· Κακῶς. Ὁ δὲ γέρων λέγει· Διατί; Ὁ δὲ εἶπεν· Ἄγριοί εἰσιν ὅλοι· καὶ τὸ μεῖζον κακὸν, ὅτι καὶ ὃν εἶχον φίλον ὑπακούοντά μοι, καὶ αὐτὸς οὐκ οἶδα πόθεν διεστράφη, καὶ οὐδὲ αὐτός μοι πείθεται, ἀλλὰ πάντων ἀγριώτερος ἐγένετο· καὶ ὤμοσα μηκέτι τὰ ἐκεῖ πατῆσαι, εἰ μὴ μετὰ χρόνον. Καὶ οὕτως εἰπὼν ἀπῆλθεν, ἐάσας τὸν γέροντα. Καὶ ὁ ἅγιος εἰσῆλθεν εἰς τὸ κελλίον αὐτοῦ.

ε'. Παρέβαλεν ὁ ἀββᾶς Μακάριος ὁ μέγας τῷ ἀββᾷ Ἀντωνίῳ, εἰς τὸ ὄρος· καὶ κρούσαντος αὐτοῦ τὴν θύραν, ἐξῆλθε πρὸς αὐτὸν, καὶ εἶπεν αὐτῷ· Σὺ τίς εἶ; ὁ δὲ ἔφη· Ἐγώ εἰμι Μακάριος. Καὶ κλείσας τὴν θύραν εἰσῆλθε καὶ ἀφῆκεν αὐτόν. Καὶ ἰδὼν τὴν ὑπομονὴν αὐτοῦ, ἤνοιξεν αὐτῷ, καὶ χαριεντιζόμενος μετ' αὐτοῦ, ἔλεγεν· Ἀπὸ πολλοῦ χρόνου ἐπεθύμουν σε ἰδεῖν, ἀκούων τὰ περὶ σοῦ. Καὶ φιλοξενήσας αὐτὸν ἀνέπαυσεν· ἦν γὰρ ἀπὸ καμάτου πολλοῦ. Ὀψίας δὲ γενομένης, ἔβρεξεν ἑαυτῷ ὁ ἀββᾶς Ἀντώνιος θαλλία. Καὶ λέγει αὐτῷ ὁ ἀββᾶς Μακάριος· Κέλευσον ἵνα κἀγὼ βρέξω ἐμαυτῷ. Ὁ δὲ εἶπε· Βρέξον. Καὶ ποιήσας δεσμὸν μέγαν, ἔβρεξε. Καὶ καθήμενοι ἀπὸ ὀψὲ, λαλοῦντες περὶ σωτηρίας ψυχῶν ἔπλεκον· καὶ ἡ σειρὰ διὰ τῆς θυρίδος εἰς τὸ σπήλαιον κατέβαινε. Καὶ εἰσελθὼν πρωῒ ὁ μακάριος Ἀντώνιος εἶδε τὸ πλῆθος τῆς σειρᾶς τοῦ ἀββᾶ Μακαρίου, καὶ ἔλεγε· Πολλὴ δύναμις ἐκ τῶν χειρῶν τούτων ἐξέρχεται.

ς'. Ἔλεγεν ὁ ἀββᾶς Μακάριος περὶ τῆς ἐρημώσεως τῆς Σκήτεως τοῖς ἀδελφοῖς· Ὅταν ἴδητε κελλίον οἰκοδομούμενον ἐγγὺς τοῦ Ἕλους, μάθετε ὅτι ἐγγύς ἐστιν ἡ ἐρήμωσις αὐτῆς· ὅταν ἴδητε δένδρα, ἐπὶ θυρῶν ἐστιν· ὅταν δὲ ἴδητε παιδία, ἄρατε τὰ μηλωτάρια ὑμῶν, καὶ ἀναχωρήσατε.

ζ'. Ἔλεγε πάλιν, παρηγορῆσαι θέλων τοὺς ἀδελ-

(88) *Vit. Patr.* XVIII, 10.

φούς· Ἦλθεν ὧδε παιδίον δαιμονιζόμενον μετὰ τῆς μητρὸς αὐτοῦ, καὶ ἔλεγε τῇ μητρὶ αὐτοῦ· Ἔγειρε, γραῖα [28], ἄγωμεν ἔνθεν. Ἡ δὲ εἶπεν· Οὐ δύναμαι πεζεῦσαι. Καὶ εἶπεν αὐτῇ τὸ παιδίον· Ἐγώ σε βαστάζω. Καὶ ἐθαύμασα τὴν πονηρίαν [29] τοῦ δαίμονος, πῶς ἠθέλησεν αὐτοὺς φυγαδεῦσαι. A

Venit huc cum matre sua puer qui a dæmonio vexabatur; et dicebat matri : Surge, anus, abeamus hinc. Illa vero : Non possum, inquit, pedibus incedere. Tum puer ad eam : Ego te portabo. Et admiratus sum dæmonis nequitiam, quo modo eos hinc voluisset fugare.

ζ'. Ἔλεγεν ὁ ἀββᾶς Σισόης· Ὅτε ἤμην εἰς Σκῆτιν μετὰ τοῦ Μακαρίου, ἀνέβημεν θερίσαι μετ' αὐτοῦ ἑπτὰ ὀνόματα (89)· καὶ ἰδοὺ μία χήρα καλαμωμένη ἦν ὀπίσω ἡμῶν, καὶ οὐκ ἐπαύετο κλαίουσα. Ἐφώνησεν οὖν ὁ γέρων τὸν κύριον τοῦ χωρίου, καὶ εἶπεν αὐτῷ· Τί ἔχει ἡ γραῦς αὕτη, ὅτι πάντοτε κλαίει; Λέγει αὐτῷ· Ὅτι ὁ ἀνὴρ αὐτῆς εἶχε παραθήκην τινός, καὶ ἀπέθανεν ἄφνω, καὶ οὐκ εἶπε ποῦ ἔθηκεν αὐτήν· καὶ θέλει ὁ κύριος τῆς παραθήκης λαβεῖν αὐτὴν καὶ τὰ τέκνα αὐτῆς εἰς δούλους. Λέγει αὐτῷ ὁ γέρων· Εἰπὲ αὐτῇ ἵνα ἔλθῃ πρὸς ἡμᾶς, ὅπου ἀναπαυόμεθα τὸ καῦμα. Καὶ ἐλθούσης τῆς γυναικὸς, εἶπεν αὐτῇ ὁ γέρων· Τί πάντα [30] οὕτως κλαίεις; Καὶ εἶπεν· Ὁ ἀνήρ μου ἀπέθανε λαβὼν παραθήκην τινός, καὶ οὐκ εἶπεν ἀποθνήσκων ποῦ ἔθηκεν αὐτήν. Καὶ εἶπεν ὁ γέρων πρὸς αὐτήν· Δεῦρο, δεῖξόν μοι ποῦ ἔθηκας αὐτόν. Καὶ λαβὼν τοὺς ἀδελφοὺς μεθ' ἑαυτοῦ, ἐξῆλθε σὺν αὐτῇ. Καὶ ἐλθόντων ἐπὶ τὸν τόπον, εἶπεν αὐτῇ ὁ γέρων· Ἀναχώρησον εἰς τὸν οἶκόν σου. Καὶ προσευξαμένων αὐτῶν, ἐφώνησεν ὁ γέρων τὸν νεκρὸν, λέγων· Ὁ δεῖνα (90), ποῦ ἔθηκας τὴν ἀλλοτρίαν παραθήκην; Ὁ δὲ ἀποκριθεὶς εἶπεν· Εἰς τὸν οἶκόν μου κέκρυπται, ὑπὸ τὸν πόδα τῆς κλίνης. Καὶ λέγει αὐτῷ ὁ γέρων· Κοιμῶ πάλιν ἕως τῆς ἡμέρας τῆς ἀναστάσεως. Ἰδόντες δὲ οἱ ἀδελφοὶ, ἀπὸ τοῦ φόβου ἔπεσον εἰς τοὺς πόδας αὐτοῦ. Καὶ εἶπεν αὐτοῖς ὁ γέρων· Οὐ δι' ἐμὲ γέγονε τοῦτο· οὐδὲν γάρ εἰμι· ἀλλὰ διὰ τὴν χήραν καὶ τὰ ὀρφανὰ ὁ Θεὸς ἐποίησε τὸ πρᾶγμα· τοῦτο δέ ἐστι τὸ μέγα, ὅτι ἀναμάρτητον θέλει ὁ Θεὸς τὴν ψυχήν· καὶ εἴ τι ἂν αἰτήσηται λαμβάνει. Ἐλθὼν δὲ, ἀνήγγειλε τῇ χήρᾳ ποῦ κεῖται ἡ παραθήκη. Ἡ δὲ λαβοῦσα αὐτὴν, ἔδωκε τῷ κυρίῳ αὐτῆς, καὶ ἠλευθέρωσε τὰ τέκνα αὐτῆς. Καὶ πάντες οἱ ἀκούσαντες ἐδόξασαν τὸν Θεόν. B C

7. (91) Referebat abbas Sisoes : Quando eram in Sceti cum Macario, ascendimus septem nomina seu homines ut cum eo meteremus : et ecce vidua quædam pone nos spicas colligebat, nec cessabat plorare. Vocavit ergo senex dominum prædii, dixitque ei : Quid habet anus hæc, quod semper plorat? Respondit : Quia vir ejus alicujus depositum dum servat, mortuus est subito, nec enuntiavit ubi posuerit illud; vultque depositi dominus, eam et liberos ejus sibi in servos vindicare. Excepit senex : Dic ei ut veniat ad nos, ubi ob æstum conquiescimus. Cumque venisset mulier, ait illi senex : Quare omnino ita fles? Respondit illa : Maritus meus accepto deposito emigravit e vita, nec significavit moriens, ubi posuerit. Tunc senex ad eam : Veni, ostende mihi, ubi sepelieris eum. Itaque ductis secum fratribus, cum ea egressus est. Ut perveneruntad locum, dicit senex mulieri : Recede in domum tuam. Et postquam precati fuissent, vocavit senex mortuum his verbis : Ille, ubi posuisti alienum depositum? Responsionem dedit homo : Absconditum est in domo mea, sub pede lecti. Senex ad ipsum : Iterum dormi usque ad resurrectionis diem. Hoc videntes fratres, præ timore ceciderunt ad pedes ejus. Tum illis senex : Non propter me id evenit; nihil quippe sum : sed propter viduam et pupillos Deus rem fecit : hoc vero magnum est, quod Deus vult animam esse sine peccato; et quidquid petierit, accipiet. Profectus ergo, nuntiavit viduæ, ubi jaceret depositum. Quæ accipiens dedit domino, ac in libertatem asseruit liberos : omnesque qui miraculum audierunt, gloriam dederunt Deo.

η'. Ἔλεγεν ὁ ἀββᾶ, Πέτρος περὶ τοῦ ἁγίου Μακα-

8. (92) Narravit abbas Petrus de beato Macario,

[28] Vox γραῖα abest ab al. [29] Al. πανουργίαν. [30] Al. πάντοτε.

(89) *Ἑπτὰ ὀνόματα.* Ad verbum Joannes interpres *septem nomina.* Ex sensu ms. Bodecense, referente Bollando, et codex Corbeiensis, *septem fratres.* Nomina autem pro hominibus dici, a tot auctoribus probatum fuit, ut mirer potuisse id viros doctos ignorare. In *Chronico* Theophanis p. 363 : Ἀπέκτειναν τοὺς κλειδούχους, ὀνόματα ζ'. Joannes Moschus Λειμωναρίου cap. 135 : Μοναστήριον παρθένων vel παρθενευουσῶν ὡς ὀνομάτων τεσσαράκοντα· et cap. 143 : Ἦσαν δὲ μοναχοὶ ἐν τῷ μοναστηρίῳ περὶ τὰ ἑβδομήκοντα ὀνόματα. Sub finem tomi XIX Origenis *in Joannem* : Οὐ γὰρ ὡς ἔτυχεν ἀκουστέον τοῦ πρὸ καταβολῆς κόσμου ἐπίτηδες τοιαύτην ἐπίνοιαν πλασάντων ὀνομάτων ἁγίων τὸ τῆς καταβολῆς. Lex. ἐπίτηδες διὰ τοιαύτην ἐπίνοιαν. In Collect. cod. duobus : Ἐν τῷ ὄρει τοῦ ἀββᾶ Ἀντωνίου, ἐκαθέζοντο ἑπτὰ ὀνόματα, καὶ τῷ καιρῷ τῶν φοινίκων ἐφύλαττεν ὁ εἷς ἐξ αὐτῶν τοῦ ἀποσοβεῖν τὰ πετεινά. Ἦν δὲ ἐκεῖ γέρων· καὶ ὅτε ἐφύλαττεν τὴν ἡμέραν αὐτοῦ, ἔκραζεν λέγων· Ὑπάγετε, οἱ ἔσω πονηροὶ λογισμοὶ, καὶ τὰ ἔξω πετεινά. At ms. reg. 1787, Ἔλεγον ὅτι ἐν τῷ δ. τ. ἀ. Ἀ. ἐκάθηντο ἑπτὰ μοναχοὶ, καὶ ἐν τῷ κ. τ. φ. ἐφύλασσον τοῦ σοβεῖν τὰ πετεινὰ ἐκ διαδοχῆς εἷς καθ' ἡμέραν. Εἷς δὲ ἐξ αὐτῶν γέρων, ὅτε ἦν ἡ ἡμέρα αὐτοῦ, καὶ ἐφύλαττεν, ἔκραζε λέγων, etc. Hoc est, Pelagio interprete v. XI, 50 : *Dicebant senes, quia in monte abbatis Antonii sedebant septem monachi* (cod. Suession. et Fossat. *nomina*) *tempore dactylorum, et unus ex eis abigebat ab eis volucres : erat autem ibi senex, qui in die qua eum dactylos custodire contingebat, clamabat, dicens : Discedite ab intro, malæ cogitationes, et de foris aves.* Apud Georgium Alexandrinum n. 38, λαβὼν στρατιώτας ἕως ὀνομάτων πεντακοσίων. Sed quis finis similia colligenti?

(90) *Λέγων· Ὁ δεῖνα.* In *Vitis Patrum : dicens illi*, pro *dicens, ille.*

(91) *Vit. Patr.* II, 8.

(92) L. Raderi *Viridar.*; *Vit. Patr.* VI, 19

quod cum advenisset aliquando ad quemdam anachoretam, et invenisset eum ægrotantem, sciscitatus sit, quidnam cibi vellet sumere : nihil quippe erat in cella ejus. Qui postquam dixisset, Pastillum, non piguit virum sortem Alexandriam proficisci, ut ægro daret : miraque res, nemini manifesta facta est.

9. Iterum memoravit : Ad abbatem Macarium cum fratribus cunctis in simplicitate conversantem dixerunt nonnulli : Quare te talem præbes? Ille respondit : Duodecim annis servivi Domino meo, ut mihi hanc gratiam largiretur; et omnes mihi consilium datis uti eam deponam?

10. (93) Dicebant de abbate Macario, quod si cum fratribus vacans versaretur, ita secum constituebat : Si vinum adfuerit, propter fratres bibe; et pro uno vini poculo, per unum diem aquam non bibas. Igitur fratres, reficere cupientes, dabant ei. Senex autem cum gaudio admittebat, ut seipsum torqueret. At discipulus ejus, cui res nota erat, dicebat fratribus : Per Dominum, ne præbeatis illi; alioqui in cella confecturus est se. Quo comperto, fratres non amplius ei porrigebant.

11. (94) Proficiscens aliquando abbas Macarius a palude in cellam suam, portabat palmarum ramos; et ecce occurrit ei in via diabolus falcem gerens. Utque voluit eum ferire, non valuit. Itaque ait ei : Multa a te vis, Macari, quod adversum te nihil valeo. En enim, quidquid agis, ego quoque facio. Tu cibo abstines, et ego; vigilas, ego penitus non dormio. Unum solum est in quo vincis me. Interrogavit abbas Macarius : Quodnam est illud? Respondit : Humilitas tua. Ac propterea adversus te nihil possum.

12. (95) Interrogaverunt quidam e Patribus abbatem Macarium Ægyptium, dicentes : Qui fit ut sive comedas sive jejunes, corpus tuum pariter siccum sit? Respondituque illis senex : Lignum quod versat sarmenta quæ comburuntur, omnino ab igne consumitur. Simili modo si mentem suam homo in timore Dei mundaverit, ipse Dei timor corpus ejus consumit.

13. (96) Profectus est aliquando abbas Macarius e Sceti in Terenuthim; et ingressus est in fanum ut dormiret. Erant autem ibi vetera ethnicorum cadavera : e quibus unum acceptum posuit sub capite suo, velut embrimium. Dæmones ergo intuiti audaciam ejus, invidia ducti sunt; ac volentes eum terrere, velut feminam de nomine vocabant, dicentes : Illa, veni nobiscum ad balneum : respondit autem alius dæmon sub ipso tanquam e mortuis, sic : Peregrinum habeo super me, nec possum venire. At senex territus non est, sed audacter verberabat corpus, Surge, inquiens, vade in tenebras, si potes. Quo audito dæmones clamaverunt voce

A ρίου, ὅτι παραγενόμενός ποτε πρός τινα ἀναχωρητὴν, καὶ εὑρὼν αὐτὸν κακούμενον, ἐπυνθάνετο τί βούλοιτο τραφῆναι, οὐδενὸς ὄντος ἐν τῷ κελλίῳ αὐτοῦ. Καὶ φήσαντος ἐκείνου, Πάστιλον, εἷς τὴν Ἀλεξανδρέων πόλιν οὐκ ὤκνησεν ὁ ἀνδρεῖος παραγενέσθαι, καὶ δοῦναι τῷ κάμνοντι· καὶ τὸ θαυμαστὸν μηδενὶ κατάδηλον γενόμενον.

θ'. Εἶπε πάλιν, ὅτι ἐν ἀκακίᾳ τοῦ ἁββᾶ Μακαρίου πολιτευομένου πρὸς πάντας τοὺς ἀδελφοὺς, ἔφησαν αὐτῷ τινες· Διατί οὕτως ἑαυτὸν ποιεῖς; Ὁ δὲ εἶπε· Δώδεκα ἔτη ἐδούλευσα τῷ Κυρίῳ μου, ἵνα μοι χαρίσηται τὸ χάρισμα τοῦτο, καὶ πάντες μοι συμβουλεύετε ἀποθέσθαι αὐτό;

ι'. Ἔλεγον περὶ τοῦ ἁββᾶ Μακαρίου, ὅτι εἰ εὐκαίρησε μετὰ ἀδελφῶν, ἐτίθει ἑαυτῷ ὅρον, ὅτι Ἐὰν εὑρεθῇ οἶνος, διὰ τοὺς ἀδελφοὺς πίνε, καὶ ἀντὶ ἑνὸς ποτηρίου οἴνου, μίαν ἡμέραν μὴ πίῃς ὕδωρ. Οἱ οὖν ἀδελφοὶ, χάριν ἀναπαύσεως ἐδίδουν αὐτῷ. Ὁ δὲ γέρων μετὰ χαρᾶς ἐλάμβανεν, ἵνα ἑαυτὸν βασανίσῃ. Ὁ δὲ μαθητὴς εἰδὼς τὸ πρᾶγμα, ἔλεγε τοῖς ἀδελφοῖς· Διὰ τὸν Κύριον, μὴ δῶτε αὐτῷ· εἰ δὲ μή γε, εἰς τὸ κελλίον μέλλει ἑαυτὸν δαμάζειν. Καὶ μαθόντες οἱ ἀδελφοὶ, οὐκ ἔτι αὐτῷ παρεῖχον.

ια'. Παρερχόμενός ποτε ἀπὸ τοῦ Ἕλους εἰς τὸ κελλίον ἑαυτοῦ ὁ ἁββᾶς Μακάριος, ἐβάσταζε θαλλία, καὶ ἰδοὺ ὑπήντησεν αὐτῷ ὁ διάβολος κατὰ τὴν ὁδὸν μετὰ δρεπάνου· καὶ ὡς ἠθέλησεν αὐτὸν κροῦσαι, οὐκ ἴσχυσε, καὶ λέγει αὐτῷ· Πολλὴ βία ἀπὸ σοῦ, Μακάριε, ὅτι οὐ δύναμαι πρὸς σέ. Ἰδοὺ γὰρ εἴ τι ποιεῖς, κἀγὼ ποιῶ· σὺ νηστεύεις, κἀγώ [31]· ἀγρυπνεῖς, κἀγὼ ὅλως οὐ κοιμῶμαι· ἓν ἐστι μόνον ἐν ᾧ νικᾷς με. Λέγει αὐτῷ ὁ ἁββᾶς Μακάριος· Ποῖον τοῦτο; Ὁ δὲ ἔφη· Ἡ ταπείνωσίς σου· καὶ διὰ τοῦτο οὐ δύναμαι πρὸς σέ.

ιβ'. Ἠρώτησάν τινες τῶν Πατέρων τὸν ἁββᾶν Μακάριον τὸν Αἰγύπτιον, λέγοντες· Πῶς ὅτε ἐσθίεις καὶ ὅτε νηστεύεις, τὸ σῶμά σου ξηρόν ἐστι; Καὶ λέγει αὐτοῖς ὁ γέρων· Τὸ ξύλον τὸ στρέφον τὰ καιόμενα φρύγανα, ὅτι ὅλου ἐσθίεται ἐκ τοῦ πυρός. Οὕτως ἐὰν καθαρεύσῃ ἄνθρωπος τὸν νοῦν αὐτοῦ ἐν τῷ φόβῳ τοῦ Θεοῦ, αὐτὸς ὁ φόβος τοῦ Θεοῦ κατεσθίει τὸ σῶμα αὐτοῦ.

ιγ'. Ἀνέβη ποτὲ ὁ ἁββᾶς Μακάριος ἀπὸ Σκήτεως εἰς Τερενοῦθιν· καὶ εἰσῆλθεν εἰς τὸ ἱερὸν κοιμηθῆναι. Ἦσαν δὲ ἐκεῖ σκηνώματα Ἑλλήνων παλαιά· καὶ λαβὼν ἓν, ὑπέθηκε τῇ ἑαυτοῦ κεφαλῇ, ὡς ἐμβρίμιον. Οἱ οὖν δαίμονες, ὁρῶντες αὐτοῦ τὸ θαρσαλέον, ἐφθόνησαν· καὶ θέλοντες αὐτὸν πτοῆσαι, ἐφώνουν ὡς γυναικὸς ὄνομα, λέγοντες· Ἡ δεῖνα, δεῦρο μεθ' ἡμῶν εἰς τὸ βαλανεῖον. Ὑπῆκουσε δὲ ἄλλος δαίμων ὑποκάτωθεν αὐτοῦ ὡς ἐκ τῶν νεκρῶν, λέγων· Ξένον ἔχω ἐπάνω μου, καὶ οὐ δύναμαι ἐλθεῖν. Ὁ δὲ γέρων οὐκ ἐπτοήθη· ἀλλὰ θαρρῶν ἔτυπτε τὸ σκήνωμα, λέγων· Ἔγειραι, ὕπαγε εἰς τὸ σκότος, εἰ δύνασαι. Καὶ τοῦτο ἀκούσαντες οἱ δαίμονες, ἐβόησαν

[31] Al. ἐγὼ οὐδὲ ὅλως τρώγω.

(93) *Vit. Patr.* IV, 26.
(94) *Vit. Patr.* XV, 26.
(95) *Vit. Patr.* III, 8.
(96) *Vit. Patr.* VII, 10.

φωνῇ μεγάλῃ, λέγοντες· Ἐνίκησας ἡμᾶς. Καὶ ἔφυγον καταισχυνόμενοι. A magna : Vicisti nos. Tum pudore suffusi aufugerunt.

ιδ'. Ἔλεγον περὶ τοῦ ἀββᾶ Μακαρίου τοῦ Αἰγυπτίου [32], ὅτι ἀναβαίνων ἀπὸ Σκήτεως, καὶ βαστάζων σπυρίδας, κοπιάσας ἐκαθέσθη· καὶ ηὔξατο λέγων· Ὁ Θεὸς, σὺ οἶδας ὅτι οὐκ [33] ἰσχύω. Καὶ εὐθέως εὑρέθη ἐπὶ τὸν ποταμόν.

14. (97) Dicebant de abbate Macario Ægyptio, quod ascendens e Sceti, ac sportulas portans, defatigatus sedit; oravitque ad hunc modum : Deus, tu scis nihil mihi virium superesse. Et illico juxta fluvium est delatus.

ιε'. Ἦν τις ἔχων υἱὸν παραλυτικὸν ἐν Αἰγύπτῳ· καὶ ἤνεγκεν αὐτὸν εἰς τὸ κελλίον τοῦ ἀββᾶ Μακαρίου· καὶ ἀφεὶς αὐτὸν ἐπὶ τὴν θύραν κλαίοντα, ἀνεχώρησε μακράν. Παρακύψας οὖν ὁ γέρων, εἶδε τὸ παιδίον [34], καὶ λέγει αὐτῷ· Τίς ἤνεγκέ σε ὧδε; Καὶ λέγει· Ὁ πατήρ μου ἔρριψέ με ὧδε, καὶ ἀπῆλθε. Λέγει αὐτῷ ὁ γέρων· Ἀναστὰς κατάλαβε αὐτόν. Καὶ εὐθέως ὑγιάνας, ἀνέστη, καὶ κατέλαβε τὸν πατέρα αὐτοῦ· καὶ οὕτως ἀπῆλθον εἰς τὸν οἶκον αὐτῶν. B est : atque ita reversi sunt in domum suam.

15. (98) Quidam in Ægypto filium habebat paralyticum ; et tulit eum ad cellam abbatis Macarii ; relinquens autem ad ostium plorantem, longe abscessit. Igitur senex deorsum aspiciens vidit puerum ; et interrogavit eum : Quis te huc attulit? Respondit : Pater meus hic me projecit, et abiit. Dicit ei senex : Surgens assequere eum. Statimque sanitate recuperata surrexit, et patrem consecutus

ις'. Ὁ ἀββᾶς Μακάριος ὁ μέγας ἔλεγε τοῖς ἀδελφοῖς ἐν τῇ Σκήτει, ὡς ἀπέλυε τὴν ἐκκλησίαν· Φεύγετε, ἀδελφοί. Καὶ εἶπεν αὐτῷ τις τῶν γερόντων· Ποῦ ἔχομεν φυγεῖν πλέον τῆς ἐρήμου ταύτης; Ὁ δὲ ἐτίθει τὸν δάκτυλον αὐτοῦ εἰς τὸ στόμα, λέγων· Τοῦτο φεύγετε. Καὶ εἰσήρχετο εἰς τὸ κελλίον ἑαυτοῦ, καὶ ἔκλειε τὴν θύραν, καὶ ἐκάθητο.

16. (99) Abbas Macarius magnus dicebat fratribus in Sceti, postquam ecclesiam dimisisset : Fugite, fratres. Ait illi seniorum quidam : Quonam fugere poterimus ultra solitudinem hanc? Ipse vero digitum suum ad os ponebat, dicens : Fugite hoc. Tum ingrediebatur in cellam suam, et clauso ostio sedebat.

ιζ'. Εἶπεν ὁ αὐτὸς ἀββᾶς Μακάριος· Ἐάν τινι ἐπιτιμῶν, εἰς ὀργὴν κινηθῇς, ἴδιον πάθος πληροῖς. Οὐ γὰρ ἵνα ἄλλους σώσῃς, σεαυτὸν ἀπολέσεις.

17. (1) Dixit idem abbas Macarius : Si quempiam increpando, ad iram commoveris, affectui tuo satisfacis. Non enim ut alios salves, perdes teipsum.

ιη'. Ὁ αὐτὸς ἀββᾶς Μακάριος, ἐν Αἰγύπτῳ ὤν, εὗρεν ἄνθρωπον ἔχοντα κτῆνος καὶ συλοῦντα τὰς χρείας αὐτοῦ· καὶ αὐτὸς ὡς ξένος παραστὰς τῷ συλοῦντι, συνεγέμου τὸ κτῆνος, καὶ μετὰ πολλῆς ἡσυχίας προέπεμπεν αὐτὸν, λέγων, ὅτι *Οὐδὲν εἰσηνέγκαμεν εἰς τὸν κόσμον* [35], *δῆλον ὅτι οὐδὲ ἐξενεγκεῖν τι δυνάμεθα. Ὁ Κύριος ἔδωκεν· ὡς αὐτὸς ἠθέλησεν, οὕτως καὶ ἐγένετο. Εὐλογητὸς Κύριος ἐπὶ πᾶσιν.* C

18. (2) Idem abbas Macarius dum esset in Ægypto, invenit hominem habentem jumentum, et prædantem quæ ad usum suum possidebat : ipse vero tanquam peregrinus astans furi, una onerabat jumentum, magnaque cum quiete deduxit eum, dicens : *Nihil intulimus in mundum : haud dubium quod nec auferre quid possumus* [39]. *Dominus dedit : sicut ipse voluit, ita et factum est. Benedictus Dominus in omnibus* [40].

ιθ'. Ἠρώτησάν τινες τὸν ἀββᾶν Μακάριον, λέγοντες· Πῶς ὀφείλομεν προσεύχεσθαι; Λέγει αὐτοῖς ὁ γέρων· Οὐκ ἔστι χρεία βαττολογεῖν, ἀλλ' ἐκτείνειν [36] τὰς χεῖρας, καὶ λέγειν· Κύριε, ὡς θέλεις καὶ ὡς οἶδας, ἐλέησον [37]. Ἐὰν δὲ ἐπίκειται πόλεμος· Κύριε, βοήθει [38]. Καὶ αὐτὸς οἶδε τὰ συμφέροντα, καὶ ποιεῖ μεθ' ἡμῶν ἔλεος.

19. (3) Interrogaverunt quidam abbatem Macarium, dicentes : Quo modo debemus orare? Respondit illis senex : Non opus est loqui multum, sed extendendæ sunt manus, proferendumque : Domine, sicut vis et sicut nosti, miserere. Si autem ingruerit tentationis impugnatio, dici debet : Domine, adjuva. Ipse scit quæ expediant, et facit nobiscum misericordiam.

κ'. Εἶπεν ὁ ἀββᾶς Μακάριος· Εἰ γέγονεν ἐν σοὶ ἡ ἐξουδένωσις ὡς ὁ ἔπαινος, καὶ ἡ πενία ὡς ὁ πλοῦτος, καὶ ἡ ἔνδεια ὡς ἡ δαψίλεια, οὐκ ἀποθνήσκεις. Ἀμήχανον γάρ ἐστι τὸν καλῶς πιστεύοντα, καὶ ἐν εὐσεβείᾳ ἐργαζόμενον, ἐμπεσεῖν εἰς ἀκαθαρσίαν παθῶν καὶ δαιμόνων πλάνην. D

20. (4) Dixit abbas Macarius : Si apud te exstiterit contemptus velut laus, paupertas tanquam divitiæ, indigentia sicut abundantia, non morieris. Fieri enim non potest, ut qui recte credit, et in pietate operatur, incidat in vitiorum sordes, ac dæmonum errorem.

κα'. Ἔλεγον, ὅτι ἐσφάλησαν δύο ἀδελφοὶ Σκῆτιν· καὶ ἐχώρισεν αὐτοὺς ὁ ἀββᾶς Μακάριος ὁ πολιτικός·

21. Referebant : Duo fratres in Sceti deliquerunt ; quos segregavit seu excommunicavit abbas

[32] Al. μεγάλε. [33] Al. οὐκέτι. [34] Al. add. ὅτι ἔκλαιεν. [35] Abest ab al. hoc comma. [36] Al. inser. πυκνά. t. Dorothei Epist. 1. [37] Al. add. με. [38] Al. add. μοι. [39] 1 Tim. VI, 7. [40] Job I, 21.

(97) *Vit. Patr.* II, 6.
(98) *Vit. Patr.* II, 7.
(99) *Vit. Patr.* IV, 27.
(1) *Vit. Patr.* III, 87; IV, 28; *Append.* p. 1001, n. 17.
(2) *Vit. Patr.* XVI, 6.
(3) *Vit. Patr.* XII, 10.
(4) *Vit. Patr.* XXXVIII, 2.

Macarius urbicus : et venerunt nonnulli, nuntiaruntque abbati Macario magno, Ægyptio. Qui affirmavit, fratres non esse segregatos, sed Macarium ; etenim diligebat eum. Auditu accepit abbas Macarius quod a sene excommunicatus fuisset, fugitque ad paludem. Egressus itaque est abbas Macarius magnus ; ac reperit eum a culicibus perforatum ; dicitque ei : Tu segregasti fratres ; et ecce secessuri sunt in vicum. Ego vero segregavi te ; tuque veluti pulchra virgo, in interius cubiculum fugisti huc. At ego vocatis fratribus, ab ipsis didici, nihil horum factum esse. Vide igitur, tu frater, ne a dæmonibus illusus fueris. Nam nihil vidisti. Sed veniam incurvatus pete pro delicto tuo. Ille autem dixit : Si vis, da mihi pœnitentiam. Videns ergo senex humilitatem illius, ait : Vade, jejuna tres hebdomadas, semel singulis hebdomadis comedens. Hæc scilicet erat illius perpetua operatio, hebdomadas jejunare.

22. Dixit abbas Moyses abbati Macario in Sceti : Volo cum quiete ac silentio vivere, nec sinunt me fratres. Ait illi abbas Macarius : Video te indolis mollioris esse, nec posse fratrem a te avertere ; sed si desideras quietam vitam, profiscere ad eremum, intro, in Petra, et illic quiete deges. Atque hoc fecit, et conquievit.

23. Frater convenit abbatem Macarium Ægyptium, et dixit ei : Abba, effare mihi verbum, quonam modo salvus ero. Ait senex : Vade ad sepulcrum, et maledictis mortuos impete. Abiens igitur frater, conviciis et lapidibus appetiit ; reversusque annuntiavit seni. Quærit ab eo : Nihilne tibi locuti sunt ? Ille : Nihil. Tum senex inquit : Iterum proficiscere cras, laudibus eos effer. Pergens itaque frater, collaudavit eos, vocans : Apostoli, sancti, justi. Tum adiit senem, dixitque : Laudavi. Ille ei : Nihil tibi responderunt ? Frater : Nullo modo. Tunc senex infit : Nosti quantis eos contumeliis affeceris, nec quidquam reposuerunt tibi ; et quantis eosdem laudibus ornaveris, nihilque ad te prolocuti sunt : ita etiam tu, si salutem consequi desideras, mortuus fias ; nec injurias hominum, nec laudes eorum cogites, instar mortuorum ; sic poteris salvus fieri.

24. Præteriens aliquando abbas Macarius per Ægyptum una cum fratribus, audivit puerum ita matri suæ loquentem : Mater, quidam dives diligit me, et odi eum ; pauper vero odit me, ac eum diligo. Quo audito sermone, admiratus est abbas Macarius. Dicunt ei fratres : Quid hoc verbi est, Pater, quod affectus sis admiratione ? Respondit illis senex : Revera Dominus noster dives est diligitque nos, nec volumus illi obtemperare ; inimicus autem noster diabolus pauper est odioque nos prosequitur, et diligimus ejus impuritatem.

25. Rogavit eumdem multis cum lacrymis abbas Pœmen, dicens : Eloquere mihi verbum, quo modo asseeuturus sim salutem. Senex vero ei respondit : Quam quæris rem, nunc recessit a monachis.

A καὶ ἦλθόν τινες, καὶ εἶπον τῷ ἀββᾷ Μακαρίῳ τῷ μεγάλῳ τῷ Αἰγυπτίῳ. Ὁ δὲ εἶπεν· Οὐκ εἰσὶν οἱ ἀδελφοὶ κεχωρισμένοι, ἀλλὰ Μακάριός ἐστι κεχωρισμένος· ἦν γὰρ ἀγαπῶν αὐτόν. Ἤκουσεν ὁ ἀββᾶς Μακάριος, ὅτι ἐχωρίσθη ὑπὸ τοῦ γέροντος, καὶ ἔφυγεν εἰς τὸ ἕλος. Ἐξῆλθεν οὖν ὁ ἀββᾶς Μακάριος ὁ μέγας, καὶ εὑρίσκει αὐτὸν τιτρωσκόμενον ὑπὸ τῶν κωνώπων, καὶ λέγει αὐτῷ· Σὺ ἐχώρισας τοὺς ἀδελφούς, καὶ ἰδοὺ εἶχον ἀναχωρῆσαι εἰς τὴν κώμην. Ἐγὼ δέ σε ἐχώρισα, καὶ σὺ ὡς καλὴ παρθένος εἰς τὸν ἐσώτερον κοιτῶνα ἔφυγες ὧδε. Ἐγὼ δὲ καλέσας τοὺς ἀδελφούς, ἔμαθον παρ' αὐτῶν, καὶ εἶπον· Οὐδὲν τούτων γέγονε. Βλέπε οὖν καὶ σὺ, ἀδελφὲ, μὴ ἀπὸ δαιμόνων ἐχλευάσθης (οὐδὲν γὰρ ἑώρακας), ἀλλὰ βάλε μετάνοιαν ὑπὲρ τοῦ σφάλματός σου. Ὁ δὲ εἶπεν·
B Εἰ θέλεις, δός μοι μετάνοιαν. Ἰδὼν δὲ ὁ γέρων τὴν ταπείνωσιν αὐτοῦ, ἔλεγεν· Ὕπαγε, καὶ νήστευσον τρεῖς ἑβδομάδας, κατὰ ἑβδομάδα ἐσθίων. Αὕτη γὰρ ἦν ἡ ἐργασία αὐτοῦ πάντοτε, τὰς ἑβδομάδας νηστεύειν.

κϐ'. Εἶπεν ὁ ἀββᾶς Μωϋσῆς τῷ ἀββᾷ Μακαρίῳ εἰς Σκῆτιν· Θέλω ἡσυχάσαι, καὶ οὐκ ἀφιοῦσί με οἱ ἀδελφοί. Καὶ λέγει αὐτῷ ὁ ἀββᾶς Μακάριος· Θεωρῶ ὅτι ἡ φύσις σου ἁπαλή ἐστι, καὶ οὐ δύνασαι ἀποστρέψαι ἀδελφόν· ἀλλ' ἐὰν θέλῃς ἡσυχάσαι, ὕπαγε εἰς τὴν ἔρημον ἔσω εἰς τὴν Πέτραν, κἀκεῖ ἡσυχάζεις. Καὶ τοῦτο ἐποίησε, καὶ ἀνεπάη.

κγ'. Ἀδελφὸς παρέβαλε τῷ ἀββᾷ Μακαρίῳ τῷ Αἰγυπτίῳ, καὶ λέγει αὐτῷ· Ἀββᾶ, εἰπέ μοι ῥῆμα πῶς σωθῶ. Καὶ λέγει ὁ γέρων· Ὕπαγε εἰς τὸ μνημεῖον, καὶ ὕβρισον τοὺς νεκρούς. Ἀπελθὼν οὖν ὁ
C ἀδελφὸς, ὕβρισε καὶ ἐλίθασε· καὶ ἐλθὼν ἀπήγγειλε τῷ γέροντι. Καὶ λέγει αὐτῷ· Οὐδέν σοι ἐλάλησαν; Ὁ δὲ ἔφη· Οὐχί. Λέγει αὐτῷ ὁ γέρων· Ὕπαγε πάλιν αὔριον, καὶ δόξασον αὐτούς. Ἀπελθὼν οὖν ὁ ἀδελφὸς, ἐδόξασεν αὐτοὺς, λέγων· Ἀπόστολοι, ἅγιοι, καὶ δίκαιοι. Καὶ ἦλθε πρὸς τὸν γέροντα, καὶ εἶπεν αὐτῷ· Ἐδόξασα. Καὶ λέγει αὐτῷ· Οὐδέν σοι ἀπεκρίθησαν; Ἔφη ὁ ἀδελφός· Οὐχί. Λέγει αὐτῷ ὁ γέρων· Οἶδας πόσα ἠτίμασας αὐτοὺς, καὶ οὐδέν σοι ἀπεκρίθησαν, καὶ πόσα ἐδόξασας αὐτοὺς, καὶ οὐδέν σοι ἐλάλησαν· οὕτως καὶ σὺ, ἐὰν θέλῃς σωθῆναι, γενοῦ νεκρός· μήτε τὴν ἀδικίαν τῶν ἀνθρώπων, μήτε τὴν δόξαν αὐτῶν λογίσῃ, ὡς οἱ νεκροί· καὶ δύνασαι σωθῆναι.

D κδ'. Παρερχόμενός ποτε ὁ ἀββᾶς Μακάριος μετὰ ἀδελφῶν διὰ τῆς Αἰγύπτου, ἤκουσε παιδίου λέγοντος τῇ μητρὶ αὐτοῦ· Ἀμμᾶ, πλούσιός τις ἀγαπᾷ με, καὶ μισῶ αὐτόν· καὶ πτωχὸς μισεῖ με, καὶ ἀγαπῶ αὐτόν. Καὶ ἀκούσας ὁ ἀββᾶς Μακάριος, ἐθαύμασε. Καὶ λέγουσιν αὐτῷ οἱ ἀδελφοί· Τί ἐστι τὸ ῥῆμα τοῦτο, Πάτερ, ὅτι ἐθαύμασας; Καὶ λέγει αὐτοῖς ὁ γέρων· Ἀληθῶς ὁ Κύριος ἡμῶν πλούσιός ἐστι καὶ ἀγαπᾷ ἡμᾶς, καὶ οὐ θέλομεν αὐτοῦ ἀκοῦσαι· ὁ δὲ ἐχθρὸς ἡμῶν διάβολος πτωχός ἐστι καὶ μισεῖ ἡμᾶς, καὶ ἀγαπῶμεν αὐτοῦ τὴν ἀκαθαρσίαν.

κε'. Παρεκάλεσεν ὁ ἀββᾶς Ποιμὴν αὐτὸν μετὰ πολλῶν δακρύων, λέγων· Εἰπέ μοι ῥῆμα πῶς σωθῶ. Ἀποκριθεὶς δὲ ὁ γέρων εἶπεν αὐτῷ· Τὸ πρᾶγμα ὃ ζητεῖς, ἀπῆλθε νῦν ἀπὸ τῶν μοναχῶν.

κς'. Παρέβαλέ ποτε ὁ ἀββᾶς Μακάριος τῷ ἀββᾷ Ἀντωνίῳ· καὶ λαλήσας αὐτῷ, ὑπέστρεψεν εἰς Σκῆτιν. Καὶ ἦλθον οἱ Πατέρες εἰς ἀπάντησιν αὐτοῦ. Καὶ ὡς ἐλάλουν, εἶπεν αὐτοῖς ὁ γέρων· Ἔφην τῷ ἀββᾷ Ἀντωνίῳ, ὡς οὐκ ἔχομεν προσφορὰν ἐν τῷ τόπῳ ἡμῶν. Καὶ ἤρξαντο οἱ Πατέρες λαλεῖν περὶ ἄλλων, καὶ οὐκ ἠρώτησαν ἔτι μαθεῖν τὴν ἀπόκρισιν παρὰ τοῦ γέροντος, οὔτε ὁ γέρων αὐτοῖς εἶπε. Τοῦτο οὖν ἔλεγέ τις τῶν Πατέρων, ὅτι ἐὰν ἴδωσιν οἱ Πατέρες ὅτι λανθάνει τοὺς ἀδελφοὺς τῷ [41] ἐρωτῆσαι περὶ πράγματος ὠφελοῦντος αὐτοὺς, ἀναγκάζουσιν ἑαυτοὺς εἰπεῖν ἀρχὴν τοῦ λόγου· ἐὰν δὲ μὴ ἀναγκασθῶσι παρὰ τῶν ἀδελφῶν, οὐκ ἔτι λαλοῦσι τὸν λόγον· ἵνα μὴ εὐρεθῶσιν ὡς μὴ ἐπερωτώμενοι καὶ λαλοῦντες, καὶ ὡς ἀργολογία εὑρίσκηται.

A

26. Aliquando abbatem Antonium convenit abbas Macarius, habitoque ad eum sermone, Scetim reversus est. Obviam ei processerunt Patres. Et in colloquio ait illis senex: Abbati Antonio dixi, quod in loco nostro careamus oblatione. Cœperunt Patres disserere aliis de rebus, nec requisierunt responsum discere a sene, nec senex eis prolocutus est. Hoc ergo pronuntiabat Patrum quidam: Cum viderint Patres, e fratrum memoria excidere ut interrogent de re iis utili, necessitatem sibi imponunt principium orationis proferendi: quod si a fratribus non adigantur, non persequuntur sermonem, ut ne deprehendantur locuti neque interrogati; videaturque esse otiosa loquela.

κζ'. Ἠρώτησεν ὁ ἀββᾶς Ἡσαΐας τὸν ἀββᾶν Μακάριον, λέγων· Εἰπέ μοι ῥῆμα. Καὶ λέγει αὐτῷ ὁ γέρων· Φεῦγε τοὺς ἀνθρώπους. Λέγει αὐτῷ ὁ ἀββᾶς Ἡσαΐας· Τί ἐστι τὸ φεύγειν τοὺς ἀνθρώπους; Ὁ δὲ γέρων εἶπεν αὐτῷ· Τὸ καθίσαι εἰς τὸ κελλίον σου, καὶ κλαῦσαι τὰς ἁμαρτίας σου.

B

27. Hunc in modum percontatus est abbas Isaias abbatem Macarium: Profer mihi sententiam. Et dixit ei senex: Homines fuge. Rursus abbas Isaias: Quid est fugere homines? Senex vero: Sedere in cella tua, et deflere tua peccata.

κη'. Ἔλεγεν ὁ ἀββᾶς Παφνούτιος ὁ μαθητὴς τοῦ ἀββᾶ Μακαρίου, ὅτι Παρεκάλεσα τὸν Πατέρα μου, λέγων· Εἰπέ μοι λόγον. Ὁ δὲ ἔφη· Μὴ κακοποιήσῃς τινά, μηδὲ κατακρίνῃς τινά. Ταῦτα τήρει, καὶ σώζῃ.

28. Hoc referebat abbas Paphnutius, discipulus abbatis Macarii: Rogavi Patrem meum, ut aliquid mihi diceret. Illius autem oratio fuit: Neminem læseris, neminem condemnaveris. Hæc observa, et salvus fies.

κθ'. Εἶπεν ὁ ἀββᾶς Μακάριος· Μὴ κοιμηθῇς εἰς κελλίον ἀδελφοῦ ἔχοντος κακὴν φήμην.

29. Dixit abbas Macarius: Noli dormire in cella fratris qui malam famam habet.

λ'. Παρέβαλόν ποτε τῷ ἀββᾷ Μακαρίῳ ἀδελφοὶ εἰς Σκῆτιν, καὶ οὐχ εὗρον ἐν τῷ κελλίῳ αὐτοῦ οὐδὲν, εἰ μὴ ὕδωρ σαπρόν. Καὶ λέγουσιν αὐτῷ· Ἀββᾶ, δεῦρο ἄνω εἰς τὴν κώμην, καὶ ἀναπαύομέν σε. Λέγει αὐτοῖς ὁ γέρων· Οἴδατε, ἀδελφοὶ, τὸ ἀρτοκοπεῖον τοῦ δεῖνος εἰς τὴν κώμην; Καὶ λέγουσιν αὐτῷ· Ναί. Ἔφη αὐτοῖς ὁ γέρων· Κἀγὼ οἶδα αὐτό. Οἴδατε καὶ τὸ χωρίον τοῦ δεῖνος ὅπου ὁ ποταμὸς ῥοεῖ; Λέγουσιν αὐτῷ· Ναί. Λέγει αὐτοῖς ὁ γέρων· Κἀγὼ οἶδα αὐτό. Ὅτε οὖν θέλω, οὐ χρείαν ὑμῶν ἔχω, ἀλλ' ἐμαυτῷ ἀναβάζω [42].

C

30. Accesserunt aliquando fratres ad abbatem Macarium Sceti agentem, nec quidquam invenerunt in cella ejus, nisi aquam putridam. Dicunt ei: Abba, ascende in pagum, reficiemus te. Excepit senex: Nostis, fratres, illius talis hominis pistrinum in pago? Respondent: Etiam. Tum senex: Ego quoque novi. Scitis et prædium illius, ubi fluvius salit? Aiunt: Scimus. Ego quoque scio, inquit senex. Quando igitur placet, vestri opus non habeo, sed mihi apporto.

λα'. Ἔλεγον περὶ τοῦ ἀββᾶ Μακαρίου, ὅτι εἰ προσήρχετο αὐτῷ ἀδελφὸς, ὡς ἁγίῳ γέροντι καὶ μεγάλῳ μετὰ φόβου, οὐδὲν ἐλάλει αὐτῷ. Εἰ δὲ ἔλεγεν αὐτῷ τις τῶν ἀδελφῶν ὡς ἐξουθενῶν αὐτόν· Ἀββᾶ, ἆρα ὅταν ἦς καμηλίτης καὶ ἔκλεπτες νίτρον καὶ ἐπώλεις σὺ, οὐκ ἔβερόν σε οἱ τηρηταί [43]; Εἰ ταῦτά τις ἔλεγεν αὐτῷ, ἐλάλει αὐτῷ μετὰ χαρᾶς, εἴ τι αὐτὸν ἠρώτα.

D

31. (5) Aiebant de abbate Macario, quod si ad eum accederet frater, cum timore, tanquam ad sanctum et magnum senem, nihil ei loquebatur. Si vero fratrum quispiam tanquam nihili faciens ei diceret: Abba, quando eras camelarius, et nitrum furabaris, ac vendebas, nonne verberabant te custodes? Si ita quis esset prolocutus, huic cum gaudio, si quid interrogasset, responsum dabat.

λβ'. Ἔλεγον περὶ τοῦ ἀββᾶ Μακαρίου τοῦ μεγάλου, ὅτι γέγονε καθὼς ἐστι γεγραμμένον θεὸς ἐπίγειος, ὅτι ὥσπερ ἐστὶν ὁ Θεὸς σκεπάζων τὸν κόσμον, οὕτως γέγονεν ὁ ἀββᾶς Μακάριος σκεπάζων τὰ ἐλαττώματα, ἃ ἔβλεπεν ὡς μὴ βλέπων, καὶ ἃ ἤκουεν ὡς μὴ ἀκούων.

32. (6) De abbate Macario magno asserebant, quod exstiterit, sicut scriptum est, deus terrestris. Quia quemadmodum Deus mundum tegit, ita abbas Macarius delicta obtegebat; quæ viderat quasi non vidisset, quæ audierat quasi non audiisset.

λγ'. Διηγήσατο ὁ ἀββᾶς Βιτίμιος, ὅτι ἔλεγεν ὁ ἀββᾶς Μακάριος· Καθημένου μού ποτε εἰς Σκῆτιν, κατέβησαν δύο νεώτεροι ξενικοὶ ἐκεῖ· καὶ ὁ μὲν εἷς

33. (7) Narratio abbatis Vitimii exstitit, quod ita retulerit abbas Macarius: Sedente me aliquando in Sceti, descenderunt illuc duo juvenes peregrini;

[41] Al. τό. [42] Pro ἀναβιβάζω. [43] Al. κριταί.

(5) *Vit. Patr.* XIII, 2.
(6) *Append.* p. 1006, n. 107; *Constitut. apostol.* II, 26.
(7) *Vit. Patr.* III, 2.

quorum unus barbam gerebat, alter vero primam emittebat lanuginem. Hi venerunt ad me, rogantes, ubi esset cella abbatis Macarii. Tum ego: Quid eum vultis? Aiunt: Audita ejus ac Sceteos fama, venimus ut videamus eum. Dico: Ego sum. Factaque corporis inclinatione, inquiunt: Hoc in loco cupimus manere. Ego vero videns eos delicatos et velut in divitiis educatos, aio: Non potestis residere hic. Tum major infit: Si non possimus remanere hic, ad alium pergemus locum. Ego intra mentem meam: Cur pello eos, et scandalum patientur? Efficiet labor, ut ipsi sponte fugiant. Itaque dico eis: Venite, construite vobis cellam, si potestis. Illi: Ostende nobis locum, construemus. Dedit autem eis senex securim, peramque plenam panibus, et sal; ostenditque petram duram, monens: Lapides hic incidite, atque ex palude portate vobis ligna, tectoque imposito, residete. Putabam autem, inquit, illos propter laborem recessuros. Porro petierunt a me, quid eo loci operaturi essent. Respondi, plectam facerent; sumptisque e palude foliis palmarum, ostendi ipsis plectæ seu funis principium, utque consuere oporteret; dixique: Facite sportas, quas tradetis custodibus, ipsi vero afferent vobis panes. Deinde abscessi. At illi patienter quæcunque mandaveram exsecuti sunt: nec venerunt ad me tribus annis. Ego vero assidue cum animo meo colluctabar, reputans: Ecquæ est eorum operatio, quod non accesserint interrogaturi de cogitatione? Qui procul habitant, veniunt ad me: et isti cum propinqui sint, non accesserunt, nec ad alios profecti sunt: duntaxat pergunt ad ecclesiam, taciti, ut accipiant oblationem. Igitur oravi Dominum, jejunans una hebdomade, ut manifestum mihi faceret, quidnam operarentur. Post hebdomadam vero surgens, ad eos abii, ut intuerer quo modo agerent. Et cum pulsassem, aperuerunt, meque salutarunt cum silentio. Feci orationem, et sedi. Major innuit minori ut egrederetur; ipseque sedit, ad conficiendam plectam, nec quidquam loquebatur. Ad horam vero nonam strepitum edidit. Venit junior, fecit parum polentæ, ac majore innuente, apposuit mensam, cumque super eam tres paximates posuisset, stetit tacens. Ego vero dixi: Surgite, comedamus. Inde consurgentes, cibum sumpsimus. Attulit baucale, ac bibimus. Ut autem advenit vespera, petunt a me: Recedisne? Respondi: Non, sed hic dormio. Unde posuerunt mihi stoream ex parte, et sibi ad alium angulum ex parte: tuleruntque zonas suas et succinctoria, simulque collocaverunt se in matta ante me. Cæterum postquam composuerunt se, oravi Deum ut mihi operationem eorum revelaret. Tunc apertum est tectum, ortaque est lux, velut per diem, ipsi autem non cernebant lucem. Cum vero existimarunt dormire me, major fodicat minoris latus. Consurgunt, cingunt

A εἶχε γένειον, ὁ δὲ ἄλλος ἀρχὴν βάλλων γενείου. Καὶ ἦλθον πρὸς μὲ λέγοντες· Ποῦ ἔστιν ἡ κέλλα τοῦ ἁββᾶ Μακαρίου; Κἀγὼ εἶπον· Τί θέλετε αὐτόν; Καὶ λέγουσιν· Ἀκούοντες τὰ περὶ αὐτοῦ καὶ τῆς Σκήτεως, ἤλθομεν ἰδεῖν αὐτόν. Λέγω αὐτοῖς· Ἐγώ εἰμι. Καὶ ἔβαλον μετάνοιαν, λέγοντες· Ὧδε θέλομεν μεῖναι. Ἐγὼ δὲ βλέπων αὐτοὺς τρυφεροὺς καὶ ὡς ἀπὸ πλούτου, λέγω αὐτοῖς· Οὐ δύνασθε καθῆσαι ὧδε. Καὶ λέγει ὁ μειζότερος· Ἐὰν μὴ δυνώμεθα καθῆσαι ὧδε, ὑπάγομεν ἀλλαχοῦ. Λέγω ἐγὼ τῷ λογισμῷ μου· Διατί διώκω αὐτοὺς, καὶ σκανδαλίζονται; ὁ κόπος ποιεῖ αὐτοὺς δι' ἑαυτῶν φυγεῖν. Καὶ λέγω αὐτοῖς· Δεῦτε, ποιήσατε ἑαυτοῖς κελλίον, εἰ δύνασθε. Καὶ λέγουσι· Δεῖξον ἡμῖν τόπον, καὶ ποιοῦμεν. Ἔδωκε δὲ αὐτοῖς ὁ γέρων πέλεκυν [45], καὶ ἀναβολίδιν [46] μεστὸν ψωμίων, B καὶ ἅλας· ἔδειξε δὲ αὐτοῖς ὁ γέρων καὶ πέτραν σκληρὰν, λέγων· Λατομήσατε ὧδε, καὶ φέρετε αὐτοῖς ξύλα ἐκ τοῦ ἕλους, καὶ στεγάσαντες καθίσατε. Ἐνόμιζον δὲ ἐγὼ, φησὶν, ὅτι μέλλουσι διὰ τὸν κόπον ἀναχωρεῖν [47]. Ἠρώτησαν δέ με, τί ἐργάζωνται ὧδε. Λέγω αὐτοῖς· Τὴν σειρὰν· καὶ λαμβάνω βαΐα ἐκ τοῦ ἕλους, καὶ δεικνύω αὐτοῖς τὴν ἀρχὴν τῆς σειρᾶς, καὶ πῶς ῥάπτειν δεῖ, καὶ εἶπον· Ποιεῖτε σπυρίδας, καὶ παρέχετε τοῖς φύλαξι καὶ φέρουσιν ὑμῖν ψωμία. Λοιπὸν οὖν ἐγὼ ἀνεχώρησα. Αὐτοὶ δὲ μεθ' ὑπομονῆς πάντα ἐποίησαν, ὅσα εἶπον αὐτοῖς· καὶ οὐ παρέβαλόν μοι ἐπὶ τρία ἔτη. Καὶ ἔμεινα πολεμῶν τοῖς λογισμοῖς, λέγων· Τίς ἄρα ἐστὶν ἡ ἐργασία αὐτῶν, ὅτι οὐκ ἦλθον ἐρωτῆσαι λογισμόν; Οἱ ἀπὸ μήκοθεν [47] ἔρχονται πρὸς μέ· καὶ οὗτοι οἱ ἐγγὺς οὐκ ἦλθον, οὔτε δὲ πρὸς C ἄλλους ὑπῆγον· εἰ μὴ μόνον εἰς τὴν ἐκκλησίαν σιωπῶντες, λαβεῖν τὴν προσφοράν. Καὶ ηὐξάμην τῷ Θεῷ νηστεύσας τὴν ἑβδομάδα, ἵνα δείξῃ μοι τὴν ἐργασίαν αὐτῶν. Ἀναστὰς δὲ μετὰ τὴν ἑβδομάδα, ἀπῆλθον πρὸς αὐτοὺς ἰδεῖν πῶς κάθηνται. Καὶ κρούσαντός μου ἀνέῳξαν, καὶ ἠσπάσαντό με σιωπῶντες· καὶ ποιήσας εὐχὴν, ἐκάθισα. Νεύσας δὲ ὁ μείζων τῷ μικροτέρῳ ἐξελθεῖν, ἐκάθισε πλέκειν [48] τὴν σειράν, λαλήσας μηδέν· καὶ τῇ ὥρᾳ τῆς ἐνάτης, ἔκρουσε, καὶ ἦλθεν ὁ νεώτερος [49], καὶ ἐποίησε μικρὸν ἕψημα, καὶ παρέθηκε τράπεζαν, νεύσαντος αὐτῷ τοῦ μειζοτέρου· καὶ ἔθηκεν εἰς αὐτὴν τρεῖς παξαμάδας, καὶ ἔστη σιωπῶν. Ἐγὼ δὲ εἶπον· Ἐγείρεσθε, φάγωμεν. Καὶ ἀναστάντες, ἐφάγομεν· καὶ ἤνεγκε τὸ βαυκάλιον, καὶ ἐπίομεν. Ὡς δὲ ἐγένετο ἑσπέρα, λέγουσί μοι· Ὑπάγεις; Ἐγὼ δὲ εἶπον· Οὐχὶ, ἀλλ' ὧδε κοιμῶμαι. Καὶ ἔθηκάν μοι ψιάθιον παρὰ μέρος, καὶ ἑαυτοῖς εἰς τὴν [50] γωνίαν παρὰ μέρος· καὶ ἦραν τὰς ζώνας ἑαυτῶν καὶ τοὺς ἀναλάβους, καὶ ἔθηκαν ἑαυτοὺς ὁμοῦ εἰς τὸ ψιάθιον ἔμπροσθέν μου. Ὡς δὲ ἔθηκαν ἑαυτοὺς, ηὐξάμην τῷ Θεῷ, ἵνα μοι ἀποκαλύψῃ τὴν ἐργασίαν αὐτῶν. Καὶ ἠνεῴχθη ἡ στέγη, καὶ ἐγένετο φῶς ὡς ἡμέρα [51]· αὐτοὶ δὲ οὐκ ἐθεώρουν τὸ φῶς. Καὶ ὡς ἐνόμιζον ὅτι κοιμῶμαι, νύσσει ὁ μείζων τὸν μικρότερον εἰς τὴν πλευράν, καὶ ἐγείρονται, καὶ ζώνουσιν [52] ἑαυτοὺς, καὶ ἐκτείνουσι τὰς χεῖρας εἰς τὸν οὐ-

[45] Al. πέλυκα. [46] Al. ἀναβολίδιον. [47] Al. φεύγειν. [48] Al. μακρόθεν. [49] Al. πλέκων. [50] Al. μικρότερος. [51] Al. inser. ἄλλην. [52] Al. ἐν ἡμέρᾳ. [53] Al. ζωννύουσιν.

ρανόν. Καὶ ἐθεώρουν αὐτούς· αὐτοὶ δὲ οὐκ ἐθεώρουν A
με· καὶ εἶδον τοὺς δαίμονας ἐρχομένους ὥσπερ μυίας
ἐπὶ τὸν μικρότερον· καὶ οἱ μὲν ἤρχοντο καθίσαι εἰς
τὸ στόμα αὐτοῦ, οἱ δὲ εἰς τοὺς ὀφθαλμοὺς αὐτοῦ. Καὶ
εἶδον ἄγγελον Κυρίου κατέχοντα ῥομφαίαν πυρὸς,
καὶ περιχαρακοῦντα αὐτὸν καὶ διώκοντα τοὺς δαίμο-
νας ἀπ' αὐτοῦ. Τῷ δὲ μειζοτέρῳ οὐκ ἐδύναντο προσ-
εγγίσαι. Καὶ ὡς περὶ τὴν πρωΐαν ἔθηκαν ἑαυτούς·
κἀγὼ ἐποίησα ἐμαυτὸν ὅτι διϋπνίσθην, καὶ αὐτοὶ
ὡσαύτως. Εἶπε δέ μοι ὁ μείζων τὸν λόγον τοῦτον μό-
νον· Θέλεις βάλωμεν τοὺς δώδεκα ψαλμούς; Λέγω·
Ναί. Καὶ ψάλλει ὁ μικρότερος πέντε ψαλμοὺς ἀπὸ
ἓξ στίχων καὶ ἓν Ἀλληλούϊα. Καὶ κατὰ στίχον,
ἐξήρχετο λαμπὰς πυρὸς ἐκ τοῦ στόματος αὐτοῦ, καὶ
ἀνέβαινεν εἰς τὸν οὐρανόν. Ὡσαύτως καὶ ὁ μείζων, ὅτε B
ἤνοιγε τὸ στόμα αὐτοῦ ψάλλων, ὡς σχοινίον πυρὸς (8)
ἐξήρχετο, καὶ ἔφθανεν ἕως τοῦ οὐρανοῦ. Κἀγὼ εἶπον
μικρὸν ἀπὸ στήθους. Καὶ ἐξελθὼν, λέγω· Εὔξασθε
περὶ [33] ἐμοῦ. Αὐτοὶ δὲ ἔβαλον μετάνοιαν, σιωπῶντες.
Ἔμαθον οὖν ὅτι ὁ μείζων τέλειός ἐστι· τῷ δὲ μικρο-
τέρῳ ἀκμὴν ἐπολέμει ὁ ἐχθρός. Μετὰ δὲ μικρὰς
ἡμέρας, ἐκοιμήθη ὁ μείζων ἀδελφὸς, καὶ τῇ τρίτῃ
ἡμέρᾳ ὁ μικρότερος. Καὶ ὅτε παρέβαλόν τινες τῶν
Πατέρων πρὸς τὸν ἁββᾶν Μακάριον, ἐλάμβανεν αὐ-
τοὺς εἰς τὴν κέλλαν αὐτῶν, λέγων· Δεῦτε, ἴδετε τὸ
μαρτύριον τῶν μικρῶν ξένων.

se, expandunt manus in cœlum. Porro ego cerne-
bam eos; ipsi non videbant me. Ad hæc vidi dæ-
mones instar muscarum venientes super minorem,
quorum alii accedebant ut sederent in ore ejus,
alii in oculis. Simul conspexi angelum Domini cum
gladio ignis præ manibus, circumvallantem eum,
dæmonesque ab eo propellentem. At majori non
poterant appropinquare. Circa matutinum vero
tempus, recubuerunt: ego assimilavi, me mox ex-
pergefactum; ipsique similiter. Hoc autem dun-
taxat mihi elocutus est verbum major: Vis recite-
mus duodecim psalmos? Excipio: Etiam. Tum
psallit minor quinque psalmos, a sex versibus, et
unum Alleluia. Atque ad unumquemque versum,
exibat ignis lampas ex ore ejus ascendebatque in
cœlum. Pari modo etiam major, quando aperiebat
os in psallendo, tanquam funiculus ignis egredie-
batur, et pertingebat usque in cœlum. Etiam ego
parumper ex pectore ac memoria recitavi. Post
quod exiens, dixi: Orate pro me. Ipsi autem in-
clinaverunt se, tacentes. Comperi ergo quod major
perfectus esset, minorem adhuc impugnaret inimi-
cus. Cæterum post paucos dies, mortis somnum
obdormivit major frater, ac tertia dein die minor.
Cumque e Patribus nonnulli adirent abbatem Ma-
carium, ducebat eos in istorum cellam, cum his
verbis: Venite, videte martyrium minorum pere-
grinorum.

λδ'. Ἀπέστειλάν ποτε πρὸς τὸν ἁββᾶν Μακάριον ἐν
τῇ Σκήτει οἱ γέροντες τοῦ ὄρους, παρακαλοῦντες αὐ-
τόν· καὶ φασι πρὸς αὐτόν· Ἵνα μὴ σκυλῇ πᾶς ὁ C
λαὸς πρὸς σὲ, ἀξιοῦμέν σε παραγενέσθαι πρὸς ἡμᾶς,
ὅπως θεασώμεθα πρὸ τοῦ σε ἐκδημῆσαι πρὸς Κύριον.
Παραγενομένου δὲ αὐτοῦ ἐν τῷ ὄρει, συνήχθη πᾶς ὁ
λαὸς πρὸς αὐτόν. Καὶ παρεκάλουν αὐτὸν οἱ γέροντες
εἰπεῖν λόγον τοῖς ἀδελφοῖς. Ὁ δὲ ἀκούσας ἔφη· Κλαύ-
σωμεν, ἀδελφοὶ, καὶ καταγαγέτωσαν οἱ ὀφθαλμοὶ
ἡμῶν δάκρυα, πρὸ τοῦ ἡμᾶς ἀπελθεῖν, ὅπου τὰ ἡμῶν
δάκρυα καταναλώσει τὰ σώματα ἡμῶν. Καὶ ἔκλαυσαν
πάντες, καὶ ἔπεσον ἐπὶ πρόσωπον αὐτῶν, καὶ εἶπον·
Πάτερ, εὔξαι ὑπὲρ ἡμῶν.

34.(9) Miserunt aliquando ad abbatem Macarium
in Sceti consistentem senes montis, orantes eum,
et aiunt: Ne universa multitudo ad te veniendo fa-
tigetur, precamur ut accedas ad nos, quo videa-
mus antequam emigres ad Dominum. Qui ad mon-
tem cum adfuisset, congregata est omnis multitu-
do circa eum. Senes vero rogaverunt, ut ad fratres
haberet sermonem. Ille audita rogatione, Ploremus,
inquit, fratres, et oculi nostri profundant lacry-
mas, antequam eo abeamus, ubi lacrymæ nostræ
combusturæ sunt corpora nostra. Et ploraverunt
cuncti, ecciderunt que super faciem suam, necnon
dixerunt: Pater, ora pro nobis.

λε'. Ἄλλοτε πάλιν, δαίμων ἐπέστη τῷ ἁββᾷ Μα-
καρίῳ μετὰ μαχαιρίου, θέλων τὸν πόδα αὐτοῦ κόψαι·
καὶ διὰ τὴν ταπεινοφροσύνην αὐτοῦ μὴ δυνηθεὶς, λέ-
γει αὐτῷ· Ὅσα ἔχετε, καὶ ἡμεῖς ἔχομεν· μόνῃ τῇ D
ταπεινοφροσύνῃ διαφέρετε ἡμῶν, καὶ κρατεῖτε.

35. Alia iterum vice dæmon insurrexit adversus
abbatem Macarium cum gladiolo, volens pedem
ejus amputare; sed cum propter humilitatem ipsius
non posset, dixit ei: Quæcunque habetis habemus
etiam nos; sola humilitate a nobis differtis, et præ-
valetis.

λς'. Εἶπεν ὁ ἁββᾶς Μακάριος· Ἐὰν μνησθῶμεν
τῶν ὑπὸ τῶν ἀνθρώπων ἐπαγομένων ἡμῖν κακῶν,
ἀναιροῦμεν τὴν δύναμιν τῆς τοῦ Θεοῦ μνήμης. Ἐὰν
δὲ μνησθῶμεν τῶν κακῶν τῶν δαιμόνων, ἐσόμεθα
ἄτρωτοι.

36. (10) Dixit abbas Macarius: Si retinuerimus me-
moriam malorum quæ nobis inferuntur ab homi-
nibus, abolemus vim recordationis Dei; quod si
recordati fuerimus malorum quæ per dæmones
contingunt, erimus invulnerati.

λζ'. Εἶπεν ὁ ἁββᾶς Παφνούτιος ὁ μαθητὴς τοῦ ἁββᾶ
Μακαρίου, ὅτι Ἔλεγεν ὁ γέρων ὅτι, Ὅτε ἤμην παι-

37. Retulit abbas Paphnutius, discipulus abbatis
Macarii, verba senis: Quando eram puer, cum aliis

[33] Al. ὑπέρ.

(8) *Σχοινίον πυρός. Funiculus ignis* Rufino. Pro-
inde ad Joannis versionem in iisdem *Vitis Patrum*
fumus irrepsit, ex abbreviatione vocis *funiculus*.

(9) *Vit. Patr.* III, 9.
(10) *Vit. Patr.* X, 34. L. Socratem IV, 23.

Pueris pascebam buculas; et perrexerunt furatum ficus. Dumque currunt, una ex iis cecidit: quam tollens comedi. Quoties ergo ejus rei redit memoria, plorans sedeo.

38. (11) Narravit abbas Macarius: Iter agens aliquando per eremum, inveni calvariam mortui ad solum jacentem; quam cum palmeo baculo quassissem, locuta mihi est calvaria. Dico ei: Tu quis es? Respondit mihi calvaria: Ego eram pontifex idolorum eorumque gentilium qui hoc loco morabantur; tu vero es Macarius qui Spiritum Dei fers: quacunque hora commotus fueris misericordia erga eos qui in tormentis versantur, et oraveris pro illis, exiguum sentiunt solatium. Ait senex: Quodnam est solatium, et quodnam tormentum? Quantum, inquit, a terra distat cœlum, tantum est ignis infra nos, a pedibus ad caput stantibus nobis in medio ignis; nec licet facie ad faciem videre quemquam; sed cujusque facies dorso alterius adhæret. Quando igitur oras pro nobis, unus ex parte spectat faciem alterius. Hoc est solatium. Et flens senex, dixit: Væ diei in qua natus est homo! Addidit: Estne aliud gravius supplicium? Retulit cranium: Major pœna est subter nos. Tum senex: Et quinam illic degunt? Excepit: Nos, utpote qui ignoravimus Deum, modice misericordiam consequimur; qui vero cognoverunt Deum, et negaverunt eum, subtus nos sunt. Tunc senex calvariam sumens, humo mandavit.

δ'. Γέρων τις ἦν ἐν Αἰγύπτῳ πρὸ τοῦ ἐλθεῖν τοὺς περὶ τὸν ἀββᾶν Ποιμένα, καὶ εἶχε γνῶσιν καὶ τιμὴν πολλήν. Ὡς οὖν ἀνέβησαν οἱ περὶ τὸν ἀββᾶν Ποιμένα ἀπὸ τῆς Σκήτεως, ἀφῆκαν αὐτὸν [47] οἱ ἄνθρωποι, καὶ ἤρχοντο πρὸς τὸν ἀββᾶν Ποιμένα. Καὶ ἐβλίβετο [48], καὶ λέγει τοῖς ἀδελφοῖς αὐτοῦ· Τί ποιήσωμεν τῷ μεγάλῳ γέροντι τούτῳ, ὅτι εἰς θλῖψιν ἔβαλον ἡμᾶς οἱ ἄνθρωποι, καταλιπόντες τὸν γέροντα, καὶ ἡμῖν μηδὲν οὖσι προσέχοντες; πῶς οὖν δυνάμεθα θεραπεῦσαι τὸν γέροντα; Λέγει δὲ αὐτοῖς· Ποιήσατε μικρὰ βρώματα, καὶ λάβετε σαΐτην οἴνου (75)· καὶ ἄγωμεν πρὸς αὐτὸν, γευσώμεθα ὁμοῦ· τάχα ἐν τούτῳ δυνησώμεθα θεραπεῦσαι αὐτόν. Ἐβάστασαν οὖν τὰ βρώματα, καὶ ἀπῆλθον. Καὶ ὡς ἔκρουσαν τὴν θύραν, ἐπήκουσεν [49] ὁ μαθητὴς αὐτοῦ, λέγων· Τίνες ἐστέ; Οἱ δὲ εἶπον· Λάλησον τῷ ἀββᾷ, ὅτι ὁ Ποιμὴν ἔστι θέλων εὐλογηθῆναι παρὰ σοῦ. Καὶ τοῦτο τοῦ μαθητοῦ

A

Principium litteræ Π.

De abbate Pœmene, seu Pastore.

1. (71) Profectus est aliquando abbas Pœmen, cum esset juvenis, ad senem quemdam, ut interrogaret eum de tribus cogitationibus. Ut ergo pervenit ad senem, oblitus est unam e tribus : et reversus est in cellam suam; sed ubi manum posuit quo clavis aperiret, recordatus est obliti sermonis. Unde dimissa clave, rediit ad senem. Qui ait illi : Properasti ut venires, frater. Ille narravit : Quando posui manum meam ad sumendam clavem, recordatus sum verbi quod quærebam, nec aperui; ideoque reversus sum. Erat autem spatium viæ plurimum. Dixit ei senex : Gregum Pœmen, id est *pastor*. Et
B nomen tuum sermone hominum celebrabitur per universam Ægypti regionem.

2. (72) Quodam tempore familiaritas intercessit inter Paesium fratrem abbatis Pœmenis et alium quemdam extra cellam suam : Abbas vero Pœmen nolebat. Unde exsurgens fugit ad abbatem Ammonam, dicitque ei : Frater meus Paesius habet cum quodam familiaritatem, quæ me quiete vivere non sinit. Ait illi abbas Ammonas : Pœmen, adhuc vivis? Vade, sede in cella tua; et pone in corde tuo, quasi jam ab anno jaceres in sepulcro.

3. (73) Venerunt aliquando regionis presbyteri ad monasteria, ubi erat abbas Pœmen : et ingressus est abbas Anub, dixitque ei : Invitemus hodie hic presbyteros. Cumque diu stetisset, non dedit illi
C responsum. Quocirca tristis exiit. Aiunt ei qui juxta sedebant : Abba, cur non respondisti ei? Excepit abbas Pœmen : Ego causam culpamque non habeo. Mortuus enim sum. Mortuus autem non loquitur.

4. (74) Senex quidam degebat in Ægypto antequam eo venisset abbas Pœmen cum suis, eratque multum notus atque honoratus. Ut ergo e Sceti ascendit Pœmen cum sociis, homines reliquerunt senem, et veniebant ad abbatem Pœmenem; qui angebatur. Itaque dicit fratribus suis : Quid faciemus magno seni huic, quia nos in molestias miserunt homines, derelinquendo senem, ac nobis, qui nihil sumus, attendendo? Quonam igitur modo poterimus senis animum curare? Adjecit : Conficite parum edu-
D lii, et accipite saitem vini; pergamusque, ac una manducemus : forte per hoc poterimus delinire eum. Portaverunt igitur cibos, et profecti sunt. Ut autem fores pulsaverunt, audiens senis discipulus, interrogavit: Quinam estis? Illi exceperunt: Refer abbati: Pœmen est, qui vult benedici a te. Quod cum discipulus nuntiasset, ille significavit, his

[41-43] Al. ἀπίει [ἀπῇει] λαβεῖν τό. [43] Lat. ἀγελῶν. [44] Al. τινῶν. [45] Al. μετά τινῶν. [46] Al. add. μὴ οὖν λογίσονταί με ὅτι ὧδέ εἰμι ἔσω μετ' αὐτῶν. [47] Al. τὸν γέροντα. [48] Al. καὶ ἐφθόνει ὁ γέρων, καὶ ἐκακολόγει αὐτούς. Ἤκουσεν οὖν ὁ ἀββᾶς Ποιμὴν, καὶ ἐθλίβη. [49] Al. ὑπήκουσεν.

(71) *Λάβετε σαΐτην οἴνου.* Saites quæ mensura sit explicatur a S. Epiphanio lib. *De mensuris et ponderibus*, cap. 24. Sed et Palladius *Hist. Laus.*, cap. 22, ea voce utitur.

(72) *Vit. Patr.* XI, 19.
(73) *Vit. Patr.* XVI, 8; *Append.* p. 1005, n. 18.
(74) *Vit. Patr.* X, 38.
(75) *Vit. Patr.* III, 93; XVII, 8.

verbis: Abi, non mihi vacat. At illi permanserunt ad æstum solis, aientes: Non secedemus, nisi postquam digni visi fuerimus admitti a sene. Porro senex, cernens humilitatem eorum, necnon patientiam, compunctione ductus aperuit. Et ingressi cibum sumpserunt cum eo. Cum autem manducarent, ille dixit: Revera, non sunt ea sola quæ de vobis audivi, sed centuplum conspexi in opere vestro. Ex illa ergo die amicus eorum exstitit.

5. (76) Voluit aliquando præses provinciæ illius videre abbatem Pœmenem; nec admittebat senex. Igitur sumpto prætextu, quasi facinorosum comprehensum filium sororis ejus, misit in carcerem, dicens: Si venerit senex et oraverit pro eo, ego dimittam. Accessit soror ejus, deflens ad januam. Is vero non dedit responsum. Quare mulier maledictis his appetebat eum: Visceribus æneis prædite, miserere mei, quia hanc unam sobolem habeo. At ille mittens renuntiavit: Pœmen liberos non suscepit. Atque recessit in hunc modum. Iis ergo auditis, præses misit, aiens: Saltem verbo jubeat; dimittam illum. Senex vero vicissim significavit: Inquire secundum leges; et morte si dignus est, moriatur; si non est, fac ut placuerit.

6. (77) Deliquit aliquando frater in cœnobio; degebat autem iis in locis anachoreta, qui a longo tempore non processerat. Veniens ergo cœnobii abbas ad senem, nuntiavit ei de fratre qui deliquerat. Ait ille: Expellite eum. Egressus vero frater e cœnobio, intravit in speluncam, ibique flebat. Contigit opportune ut fratres nonnulli qui ad abbatem Pœmenem proficiscebantur, audirent illum flentem; qui ingressi invenerunt summo affectum dolore, hortatique sunt ut ad senem pergeret; sed noluit, dicens: Hic ego morior. Venientes porro ad abbatem Pœmenem rem ei narraverunt. Ille precibus inductos eo remisit, dicturos fratri: Abbas Pœmen vocat te. Venit frater. Quem senex intuitus afflictum, surrexit, complexus est, et cum eo comiter agens, rogavit ut cibum sumeret. Misit autem abbas Pœmen aliquem fratrum suorum ad anachoretam, qui nuntiaret: A multis annis videre te desidero, postquam de rebus tuis audivi; sed ex amborum pigritia, non congressi sumus. Nunc ergo, Deo volente, occasione oblata, laborem itineris suscipe, ac videbimus nos. Non enim egrediebatur e cella sua. Ille audiens, apud se: Nisi Deus seni inspirasset, non misisset ad me. Quocirca surgens, accessit. Cumque se mutuo læti salutassent, sederunt. Tum ad eum abbas Pœmen hunc instituit sermonem: Duo homines in quodam loco degebant, qui ambo mortuos habebant apud se; dimisit unus mortuum suum, atque abiit ad plorandum mortuum alterius (78). Audiens porro senex, compunctus est ea oratione, recordatusque est rei quam fecerat

A ἀναγγείλαντος, ἐδήλωσεν, εἰπών· Ὕπαγε, οὐ σχολάζω. Οἱ δὲ ὑπέμειναν εἰς τὸ καῦμα, λέγοντες· Οὐκ ἀναχωροῦμεν, ἐὰν μὴ καταξιωθῶμεν τοῦ γέροντος. Ὁ δὲ γέρων, ἰδὼν τὴν ταπείνωσιν αὐτῶν καὶ τὴν ὑπομονήν, κατανυγείς, ἀνέῳξεν αὐτοῖς. Καὶ εἰσελθόντες ἐγεύσαντο μετ' αὐτοῦ. Ἐσθιόντων δὲ αὐτῶν, ἔλεγε· Ἐπ' ἀληθείας, οὐκ εἰσὶ μόνα ἃ ἀκήκοα περὶ ὑμῶν, ἀλλ' ἑκατονταπλασίονα εἶδον ἐν τῷ ἔργῳ ὑμῶν. Ἐγένετο δὲ αὐτῶν φίλος ἀπὸ τῆς ἡμέρας ἐκείνης.

ε'. Ἠθέλησέ ποτε ὁ ἄρχων τῆς χώρας ἐκείνης ἰδεῖν τὸν ἀββᾶν Ποιμένα, καὶ οὐ κατεδέχετο ὁ γέρων. Προφάσει δὲ ὡς κακοῦργον κατέσχε τὸν υἱὸν τῆς ἀδελφῆς αὐτοῦ, καὶ ἔβαλεν εἰς φυλακὴν, λέγων· Ἐὰν ἔλθῃ ὁ γέρων, καὶ παρακαλέσῃ ὑπὲρ αὐτοῦ, ἐγὼ ἀπολύω αὐτόν. Καὶ ἦλθεν ἡ ἀδελφὴ | αὐτοῦ κλαίουσα πρὸς τῇ θύρᾳ. Ὁ δὲ οὐκ ἔδωκεν αὐτῇ ἀπόκρισιν. Ἡ δὲ ἐλοιδόρει αὐτὸν, λέγουσα· Χαλκόσπλαγχνε, ἐλέησόν με, ὅτι μονογενής μοί ἐστιν. Ὁ δὲ πέμψας εἶπεν αὐτῇ· Ποιμὴν τέκνα οὐκ ἐγέννησε. Καὶ οὕτως ἀνεχώρησεν. Ἀκούσας δὲ ἄρχων, ἔπεμψε λέγων· Κἂν λόγῳ κελεύσῃ, ἀπολύω αὐτόν. Ὁ δὲ γέρων ἀντεδήλωσε, λέγων· Ἐξέτασον κατὰ τοὺς νόμους· καὶ εἰ ἄξιός ἐστι θανάτου, ἀποθανέτω· εἰ δὲ οὐκ ἔστιν, ὡς βούλει ποίησον [80].

B

ς'. Ἐσφάλη ποτὲ ἀδελφὸς ἐν κοινοβίῳ· ἦν δὲ ἐν τοῖς τόποις ἐκείνοις ἀναχωρητής· καὶ πολλῷ χρόνῳ οὐ προῆλθεν. Ἐλθὼν δὲ ὁ ἀββᾶς τοῦ κοινοβίου πρὸς τὸν γέροντα, ἀνήγγειλεν αὐτῷ περὶ τοῦ σφαλέντος. Ὁ δὲ εἶπε· Διώξατε αὐτόν. Ἐξελθὼν δὲ ὁ ἀδελφὸς τοῦ κοινοβίου, εἰσῆλθεν εἰς χαράδραν, καὶ ἔκλαιεν ἐκεῖ. Εὐκαίρησαν δὲ ἀδελφοὶ ἀπερχόμενοι πρὸς τὸν ἀββᾶν Ποιμένα, καὶ ἤκουσαν αὐτοῦ κλαίοντος· καὶ εἰσελθόντες εὗρον αὐτὸν ἐν μεγάλῳ πόνῳ· καὶ παρεκάλεσαν αὐτὸν ἆραι πρὸς τὸν γέροντα. Καὶ οὐκ ἤθελε, λέγων· Ὧδε ἐγὼ ἀποθνήσκω. Ἐλθόντες δὲ πρὸς τὸν ἀββᾶν Ποιμένα διηγήσαντο αὐτῷ. Καὶ παρακαλέσας αὐτοὺς, ἀπέστειλε λέγων· Εἴπατε αὐτῷ, ὅτι Ὁ ἀββᾶς Ποιμὴν φωνεῖ σε. Ἦλθε δὲ πρὸς αὐτὸν ὁ ἀδελφός· καὶ ἰδὼν αὐτὸν ὁ γέρων τεθλιμμένον, ἀναστὰς ἠσπάσατο, καὶ χαριεντιζόμενος μετ' αὐτοῦ, παρεκάλεσε γεύσασθαι. Ἀπέστειλε δὲ ὁ ἀββᾶς Ποιμὴν τῶν ἀδελφῶν αὐτοῦ τινα πρὸς τὸν ἀναχωρητὴν, λέγων· Ἐκ πολλῶν ἐτῶν ἐπεθύμουν σε ἰδεῖν, ἀκούων τὰ περὶ σοῦ, καὶ ἀπὸ ὀκνηρίας ἀμφοτέρων οὐ συνετύχομεν ἀλλήλοις. Νῦν οὖν Θεοῦ θέλοντος, καὶ ἀφορμῆς γενομένης, σκύλθητι ἕως τῶν ὧδε καὶ βλέπομεν ἀλλήλους. Ἦν δὲ μὴ ἐξερχόμενος ἐκ τοῦ κελλίου αὐτοῦ· καὶ ἀκούσας ἔλεγεν· Εἰ μὴ ὁ Θεὸς ἐπληροφόρησε τὸν γέροντα, οὐκ ἂν ἔπεμψεν ἐπ' ἐμέ. Καὶ ἀναστὰς ἦλθε πρὸς αὐτόν. Καὶ ἀσπασάμενοι ἀλλήλους μετὰ χαρᾶς ἐκάθισαν. Εἶπε δὲ αὐτῷ ἀββᾶς Ποιμήν· Δύο ἄνθρωποι ἦσαν ἐν τόπῳ τινὶ [81], καὶ ἀμφότεροι νεκροὺς εἶχον· ἀφῆκε δὲ ὁ εἷς τὸν νεκρὸν αὐτοῦ, καὶ ἀπῆλθε κλαῦσαι τὸν τοῦ ἑτέρου. Ἀκούσας δὲ ὁ γέρων κατενύγη ἐπὶ τῷ λόγῳ, καὶ ἐμνήσθη ὃ ἐποίησε, καὶ εἶ-

C

D

[80] Al. add. ὁ δὲ ἄρχων ἀκούσας, τότε αὐτὸν ἀπέλυσεν. [81] Al. ἑνί.

(76) *Vit. Patr.* VIII, 13; Raderi *Viridar.*, III, 6, 18.

(77) *Vit. Patr.* IX, 7.

(78) Doroth. *Doctr.* 6.

πεν· Ποιμὴν, ἄνω [51] εἰς τὸν οὐρανόν· ἐγὼ δὲ κάτω κάτω εἰς τὴν γῆν. A

ζ'. Παρέβαλόν ποτε γέροντες πολλοὶ τῷ ἀββᾷ Ποιμένι· καὶ ἰδού τις τῶν τοῦ ἀββᾶ Ποιμένος εἶχε παιδίον, καὶ τὸ πρόσωπον αὐτοῦ κατ' ἐνέργειαν ἐστράφη ὀπίσω. Καὶ ἰδὼν ὁ πατὴρ αὐτοῦ τὸ πλῆθος τῶν Πατέρων, λαβὼν τὸ παιδίον ἔξω τοῦ μοναστηρίου ἐκάθητο κλαίων. Εὐκαίρησε δέ τινι γέροντι ἐξελθεῖν· καὶ ἰδὼν αὐτὸν εἶπε· Τί κλαίεις, ἄνθρωπε; Ὁ δὲ εἶπε· Συγγενής εἰμι τοῦ ἀββᾶ Ποιμένος· καὶ ἰδοὺ συνέβη τῷ παιδίῳ τούτῳ ὁ πειρασμὸς οὗτος· καὶ θέλοντες τῷ γέροντι προσενεγκεῖν αὐτὸ, ἐφοβήθημεν· οὐ γὰρ θέλει ἰδεῖν ἡμᾶς. Καὶ νῦν ἐὰν μάθῃ ὅτι ὧδέ εἰμι, πέμπει καὶ διώκει με· ἐγὼ δὲ βλέπων τὴν παρουσίαν ὑμῶν, ἐτόλμησα ἐλθεῖν. Ὡς θέλεις οὖν, ἀββᾶ, ἐλέησόν με, καὶ λάβε τὸ παιδίον ἔσω, καὶ εὔξασθε περὶ [52] αὐτοῦ. Καὶ λαβὼν αὐτὸ ὁ γέρων εἰσῆλθε, καὶ ἐχρήσατο φρονίμως, καὶ οὐ προσήνεγκεν αὐτὸ εὐθέως τῷ ἀββᾷ Ποιμένι, ἀλλὰ ἀρξάμενος ἀπὸ τῶν μικροτέρων ἀδελφῶν, ἔλεγε· Σφραγίσατε τὸ παιδίον. Ποιήσας δὲ πάντας κατὰ ἀκολουθίαν σφραγῖσαι αὐτὸ, ὕστερον ἤνεγκε τῷ ἀββᾷ Ποιμένι. Ὁ δὲ οὐκ ἤθελε αὐτὸ ἐγγίσαι [53]. Οἱ δὲ παρεκάλουν αὐτὸν, λέγοντες· Ὥσπερ πάντες, καὶ σὺ [54], Πάτερ. Καὶ στενάξας, ἀναστὰς εὔξατο, λέγων· Ὁ Θεὸς, ἴασαι τὸ πλάσμα σου, ἵνα μὴ κυριευθῇ ὑπὸ τοῦ ἐχθροῦ. Καὶ σφραγίσας αὐτὸ εὐθέως ἐθεράπευσε, καὶ ἀπέδωκε τῷ πατρὶ αὐτοῦ ὑγιές.

η'. Ἀπῆλθέ τις ἀδελφός ποτε ἀπὸ τῶν μερῶν τοῦ ἀββᾶ Ποιμένος ἐπὶ ξένης· καὶ κατήντησε πρός τινα ἀναχωρητὴν ἐκεῖ· ἦν γὰρ ἔχων ἀγάπην, καὶ πολλοὶ ἤρχοντο πρὸς αὐτόν. Ἀνήγγειλε δὲ αὐτῷ ὁ ἀδελφὸς τὰ περὶ τοῦ ἀββᾶ Ποιμένος. Καὶ ἀκούσας τὴν ἀρετὴν αὐτοῦ ἐπεπόθησεν αὐτὸν ἰδεῖν. Ἀνακάμψαντος δὲ τοῦ ἀδελφοῦ εἰς Αἴγυπτον, μετὰ χρόνον τινὰ ἀναστὰς ὁ ἀναχωρητὴς, ἦλθεν ἀπὸ τῆς ξένης εἰς Αἴγυπτον πρὸς τόν ποτε παραβαλόντα αὐτῷ ἀδελφόν· ἦν γὰρ εἰπὼν αὐτῷ ποῦ μένει. Ἰδὼν δὲ αὐτὸν ἐκεῖνος ἐθαύμασε, καὶ ἐχάρη λίαν. Εἶπε δὲ ὁ ἀναχωρητής· Ποίησον ἀγάπην, ἄρόν με πρὸς τὸν ἀββᾶν Ποιμένα. Καὶ λαβὼν αὐτὸν ἦλθε πρὸς τὸν γέροντα, καὶ ἀνήγγειλεν αὐτῷ τὰ περὶ αὐτοῦ, λέγων, ὅτι Μέγας ἄνθρωπός ἐστι, καὶ πολλὴν ἀγάπην ἔχων, καὶ πολλὴν τιμὴν εἰς τὴν χώραν αὐτοῦ. Ἀνήγγειλα δὲ αὐτῷ περὶ σοῦ, καὶ ἐπιθυμῶν ἰδεῖν σε ἦλθεν. Ἐδέξατο οὖν αὐτὸν μετὰ χαρᾶς, καὶ ἀσπασάμενοι ἀλλήλους ἐκάθισαν. Καὶ ἤρξατο ὁ ξενικὸς λαλεῖν ἀπὸ τῆς Γραφῆς, περὶ πνευματικῶν καὶ οὐρανίων. Ἔστρεψε δὲ ὁ ἀββᾶς Ποιμὴν τὸ πρόσωπον αὐτοῦ, καὶ οὐκ ἔδωκεν αὐτῷ ἀπόκρισιν. Ἰδὼν δὲ ὅτι οὐ λαλεῖ μετ' αὐτοῦ, λυπηθεὶς ἐξῆλθε, καὶ λέγει τῷ ἀδελφῷ τῷ ἐνέγκαντι αὐτόν· Εἰς μάτην ἐποίησα ὅλην τὴν ἀποδημίαν ταύτην. Ἦλθον γὰρ πρὸς τὸν γέροντα· καὶ ἰδοὺ οὐδὲ λαλῆσαι θέλει μετ' ἐμοῦ. Εἰσῆλθε δὲ ὁ ἀδελφὸς πρὸς τὸν ἀββᾶν Ποιμένα, καὶ λέγει αὐτῷ· Ἀββᾶ, διὰ σὲ ἦλθεν ὁ μέγας ἄνθρωπος οὗτος, ἔχων τοσαύτην δόξαν

et dixit: Pœmen, sursum sursum in cœlo; ego vero deorsum in terra.

7. (79) Adierunt aliquando senes multi abbatem Pœmenem; cum ecce quidam ex affinibus abbatis Pœmenis haberet filium, cujus facies diabolo efficiente conversa erat retrorsum. Itaque pater intuitus multitudinem Patrum, assumpto filio extra monasterium sedebat plorans. Contigit autem ut quidam senex exiret. Is cernens eum, ait: Quid ploras, homo? Respondit: Cognatus sum abbatis Pœmenis, atque en puero huic accidit ista tentatio; volentes autem seni offerre timuimus. Neque enim vult videre nos. Atque nunc si compererit me adesse, mittet ac expellet me. Ego vero ubi vidi adventum vestrum, ausus sum venire. Quemadmodum ergo libuerit, abba, mei miserere; introducito puerum, et orate pro illo. Senex assumens puerum intravit. Porro usus est prudentia; nec statim obtulit abbati Pœmeni; sed incipiens a minoribus fratribus, dicebat: Consignate puerum. Cumque fecisset ut a cunctis ex ordine consignaretur, demum abbati Pœmeni attulit. Is nolebat ut ad se appropinquaret. At illi rogabant, dicentes: Sicut cæteri, et tu, Pater. Tunc ingemiscens surrexit, atque ita precatus est: Deus, sana creaturam tuam, ne ab hoste in servitutem redigatur. Et cum signasset eum, illico curavit, sanumque patri restituit. B

8. (80) Aliquando quidam frater, ab oris abbatis Pœmenis discessit in peregrinam terram; illicque venit ad quemdam anachoretam, qui charitate præditus erat, et quem adibant multi. Frater nuntiavit ei de abbate Pœmene. Ille auditis hominis virtutibus, desiderio tactus est videndi eum. Reverso igitur fratre in Ægyptum, paulo post exsurgens anachoreta, e regione extera perrexit in Ægyptum, ad illum fratrem qui ipsum convenerat; nam indicaverat ei ubi maneret. Videns autem eum ille, demiratus est, et valde est gavisus. Dixit anachoreta: Exerce charitatem, duc me ad abbatem Pœmenem. Itaque assumens eum, pervenit ad senem. Cui nuntiavit quæ ad ipsum spectabant, his verbis: Magnus vir est, charitate multa, ingenti honore apud suos: de te annuntiavi ei, et cupiens videre te, advenit. Suscepit ergo illum cum lætitia; et postquam se mutuo salutassent, consederunt. Tunc peregrinus cœpit loqui ex Scriptura, de rebus spiritualibus et cœlestibus. At abbas Pœmen vertit faciem, nec responsum reddidit. Unde is cernens quod non colloqueretur, tristis egressus est. Dixitque fratri qui eum duxerat: Frustra hanc omnem peregrinationem suscepi. Veni namque ad senem; ecce vero neque mecum colloqui vult. Itaque frater ingressus ad abbatem Pœmenem: Abba, inquit, propter te accessit magnus iste homo, tanta gloria in loco suo refulgens; quare non disseruisti cum C D

[51] Al. inser. ἄνω. [52] Al. ὑπέρ. [53] Al. σφραγῖσαι. [54] Al. inser. ποίησον.

(79) *Vit. Patr.* II, 10; XIV, 1.

(80) *Vit. Patr.* III, 184; X, 39.

eo? Excepit senex : Ille e supernis est, et cœlestia loquitur ; ego vero ex inferioribus sum, et terrena loquor. Si sermonem ad me habuisset de affectibus animi, ei respondissem. Quod si agatur de cœlestibus, ego illa nescio. Egressus itaque frater retulit peregrino : Senex non facile de Scripturis loquitur ; sed si quis rogaverit de animi affectibus, responsum dat. Ille compunctus senem adiit, et ait ei : Quid faciam, abba, quandoquidem dominantur mihi animi affectus? Tunc oculis in eum conjectis, lætus senex infit : Modo bene venisti ; nunc aperi os tuum de his, et implebo illud bonis. Ille vero plurimum animæ commodum cum cepisset, professus est : Plane hæc est vera via. Gratiisque Deo actis quod cum ejusmodi sancto meruisset convenire, reversus est in regionem suam.

9. (81) Comprehendit aliquando rector provinciæ quemdam e vico abbatis Pœmenis ; et venerunt cuncti, senem rogantes ut abiret, eumque e carcere emitteret. Dixit eis : Sinite me dies tres, tuncque proficiscar. Oravit ergo abbas Pœmen ad Dominum, his verbis : Domine, ne dederis mihi hanc gratiam : alias non permissuri sunt me sedere in hoc loco. Venit ergo senex, rogavitque judicem. Qui ad eum infit : Pro latrone rogas, abba? Senex autem gavisus est, quod gratiam ab eo non accepisset.

10. Narraverunt quidam, quod aliquando abbas Pœmen et fratres ejus conficerent scolaces : nec procedebat, quod non haberent unde emerent funiculos. Et aliquis eis charus rem narravit cuidam mercatori, homini pio. Cæterum abbas Pœmen nolebat quidpiam a quoquam accipere, ad vitandam nimirum turbæ vexationem. Itaque mercator, cupiens opus seni conficere, prætexuit indigere se scolacibus. Et adduxit camelum, sumpsitque. Veniens autem frater ad abbatem Pœmenem, audito quod fecerat mercator, ut qui vellet laudare eum, infit : Sane, abba, etsi non indigeret, accepit tamen, quo nobis opus faceret. Audiens vero abbas Pœmen, absque indigentia sumpsisse, dixit fratri : Surge, conduc camelum, et affer illos. Quod si non attuleris, Pœmen hic non amplius residebit vobiscum. Nolo namque cuiquam injuriam facere, cum non indigeat, ut damnum patiatur, capiatque lucrum meum. Abiit frater ejus, et post multum laboris attulit. Nisi enim attulisset, senex discessisset ab eis. Ut ergo vidit illos, gavisus est, tanquam si invenisset magnum thesaurum.

11. Audiit aliquando presbyter Pelusii de quibusdam fratribus, quod assiduo in urbe versarentur, lavarent, negligerent se ; quocirca veniens ad collectam, sustulit ab iis habitum monachalem. Sed

A εἰς τὸν τόπον αὐτοῦ· καὶ διατί οὐκ ἐλάλησας μετ' αὐτοῦ; Λέγει αὐτῷ ὁ γέρων· Αὐτὸς τῶν ἄνω ἐστὶ, καὶ ἐπουράνια λαλεῖ, ἐγὼ δὲ τῶν κάτω εἰμὶ, καὶ ἐπίγεια λαλῶ. Εἰ ἐλάλησέ μοι περὶ παθῶν ψυχῆς, ἐγὼ ἂν ἀπεκρινάμην αὐτῷ· εἰ δὲ περὶ πνευματικῶν, [a] ἐγὼ ταῦτα οὐκ οἶδα. Ἐξελθὼν οὖν ὁ ἀδελφὸς εἶπεν αὐτῷ· Ὁ γέρων οὐ ταχέως ἀπὸ Γραφῆς λαλεῖ· ἀλλ' ἐάν τις αὐτῷ λαλῇ περὶ παθῶν ψυχῆς, ἀποκρίνεται αὐτῷ. Ὁ δὲ κατανυγεὶς εἰσῆλθε πρὸς τὸν γέροντα, καὶ λέγει αὐτῷ· Τί ποιήσω, ἀββᾶ, ὅτι κατακυριεύουσί μου τὰ πάθη τῆς ψυχῆς; Καὶ προσέσχεν αὐτῷ ὁ γέρων χαίρων, καὶ εἶπεν· Ἄρτι καλῶς ἦλθες· νῦν ἀνοιξόν σου [86] τὸ στόμα περὶ τούτων, καὶ πληρώσω αὐτὸ ἀγαθῶν. Ὁ δὲ πολλὰ ὠφεληθεὶς ἔλεγεν· Ὄντως αὕτη ἐστὶν ἡ ἀληθινὴ ὁδός. Καὶ εὐχαριστῶν

B τῷ Θεῷ ἀνέκαμψεν εἰς τὴν ἰδίαν χώραν, ὅτι τοιούτῳ ἁγίῳ κατηξιώθη συντυχεῖν.

θ'. Ἐκράτησέ ποτε ὁ ἄρχων τῆς χώρας τινὰ τῆς κώμης τοῦ ἀββᾶ Ποιμένος· καὶ ἦλθον πάντες παρακαλοῦντες τὸν γέροντα ἀπελθεῖν καὶ ἐκβαλεῖν αὐτόν. Ὁ δὲ εἶπεν· Ἐάσατέ με τρεῖς ἡμέρας, καὶ οὕτως ἔρχομαι. Εὔξατο οὖν ὁ ἀββᾶς Ποιμὴν πρὸς Κύριον, λέγων· Κύριε, μὴ δῷς μοι τὴν χάριν ταύτην. Ἐπεὶ οὐκ ἀφιοῦσί με καθίσαι ἐν τῷ τόπῳ τούτῳ. Ἦλθεν οὖν ὁ γέρων παρακαλῶν τὸν ἄρχοντα. Ὁ δὲ πρὸς αὐτὸν ἔφη· Περὶ λῃστοῦ παρακαλεῖς, ἀββᾶ; Ὁ δὲ γέρων ἐχάρη, ὅτι οὐκ ἐδέξατο χάριν παρ' αὐτοῦ.

ι'. Διηγήσαντό τινες, ὅτι ποτὲ ὁ ἀββᾶς Ποιμὴν καὶ οἱ ἀδελφοὶ αὐτοῦ εἰργάζοντο σκολάκιν (82)· καὶ

C οὐ προεχώρει, μὴ ἔχοντες ἀγοράσαι λινάρια. Καί τις αὐτῶν ἀγαπητὸς διηγήσατό τινι πραγματευτῇ πιστῷ τὸ πρᾶγμα. Ὁ δὲ ἀββᾶς Ποιμὴν οὐκ ἤθελε λαμβάνειν παρά τινός τί ποτε, διὰ τὴν ὄχλησιν. Ὁ δὲ πραγματευτὴς θέλων ποιῆσαι ἔργον τῷ γέροντι, προεφασίζετο χρείαν ἔχειν τῶν σκολακίων, καὶ ἤνεγκε τὴν κάμηλον, καὶ ἔλαβεν αὐτά. Καὶ ἐλθὼν ὁ ἀδελφὸς πρὸς τὸν ἀββᾶν Ποιμένα, καὶ ἀκούσας ὃ ἐποίησεν ὁ πραγματευτὴς, ὡς θέλων ἐπαινέσαι αὐτὸν, εἶπε· Φύσει, ἀββᾶ, καὶ μὴ χρῄζων αὐτὰ ἔλαβεν, ἵνα ποιήσῃ ἡμῖν ἔργον. Ἀκούσας δὲ ὁ ἀββᾶς Ποιμὴν ὅτι μὴ

D χρῄζων αὐτὰ ἔλαβεν, εἶπε τῷ ἀδελφῷ· Ἀνάστα, μίσθωσαι κάμηλον, καὶ φέρε αὐτά· ἐὰν δὲ οὐκ ἐνέγκῃς αὐτὰ, Ποιμὴν ὧδε οὐ καθέζεται μεθ' ὑμῶν. Οὐ γὰρ ἀδικῶ τινα ἄνθρωπον μὴ χρῄζοντα, ἵνα ζημίαν ποιήσῃ, καὶ λάβῃ τὸ κέρδος μου. Καὶ ἀπῆλθεν ὁ ἀδελφὸς αὐτοῦ μετὰ πολλοῦ κόπου, καὶ ἤνεγκεν αὐτά· εἰ δὲ μὴ, ὁ γέρων ἀπ' αὐτῶν ἀνεχώρει. Ὡς οὖν εἶδεν αὐτὰ, ἐχάρη, ὡσεὶ μέγαν εὑρὼν θησαυρόν.

ια'. Ἤκουσέ ποτε ὁ πρεσβύτερος τοῦ Πηλουσίου περί τινων ἀδελφῶν, ὅτι συνεχῶς εἰς τὴν πόλιν εἰσὶ, καὶ λούονται, καὶ ἀμελοῦσιν ἑαυτῶν· καὶ ἐλθὼν εἰς τὴν σύναξιν, ἦρεν ἀπ' αὐτῶν τὸ σχῆμα. Καὶ μετὰ

[86] Al. ἀνοίξω μου.

(81) *Vit. Patr.* IV, 32.

(82) *Σκολάκιν*, et *τῶν σκολακίων*, paulo infra. Scolaces sunt funes intorti et cerati, ad usum facis et candelæ, seu funalia et cerei funales. Observatum fuit a veteribus et recentioribus.

τοῦτο ἔτυψεν αὐτὸν ἡ καρδία αὐτοῦ, καὶ μετεμελήθη, καὶ ἦλθε πρὸς τὸν ἀββᾶν Ποιμένα, μεθύων τοῖς λογισμοῖς, βαστάζων καὶ τοὺς λεβήτωνας τῶν ἀδελφῶν, καὶ ἀναγγέλλει τὸ πρᾶγμα τῷ γέροντι. Καὶ λέγει αὐτῷ ὁ γέρων· Οὐκ ἔχεις σύ τί ποτε τοῦ παλαιοῦ ἀνθρώπου; ἀπεδύσω αὐτόν; Ὁ δὲ πρεσβύτερος εἶπεν, ὅτι Μετέχω τοῦ παλαιοῦ ἀνθρώπου. Ὁ δὲ γέρων εἶπεν αὐτῷ· Ἰδοὺ οὖν καὶ σὺ ὡς οἱ ἀδελφοί. Εἰ γὰρ μικρὸν μετέχεις τῆς παλαιότητος, ὅμως ὑπόκεισαι τῇ ἁμαρτίᾳ. Τότε ἀπελθὼν ὁ πρεσβύτερος ἐκάλεσε τοὺς ἀδελφοὺς, καὶ μετενόησε τοῖς ἕνδεκα, καὶ ἐνέδυσεν αὐτοὺς τὸ σχῆμα τοῦ μοναχοῦ, καὶ ἀπέλυσεν.

A postea corde se tactum sensit, ac pœnitentia ductus est. Accessit ergo ad abbatem Pœmenem, velut cogitationibus ebrius, portans etiam cevitones fratrum; remque seni annuntiat. Ait illi senex: Non habes tu quidpiam veteris hominis? exuistine eum? Respondit presbyter: Particeps adhuc sum veteris hominis. Senex reposuit: Ecce igitur, etiam tu, sicut fratres. Etsi enim parum retineas vetustatis, attamen peccato subjaces. Tunc abiens presbyter vocavit fratres, abipsis undecim veniam supplex petiit, induit eos habitu monachi, necnon dimisit.

ιβ'. Ἀδελφὸς ἠρώτησε τὸν ἀββᾶν Ποιμένα, λέγων· Ἐποίησα ἁμαρτίαν μεγάλην, καὶ θέλω μετανοῆσαι τρία ἔτη. Λέγει αὐτῷ ὁ γέρων· Πολύ ἐστι. Καὶ εἶπεν αὐτῷ ὁ ἀδελφός· Ἀλλ' ἕως ἐνιαυτοῦ; Καὶ εἶπε πάλιν ὁ γέρων· Πολύ ἐστιν. Οἱ δὲ παρόντες ἔλεγον· Ἕως τεσσαράκοντα ἡμερῶν; Καὶ πάλιν εἶπε· Πολύ ἐστιν· εἶπε δέ· Ἐγὼ λέγω, ὅτι ἐὰν ἐξ ὅλης καρδίας μετανοήσῃ ἄνθρωπος, καὶ μὴ προσθῇ ἔτι ποιεῖν τὴν ἁμαρτίαν, καὶ εἰς τρεῖς ἡμέρας δέχεται αὐτὸν ὁ Θεός.

12. (83) Frater sic interrogavit abbatem Pœmenem: Commisi grande peccatum, et volo per triennium agere pœnitentiam. Dicit ei senex: Multum temporis est. Ait frater: Sed ad annum usque? Iterum senex: Multum est. Qui autem aderant, dixerunt: Usque ad quadraginta dies? Iterum ait: Multum est. Additditque: Affirmo ego, quod si hominem ex toto corde pœnituerit, nec is amplius peccaverit, etiam in tribus pœnitentiæ diebus Deus illum suscipiet.

ιγ'. Εἶπε πάλιν, ὅτι Τὸ σημεῖον τοῦ μοναχοῦ ἐν τοῖς πειρασμοῖς φαίνεται.

13. (84) Dixit adhuc: Signum monachi in tentationibus apparet.

ιδ'. Εἶπε πάλιν· Ὥσπερ ὁ σπαθάριος τοῦ βασιλέως παρίσταται αὐτῷ διαπαντὸς ἕτοιμος· οὕτως δεῖ τὴν ψυχὴν ἑτοίμην εἶναι πρὸς τὸν δαίμονα τῆς πορνείας.

14. (85) Iterum dixit: Sicut spatharius imperatoris assistit ei, paratus semper: ita oportet animam promptam esse adversus dæmonem fornicationis.

ιε'. Ἠρώτησεν ὁ ἀββᾶς Ἀνοὺβ [87] τὸν ἀββᾶν Ποιμένα περὶ τῶν ἀκαθάρτων λογισμῶν ὧν γεννᾷ ἡ καρδία τοῦ ἀνθρώπου, καὶ περὶ τῶν ματαίων ἐπιθυμιῶν. Καὶ λέγει αὐτῷ ὁ ἀββᾶς Ποιμήν· *Μὴ δοξασθήσεται ἀξίνη ἄνευ τοῦ κόπτοντος ἐν αὐτῇ*; καὶ σὺ, μὴ δώσεις αὐτοῖς χεῖρα [88], καὶ ἀργοῦσιν.

15. (86) Interrogavit abbas Anub abbatem Pœmenem, de impuris cogitationibus quas gignit cor hominis, et de vanis cupiditatibus. Dicit ei abbas Pœmen: *Nunquid gloriabitur securis sine eo qui cæ'it in ipsa* [89]? Tu quoque ne porrigas eis manum, et otiosæ erunt.

ις'. Εἶπε πάλιν ὁ ἀββᾶς Ποιμήν· Εἰ μὴ Ναβουζαρδὰν ὁ ἀρχιμάγειρος ἦλθεν, οὐκ ἂν ἐνεπρήσθη ὁ ναὸς Κυρίου. Τοῦτο δέ ἐστιν· Εἰ μὴ ἡ ἀνάπαυσις ἦλθε γαστριμαργίας εἰς τὴν ψυχὴν, οὐκ ἂν ὁ νοῦς κατέπιπτεν ἐν τῷ πολέμῳ τοῦ ἐχθροῦ.

16. (87) Dixit iterum abbas Pœmen: Nisi Nabuzardan coquorum princeps venisset, non concrematum fuisset templum Domini [90]. Hoc autem significat, quod nisi venisset in animam recreatio gulæ, mens non corruisset in bello contra inimicum.

ιζ'. Ἔλεγον περὶ τοῦ ἀββᾶ Ποιμένος, ὅτι καλούμενος εἰς τὸ φαγεῖν παρὰ τὸ θέλημα αὐτοῦ, ἀπήρχετο δακρύων, ἵνα μὴ παρακούσῃ τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ, καὶ λυπήσῃ αὐτόν.

17. (88) Aiebant de abbate Pœmene, quod invitatus ad comedendum contra voluntatem suam, proficiscebatur cum lacrymis, ne inobsequens esset fratri suo, eumque tristitia afficeret.

ιη'. Εἶπε πάλιν ὁ ἀββᾶς Ποιμήν· Μὴ οἰκήσῃς εἰς τόπον, οὗ βλέπεις τινὰς ἔχοντας ζῆλον κατὰ σοῦ· εἰ δὲ μήγε, οὐ προκόπτεις.

18. (89) Dixit præterea abbas Pœmen: Noli habitare in loco, in quo cernis nonnullos tibi invidere. Alioqui non facies progressum.

ιθ'. Διηγήσαντό τινες τῷ ἀββᾷ Ποιμένι περί τινος μοναχοῦ, ὅτι οὐ πίνει οἶνον. Καὶ εἶπεν· Ὁ οἶνος ὅλως οὐκ ἔστι τῶν μοναχῶν.

19. (90) Narraverunt quidam abbati Pœmeni de aliquo monacho, quod vinum non biberet. Et dixit: Vinum omnino ad monachos non pertinet.

[87] Al. Παμβῶ. [88] Al. χώραν, μηδὲ ἡδυνθῇς ἐν αὐτοῖς [89] Isa. x, 15. [90] IV Reg. xxv, 8 sqq.

(83) *Vit. Patr.* x, 40.
(84) *Vit. Patr.* vii, 13; Doroth. *Doctr.* 13.
(85) *Vit. Patr.* v, 8. *In Ephræm*, p. 387, n. 12.
(86) *Vit. Patr.* x, 41.
(87) *Vit. Patr.* iv, 29; Append. p. 999, n. 20.
(88) *Vit. Patr.* iv, 30.
(89) *Vit. Patr.* x, 45.
(90) *Vit. Patr.* iv, 31.

20. (91) Abbas Isaias interrogavit abbatem Pœmenem de sordidis cogitationibus. Et respondit ei : Quemadmodum in capsa plena vestimentis, si quis reliquerit ea, tempore putrefiunt : ita in cogitationibus ; si eas corpore non exsecuti fuerimus, per tempus abolentur aut putrescunt.

κ'. Ἠρώτησεν ὁ ἀββᾶς Ἡσαΐας τὸν ἀββᾶν Ποιμένα περὶ τῶν ῥυπαρῶν λογισμῶν. Καὶ λέγει αὐτῷ ὁ ἀββᾶς Ποιμήν· Ὥσπερ κάμπτρα μεστὴ ἱματίων, καὶ ἐὰν ἀφῇ αὐτά τις, τῷ χρόνῳ σήπονται· οὕτως καὶ οἱ λογισμοί· ἐὰν μὴ ποιήσωμεν αὐτοὺς σωματικῶς, τῷ χρόνῳ ἀφανίζονται ἤτοι σήπονται.

21. (92) Interroganti abbati Josepho de eadem quæstione, respondit abbas Pœmen : Quemadmodum si quis serpentem cum scorpio miserit in vas, illudque occluserit, omnino post aliquod tempus morientur : sic et pravæ cogitationes quæ ex dæmonum instinctu pullulant, per tolerantiam deficiunt.

κα'. Ἠρώτησεν ὁ ἀββᾶς Ἰωσὴφ τὸν αὐτὸν λόγον· καὶ εἶπεν αὐτῷ ὁ ἀββᾶς Ποιμήν· Ὥσπερ ἐάν τις ὄφιν καὶ σκορπίον βάλῃ εἰς ἀγγεῖον, καὶ φράξῃ, πάντως τῷ χρόνῳ ἀποθνήσκουσιν· οὕτως καὶ οἱ πονηροὶ λογισμοί, ἀπὸ τῶν δαιμόνων βλαστάνοντες, διὰ τῆς ὑπομονῆς ἐκλείπουσιν.

22. (93) Frater venit ad abbatem Pœmenem, et ait ei : Sero agrum meum, atque ex eo facio agapen. Respondit illi senex : Recte facis. Et abiit cum alacritate, auxitque eleemosynam suam. Abbas autem Anub, audito sermone, infit ad abbatem Pœmenem : Non times Deum, qui ita locutus sis fratri ? Senex vero tacuit. Post duos autem dies, arcessivit abbas Pœmen fratrem, eique dicit audiente abbate Anub : Quid mihi prolocutus es alio die ? quoniam mens mea alibi erat. Tum frater : Dixi, a me seminari agrum meum, ex eoque dari eleemosynam. Excepit abbas Pœmen : Putabam te locutum de fratre tuo, qui in sæculo vivit. Quod si tu es qui hoc opus facis, non est hoc monachi. Is vero audiens, contristatus est, atque hæc profudit verba : Nullum aliud opus novi, nisi hoc, nec possum non seminare agrum meum. Postquam ergo discessisset, incurvavit se coram Pœmene Anub, aiens : Ignosce mihi. Tum abbas Pœmen : Ego quoque, inquit, a principio noveram non esse opus monachi ; sed secundum mentem illius pronuntiavi, dedique ipsi alacritatem, ad charitatis processum. Nunc vero tristis abiit ; atque iterum hoc ipsum faciet.

κβ'. Ἀδελφὸς ἦλθε πρὸς τὸν ἀββᾶν Ποιμένα, καὶ λέγει αὐτῷ· Σπείρω τὸν ἀγρόν μου, καὶ ποιῶ ἐξ αὐτοῦ ἀγάπην. Λέγει αὐτῷ ὁ γέρων· Καλῶς ποιεῖς. Καὶ ἀπῆλθε μετὰ προθυμίας, καὶ προσέθηκε τῇ ἀγάπῃ. Καὶ ἤκουσεν ὁ ἀββᾶς Ἀνοὺβ τὸν λόγον, καὶ λέγει τῷ ἀββᾷ Ποιμένι· Οὐ φοβῇ τὸν Θεόν, οὕτως λαλήσας τῷ ἀδελφῷ ; Καὶ ἐσιώπησεν ὁ γέρων. Καὶ μετὰ δύο ἡμέρας ἔπεμψεν ὁ ἀββᾶς Ποιμὴν ἐπὶ τὸν ἀδελφὸν, καὶ λέγει αὐτῷ ἀκούοντος τοῦ ἀββᾶ Ἀνούβ· Τί εἶπές μοι τῇ ἄλλῃ ; ὅτι ὁ νοῦς μου ἀλλαχοῦ ἦν. Λέγει αὐτῷ ὁ ἀδελφός· Εἶπον, ὅτι σπείρω τὸν ἀγρόν μου, καὶ ποιῶ ἐξ αὐτοῦ ἀγάπην. Καὶ εἶπεν αὐτῷ ὁ ἀββᾶς Ποιμήν· Ἐνόμιζον ὅτι περὶ τοῦ ἀδελφοῦ σου τοῦ κόσμου [61] ἐλάλησας· εἰ δὲ σὺ εἶ ὁ ποιῶν τὸ ἔργον τοῦτο, οὐκ ἔστι τοῦτο μοναχοῦ. Ὁ δὲ ἀκούσας ἐλυπήθη, λέγων· Ἄλλο ἔργον οὐδὲν οἶδα, εἰ μὴ τοῦτο, καὶ οὐ δύναμαι μὴ σπείρειν τὸν ἀγρόν μου. Ὅτε οὖν ἀνεχώρησεν, ἔβαλεν αὐτῷ ὁ ἀββᾶς Ἀνοὺβ μετάνοιαν, λέγων· Συγχώρησόν μοι. Καὶ λέγει ὁ ἀββᾶς Ποιμήν· Κἀγὼ ἐξ ἀρχῆς ἤδειν ὅτι οὐκ ἔστιν ἔργον μοναχοῦ· ἀλλὰ πρὸς τὸν λογισμὸν αὐτοῦ ἐλάλησα, καὶ ἔδωκα αὐτῷ προθυμίαν εἰς τὴν προκοπὴν τῆς ἀγάπης. Νῦν δὲ ἀπῆλθε λυπούμενος, καὶ πάλιν τὸ αὐτὸ ποιεῖ.

23. (94) Dixit abbas Pœmen : Si peccaverit homo, et negaverit se peccasse, ne redargueris eum ; alias exscindis studium ipsius. Quod si dixeris ei : Noli animum despondere, frater, sed cave in posterum, excitas animam illius ad pœnitentiam.

κγ'. Εἶπεν ὁ ἀββᾶς Ποιμήν· Ἐὰν ἁμαρτήσῃ ἄνθρωπος, καὶ ἀρνήσηται, λέγων, Οὐχ ἥμαρτον, μὴ ἐλέγξῃς αὐτόν· εἰ δὲ μήγε, ἐκκόπτεις αὐτοῦ τὴν προθυμίαν. Ἐὰν δὲ εἴπῃς αὐτῷ· Μὴ ἀθυμήσῃς, ἀδελφὲ, ἀλλὰ φύλαξαι τοῦ λοιποῦ, διεγείρεις αὐτοῦ τὴν ψυχὴν πρὸς μετάνοιαν.

24. (95) Iterum dixit : Bona res est experientia : ipsa enim docet hominem probum.

κδ'. Εἶπε πάλιν· Καλὴ ἡ πεῖρα· αὕτη γὰρ διδάσκει [63] τὸν ἄνθρωπον δόκιμον [63].

25. (96) Dixit iterum : Homo qui docet, nec quæ docet facit, similis est fonti, quia cunctis potum dat, cunctos abluit, seipsum vero non potest mundum præstare.

κε'. Εἶπε πάλιν· Ἄνθρωπος διδάσκων, μὴ ποιῶν δὲ ἃ διδάσκει, ὁμοιός ἐστι κρήνῃ· ὅτι πάντας ποτίζει καὶ πλύνει, ἑαυτὴν δὲ οὐ δύναται καθαρίσαι [64].

26. (97) Præteriens aliquando abbas Pœmen per Ægyptum, conspexit mulierem sedentem in sepulcro, et plorantem amare. Unde dixit : Etsi cuncta mundi hujus oblectamenta advenerint, non dedu-

κς'. Παρερχόμενός ποτε ὁ ἀββᾶς Ποιμὴν εἰς τὴν Αἴγυπτον, εἶδε γυναῖκα ἐν μνημείῳ καθεζομένην, καὶ κλαίουσαν πικρῶς. Καὶ λέγει· Ἐὰν ἔλθωσι πάντα τὰ τερπνὰ τοῦ κόσμου τούτου, οὐ μὴ μεταστήσωσι

[61] Al. κοσμικοῦ. [63] Al. ποιεῖ. [63] Al. δοκιμώτερον. [64] Al. add. ἀλλὰ πάσης ῥυπαρίας πεπλήρωται, καὶ πᾶσα ἀκαθαρσία ἐν αὐτῇ κεῖται.

(91) *Vit. Patr.* x, 42.
(92) *Vit. Patr.* x, 45.
(93) *Vit. Patr.* x, 46.
(94) *Vit. Patr.* x, 48.
(95) *Vit. Patr.* x, 49.
(96) *Vit. Patr.* x, 50.
(97) *Vit. Patr.* III, 10.

τὴν ψυχὴν ταύτης ἀπὸ τοῦ πένθους. Οὕτως καὶ ὁ μοναχὸς ὀφείλει διαπαντὸς τὸ πένθος ἔχειν ἐν ἑαυτῷ.

cent ejus animam a luctu. Sic etiam monachus luctum debet semper in semetipso habere.

κζ'. Εἶπε πάλιν, ὅτι Ἔστιν ἄνθρωπος δοκῶν σιωπᾷν, καὶ ἡ καρδία αὐτοῦ κατακρίνει ἄλλους· ὁ τοιοῦτος πάντοτε λαλεῖ. Καὶ ἔστιν ἄλλος, ἀπὸ πρωῒ ἕως ἑσπέρας λαλῶν, καὶ σιωπὴν κρατεῖ· τουτέστιν ὅτι ἐκτὸς ὠφελείας οὐδὲν λαλεῖ.

27. (99) Dixit præterea : Est homo qui videtur tacere, et cor ejus condemnat alios; is semper loquitur. Est alius qui a mane ad vesperam loquitur, ac silentium tenet; hoc est, extra usum nihil pronuntiat.

κη'. Ἀδελφός τις ἦλθε πρὸς τὸν ἀββᾶν Ποιμένα, καὶ λέγει αὐτῷ· Ἀββᾶ, πολλοὺς λογισμοὺς ἔχω, καὶ κινδυνεύω ἀπ' αὐτῶν. Καὶ ἐκφέρει αὐτὸν ὁ γέρων εἰς τὸν ἀέρα, καὶ λέγει αὐτῷ· Ἄπλωσον τὸν κόλπον σου, καὶ κράτησον τοὺς ἀνέμους. Ὁ δὲ εἶπεν· Οὐ δύναμαι τοῦτο ποιῆσαι. Καὶ λέγει αὐτῷ ὁ γέρων· Εἰ τοῦτο οὐ δύνασαι ποιῆσαι, οὐδὲ τοὺς λογισμοὺς δύνασαι κωλῦσαι ἐλθεῖν· ἀλλὰ σόν ἐστι τὸ ἀντιστῆναι αὐτοῖς.

28. (1) Frater venit ad abbatem Pœmenem, et ait : Abba, variis cogitationibus agitatus ex iis periclitor. Senex educit hominem, et sub dio collocat, jubetque ut expanso sinu retineat ventos. At ille respondit : Non possum hoc facere. Tum senex : Si hoc facere nequis, nec potes impedire, ne subeant cogitationes : sed officium tuum est, illis obsistere.

κθ'. Εἶπεν ὁ ἀββᾶς Ποιμὴν, ὅτι Ἐάν εἰσι τρεῖς ἐπιτοαυτὸ, καὶ ὁ εἷς μὲν ἡσυχάζει καλῶς, ὁ δὲ εἷς ἀσθενῶν καὶ εὐχαριστῶν, ὁ δὲ ἄλλος ὑπηρετεῖ μετὰ καθαροῦ λογισμοῦ· οἱ τρεῖς μιᾶς ἐργασίας εἰσίν.

29. (2) Dixit abbas Pœmen : Si tres convenerint, quorum unus bene vitam quietam ducat, alter ægrotet gratiasque agat in morbo, tertius ministret cum pura cogitatione; isti tres pariś ac veluti unius sunt operationis et virtutis.

λ'. Εἶπε πάλιν· Γέγραπται· *Ὃν τρόπον ἐπιποθεῖ ἡ ἔλαφος ἐπὶ τὰς πηγὰς τῶν ὑδάτων, οὕτως ἐπιποθεῖ ἡ ψυχή μου πρὸς σέ, ὁ Θεός.* Ἐπειδὴ αἱ ἔλαφοι ἐν τῇ ἐρήμῳ πολλὰ καταπίνουσιν ἑρπετά· καὶ ὡς κατακαίει αὐτὰς ὁ ἰὸς, ἐπιθυμοῦσιν ἐλθεῖν ἐπὶ τὰ ὕδατα· πίνουσι δὲ καταψύχουσιν ἀπὸ τοῦ ἰοῦ τῶν ἑρπετῶν· οὕτως καὶ οἱ μοναχοὶ, ἐν τῇ ἐρήμῳ καθεζόμενοι, καίονται ἀπὸ τοῦ ἰοῦ τῶν πονηρῶν δαιμόνων, καὶ ἐπιποθοῦσι τὸ Σάββατον καὶ τὴν Κυριακὴν, ὥστε ἐλθεῖν ἐπὶ τὰς πηγὰς τῶν ὑδάτων, τουτέστιν, ἐπὶ τὸ σῶμα καὶ αἷμα τοῦ Κυρίου [65], ἵνα καθαρισθῶσιν ἀπὸ πικρότητος τοῦ πονηροῦ.

30. (3) Iterum dixit : Scriptum est : *Quemadmodum desiderat cervus ad fontes aquarum, ita desiderat anima mea ad te, Deus* [66]. Quandoquidem cervi in solitudine multos deglutiunt serpentes; cumque comburit eos venenum, desiderant ad aquas venire; postquam verò biberint, frigent a serpentum veneno : ita et monachi, in eremo sedentes, uruntur a veneno malorum dæmonum, ac desiderant Sabbatum atque Dominicam, quo accedant ad fontes aquarum, id est ad corpus et sanguinem Domini, ut purgentur a mali amaritudine.

λα'. Ἠρώτησεν ὁ ἀββᾶς Ἰωσὴφ τὸν ἀββᾶν Ποιμένα, πῶς χρὴ νηστεύειν. Λέγει αὐτῷ ὁ ἀββᾶς Ποιμὴν· Ἐγὼ θέλω τὸν ἐσθίοντα καθ' ἡμέραν παρὰ μικρὸν ἐσθίειν, ἵνα μὴ χορτάζηται. Λέγει αὐτῷ ὁ ἀββᾶς Ἰωσήφ· Ὅτε ἦς νεώτερος, οὐκ ἐνήστευες δύο δύο, ἀββᾶ; Καὶ εἶπεν ὁ γέρων· Φύσει καὶ τρεῖς, καὶ τέσσαρας [66], καὶ ἑβδομάδα. Καὶ ταῦτα πάντα ἐδοκίμασαν οἱ Πατέρες, ὡς δυνατοί· καὶ εὗρον ὅτι [67] καθ' ἡμέραν ἐσθίειν, παρὰ μικρὸν δέ· καὶ παρέδωκαν ἡμῖν τὴν βασιλικὴν ὁδὸν, ὅτι ἐλαφρά ἐστιν.

31. (4) Abbas Joseph interrogavit abbatem Pœmenem, quomodo jejunandum esset. Cui respondit sic : Ego volo ut quis quotidie comedat, sed parum, ne saturetur. Ait abbas Joseph : Quando eras juvenis, nonne cibo abstinebas per duos dies, abba? Excepit senex : Revera etiam per tres et quatuor, totamque hebdomadem. Atque hæc omnia probaverunt Patres, ut potentes in virtute homines; sed invenerunt præstantius esse quotidie parum manducare; atque nobis tradiderunt viam quæ regia est, quia levis.

λβ'. Ἔλεγον περὶ τοῦ ἀββᾶ Ποιμένος, ὅτι ὅταν ἤμελλεν εἰς σύναξιν ἐλθεῖν [68], ἐκάθητο κατ' ἰδίαν (98), διακρίνων τοὺς λογισμοὺς αὐτοῦ, ὡσεὶ ὥραν μίαν· καὶ οὕτως ἐξήρχετο.

32. (5) Aiebant de abbate Pœmene, quod cum ad synaxim venturus esset, sedebat seorsum, discernens cogitationes suas, hora circiter una; atque ita egrediebatur.

λγ'. Ἀδελφὸς ἠρώτησε τὸν ἀββᾶν Ποιμένα, λέγων·

33. (6) Frater interrogans abbatem Pœmenem,

[65] Al. add. ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ. [66] Deest καὶ τέσσαρας in al. [67] Al. inser. καλόν ἐστιν τό. [68] Al. ἐξέρχεσθαι. [69] Psal. XLI, 2.

(98) Ἐκάθητο κατ' ἰδίαν. Corrige Pelagium; *sedebat prius seorsum*, seu potius ex cod. Fossatensi *sedebat primum seorsum*.

(99) *Vit. Patr.* x, 51.

(1) *Vit. Patr.* x, 55.

(2) *Vit. Patr.* x, 52; XXXVI, 1.

(3) *Vit. Patr.* XVIII, 17.

(4) *Vit. Patr.* x, 44; *Regula Solit.* cap. 54.

(5) *Vit. Patr.* XI, 22; *App.* p. 1004, n. 32.

(6) *Vit. Patr.* x, 56.

dixit : Relicta mihi est hæreditas ; quid faciam ex ea? Ait illi senex : Abi, et post tres dies veni, responsumque feres. Rediit igitur, sicut definierat senex. Qui sic locutus est ei : Quid tibi dicturus sum, frater? Si dixero : Affer ad ecclesiam ; illic prandia faciunt et convivia. Si dixero : Da cognato tuo ; mercedem non recipies. Si autem pronuntiavero : Distribue in pauperes ; facere negliges. Quidquid ergo placuerit, facito, ego culpæ affinis non sum.

34. (7) Interrogavit eum alius frater, quid sibi vellet illud : *Ne reddas malum pro malo* [70]. Ait senex : Hic affectus quatuor habet modos : primum a corde ; secundum ex aspectu ; tertium de lingua ; quartum vero est, non facere malum pro malo. Si potueris mundare cor tuum, non venit ad aspectum ; quod si in conspectum venerit, cave ne loquaris ; si vero etiam locutus fueris, cito abscinde, ut non facias malum pro malo.

35. (8) Dixit abbas Pœmen : Custodire, sibi attendere, et discretio, hæ tres virtutes viæ duces sunt animæ.

36. (9) Dixit iterum : Projicere se coram Deo, seipsum non metiri, mittere retro propriam voluntatem, sunt instrumenta animæ.

37. (10) Dixit quoque : Omnis laboris, quicunque supervenerit tibi, victoria est, tacere.

38. Iterum dixit : Abominatio est Domino omnis corporalis requies.

39. (11) Dixit adhuc : In luctu duo sunt : operatur, et custodit.

40. (12) Iterum dixit : Si te subierit cogitatio de rebus corpori necessariis, semelque constitueris ; rursusque secundo subierit, ac tu constitueris ; si tertio subierit, noli ei attendere ; otiosa enim est.

41. (13) Iterum : Frater interrogavit abbatem Aionium : Quid est nihili se facere? Respondit senex : Esse te infra animalia ratione carentia, et nosse quod illa condemnationi obnoxia non sint.

42. Item : Si recordatus fuerit homo dicti quod in Scriptura legitur : *Ex verbis tuis justificaberis, et ex verbis tuis condemnaberis* [71] ; eligat potius tacere.

43. (14) Dixit præterea : Initium malorum est distractio.

44. (15) Et hoc retulit, quod abbas Isidorus Sceteos presbyter ita aliquando ad multitudinem verba fecerit : Fratres, nonne propter laborem in hunc locum venimus? Nunc vero non amplius laborem habet. Ego igitur apparata mea melote abeo ad locum in quo labor est, illicque inveniam requiem.

45. (16) Frater dixit abbati Pœmeni : Si videro

A Κατελείφθη μοι κληρονομία· τί ποιήσω αὐτήν; Λέγει αὐτῷ ὁ γέρων· Ἄπελθε, καὶ μετὰ τρεῖς ἡμέρας ἐλθὲ, καὶ λέγω σοι. Ἦλθε δὲ, καθὼς ὥρισεν αὐτῷ. Καὶ εἶπεν ὁ γέρων· Τί ἔχω σοι εἰπεῖν, ἀδελφέ; Ἐὰν εἴπω σοι, Δὸς αὐτὰ εἰς ἐκκλησίαν, ἐκεῖ ἀριστοποιοῦσιν. Ἐὰν εἴπω σοι, Δὸς αὐτὰ συγγενεῖ σου, οὐκ ἔστι σοι μισθός. Ἐὰν δὲ εἴπω σοι, Δὸς αὐτὰ πτωχοῖς, ἀμεριμνεῖς. Εἴ τι οὖν θέλεις, ποίησον· ἐγὼ πρᾶγμα οὐκ ἔχω.

λδ'. Ἠρώτησεν αὐτὸν ἄλλος ἀδελφὸς, λέγων· Τί ἐστι, *Μὴ ἀποδώσεις κακὸν ἀντὶ κακοῦ;* Λέγει αὐτῷ ὁ γέρων· Τὸ πάθος τοῦτο τέσσαρας ἔχει τρόπους· πρῶτον ἀπὸ καρδίας, δεύτερον ἀπὸ ὄψεως, τρίτον γλώσσης, τέταρτόν ἐστι, τὸ μὴ ποιῆσαι κακὸν ἀντὶ κακοῦ. Ἐὰν δύνασαι καθαρίσαι τὴν καρδίαν
B σου, οὐκ ἔρχεται εἰς τὴν ὄψιν· ἐὰν δὲ ἔλθῃ εἰς τὴν ὄψιν, φυλάττου τὸ μὴ λαλεῖν· ἐὰν δὲ καὶ λαλήσῃς, ταχὺ κόψον τοῦ μὴ ποιῆσαι κακὸν ἀντὶ κακοῦ.

λε'. Εἶπεν ὁ ἀββᾶς Ποιμὴν, ὅτι Τὸ φυλάσσειν, καὶ ἑαυτῷ προσέχειν, καὶ ἡ διάκρισις, αἱ τρεῖς αὗται ἀρεταὶ ὁδηγοί εἰσι τῆς ψυχῆς.

λς'. Εἶπε πάλιν, ὅτι Τὸ ῥίψαι ἑαυτὸν ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ, καὶ τὸ μὴ ἑαυτὸν μετρεῖν, καὶ τὸ βάλλειν ὀπίσω τὸ ἴδιον θέλημα, ἐργαλεῖά εἰσι τῆς ψυχῆς.

λζ'. Εἶπε πάλιν· Πᾶς κόπος ὃς ἂν ἐπέλθῃ σοι, ἡ νίκη αὐτοῦ ἐστι σιωπᾶν.

λη'. Εἶπε πάλιν· Βδέλυγμά ἐστι Κυρίῳ πᾶσα σωματικὴ ἀνάπαυσις.

λθ'. Εἶπε πάλιν· Τὸ πένθος διπλοῦν ἐστιν· ἐργάζεται, καὶ φυλάσσει.
C

μ'. Εἶπε πάλιν· Ἐὰν ἔλθῃ σοι λογισμὸς περὶ τῶν ἀναγκαίων τοῦ σώματος χρειῶν, καὶ διατάξῃς ἅπαξ, καὶ πάλιν δεύτερον ἔλθῃ καὶ διατάξῃς· τὸ τρίτον ἐὰν ἔλθῃ, μὴ πρόσχῃς αὐτῷ· ἀργὸς γάρ ἐστι.

μα'. Εἶπε πάλιν, ὅτι Ἀδελφὸς ἠρώτησε τὸν ἀββᾶν Ἀλώνιον, λέγων· Τί ἐστιν ἐξουδένωσις; Καὶ εἶπεν ὁ γέρων· Τὸ εἶναί σε ὑποκάτω τῶν ἀλόγων, καὶ εἰδέναι ὅτι [72] ἀκατάκριτά εἰσιν.

μβ'. Εἶπε πάλιν, ὅτι Ἐὰν μνησθῇ ἄνθρωπος τοῦ γεγραμμένου ῥητοῦ, ὅτι *Ἐκ τῶν λόγων σου δικαιωθήσῃ, καὶ ἐκ τῶν λόγων σου καταδικασθήσῃ*, αἱρεῖται μᾶλλον τὸ σιωπᾶν.

μγ'. Εἶπε πάλιν· Ἀρχὴ κακῶν ἐστιν ὁ περι-
D σπασμός.

μδ'. Εἶπε πάλιν, ὅτι ὁ ἀββᾶς Ἰσίδωρος ὁ πρεσβύτερος τῆς Σκήτεως ἐλάλησέ ποτε τῷ λαῷ, λέγων· Ἀδελφοὶ, οὐχὶ ἕνεκεν κόπου ἤλθομεν εἰς τὸν τόπον τοῦτον; Καὶ νῦν οὐκ ἔτι ἔχει κόπον. Ἐγὼ οὖν σκευάσας τὴν μηλωτήν μου ἀπέρχομαι ὅπου ἐστὶ κόπος, καὶ ἐκεῖ εὑρίσκω ἀνάπαυσιν.

με'. Ἀδελφὸς εἶπε τῷ ἀββᾷ Ποιμένι· Ἐὰν θεά-

[70] I Thess. v, 15 ; I Petr. III, 9. [71] Matth. XII, 37. [72] Al. inser. ἐκεῖνα.

(7) *Vit. Patr.* XVIII, 18.
(8) *Vit. Patr.* I, 12.
(9) *Vit. Patr.* XV, 34.
(10) *Vit. Patr.* XVI, 9.
(11) *Vit. Patr.* III, 12.
(12) *Vit. Patr.* X, 57.
(13) *Vit. Patr.* XV, 36.
(14) *Vit. Patr.* XI, 12.
(15) *Vit. Patr.* VII, 14.
(16) *Vit Patr.* X, 58.

σωμαι πρᾶγμα, θέλεις εἶπω αὐτό; Λέγει αὐτῷ ὁ γέρων· Γέγραπται· Ὃς ἐὰν ἀποκρίνηται λόγον πρὶν ἀκοῦσαι, ἀφροσύνη αὐτῷ ἐστι καὶ ὄνειδος. Ἐὰν ἐπερωτηθῇς, εἰπέ· εἰ δὲ μή, σιώπα.

μς'. Ἠρώτησέ τις ἀδελφὸς τὸν ἀββᾶν Ποιμένα, λέγων· Δύναται ἄνθρωπος πεποιθέναι ἐπὶ τῇ μιᾷ πράξει; Καὶ εἶπεν αὐτῷ ὁ γέρων, ὅτι ὁ ἀββᾶς Ἰωάννης ὁ Κολοβὸς εἶπεν, ὅτι Ἐγὼ θέλω μεταλαβεῖν μικρόν τι ἐκ πασῶν τῶν ἀρετῶν.

μζ'. Εἶπε πάλιν ὁ γέρων, ὅτι ἀδελφὸς ἠρώτησε τὸν ἀββᾶν Παμβὼ, εἰ καλὸν ἐπαινεῖν τὸν πλησίον· καὶ εἶπεν αὐτῷ· Καλὸν μᾶλλόν ἐστι τὸ σιωπᾷν.

μη'. Εἶπε πάλιν ὁ ἀββᾶς Ποιμὴν, ὅτι Ἐὰν ποιήσῃ ἄνθρωπος καινὸν οὐρανὸν καὶ καινὴν γῆν, οὐ δύναται[73] ἀμεριμνῆσαι.

μθ'. Εἶπε πάλιν, ὅτι Ὁ ἄνθρωπος δέεται τῆς ταπεινοφροσύνης[74] καὶ τοῦ φόβου τοῦ Θεοῦ, ὥσπερ τῆς πνοῆς ἐκπορευομένης ἐκ τῆς ῥινὸς αὐτοῦ.

ν'. Ἀδελφὸς ἠρώτησε τὸν ἀββᾶν Ποιμένα, λέγων· Τί ποιήσω; Λέγει αὐτῷ ὁ γέρων· Ἀβραὰμ ὅτε εἰσῆλθεν εἰς τὴν γῆν τῆς ἐπαγγελίας, μνημεῖον ἠγόρασεν ἑαυτῷ, καὶ διὰ τοῦ τάφου ἐκληρονόμησε τὴν γῆν. Λέγει ὁ ἀδελφός· Τί ἐστι τάφος; Λέγει αὐτῷ ὁ γέρων· Τόπος κλαυθμοῦ καὶ πένθους.

να'. Ἀδελφὸς, εἶπε τῷ ἀββᾷ Ποιμένι· Ἐὰν δῶ τῷ ἀδελφῷ μου μικρὸν ἄρτον, ἢ ἕτερόν τι, οἱ δαίμονες μολύνουσιν αὐτὰ[75], ὡς κατὰ ἀνθρωπαρεσκίαν γινόμενα[76]. Λέγει αὐτῷ ὁ γέρων· Εἰ καὶ κατὰ ἀνθρωπαρεσκίαν γίνεται, ἀλλ' ἡμεῖς τὴν χρείαν δώσωμεν[77] τῷ ἀδελφῷ. Εἶπε δὲ αὐτῷ καὶ παραβολὴν τοιαύτην· Δύο ἄνθρωποι ἦσαν γεωργοὶ ἐν πόλει οἰκοῦντες μιᾷ· καὶ ὁ εἷς μὲν ἐξ αὐτῶν σπείρας ἐποίησε μικρὰ ἀκάθαρτα· ὁ δὲ ἄλλος, ἀμελήσας τοῦ σπεῖραι, ἐποίησεν ὅλως οὐδέν· λιμοῦ[78] γενομένου, τίς ἐκ τῶν δύο εὑρίσκει ζῆσαι; Ἀπεκρίθη ὁ ἀδελφός· Ὁ ποιήσας τὰ ὀλίγα καὶ ἀκάθαρτα. Λέγει αὐτῷ ὁ γέρων· Οὕτως οὖν καὶ ἡμεῖς, σπείρωμεν ὀλίγα, εἰ καὶ ἀκάθαρτα, ἵνα μὴ τῷ λιμῷ ἀποθάνωμεν.

νβ'. Εἶπεν πάλιν ὁ ἀββᾶς Ποιμὴν, ὅτι εἶπεν ὁ ἀββᾶς Ἀμμωνᾶς, ὅτι Ποιεῖ ἄνθρωπος ὅλον τὸν χρόνον αὐτοῦ βαστάζων ἀξίνην, καὶ οὐχ εὑρίσκει κατενεγκεῖν τὸ δένδρον. Ἔστι δὲ ἄλλος ἔμπειρος τοῦ κόπτειν, καὶ ἀπὸ ὀλίγων καταφέρει τὸ δένδρον. Ἔλεγε δὲ τὴν ἀξίνην εἶναι τὴν διάκρισιν.

νγ'. Ἀδελφὸς ἠρώτησε τὸν ἀββᾶν Ποιμένα, λέγων· Πῶς ὀφείλει ἄνθρωπος πολιτεύσασθαι; Λέγει αὐτῷ ὁ γέρων· Ὁρῶμεν τὸν Δανιὴλ, ὅτι οὐχ εὑρέθη κατ' αὐτοῦ κατηγορία, εἰ μὴ ἐν ταῖς λειτουργίαις Κυρίου τοῦ Θεοῦ αὐτοῦ.

νδ'. Εἶπεν ὁ ἀββᾶς Ποιμὴν, ὅτι Τὸ θέλημα τοῦ ἀν-

rem, jubes ut eam efferam? Ait illi senex: Scriptum est: *Qui responderit verbum priusquam audiat: stultitia ei est et opprobrium* [79]. Si ergo interrogatus fueris, profer; sin minus, tace.

46. Frater aliquis percontatus est abbatem Pœmenem: Potestne homo confidere in una actione Respondit senex, abbatis Joannis Curti sermonem exstitisse: Ego cupio ex omnibus virtutibus nonnihil assumere.

47. Etiam narravit senex, quod frater interrogaverit abbatem Pambo, utrum bonum esset laudare proximum, et ille responderit: Melius est tacere.

48. (17) Dixit iterum abbas Pœmen: Licet homo produxerit novum cœlum et novam terram, non potest curis carere.

49. (18) Rursum dixit: Homo indiget humilitate ac Dei timore, quemadmodum flatu qui e naribus ejus prodit.

50. (19) Frater interrogavit abbatem Pœmenem, quid facere deberet. Ait illi senex: Quando Abraham ingressus est in terram promissionis, sibi emit monumentum, ac per sepulcrum terram accepit in hæreditatem. Rogat frater: Quid est sepulcrum? Senex respondet: Locus fletus et luctus.

51. (20) Frater dixit abbati Pœmeni: Si dedero fratri meo parum panis, aut aliud quid, dæmones polluunt illud, quasi ad placendum hominibus factum fuerit. Ait ei senex: Licet studio hominibus placendi fiat, nos tamen fratribus demus quæ illis necessaria sunt. Adjecit quoque hanc parabolam: Duo agricolæ in eadem civitate habitabant: unus ex iis seminavit, retulitque pauca et impura; alter cum serere neglexisset, nihil omnino collegit. Itaque si contigerit fames, quis ex duobus inveniet unde vivat? Respondit frater: Qui pauca illa et impura confecit. Tum senex: Pari igitur modo et nos, seminemus pauca, quamvis immunda, ne fame pereamus.

52. (21) Etiam retulit abbas Pœmen hunc abbatis Ammonæ sermonem: Quidam per totum vitæ tempus securim portat, nec invenit modum dejiciendæ arboris. Est vero alius, secandi peritus, qui paucis ictibus prosternit arborem. Aiebat autem, securim esse discretionem.

53. (22) Frater percontatus est abbatem Pœmenem, dicens: Quem in modum debet homo vitam instituere? Et ad eum senex: Cernimus Danielem; non potuit inveniri contra illum accusatio, nisi in cultu quem exhibebat Domino Deo suo.

54. (23) Dixit abbas Pœmen: Voluntas hominis

[73] Al. ὀφείλει. [74] Al. inser. διὰ παντός. [75] Al. αὐτό. [76] Al. γινόμενον. [77] Al. δώσομεν et δῶμεν. [78] Al. ins. δέ. [79] Prov. XVIII, 13.

(17) L. Doroth. *Doctr.* 7, *et Ep.* 8.
(18) *Vit. Patr.* XV, 32.
(19) *Vit. Patr.* III, 13.
(20) *Vit. Patr.* XIII, 6.
(21) *Vit. Patr.* X, 59.
(22) *Vit. Patr.* I, 13.
(23) *Vit. Patr.* X, 60; Doroth. *Doctr.* 5; S. *Ammois* n. 4.

murus est æneus inter ipsum ac Deum, necnon petra repercutiens. Cum igitur eam homo dereliquerit, ipse etiam dicet: *In Deo meo transgrediar murum*[80]. Itaque si justitia convenerit cum voluntate, laborat homo.

A θρώπου τεῖχός ἐστι χαλκοῦν ἀναμέσον αὐτοῦ καὶ τοῦ Θεοῦ, καὶ πέτρα ἀντιδέρουσα. Ἐὰν οὖν καταλείψῃ αὐτὸ ἄνθρωπος, λέγει καὶ αὐτὸς, *Ἐν τῷ Θεῷ μου ὑπερβήσομαι τεῖχος*. Ἐὰν οὖν τὸ δικαίωμα συνέλθῃ τῷ θελήματι, κάμνει ὁ ἄνθρωπος.

55. (24) Relatio ejusdem: Sedentibus aliquando senibus et manducantibus, stabat ad ministerium abbas Alonius, quem videntes laudaverunt. Ille vero nihil penitus respondit. Igitur nonnullus seorsum dixit ei: Quare non respondisti senibus qui te laudabant? Excepit abbas Alonius: Si eis dedissem responsum, visus essem laudes admittere.

νε'. Εἶπε πάλιν, ὅτι Καθεζομένων ποτὲ γερόντων καὶ ἐσθιόντων, ἵστατο ὑπηρετῶν ὁ ἀββᾶς Ἀλώνιος· καὶ ἰδόντες αὐτὸν ἐπῄνεσαν. Ὁ δὲ τὸ σύνολον οὐκ ἀπεκρίθη. Λέγει οὖν αὐτῷ τις κατ' ἰδίαν· Διατί οὐκ ἀπεκρίθης τοῖς γέρουσιν ἐπαινοῦσί σε; Λέγει αὐτῷ ὁ ἀββᾶς Ἀλώνιος· Εἰ ἀπεκρίθην αὐτοῖς, εὑρίσκομαι[82] ὡς καταδεξάμενος τὸν ἔπαινον.

56. (25) Dixit iterum: Homines perfecti sunt in loquela, minimi in operatione.

νς'. Εἶπε πάλιν, ὅτι Οἱ ἄνθρωποι ἐν τῷ τελείῳ λαλοῦσι, καὶ ἐν τῷ ἐλαχίστῳ ἐργάζονται.

57. (26) Abbas Pœmen dixit: Sicut fumus expellit apes, tuncque opificii earum tollitur dulcedo: ita et corporalis quies timorem Dei ejicit ex anima, cunctamque ejus operationem dissolvit.

νζ'. Εἶπεν ὁ ἀββᾶς Ποιμὴν, ὅτι Ὥσπερ ὁ καπνὸς ἐκδιώκει τὰς μελίσσας, καὶ τότε αἴρεται τῆς ἐργασίας αὐτῶν ἡ γλυκύτης· οὕτως καὶ ἡ σωματικὴ ἀνάπαυσις ἐκδιώκει τὸν φόβον τοῦ Θεοῦ ἀπὸ τῆς ψυχῆς, καὶ ἀπολύει αὐτῆς πᾶσαν τὴν[83] ἐργασίαν

58. (27) Frater convenit abbatem Pœmenem secunda Quadragesimæ hebdomada; cumque detexisset cogitata sua, et requiem invenisset, ait: Pene detinui me ne huc venirem hodie. Dixit ei senex: Cur? Et frater: Reputavi num propter Quadragesimam mihi non aperiretur. Tunc abbas Pœmen: Nos, inquit, non didicimus ostium ligneum claudere, sed potius linguæ januam.

νη'. Ἀδελφὸς παρέβαλε τῷ ἀββᾷ Ποιμένι εἰς τὰς δύο ἑβδομάδας τῆς Τεσσαρακοστῆς, καὶ ἐξειπὼν τοὺς λογισμοὺς αὐτοῦ, καὶ τυχὼν ἀναπαύσεως, λέγει αὐτῷ· Παρὰ βραχὺ κατεσχέθην παραγενέσθαι ὧδε σήμερον. Λέγει αὐτῷ ὁ γέρων· Διατί; Λέγει ὁ ἀδελφός· Εἶπον[84], μήποτε διὰ τὴν Τεσσαρακοστὴν οὐκ ἀνοίγεταί μοι. Λέγει αὐτῷ ὁ ἀββᾶς Ποιμὴν· Ἡμεῖς οὐκ ἐμάθομεν κλείειν τὴν ξυλίνην θύραν, ἀλλὰ μᾶλλον τὴν τῆς γλώσσης θύραν.

59. (28) Monuit etiam abbas Pœmen: Fugienda sunt corporea. Quando enim homo prope est corporalem impugnationem, assimilatur viro juxta lacum profundissimum stanti, quem inimicus ejus, quacunque hora visum fuerit, facile dejiciet ac immerget. Quod si a corporeis rebus procul fuerit, similis est viro qui longe abest a lacu; ut quamvis traxerit eum hostis ad præcipitium, dum trahit ac vim infert, Deus mittat ei auxilium.

νθ'. Εἶπε πάλιν ὁ ἀββᾶς Ποιμὴν· Φεύγειν δεῖ τὰ σωματικά. Ὅταν γὰρ εἶ (31') ἄνθρωπος ἐγγὺς τοῦ σωματικοῦ πολέμου, ἔοικεν ἀνδρὶ στήκοντι ἐπάνω λάκκου βαθυτάτου· καὶ οἷαν δ' ἂν ὥραν δόξῃ τῷ ἐχθρῷ αὐτοῦ, εὐκόλως αὐτὸν ῥίπτει κάτω. Ἐὰν δὲ σωματικῶν μακρὰν ᾖ, ἔοικεν ἀνδρὶ μακρὰν ἀπέχοντι τοῦ λάκκου, ἵνα εἰ ἕλκῃ αὐτὸν ὁ ἐχθρὸς βαλεῖν κάτω, ἐν ὅσῳ αὐτὸν ἕλκει καὶ βιάζεται, ὁ Θεὸς ἀποστέλλει αὐτῷ βοήθειαν.

60. (29) Dixit iterum: Paupertas, tribulatio, angustia, jejunium, hæc sunt vitæ solitariæ instrumenta. Scriptum est enim: *Si fuerint tres hi viri, Noe, Job et Daniel, vivo ego, dicit Dominus*[81]. Noe personam ac figuram gerit voluntariæ paupertatis; Job, laboris; Daniel, discretionis. Si ergo hi tres actus in homine exstiterint, Dominus habitat in eo.

ξ'. Εἶπε πάλιν· Ἡ πενία καὶ ἡ θλῖψις καὶ ἡ στενοχωρία καὶ ἡ νηστεία, ταῦτά εἰσι τὰ ἐργαλεῖα τοῦ μονήρους βίου. Γέγραπται γὰρ, ὅτι *Ἐὰν ὦσιν οἱ τρεῖς οὗτοι ἄνδρες, Νῶε, Ἰὼβ καὶ Δανιὴλ, ζῶ ἐγὼ, λέγει Κύριος*. Νῶε πρόσωπόν ἐστι τῆς ἀκτημοσύνης, Ἰὼβ δὲ τοῦ πόνου, καὶ Δανιὴλ τῆς διακρίσεως. Ἐὰν οὖν ὦσιν αἱ τρεῖς αὗται πράξεις ἐν τῷ ἀνθρώπῳ, ὁ Κύριος οἰκεῖ ἐν αὐτῷ.

61. (30) Retulit abbas Joseph: Sedentibus nobis cum abbate Pœmene, nomen abbatis Agathoni dedit. Dicimus ei: Junior est, quare eum vocas abbatem? Respondit abbas Pœmen: Quia os ejus fecit eum abbatem appellari.

ξα'. Ἔλεγεν ὁ ἀββᾶς Ἰωσὴφ, ὅτι Καθημένων ἡμῶν μετὰ τοῦ ἀββᾶ Ποιμένος, ὠνόμασε τὸν ἀββᾶν Ἀγάθωνα. Καὶ λέγομεν αὐτῷ· Νεώτερός ἐστι, καὶ διατί καλεῖς αὐτὸν ἀββᾶν; Καὶ εἶπεν ὁ ἀββᾶς Ποιμὴν· Ὅτι τὸ στόμα αὐτοῦ ἐποίησεν αὐτὸν καλεῖσθαι ἀββᾶν.

62. (31) Venit aliquando ad abbatem Pœmenem frater, et ait illi: Quid agam, Pater, quia a for-

ξβ'. Ἦλθέ ποτε ἀδελφὸς πρὸς τὸν ἀββᾶν Ποιμένα, καὶ λέγει αὐτῷ· Τί ποιήσω, Πάτερ, ὅτι ἐλίβομαι ἀπὸ

[80] Psal. xvii. 30. [81] Ezech. xiv, 14, 20. [82] Al. εὑρισκόμην. [83] Al. ἀγαθήν. [84] Al. ὑπέλαβον.

(24) *Vit. Patr.* xv, 39; Doroth. *Doctr.* 5.
(25) *Vit. Patr.* viii, 14.
(26) *Vit. Patr.* iv, 32.
(27) *Vit. Patr.* xiii, 5.
(28) *Vit. Patr.* x, 1, 12, *Miscell.* Voss. p. 132.
(29) *Vit. Patr.* i, 14.
(30) *Vit. Patr.* xv, 40.
(31) *Vit. Patr.* v 9
(31') Lege ᾖ.

τῆς πορνείας· καὶ ἰδοὺ ἀπῆλθον πρὸς ἀββᾶν Ἰβιστείωνα, καὶ λέγει μοι· Οὐκ ὀφείλεις ἐᾶσαι αὐτὴν χρονίζειν ἐπὶ σέ. Λέγει αὐτῷ ὁ ἀββᾶς Ποιμήν· Ἀββᾶς Ἰβιστίων, αἱ πράξεις αὐτοῦ ἄνω [85] μετὰ τῶν ἀγγέλων εἰσὶ, καὶ λανθάνει αὐτὸν ὅτι ἐγὼ καὶ σὺ ἐν τῇ πορνείᾳ ἐσμέν. Ἐὰν κρατήσῃ μοναχὸς τὴν κοιλίαν καὶ τὴν γλῶσσαν, καὶ τὴν ξενιτείαν, θάρσει, οὐκ ἀποθνήσκει.

ξγ'. Εἶπεν ὁ ἀββᾶς Ποιμήν· Δίδαξον τὸ στόμα σου λαλεῖν ἃ ἔχει ἡ καρδία σου.

ξδ'. Ἠρώτησεν ἀδελφὸς τὸν ἀββᾶν Ποιμένα, λέγων· Ἐὰν ἴδω πταῖσμα τοῦ ἀδελφοῦ μου, καλόν ἐστι σκεπάσαι αὐτό; Λέγει αὐτῷ ὁ γέρων· Ὅταν ὥραν σκεπάσομεν τὸ τοῦ ἀδελφοῦ ἡμῶν πταῖσμα, καὶ ὁ Θεὸς σκεπάζει τὸ ἡμέτερον· καὶ ἐν ᾗ ὥρᾳ ἐκφαίνομεν τοῦ ἀδελφοῦ, καὶ ὁ Θεὸς ἐκφαίνει τὸ ἡμέτερον.

ματα θεραπεῦσαι; ἀλλὰ καὶ ἕτερα προσετίθεις. Ὁ δὲ ὡς ἐπέμενεν πρὸς αὐτὸν[58] ἱκετεύων, ἀπεκρίνατο πρὸς αὐτὸν ὁ γέρων· Μὴ[56] ἕτερα τῇ ζωῇ σου προσθήσεις κακά· εἰ[57] κατὰ ἀλήθειαν μετανοεῖς, δεόμεθα ὑπὲρ σοῦ τοῦ Θεοῦ· ἀγαθὸς γάρ ἐστιν καὶ μακρόθυμος, καὶ χαρίζεταί σοι ἔτι μικρὰν ζωήν, ἵνα τὸ πᾶν ἀποδώσῃς. Καὶ εὐξάμενος εἶπεν αὐτῷ· Ἰδοὺ τρία ἔτη σοι χαρίζεται[58] ὁ Θεὸς τῇ[59] ζωῇ ταύτῃ· μόνον ἐκ ψυχῆς μετανόησον. Καὶ λαβόμενος αὐτοῦ[60] τῆς χειρὸς, ἀνέστησεν παραχρῆμα, καὶ[61] ἀπήγαγεν αὐτὸν εἰς τὴν ἔρημον. Καὶ πληρωθέντων ἐτῶν τριῶν, πάλιν ἤγαγεν ἐπὶ τὸν τόπον, οὐκ ἄνθρωπον, ἀλλ' ἄγγελον (12) τῷ Θεῷ παριστῶν, ὡς θαυμάσαι πάντας ἐπὶ τῇ αὐτοῦ πολιτείᾳ[62]. Καὶ συνελθόντων πρὸς αὐτὸν τῶν ἀδελφῶν, τίθησιν[63] αὐτὸν ἐν μέσῳ ὑγιῆ, καὶ δι' ὅλης τῆς νυκτὸς λόγον διδασκαλίας αὐτοῖς παρεδίδου. Ὡς δὲ ἀπενύσταξεν ὁ ἀδελφὸς, καὶ δὴ εἰς ὕπνον γενόμενος[64], παντελῶς ἐκοιμήθη. Ἐπευξάμενος δὲ αὐτῷ, ἐκήδευσεν κατὰ τρόπον[65], προπέμψας πρὸς τὴν ταφήν. Πολλάκις δὲ αὐτόν φασιν καὶ τῶν ποταμιαίων[66] ὑδάτων ἐπιβάντα, τὸν Νεῖλον, ἄχρι γονάτων διαπορθμεῦσαι· ἄλλοτε δὲ δι' ἀέρος πρὸς τοὺς ἀδελφοὺς, ἐπὶ τοῦ δώματος ἠὑρῆσθαι, τῶν θυρῶν κεκλεισμένων. Πολλάκις δὲ ὅπουπερ ἤθελεν, παραχρῆμα ἠὑρίσκετο. Διηγεῖτο δέ ποτε τοῖς ἀδελφοῖς, ἐκ τῆς ἐρήμου ἐπανελθὼν, ἀνειληφέναι[67] αὐτὸν ἐν ὁράματι εἰς οὐρανὸν, καὶ τεθεᾶσθαι ὅσα μένει ἀγαθὰ τοὺς κατὰ ἀλήθειαν μοναχοὺς, ἅπερ οὐδεὶς ἐξειπεῖν λόγος δύναται· καὶ ἀπῆχθαι δὲ αὐτὸν ἐν σαρκὶ ἕφη εἰς τὸν παράδεισον, καὶ ἐωρακέναι πλῆθος ἁγίων· μετειληφέναι δὲ αὐτὸν ἔλεγεν ἐκ τῶν καρπῶν τοῦ παραδείσου· καὶ μάρτυρα τὸ πρᾶγμα[68] ἐδείκνυεν. Σῦκον γὰρ μέγα καὶ ἐξαίρετον[69], καὶ εὐωδίας πολλῆς μεστὸν, πρὸς τοὺς ἑαυτοῦ μαθητὰς ἀπεκόμισεν, ἐπιδεικνύων αὐτοῖς ὅτι ἀληθῆ εἰσιν τὰ παρ' αὐτοῦ λεγόμενα. Ὅπερ σῦκον, ὁ διηγούμενος ἡμῖν ταῦτα Κόπρης πρεσβύτερος, νεανίας τότε ὑπάρχων, ἐν ταῖς χερσὶν τῶν μαθητῶν αὐτοῦ ἐθεάσατο, καὶ κατεφίλησεν, καὶ τὴν πνοὴν ἐθαύμασεν. Πολλοῖς γὰρ ἔτεσιν, φησὶν, ἔμεινεν παρὰ τοῖς αὐτοῦ μαθηταῖς, εἰς ἐπίδειξιν φυλαττόμενον· ἦν γὰρ παμμεγεθὲς· μόνον γὰρ ὀσφρήσατο αὐτοῦ τις τῶν νοσούντων[70], εὐθέως τῆς νόσου ἀπηλλάττετο. Κατὰ δὲ τὴν ἀρχὴν τῆς ἐν τῇ ἐρήμῳ αὐτοῦ ἀναχωρήσεως, ἐπὶ πέντε ἑβδομάδας αὐτὸν μὴ βεβρωκέναι[71]· ἄνθρωπον, φασὶν, αὐτὸν εὑρηκέναι κατὰ τὴν ἔρημον, ἄρτον ἐπιφερόμενον καὶ ὕδωρ· ὃς πείσας αὐτὸν μεταλαβεῖν, ἀπηλλάγη· ἄλλοτε δὲ τὸν δαίμονα θησαυροὺς αὐτῷ ἐπιδεῖξαι τοῦ Φαραὼ, χρυσίου καθαροῦ

imo addebas alia. Cumque perseveraret in supplicatione, ait senex : Si alia additurus non es vitæ tuæ mala, sed vere pœnitentiam acturus, Deum pro te orabimus : bonus est, patiens, æquanimis, ac indulget tibi adhuc parum vitæ, ut cuncta retribuas. Et oratione facta dixit ei : Ecce tres annos vitæ hujus tibi concedit Deus; tantum ex animo pœnitentiam age. Tum manu ejus apprehensa, illico erexit, dein abduxit in solitudinem : completisque tribus annis, iterum reduxit ad locum, non hominem, sed angelum Deo exhibens, adeo ut omnes admiratio caperet de ipsius vita et conversatione. Congregatis ergo circa ipsum fratribus, collocat hominem in medio sanum, ac per totam noctem sermonem doctrinæ ipsis tradidit. Tum frater e sopore in somnum incidens, omnino obdormivit. Inde oratione super eum facta, pro more funus curavit, præmisitque ad sepulturam. Aiunt etiam quod sæpe fluviales aquas supergressus Nilum pertransierit, ad genua duntaxat pertingentem; quodque alio tempore per aerem vectus, inter fratres in solario inventus sit, januis clausis. Frequenter quoque ubicunque vellet, confestim aderat. Porro fratribus narravit aliquando, ex solitudine rediens, assumptum se fuisse in visione ad cœlum, ac vidisse quæ bona veros monachos manent, quæ nullus sermo assequi potest; dixitque se in carne abductum fuisse in paradisum, atque spectasse sanctorum multitudinem; ad hæc participasse de fructibus paradisi. Atque in testimonium rem ipsam exhibebat. Nam ficum prægrandem ac eximiam, plurimæque fragrantiæ, ad fratres suos detulit, ad demonstrandum illis vera esse quæ diceret. Quam ficum, qui hæc nobis retulit Copres presbyter, tunc juvenis, in manibus discipulorum ejus conspexit, et deosculatus est, odoremque suspexit. Per multos enim annos, inquit, perseveravit inter discipulos ejus, quæ servaretur ad ostentum; eratque crassissima : et ubi duntaxat odoratus fuerat eam ægrotorum quis, morbo statim liberabatur. Referunt præter hæc, initio secessionis ipsius in solitudinem, postquam per quinque hebdomadas non comedit, occurrisse ei hominem in deserto, qui panem et aquam afferebat, persuasitque sumere, atque ita abiit : alio tempore a dæmone ostensos ipsi Pharaonis thesauros, puro auro redundantes, ad quem dixit vir : *Pecunia tua tecum sit in perditionem*[72]. Hæc, inquit, et alia plura magnaque præclare perpetravit Pater noster Patermutius, faciens signa et

[58] Deest πρὸς αὐτὸν in al. [56] Al. εἰ μή. [57] Al. ἀλλά. [58] Al. κεχάρισται. [59] Al. ἐν τῇ. [60] Al. αὐτόν. [61] Al. inser. μεθ' ἑαυτοῦ. [62] Al. ἐξουσίᾳ. [63] Al. ἵστησιν. [64] Al. τραπείς. [65] Al. λόγον εἰ τύπον. [66] Al. ποταμίων. [67] Al. ἀνειλῆφθαι. [68] Al. τοῦ πράγματος. [69] Al. ἐξαίσιον. [70] Al. κακουμένων et ἀσθενούντων. [71] Al. βεβρωκότα. [72] Act. VIII, 20.

(12) *Οὐκ ἄνθρωπον, ἀλλ' ἄγγελον.* Proœmium Catenæ in Joannem, ex Chrysostomo, Ἃ τοὺς λαβόντας οὐκ ἔνι λοιπὸν ἀνθρώπους εἶναι, οὔτε ἐπὶ τῆς γῆς μένειν, ἀλλ' ἀνωτέρω πάντων ἑστάναι τῶν βιωτικῶν, καὶ πρὸς τὴν ἀτελικὴν μεθορμίσασθαι λῆξιν, καὶ καθάπερ τὸν οὐρανὸν, οὕτω τὴν γῆν οἰκεῖν. Quo loco vox ἀτελικήν, Interpreti *sempiternam*, nauci non est, legitque veram Chrysostomi initio *Commentarii in Joannem*, πρὸς τὴν ἀγγελικὴν μεθαρμοσαμένους λῆξιν. *Quæ* bona *qui acceperunt, non jam amplius homines sunt, nec in terra commorantur; sed super omnes hujus sæculi res eminent, et ad angelicum transeunt statum, atque terram non aliter ac cœlum incolunt.*

prodigia. Alii quoque nonnulli consimiles exstiterunt ante nos, *quibus dignus non erat mundus*[73]. Quid porro mirum, si nos parvi hæc parva faciamus, claudis, *cæcis*, leprosis curationem conferentes, quæ ex arte etiam medici operantur? *οὐκ ἦν ἄξιος ὁ κόσμος*. Τί δὲ θαυμαστὸν, εἰ ἡμεῖς οἱ μικροὶ τὰ μικρὰ ταῦτα πράττομεν, χωλοὺς καὶ τυφλοὺς[73] θεραπεύοντες, ἅπερ καὶ ἐκ τέχνης οἱ ἰατροὶ ἐνεργοῦσιν[74];

A γέμοντας· πρὸς ὃν φησιν ὁ ἀνὴρ· *Τὸ ἀργύριόν σου σὺν σοὶ εἴη εἰς ἀπώλειαν*. Ταῦτα δὲ καὶ ἄλλα πλείονα καὶ μεγάλα, φησὶν, κατώρθωσεν ὁ Πατὴρ ἡμῶν Πατερμούτιος [74], ποιῶν σημεῖα καὶ τέρατα. Καὶ ἄλλοι τοιοῦτοί τινες πρὸ ἡμῶν γεγόνασιν, ὧν οἱ μικροὶ τὰ μικρὰ ταῦτα πράττομεν, χωλοὺς καὶ

De abbate Didymo.

(13) Vidimus illic virum nomine Didymum, ætate senem, aspectu honestum, qui scorpios et cerastas aspidesque pedibus suis interimebat, cum alius nullus id aggredi auderet, imo complures alii ex conspicuis, per eos serpentes interfecti fuissent, ubi duntaxat tetigissent.

Περὶ ἀββᾶ Διδύμου.

Ἴδομεν δὲ ἐκεῖ ἄνδρα ὀνόματι Δίδυμον, πρεσβύτην τῇ ἡλικίᾳ, ἀστεῖον τῇ ὁράσει, ὃς τοὺς σκορπίους καὶ κεραστὰς καὶ τὰς ἀσπίδας ποσὶν οἰκείοις[77] ἀπέκτεινεν, μηδενὸς ἑτέρου τολμῶντος τοῦτο ποιεῖν· ἀλλὰ καὶ πολλοὶ ἕτεροι τῶν δοκούντων, ὑπ' αὐτῶν ἀνῃρέθησαν, τῶν θηρίων μόνον ἁψάμενοι.

De Cronidio.

(14) Sed et vidimus alium Patrem monachorum, nomine Cronidium, in senectute bona provectum, unum ex viris antiquis, qui cum Antonio vixerat, centum et decem annos natum. Is pluribus nos adhortatus, admonens, interrogans, seipsum floccifaciebat; tantam humilitatem ad senectutem usque fuerat adeptus. Vidimus pariter tres fratres, eruditione summa et virtute præditos, qui propter vitæ sanctitatem, ad episcopatum arrepti, præ multa pietate, aures sibi præciderunt; re audaci quidem suscepta, ex proposito tamen rationi consentaneo, ne quis in posterum eis molestiam pareret.

B

Περὶ Κορνηλίου [78].

Ἴδομεν δὲ καὶ ἕτερον Πατέρα μοναχῶν, ὀνόματι Κορνήλιον [79], ἐν γήρει καλῷ προοδεύσαντα, ἕνα τῶν ἀρχαίων ἀνδρῶν, σὺν Ἀντωνίῳ [80] γενόμενον, ἐκατὸν δέκα ἐτῶν ὑπάρχοντα· ὃς πολλὰ παρακαλέσας ἡμᾶς καὶ νουθετήσας [81] ἑαυτὸν ἐξητύελιζεν· τοσαύτην ταπεινοφροσύνην μέχρι γήρους ἦν κεκτημένος. Ἴδομεν δὲ καί τινας τρεῖς ἀδελφοὺς, λογίους πάνυ καὶ ἐναρέτους, οἳ διὰ τὴν ἐνάρετον αὐτῶν πολιτείαν, εἰς ἐπισκοπὴν κρατηθέντες (15), διὰ πολλὴν εὐλάβειαν, τὰ ἑαυτῶν ὦτα ἀπέτεμον· τολμηρῶς μὲν ἄγαν ποιήσαντες, ὅμως κατὰ εὔλογόν τινα σκοπὸν, ἵνα τοῦ λοιποῦ μηδεὶς αὐτοῖς ἐνοχλῇ.

[73] Hebr. xi, 38. [74] Al. Πατερμούθιος. [75] Al. λεπρούς. [76] Al. δύνανται ἐνεργῆσαι. [77] Abest οἰκείοις ab al. [78] Al. Κρονιδίου. [79] Al. Κρονίδην. [80] Al. inser. τῷ μεγάλῳ. [81] Al. ἐρωτήσας.

(13) *Vit. Patr.* II, 24.
(14) *Vit. Patr. ibid.* 23
(15) *Εἰς ἐπισκοπὴν κρατηθέντες*. Hoc cæteri rectius de uno Ammonio, παρώτῃ et παρωτίῳ eam ob causam dicto, referunt. Mirum porro satis est, quod cum Palladius Ammonium narret sibi aurem sinistram amputasse, Socrates dextram dicat.

ANNO DOMINI CDXXV.

PHILOSTORGIUS

NOTITIA

(Fabric. *Bibliotheca Græca*, ed. Harles, tom. VIII, p. 420.)

Philostorgius, ex Borissi pago Cappadox, Carterii Eunomiani (*a*), et Eulampiæ (cujus pater Anysius presbyter erat) filius. Eunomianus et ipse, atque tum, cum Eunomius Cæsareæ a. Chr. 388 pelleretur,

(*a*) Philostorgius ipse IX, 9, qui testatur, Eulampiam matrem persuasionibus suis patrem Anysium fratresque et alios propinquos ab homousii professione ad Eunomii sectam deduxisse. Alius Philostorgius ἀριστος ἰατρῶν sub Valentiniano et Valente, de quo noster VIII, 10. Alius, cujus meminit Arrianus III, 17, Epictetearum dissertat. Fabr. — De Philostorgio v. Cavei *Hist. litt. SS. eccl.* tom. I, p. 410 : Du Pin *Nouv. Biblioth.* tom. IV, p. 76, Oudin. *Comment. SS. eccl.* I, pag. 995 sq.; R. Ceillier *Hist. gén. des A. E.* tom. XIII, p. 659; Hamberger *zuverl. Nachr.* III, p. 92, qui diem ejus natalem refert ad a. 364; sed Jac. Gothofred. in prolegom. docte eruditeque scriptis, pag. 5 sq., rationibus ex ipsius Philostorgii narratione subductis, docet, eum natum fuisse circ. a. Chr. 358, a. autem 425 *Historiæ* suæ coronidem imposuisse, quinquagesimum septimum ferme annum ætatis agentem. Harl.

viginti annos (*a*) natus. Hic semi-Arianos non minus quam catholicos graviter passim perstringit, Arianos vero et Eunomianos defendit, celebratque libenter, et effert laudibus : unde diu est, quod historiam ejus non historiam, sed *encomium hæreticorum et criminationem atque vituperationem orthodoxorum* inscribendam esse monuit *Photius* (*b*), cod. XL. Atheum vero dictum fuisse Philostorgium, male colligunt viri docti ex hoc epigrammate, perperam accepto, quo Eunomianus quidam laudare utique, non proscindere opus Eunomiani hominis voluit :

Ἱστορίην ἐτέλεσσα, θεοῦ (*c*) *χαρίτεσσι σοφῇσι,*
Πράγματ' ἀληθείης ποικίλ' ὑφηνάμενος.
Historiæ telam bene Numine dante peregi,
Contexens opere plurima vera meo.

Scripsit Historiæ ecclesiasticæ (*d*) ab controversiæ Arianæ initiis sive ab a. C. 300, usque ad a. 425, quo Valentinianus Junior Honorio successit, volumina duo, quorum singula in τόμους, λόγους sive libros sex distincti erant, ut adeo in universum libri essent duodecim. Horum primæ litteræ si conjungerentur, nomen auctoris referebant, cujusmodi ἀκροστιχίδας (*e*) operibus suis intexuere olim Epicharmus et Heraclides, Ponticus, atque Philostorgii exemplo Nicephorus Callistus, e latinis Ennius, Commodianus, Damasus aliique. Opus ipsum Philostorgii, diu est, quod intercidit ; sed præter brevem de eo notitiam judiciumque ac censuram, in Photii Bibliotheca cod. XL obviam, ejusdem Photii ampla ex singulis duodecim libris excerpta servata sunt, quæ habuit Venetiis Diegus Hurtadus, Gesnero teste, et primus ex codice Bongarsiano Græce edidit, et capitibus distincta cum versione sua et uberrimis doctisque adnotationibus et prolegomenis indiceque locupletissimo in lucem protulit Jacobus Godofredus, Genev. (*f*) 1643, 4. Eadem excerpta mss. editis longe emendatiora habere se testatus est Bochartus tom. I, lib. II. Hierozoici cap. 55. Atque Bocharti codicem Valesio a se communicatum refert Stephanus le Moyne notis ad *Varia sacra* pag. 379. Itaque ad eum et Scoriacensis codicis lectiones passim provocat Henr. Valesius, nec minus ad emendationes, quas codici suo Lucas Holstenius ascripserat. Edidit laudatus Valesius Philostorgii excerpta emendatiora cum meliore versione sua notisque ad calcem *Historiæ* Theodoriti, Evagrii et Theodori, lectoris, Paris. 1673, fol., quæ editio recusa est Moguntiæ, ut habet titulus, sive potius Francofurti 1679 ; nam quæ Amstelodamum a. 1695, in fronte præfert, illa ipsa Moguntina est, novo titulo ornata, et Reading cum Valesii et variorum notis, in tom. III *SS. eccl.* cum Theodorito et Evagrio, pag. 475 sqq., Cantabr. 1720, fol. Vide supra ad Eusebii *Histor. eccl.* — Florentiæ in cod. Mediceo V, nr. 9, plut. 70, sunt duo excerpta ex Philost. H. E. epitome ; prius est pars cap. 10, libri XII, posterius est cap. nonum libri III (v. Bandin. cat. codd. Gr. II, p. 661.) — Venetiis in cod. CCCXXXVII, Marciano epitome ex XII, libris *H. E.* Philostorgii, ex Photio. — Oxon. in cod. Bodlei. CXLII, nr. 7, Philostorgii *H. E. epitome* ἀπὸ φωνῆς Photii CCXLIII, quæ (secundum auctorem codd. Angliæ, etc. I, pag. 18) ab ea, quæ exstat apud Photium, multum diversa est, et amplior multo : ibid. p. 271, inter adversaria Gerardi Langbæni, Philostorgii *Hist.* ab ore Photii relata, Gr. — inter codd. Mendozæ, etc. apud Iriart. cat. codd Gr. Matrit. p. 277. HARL. — Præter fragmenta Philostorgii ex Nicetæ lib. V, thesauri, ex Joanne Antiocheno (cujus locum primus attulit Salmasius p. 407, *ad Solin.*), Suida et Photio a Jac. Godofredo producta, nova etiam ex Suida a se observata Valesius editioni suæ subjunxit. In notis Valesii Godofredus frequentissime reprehenditur, interdum etiam satis acerbe, ut pag. 430, ubi imperitiam ejus in legendis Græcis exemplaribus et pag. 436, ubi Græcæ linguæ in illo imperitiam castigat. Verum audiendus sane erat Godofredus, vir bene doctus et multis nominibus præclare de litteris meritus, qui in prolegomenis pag. 57 seq. veniam a lectore æquo sibi pollicetur his verbis : *Novi ipse, quam in multis contextus ipse inemendatus exeat, quam multa quoque desiderari possint in prima hac interpretatione, quot denique mendæ ubique irrepserint. Verum et mihi et typographo veniam sperare licet, non una ratione ; ipsa primum*

(*a*) Idem X, 6.

(*b*) *Photius* : Ἡ δὲ ἱστορία, τῶν αἱρετιζόντων ἐστὶν ἐγκώμιον αὐτῷ, ὥσπερ καὶ τῶν ὀρθοδόξων διαβολὴ καὶ ψόγος μᾶλλον ἢ ἱστορία. Atque iterum : Ἱστορεῖ δὲ τἀναντία σχεδὸν ἅπασι τοῖς ἐκκλησιαστικοῖς. Ἐξαίρει τοὺς Ἀρειανίζοντας ἅπαντας, λοιδορίαις πλύνει τοὺς ὀρθοδόξους, ὡς εἶναι τὴν ἱστορίαν αὐτοῦ μὴ ἱστορίαν μᾶλλον, ἀλλ' ἐγκώμιον μὲν τῶν αἱρετικῶν, ψόγον δὲ γυμνὸν καὶ κατηγορίαν τῶν ὀρθοδόξων.

(*c*) *Jacobus Godofredus*, qui in prolegomenis ad Philostorgium fuse atque erudite de illo scriptore, et de ejus eruditione in omni genere litterarum disserit, legit ἐτέλεσσ' ἀθέου, putatque, esse epigramma hominis catholici, cui Eunomiano proprium nomen. Sed Godofredum refellit *Jo. Pearsonius* notis ad symbolum apostolicum pag. 309, edit. Latinæ.

(*d*) Hinc *Nicephoro* audit ὁ Ἐκκλησιαστικός lib. XII, 29. Hist. quem alioqui tanquam hæreticum solet vocare θεομισῆ, *invisum Deo*, lib. I, p. 35, et lib. VII, cap. 19.

(*e*) Vide Mureti *Varias lect.* IX ; ult. Menagium *ad Laert.* p. 227 ; Vossium *Hist. Græc.* II, 20. Vetus epigramma apud Jac. Godofredum, p. 17 :

Γράμματα δώδεκ' ἔχει Φιλοστόργιος, οὔνομα καλὸν,
Τοὔνεκα δὴ κατὰ γράμμα λόγους ἀνεγράψατο τούτους,
Ἀρξάμενος πρώτου ἀπὸ γράμματος, εἶτ' ἐν ἑφεξῆς
Καὶ διὰ τῆς αὐτῶν ἀρχῆς ἓν οὔνομα γράψας.

(*f*) Male 1634, excusum in Eliæ du Pin *Bibl. scriptorum eccles.* tom. IV, p. 77. Godofredi Dissertationes in Philostorgium thesaurum sinceræ totius historiæ ecclesiasticæ vocat Claudius Sarravius epist. 45.

scripti hujusce ratio id sperare jubet. Notum iis, qui in manuscriptis versantur, quam inemendatis his uti plerumque contingat, cujusmodi certe fuit is, quo nos usi sumus ex illustrissima Bernatum-Bongarsiana bibliotheca, humanitate viri doctissimi clarissimique D. Luithardi mihi concesso. Notum deinde, quantus labor in hujusmodi eclogis, fragmentis, ἀποσπασματίοις, quorum series interrupta, probe statim in capita dissecandis, inque Latinum vertendis versetur : quando multa sæpe aliunde assumi oportet ad eorum sensum probe assequendum, multum certe manu animoque versanda illa, priusquam de fine et scopo cujusque, sensuve liquido constare possit. Adde, quod Photii censuram judiciumque a Philostorgianis distinguere sæpe operosum erat. Altera excusationis ratio est, ipsa editionis festinatio, quam impatiens rei litterariæ juvandæ studium nobis extorsit. Nam ut in studiis illud volupe, cum ex abdito quid eruere primum datur, ita illud ipsum illico in publicum sine ulla comperendinatione depromere in summa voluptatis meæ parte ipse ponere soleo. Hinc igitur festinatio illa, non sine vitio aliquo : sed quam, opinor, prætulerit optimus quisque tam lentis nominibus hominibusque, qui longa exspectatione alios torquere solent, adque scientiæ suæ auctoritatem pertinere putant, si repertis a se soli quam diutissime incubent. Quare pro scuto mihi illud :

Da veniam subitis ; non displicuisse meretur,
Festinat, Cæsar, qui placuisse tibi.

Postrema excusationis nostræ ratio est, quod Philostorgii sive mavis Photii contextus una cum versione, a me subito effusa, absente me legationibusque assidue fungente, vel consulare munus obeunte, typis mandata sunt : quæ alioquin sub oculis meis constituta prelo saltem currente emendare accuratius, subque limam revocare attentius potuissem. Etiam a Stephano Clerico Philostorgium recensitum, et in eo non pauca, quæ et Godofredum et Valesium prætulerunt observata, notat filius, Joannes Clericus, præfat. ad parentis sui patruique, Davidis Clerici, *Quæstiones sacras*, Amst. 1685, 8.

ΕΚ ΤΩΝ ΕΚΚΛΗΣΙΑΣΤΙΚΩΝ ΙΣΤΟΡΙΩΝ ΦΙΛΟΣΤΟΡΓΙΟΥ

ΕΠΙΤΟΜΗ, ΑΠΟ ΦΩΝΗΣ ΦΩΤΙΟΥ ΠΑΤΡΙΑΡΧΟΥ.

—

EX ECCLESIASTICIS HISTORIIS PHILOSTORGII

EPITOME, CONFECTA A PHOTIO PATRIARCHA.

(Ex editione Henrici Valesii, quam postea recensuit et plurium eruditorum observationibus locupletavit Gulielmus Reading, cleri Londinensis bibliothecarius. — Cantabrigiæ, typis Academicis, 1720. Splendida hæc editio, tribus voluminibus constans formæ in folio maximo, historicos ecclesiasticos complectitur quos jam cum interpretatione sua ediderat Henricus Valesius.)

—

Compendium Historiæ ecclesiaticæ Philostorgii, quod dictavit Photius patriarcha.

Hujus scriptoris historia duodecim libris comprehenditur. Primæ autem litteræ uniuscujusque libri simul junctæ, nomen auctoris efficiunt. Porro historiam suam orditur ab Arii Alexandrini, ut quidem ipse vocat, rixa et contentione adversus Alexandrum : quam quidem causam dicit hæreseos. Progreditur vero usque ad nuncupationem augustam Valentiniani Junioris, qui filius fuit Placidiæ et Constantii ; et usque ad cædem Joannis tyranni. Cæterum hæc historia encomium quidem est hæreticorum : orthodoxorum autem criminatio ac vituperatio potius quam historia.

A *Ἐπιτομὴ ἐκ τῶν ἐκκλησιαστικῶν Ἱστοριῶν Φιλοστοργίου, ἀπὸ φωνῆς Φωτίου πατριάρχου.*

Ὅτι ἐν δώδεκα λόγοις αὐτοῦ ἡ ἱστορία περαίνεται, ἀπαρτιζόντων αὐτοῦ τοὔνομα τῶν ἑκάστου λόγου ἀρχομένων γραμμάτων ἐν τάξει συντιθεμένων. Ἄρχεται μὲν ἀπὸ τῆς Ἀρείου πρὸς Ἀλέξανδρον, ὡς οὗτος λέγει, ἔριδος· ἣν καὶ τῆς αἱρέσεως αἰτίαν ἀναγράφει· κάτεισι δὲ μέχρι τῆς Οὐαλεντινιανοῦ, ὃς ἦν παῖς Πλακιδίας καὶ Κωνσταντίου, εἰς βασιλέα ἀναρρήσεως, καὶ τῆς Ἰωάννου τοῦ τυράννου ἀναιρέσεως. Ἡ δὲ ἱστορία τῶν αἱρετιζόντων ἐστὶν ἐγκώμιον αὐτῷ· ὥσπερ καὶ τῶν ὀρθοδόξων διαβολὴ καὶ ψόγος μᾶλλον ἡ ἱστορία.

ΕΚ ΤΗΣ ΠΡΩΤΗΣ ΙΣΤΟΡΙΑΣ.

α'. Ὅτι τῶν Μακκαβαϊκῶν φησι τὸν συγγραφέα ὅστις ποτέ ἐστιν ἀγνοεῖν. Πλὴν τὸ μὲν πρῶτον βιβλίον ἀποδοχῆς ἀξιοῖ, συνᾴδοντα διηγούμενον ταῖς τοῦ Δανιὴλ προφητείαις (*a*). Καὶ ὅτι λίαν προμηθῶς διέξεισιν, ὅπως τε ἀνδρῶν μοχθηρία τὰ Ἰουδαίων ἤλασεν ἐπ' ἐσχάτων κακῶν, ὅπως τε πάλιν ἀνδρῶν ἀνήνεγκεν ἀρετή. Καὶ τότε κατὰ τῶν πολεμίων ἐπανεῖλοντο κράτος, καὶ ὁ νεὼς τῶν Ἑλληνικῶν ἀνεκαθάρθη μολυσμάτων. Τὸ δεύτερον δὲ μὴ τὸν αὐτὸν μέν φησιν ἐνδείκνυσθαι συγγραφέα· σύνοψιν δὲ εἶναι τῶν ὑπὸ Ἰάσονος τοῦ Κυρηναίου ἐν πέντε λόγοις ἀναγεγραμμένων, ᾗ τὸν πόλεμον ἀπαγγέλλει (1), ὃν Ἰούδας ὁ Μακκαβαῖος πρὸς Ἀντίοχόν τε τὸν Ἐπιφανῆ, καὶ τὸν αὐτοῦ παῖδα τὸν ἐπίκλην Εὐπάτορα, διεπολέμησε. Τὸ δὲ τρίτον ἀποδοκιμάζει, τερατῶδες καλῶν, καὶ οὐδὲν ὅμοιον τῷ πρώτῳ διεξερχόμενον. Τὸ μέντοι γε τέταρτον ὑπὸ Ἰωσήπου γεγράφθαι καὶ αὐτὸς συνομολογῶν, οὐχ ἱστορίαν μᾶλλον ἢ ἐγκώμιον εἶναί φησι, τὸ περὶ τὸν Ἐλεάζαρον καὶ τοὺς ἑπτὰ παῖδας τοὺς Μακκαβαίους διηγούμενον.

β'. Ὅτι τά τε ἄλλα, καὶ ὅσα πρὸς *Ἱστορίας* ἥκει λόγον, ὁ Φιλοστόργιος τὸν Παμφίλου Εὐσέβιον ἐπαινέσας (2), περὶ τὴν εὐσέβειαν διαμαρτάνειν φησί. Καὶ τὸ ἁμάρτημα ὁ δυσσεβὴς διηγούμενος, διότι ἄγνωστον τὸ θεῖον καὶ ἀκατάληπτον ἡγοῖτο. Ἀλλὰ καὶ ἄλλα τοιαῦτά φησιν αὐτὸν πλημμελεῖν· καταπαῦσαι δὲ αὐτὸν τὰς οἰκείας τῆς *Ἱστορίας* μνήμας, μέχρι τῆς τῶν παίδων διαδοχῆς τοῦ Μεγάλου Κωνσταντίνου συνεπιμαρτύρεται.

γ'. Ὅτι οὗτος ὁ δυσσεβὴς φησι τὰς ψήφους τῆς ἀρχιερωσύνης ἐπ' Ἄρειον φερομένας, αὐτὸν μᾶλλον Ἀλέξανδρον προτιμήσαντα ἑαυτοῦ, περιελθεῖν αὐτῷ ταύτας κατεπράξατο (3).

δ'. Ὅτι Ἀλέξανδρόν (*b*) τινα πρεσβύτερον Βαύκαλιν ἐπονομαζόμενον, διὰ τὸν σαρκὸς ὑπερτραφοῦς ὄγκον ὑπὸ τῶν μεταφρένων αὐτοῦ σεσωρευμένον (4),

EX LIBRO PRIMO.

1. *De libris Machabæorum.* — Ait Philostorgius ignorare se, quisnam sit auctor librorum qui Machabaici vocantur. Ac primum quidem eorum librum magnopere probat, utpote qui ea narret quæ cum Danielis vaticiniis egregie consentiunt. Et propterea quod prudenter exponit, quonam modo virorum quidem malitia res Judæorum ad ultimum exitium perduxerit; aliorum autem virorum fortitudo eas restituerit. Quo tempore et Judæi adversus hostes pristinas vires recuperarunt, et templum Græcanicæ superstitionis inquinamentis purgatum est. Secundus autem liber, ut ait Philostorgius, non ejusdem videtur auctoris ac primus; sed breviarium est eorum quæ ab Jasone Cyrenæo quinque libris conscripta fuerant. In quo refertur id bellum quod Judas Machabæus gessit cum Antiocho Epiphane, et cum ejusdem filio qui Eupator cognominatus est. Tertium autem Machabæorum librum improbat Philostorgius, monstrosum eum appellans, et qui nihil narret quod simile sit libro primo. Quartum vero librum a Josepho conscriptum esse dicit ipse quoque, et Eleazari ac septem ejus filiorum Machabæorum encomium potius esse quam historiam.

2. *Eusebii Pamphili errores.* — Etsi aliis in rebus, et præcipue ob *Ecclesiasticæ historiæ* scriptionem, Eusebium Pamphili laudat Philostorgius, eumdem tamen errare dicit in iis quæ ad religionem pertinent. Errorem autem illius hunc esse ait, quod Deum nec cognosci, nec comprehendi posse existimaverit. Aliis quoque ejusdem modi erroribus implicatum eum fuisse dicit. Porro testatur, illum *Historiam* suam ad ea usque tempora perduxisse, quibus liberi Constantini Magni in patris imperium successerunt.

3. *Arius et Alexander.* — Ait impius Philostorgius Arium, cum suffragia pro archiepiscopatu Alexandrino in ipsum inclinarent, Alexandrum tamen sibi prætulisse, et suffragia in eum transtulisse.

4. *Alexander Baucalis.* — Ait Alexandrum quemdam presbyterum, cognomento Baucalim, ob coacervatam carnis superfluæ molem, quæ in dorso

VALESII ANNOTATIONES.

(1) *Ἡ τὸν πόλεμον ἀπαγγέλλει.* Scribendum est accentu mutato ᾗ, subauditur enim σύνοψις. Certe in codice manuscripto Samuelis Bocharti legitur ἃ τὸν πόλεμον. Paulo post, ubi legitur τὸ περὶ τὸν Ἐλεάζαρον, etc., mallem scribere, τὰ περὶ τόν, etc.

(2) *Εὐσέβιον ἐπαινῶν.* In manuscripto codice Samuelis Bocharti legitur ἐπαινήσας, quod scriptum esse opinor pro ἐπαινέσας.

(3) *Κατεπράξατο.* Leges grammaticæ postulant ut scribamus καταπράξασθαι. Alioqui si vulgatam lectionem retineamus, dicendum esset αὐτὸς μᾶλλον Ἀλέξανδρον προτιμήσας, etc.

(4) *Αὐτὶ ἐσωρευμένον.* Hunc locum facile erat restituere ex Nicephori libro VIII, cap. 5, in quo ita legitur, ὑπὸ τῶν μεταφρένων αὐτοῦ σεσωρευμέ-

VARIORUM.

(*a*) *Συνᾴδοντα ταῖς τοῦ Δανιὴλ προφητείαις.* Utilissimus quippe hic liber ad ea explicanda quæ habentur in prophetia Danielis, cap. VII, VIII, XI, de cornu illo a quo sanctuarium profanatum est: nam cornu illud fuit Antiochus, cujus flagitia omnia sic explicantur primo hoc et secundo libro Machabæorum, quæ memorantur a Daniele propheta, ut etiam tempus ipsum et dierum numerus, quem Daniel significat, apertissime rei veritati respondisse deceatur. Hæc igitur causa est, cur historiam istam tanti fecerint Patres. *Jacobus Gothofredus Dissert. in locum*, pag. 5.

(*b*) *Ἀλέξανδρον Βαύκαλιν.* Observat Jac. Gothofredus ex Epiphanio hær. 68 et 69, Arium Alexandrinæ cujusdam ecclesiæ, quæ *Baucalis* dicebatur, presbyterum fuisse. Verum de hoc Alexandrino Baucali altum apud alios silentium.

ejus excreverat instar vasis testacei; cujusmodi vasa Alexandrini patrio sermone Baucalas vocant. Hunc igitur Alexandrum, cum secundum ab Ario locum inter presbyteros obtineret, ait simultatis inter Alexandrum episcopum et Arium causam præbuisse, et consubstantialis prædicationem ab eo tempore excogitatam fuisse.

A ἄγγους ὀστρακίνου ἐκμιμῆσθαι σχῆμα, ἅπερ οἷν Βαυκάλας ἐπιχωρίως Ἀλεξανδρεῖς εἰώθασιν ὀνομάζειν. Τοῦτόν φησι τὴν δευτέραν τάξιν μετ' Ἄρειον ἔχοντα, ἀρξαι τῆς αἰτίας, ἐξ ἧς ἡ διαφορὰ Ἀλεξάνδρῳ τῷ ἐπισκόπῳ καὶ Ἀρείῳ συνερράγη, καὶ τὴν τοῦ ὁμοουσίου ἀναχήρυξιν ἐκεῖθεν ἐπιτεχνασθῆναι.

5. *Constantius Chlorus.* — Constantius, Magni Constantini pater, ob eximiam fortitudinem, ut ait Philostorgius, superioris Galatiæ in qua sunt Alpes, imperator renuntiatus est. Hæc autem loca accessu difficilia sunt et impervia. Porro hæc superior Galatia nunc a Romanis Gallia vocatur. Mors autem Constantii contigit in Britannia, quæ Albionis insula olim dicebatur. Illic Constantinus post vitatas feliciter Diocletiani insidias, cum patrem ægrotantem reperisset, eum brevi post mortuum sepulturæ mandavit, ac mox imperii successor factus est.

ε'. Ὅτι, φησὶ, Κωνστάντιος ὁ τοῦ μεγάλου Κωνσταντίνου πατὴρ κατ' ἀνδραγαθίαν τῶν ἄνω Γαλατιῶν, ἐν αἷς καὶ αἱ καλούμεναι Ἄλπεις, βασιλεὺς ἀπεδείχθη. Δυσέμβολα δὲ τὰ χωρία ταῦτα καὶ δυσπρόσοδα· τὰς δὲ Γαλατίας οἱ νῦν Γαλλίας ἐπονομάζουσιν. Ἡ δὲ τελευτὴ Κωνσταντίου κατὰ Βρετανίαν γέγονε, τὴν Ἀλουΐωνος καλουμένην. Ἐν ᾗ καὶ νοσοῦντα καταλαβὼν αὐτὸν Κωνσταντῖνος ὁ παῖς, φυB γὼν παραδόξως τὴν ἐπιβουλὴν Διοκλητιανοῦ, τελευτῶντα ἐκήδευσε, καὶ τῆς βασιλείας κατέστη διάδοχος.

6. *Constantino Magno crux ostensa.* — Causam cur Constantinus Magnus a gentilium superstitione ad Christianam religionem transierit, Philostorgius perinde ac reliqui omnes ait fuisse victoriam de Maxentio. In qua crucis signum visum est in Oriente, longissime protensum, luce quadam admirabili eam depingente, et stellis undique circa eam currentibus instar cœlestis arcus, et litterarum formam exprimentibus. Porro litteræ Latino sermone hæc verba designabant: *In hoc vince.*

ς'. Ὅτι τὴν τοῦ μεγάλου Κωνσταντίνου μεταβολὴν ἐκ τῆς Ἑλληνίδος θρησκείας εἰς τὸν Χριστιανισμὸν καὶ οὗτος τοῖς ἄλλοις (5) φθεγγόμενος, αἰτίαν γενέσθαι ἀναγράφει τὴν κατὰ Μαξεντίου νίκην. Καθ' ἣν καὶ τὸ τοῦ σταυροῦ σημεῖον κατὰ ἀνατολὰς ἐπὶ μήκιστον ὤφθη διῆκον, αἴγλης αὐτὸν καταπληττούσης διατυπουμένης (6), καὶ ἀστέρων αὐτὸν κύκλῳ περιθεόντων, ἶριδος τρόπῳ, καὶ πρὸς γραμμάτων χαρακτῆρα ῥυθμιζομένων· τὰ δὲ ἄρα Ῥωμαίων ἔλεγε φωνῇ· *Ἐν τούτῳ νίκα.*

7. *Contra Arium gesta.* — Ait Philostorgius, ante synodum Nicænam, Alexandrum Alexandriæ episcopum, cum venisset Nicomediam, et collocutus esset cum Osio Cordubensi, aliisque episcopis qui una cum illo erant, perfecisse ut synodali sententia Filium Patri consubstantialem esse profiterentur, et Arium a communione removerent.

ζ'. Ὅτι καὶ πρὸ τῆς ἐν Νικαίᾳ συνόδου, οὗτος τὸν Ἀλεξανδρείας φησὶν Ἀλέξανδρον καταλαβόντα τὴν Νικομήδειαν, καὶ Ὁσίῳ τε τῷ Κουδρούβης ἐντυχόντα καὶ τοῖς σὺν αὐτῷ ἐπισκόποις, συνοδικαῖς ψήφοις ἀνομολογῆσαι παρασκευάσαι ὁμοούσιον τῷ Πατρὶ τὸν Υἱὸν, καὶ τὸν Ἄρειον ἀποκηρύξασθαι.

8. Nec multo post congregatam esse synodum apud Nicæam; cui præter reliquos antistites Basileus Amasiæ episcopus, et Meletius Sebastopoleos interfuerunt.

η'. Μετ' οὐ πολὺν δὲ χρόνον καὶ τὴν ἐν Νικαίᾳ συστῆναι σύνοδον, ἐν ᾗ μετὰ τῶν ἄλλων ἀρχιερέων Θεοῦ, καὶ Βασιλέα τὸν Ἀμασείας ἐπίσκοπον (7) παρεῖναι, καὶ Μελέτιον τὸν Σεβαστουπόλεως (8).

9. Fatetur etiam Philostorgius, cunctos episcopos expositioni fidei quæ Nicææ facta est, consensisse,

θ'. Ὅτι καὶ αὐτὸς συνομολογεῖ πάντας ὁμοφρονῆσαι τῷ ἐν Νικαίᾳ τῆς πίστεως ὅρῳ, πλὴν Σεκούνδου

VALESII ANNOTATIONES.

νον. Certe in codice Scoriacensi scriptum est αὐτοῦ. In manuscripto autem exemplari Samuelis Bocharti scribitur αὐτῆς ἐσωρευμένον, manifesto veræ lectionis vestigio. Porro his verbis indicat Philostorgius, hunc Alexandrum habuisse in dorso quamdam carnis exuberantiam, quam Gallico sermone lupam vocamus, ex quorumdam perspicillorum similitudine, quæ figura convexa fabricantur e vitro, ad hoc ut litteræ majores et evidentiores conspiciantur. Quare in hoc loco mallem scribere ὑπὲρ τῶν μεταφρένων.

(5) *Καὶ οὗτος τοῖς ἄλλοις.* Supplendum est adverbium hoc modo καὶ οὗτος ὁμοίως τοῖς ἄλλοις φθεγγόμενος. Interpres hoc loco suam Græcæ linguæ imperitiam satis prodidit, tum in versione, tum in Annotationibus.

(6) *Καταπληττούσης διατυπουμένης.* Inepta est horum duorum participiorum conjunctio. Proinde aut prius illud participium delendum est, aut certe

D scribendum καταπληκτικῶς.

(7) *Βασιλέα τὸν Ἀμασείας ἐπίσκοπον.* Hujus meminit Constantinus Porphyrogennetus in libro primo *De thematibus*, capite secundo, his verbis: Φαίδιμός τε ὁ Ἀμασείας, καὶ Βασιλεὺς ὁ ἀοίδιμος, ὁ ἐπὶ Λικινίνου μαρτυρήσας, etc. Ubi interpres *regem* vertit gravi errore: Basileus enim dicendus erat, sicut dicitur in *Chronico* Eusebii: Philostorgius quidem hunc Basileum interfuisse scribit synodo Nicænæ. Verum reliqui omnes illum persecutione Licinii exstinctum esse consentiunt, quorum sententiæ libens accedo.

(8) *Καὶ Μελέτιον τὸν Σεβαστουπόλεως.* De hoc Meletio vide quæ notavi ad librum VII *Ecclesiasticæ historiæ* Eusebii Pamphili cap. 32: interpres enim Philostorgii, quis esset hic Meletius ignoravit, eumque cum Meletio Sebasteno qui postea Antiochensis episcopus fuit, confudit.

τοῦ Πτολεμαΐδος, ᾧ καὶ Θέων ὁ τῆς Μαρμαρικῆς A ἠκολούθησεν. Τὸ δὲ ἄλλο στῖφος τῶν Ἀρειανῶν ἐφόρων, Εὐσέβιός τε, φημὶ, ὁ Νικομηδείας, ὃν οὗτος ἀποθεάζει μέγαν, καὶ Θέογνις ὁ Νικαίας, καὶ Μάρις ὁ Καλχηδόνος, καὶ ἡ ἄλλη φάλαγξ, πρὸς τὴν σύνοδον μετετάξατο· δόλῳ μὲν, καὶ οὗτός φησι, καὶ τὸ ὁμοούσιον (*a*) ἐν τῇ τοῦ ὁμοουσίου φωνῇ ὑποκλέψαντες· πλήν γε συμφρονεῖν τοῖς συνοδικοῖς ψηφίσμασιν ἀναδεξάμενοι, Κωνσταντίνας τῆς τοῦ Κωνσταντίνου βασιλέως ἀδελφῆς εἰσηγησαμένης αὐτοῖς τὴν εἰς τοῦτο παραίνεσιν.

exceptо Secundo Ptolemaidis episcopo, quem secutus est Theon episcopus Marmaricæ. Reliqua autem caterva Arianorum antistitum, Eusebius, inquam, Nicomediensis, quem Philostorgius Magnum cognominat, Theognis Nicænus, et Maris Chalcedonensis episcopus, et cæteri omnes, sententiam synodi amplexi sunt: dolose quidem ac fraudulenter, ut testatur etiam Philostorgius, cum sub voce homousii τὸ ὁμοιούσιον callide occultarent. Sed tamen synodi decretis consentire non recusarunt, cum Constantina soror imperatoris Constantini hoc consilium eis suggessisset.

ι'. Λέγει δὲ καὶ Σεκοῦνδον ὑπεροριζόμενον εἰπεῖν πρὸς Εὐσέβιον· Εὐσέβιε, ὑπέγραψας, ἵνα μὴ ἐξορισθῇς. Πιστεύω τῷ Θεῷ, δι' ἐνιαυτοῦ σε δεῖ ἀχθήσεσθαι ἀπαγόμενον. Καὶ γεγονέναι τῷ Εὐσεβίῳ τὸν B ἐξοστρακισμὸν μετὰ μῆνας ἀπὸ τῆς συνόδου τρεῖς, καθὰ καὶ Σεκοῦνδος προεῖπε, πρὸς τὴν ἰδίαν κατὰ τὸ προφανὲς ἀσέβειαν ἀνα[σ]τρέψαντι.

10. Addit Philostorgius, Secundum, cum in exsilium proficisceretur, Eusebio dixisse: Eusebi, subscripsisti, ne in exsilium mittereris. Ego vero Deo id mihi revelanti confido, te intra annum in exsilium abductum iri. Sane Eusebius tribus mensibus post synodum exactis relegatus est, quemadmodum Secundus prædixerat, cum ad pristinam impietatem palam reversus esset.

ΕΚ ΤΗΣ ΔΕΥΤΕΡΑΣ ΙΣΤΟΡΙΑΣ.

α'. Ὅτι ὁ φιλοψευδὴς οὗτος Κακοστόργιος, μετὰ τὴν οἰκουμενικὴν σύνοδον, καὶ τὴν ἐκ προδήλου τῶν περὶ τὸν Εὐσέβιον πρὸς τὴν εὐσέβειαν (9) παλινῳδίαν, τὸν βασιλέα φησὶ Κωνσταντῖνον τούτους μὲν δίκην εἰσπράξασθαι, ἀνθ' ὧν ἄλλα φρονοῦντες τῷ ὁμοουσίῳ ὑπεσημήναντο· τοὺς δὲ περὶ Σεκοῦνδον ἀνακαλέσασθαι· καὶ γράμματα πανταχοῦ διαπέμψαι, τὸ μὲν ὁμοούσιον διασύροντα, κρατύνοντα δὲ τὸ ἑτεροούσιον. Οἷς γράμμασι καὶ τὸν Ἀλέξανδρον Ἀλεξανδρείας ὑπο- C γράψαι, καὶ διὰ τοῦτο συνελθεῖν αὐτὸν (10) καὶ τοὺς περὶ Ἄρειον· τοῦ δὲ ἐκ βασιλέως ἠρεμήσαντος φόβου, τὸν μὲν Ἀλέξανδρον ἐπὶ τὴν οἰκείαν ἀναδραμεῖν γνώμην. Τὸν δὲ Ἄρειον πάλιν αὐτοῦ τε καὶ τῆς Ἐκκλησίας σὺν τοῖς ὁμόφροσιν ἀποστῆναι.

EX LIBRO SECUNDO.

1. *Constantinus cur Arianis infensus.*— Ait mendacissimus Philostorgius, post universalem synodum et post Eusebianorum palinodiam adversus religionem, imperatorem Constantinum eos quidem pœna affecisse, propterea quod cum aliter sentirent, homousio nihilominus subscripserant; Secundum vero cum sociis ab exsilio revocasse; litteras etiam quaquaversum misisse, quibus consubstantialis quidem vocem explodebat, dissimilis autem substantiæ fidem confirmabat. Quibus litteris Alexandrum quoque episcopum Alexandriæ subscripsisse dicit, et ob hanc causam Arium etiam ei communicasse; sed cum metus ab imperatore deinceps cessaret, Alexander quidem ad priorem sententiam rediit. Arius vero una cum ejusdem opinionis assertoribus ab Alexandro et ab Ecclesia secessit.

β'. Ὅτι τὸν Ἄρειον ἀποπηδήσαντα τῆς Ἐκκλησίας φησὶ ᾄσματά τε ναυτικὰ καὶ ἐπιμύλια (*b*) καὶ ὁδοιπορικὰ γράψαι, καὶ τοιαῦθ' ἕτερα συντιθέντα, εἰς μελῳδίας ἐντεῖναι, ἃς ἐνόμιζεν ἑκάστοις ἁρμόζειν, διὰ τῆς ἐν ταῖς μελῳδίαις ἡδονῆς ἐκκλέπτων πρὸς τὴν οἰκείαν ἀσέβειαν τοὺς ἀμαθεστέρους τῶν ἀνθρώπων.

2. *Arii cantica.* — Ait Arium, cum ab Ecclesia recessisset, cantica nautica et molendinaria ac viatoria conscripsisse, aliaque ejusmodi composuisse, quæ certis modulationibus aptavit, prout unicuique cantico convenire existimabat; atque ita imperitiorum animos suavitate cantus ad impietatem suam sensim abduxisse.

γ'. Ὅτι τὸν Ἄρειον ἐν τῷ θεομαχεῖν (11) κατὰ D

3. *Arii doctrina.* — Etsi Arium divinis laudibus

VALESII ANNOTATIONES.

(9) *Πρὸς τὴν εὐσέβειαν.* Rectius in manuscripto codice Samuelis Bocharti scriptum est ἀσέβειαν. Eusebius enim Nicomediensis, cum formulæ Nicænæ fidei primum subscripsisset, paulo post ad pristinam impietatem rediit, ut testantur Socrates, Sozomenus ac Theodoritus.

(10) *Συνελθεῖν αὐτοῦ.* In manuscripto codice Samuelis Bocharti ad marginem emendatum est αὐτῷ, quod quidem magis probo. De hac porro narratione idem sentio quod Photius, mera mendacia hæc esse ab impudenti homine conficta.

(11) *Ἐν τῷ θεομαχεῖν.* Totum hoc caput prodigiosis erroribus scatebat, non tam vitio codicis manuscripti quo usus est Gothofredus, quam ob ejus imperitiam in legendis Græcis exemplaribus. Ego ope mss. codicum, Scoriacensis scilicet et Bocharti, errores illos emendavi.

VARIORUM.

(*a*) *Τὸ ὁμοιούσιον* (ita enim legendum) *ἐν τῷ ὁμοουσίῳ ὑποκλέψαντες.* Ad hujus loci explicationem consule Fragmentum Philostorgii ex Niceta desumptum, et infra citatum.

(*b*) *Ἐπιμύλια.* Cantica in pistrinis inter molendum cantari solita. Nullam hic Thaliæ mentionem facit Philostorgius: a qua et Athanasius hæc cantica distinguit, in libro *De Fidei Nicænæ decretis.*

efferat Philostorgius in eo quod divinitatem Filii oppugnat, absurdis tamen erroribus eum implicari dicit, eo quod passim affirmet Deum nec cognosci, nec comprehendi, nec mente concipi posse ; idque non ab hominibus solum, quod malum tolerabilius esset, sed ne ab ipso quidem unigenito Dei Filio. Et ad hujus erroris absurditatem, non Arium modo, verum etiam plerosque alios ea tempestate simul cum illo abreptos esse. Excepto enim Secundo ac Theona, et discipulis Luciani martyris, Leontio scilicet, Antonio, et Eusebio Nicomediensi, reliqua impiorum cohors hanc sententiam amplexa est.

A τοῦ Υἱοῦ ὑπερθειάζων, ἀτόποις ἐνέχεσθαί φησι, δεότι ἄγνωστόν τε τὸν Θεὸν καὶ ἀκατάληπτον πανταχοῦ καὶ ἀνεννόητον ἐσηγεῖται· καὶ οὐκ ἀνθρώποις μόνοις, ὃ κακὸν μετριώτερον ἴσως, ἀλλὰ καὶ αὐτῷ τῷ μονογενεῖ Υἱῷ τοῦ Θεοῦ. Καὶ πρὸς ταύτην φησὶ τὴν ἀτοπίαν κατ' ἐκεῖνο καιροῦ μὴ Ἄρειον μόνον, ἀλλὰ καὶ τοὺς πλείους αὐτῶν συναπενεχθῆναι (12). Πλὴν γὰρ Σεκούνδου καὶ Θεωνᾶ, καὶ τῶν Λουκιανοῦ τοῦ μάρτυρος μαθητῶν, Λεοντίου τε καὶ Ἀντωνίου, καὶ τοῦ Νικομηδείας Εὐσεβίου, τὸ ἄλλο τῆς ἀσεβείας σύνταγμα πρὸς ταύτην ἀποῤῥυῆναι τὴν δόξαν.

4. *Crispi et Faustæ cædes.*—Ait Philostorgius Constantinum novercæ calumniis circumventum, Crispum filium interemisse. Eam vero postea, cum in adulterio deprehensa fuisset cum quodam ex Cursoribus, calore balnei suffocari jussisse. Nec multo post Constantinum, dum Nicomediæ moraretur, pœnas cædis filio persolventem, a fratribus suis veneno necatum esse.

δ'. Ὅτι φησὶ τὸν Κωνσταντῖνον ἀνελεῖν τὸν ἴδιον παῖδα Κρῖσπον (*a*), διαβολαῖς τῆς μητρυιᾶς συναρπασθέντα· κἀκείνην δὲ πάλιν φωραθεῖσάν τινι τῶν Κουρσώρων μοιχωμένην, τῇ τοῦ λουτροῦ ἀλέᾳ ἐναποπνιγῆναι προστάξαι. Καὶ τῷ παιδίῳ τοῦ ξίφους διδοῦντα Κωνσταντῖνον τὴν δίκην, μετ' οὐ πολὺν χρόνον ὑπὸ τῶν ἀδελφῶν φαρμάκοις κατὰ τὴν Νικομήδειαν διατρίβοντα ἀναιρεθῆναι.

5. *Gothi Christiani facti.* — Ait Philostorgius, Urfilam ex Transistrianis Scythis, qui ab antiquis quidem Getæ, nunc vero Gothi appellantur, maximam hominum multitudinem in Romanum solum traduxisse, qui pietatis causa ex patriis sedibus ejecti fuerant. Eam autem gentem ad Christi fidem olim transiisse hoc modo : Cum Valerianus et Gallienus imperium administrarent, ingens multitudo Scytharum trans Istrum degentium in Romanorum ditionem trajecit. Et Europæ quidem magnam partem excursionibus infestarunt. Deinde vero cum in Asiam trajecissent, Galatiam et Cappadociam invaserunt. Cumque plurimos captivos fecissent, inter quos non pauci erant clerici, cum ingenti præda in patriam suam reversi sunt. Captivi igitur ac pii homines isti, barbaris permisti, non paucos eorum ad veram pietatem traduxerunt, utque pro gentilium superstitione Christianam religionem amplecterentur, iis persuaserunt. Ex horum captivorum numero fuerunt etiam majores Urfilæ, natione quidem Cappadoces, orti juxta urbem Parnassum, ex vico qui Sadagolthina vocatur. Hic igitur Urfila dux fuit piorum hominum qui ex Gothia egressi sunt, primusque eorum episcopus fuit, constitutus hoc modo : Cum a rege qui tunc Gothis præerat,

ε'. Ὅτι Οὐρφίλαν (*b*) φησὶ κατὰ τούτους τοὺς χρόνους ἐκ τῶν πέραν Ἴστρου Σκυθῶν (οὓς οἱ μὲν πάλαι Γέτας, οἱ δὲ νῦν Γότθους καλοῦσι) πολὺν εἰς τὴν Ῥωμαίων διαβιβάσαι λαὸν, δι' εὐσέβειαν ἐκ τῶν οἰκείων ἠθῶν ἐλαθέντας. Χριστιανίσαι δὲ τὸ ἔθνος τρόπῳ τοιῷδε· Βασιλεύοντος Οὐαλεριανοῦ καὶ Γαλλιήνου, μοῖρα Σκυθῶν βαρεῖα τῶν πέραν τοῦ Ἴστρου, διέβησαν εἰς τὴν Ῥωμαίων, καὶ πολλὴν μὲν κατέδραμον τῆς Εὐρώπης. Διαβάντες δὲ καὶ εἰς τὴν Ἀσίαν (13), τήν τε Γαλατίαν, καὶ τὴν Καππαδοκίαν ἐπῆλθον, καὶ πολλοὺς ἔλαβον αἰχμαλώτους, ἄλλους τε καὶ τῶν κατειλεγμένων τῷ κλήρῳ, καὶ μετὰ πολλῆς λείας ἀπεκομίσθησαν οἴκαδε. Ὁ δὲ αἰχμάλωτος καὶ εὐσεβὴς ὅμιλος, συναναστραφέντες τοῖς βαρβάροις, οὐκ ὀλίγους τε αὐτῶν εἰς τὸ εὐσεβὲς μετεποίησαν, καὶ τὰ Χριστιανῶν φρονεῖν ἀντὶ τῆς Ἑλληνίδος δόξης παρεσκεύασαν. Ταύτης τῆς αἰχμαλωσίας γεγόνεσαν καὶ οἱ Οὐρφίλα πρόγονοι, Καππαδόκαι μὲν γένος, πόλεως δὲ πλησίον Παρνασσοῦ, ἐκ κώμης δὲ Σαδαγολθινὰ καλουμένης. Ὁ τοίνυν Οὐρφίλας οὗτος καθηγήσατο τῆς ἐξόδου τῶν εὐσεβῶν, ἐπίσκοπος αὐτῶν πρῶτος καταστάς· κατέστη δὲ ὧδε· Παρὰ τοῦ τὴν ἀρχὴν ἄγοντος (14) τοῦ ἔθνους ἐπὶ τῶν Κωνσταντίνου χρόνων εἰς πρεσβείαν σὺν ἄλλοις ἀποσταλεὶς (καὶ γὰρ καὶ τὰ τῇδε βάρβαρα ἔθνη ὑποχέλιτο

VALESII ANNOTATIONES.

12) *Καὶ τοὺς πλείους αὐτῶν συναπενεχθῆναι.* Scribendum puto αὐτῷ, supple τῷ Ἀρείῳ.

13) *Διαβάντες δὲ καὶ τὴν Ἀσίαν.* Hunc locum emendavi ex ms. codice Samuelis Bocharti, in quo ita legitur, διαβάντες δὲ καὶ εἰς τὴν Ἀσίαν, etc.

(14) *Παρὰ τοῦ τὴν ἀρχὴν ἄγοντος.* Magis placet scriptura codicis Bocharti, ἀρχὴν ἔχοντος.

VARIORUM.

(*a*) *Ἀνελεῖν Κρῖσπον.* Crispum et Faustam a Constantino necatos asserunt Sextus Aurelius Victor cap. XLI, Amm. Marcellinus lib. XIV : Zosimus lib. II; Eutropius lib. X, Artemius apud Metaphrastem, et Surium XX. Octobr.; Hieronymus in *Chronico*, Orosius lib. VII, cap. 29. Sidonius Apollinaris lib. V. epist. 8, Idacius, Zonaras, Suidas, aliique qui eos secuti sunt. Quam tamen historiam Euseb. in *Vit. Const.* et Socrates non habent : imo eam velut falsam jam olim ejerarunt Sozomenus lib. I, cap. V, et Evagrius lib. III, c. XL, XLI, et post Sozomenum Nicephorus lib. VII, cap. LV, et forte etiam Photius, qui ideo hæc ex Philostorgio dum excerperet, notare ea velut falsa voluerit. *Jac. Gothofred. Dissert.* in Philostorg. pag. 50.

(*b*) *Οὐρφίλαν.* De Ulphila (ut alii hunc Gothorum episcopum vocant) deque Gothis, quando quave occasione Christiani facti fuerint, vid. Socr. I. IV, cap. 36, Soz. lib. II, c. 6, lib. VI, cap. 27; Theod. l. IV, cap. ult.

τῷ βασιλεῖ), ὑπὸ Εὐσεβίου καὶ τῶν σὺν αὐτῷ ἐπισκόπων χειροτονεῖται τῶν ἐν τῇ Γετικῇ Χριστιανιζόντων, καὶ τά τε ἄλλα αὐτῶν ἐπεμελεῖτο, καὶ γραμμάτων αὐτοῖς οἰκείων εὑρετὴς καταστὰς, μετέφρασεν εἰς τὴν αὐτῶν φωνὴν τὰς Γραφὰς ἁπάσας, πλήν γε δὴ τῶν Βασιλειῶν, ἅτε τῶν μὲν πολέμων ἱστορίαν ἐχουσῶν, τοῦ δὲ ἔθνους ὄντος φιλοπολέμου, καὶ δεομένου μᾶλλον χαλινοῦ τῆς ἐπὶ τὰς μάχας ὁρμῆς, ἀλλ' οὐχὶ τοῦ πρὸς ταῦτα παροξύνοντος. Ὅπερ ἰσχὺν ἔχει ταῦτα ποιεῖν, σεβάσμιά τε μάλιστα νομιζόμενα, καὶ πρὸς τὴν τοῦ Θείου θεραπείαν τοὺς πειθομένους καταρυθμίζοντα. Ἱδρύσατο δ' ὁ βασιλεὺς τὸν αὐτόμολον τοῦτον λαὸν περὶ τὰ τῆς Μυσίας χωρία, ὡς ἑκάστῳ φίλον ἦν· καὶ τὸν Οὐρφίλαν διὰ πλείστης ἦγε τιμῆς, ὡς καὶ πολλάκις, Ὁ ἐφ' ἡμῶν Μωσῆς, λέγειν περὶ αὐτοῦ. Λίαν δὲ οὗτος τὸν ἄνδρα θειάζει, καὶ τῆς αἱρετικῆς αὐτοῦ δόξης ἐραστὴν αὐτόν τε καὶ τοὺς ὑπ' αὐτὸν ἀναγράφει.

A legatus una cum aliis ad imperatorem Constantinum missus esset (nam et barbaræ gentes illic positæ Constantino obsequebantur), ab Eusebio aliisque qui cum illo erant episcopis, ordinatus est episcopus Christianorum qui apud Gothos degebant. Eorum itaque tum aliis in rebus maximam curam gessit : tum proprias ipsis litteras excogitavit, et universos sacræ Scripturæ libros patrio ipsorum sermone interpretatus est, exceptis libris Regnorum, eo quod illi res bello gestas contineant, gens autem illa bellis maxime delectetur, et freno potius opus habeat ad bellicos impetus comprimendos, quam calcari quo ad prælia incitentur. Maximam porro incitandi vim habent libri illi, utpote qui venerabiles maxime existimentur, et credentium animos ad Dei cultum informent. Hanc igitur transfugarum multitudinem imperator in locis Mœsiæ, prout cuique visum est, collocavit; et Urfilam ipsum magno in honore habuit, adeo ut de illo loquens, sæpe eum nostri temporis Mosem appellaret. Cæterum Philostorgius hunc Urfilam miris laudibus extollit, aitque et illum, et eos qui sub illo erant Gothos, ejusdem cum ipso hæreseos sectatores fuisse.

B

ς'. Ὅτι τοὺς ἐνδοτάτω Ἰνδοὺς, ὅσοι Χριστὸν ἔμαθον τιμᾷν ἐκ τῆς Βαρθολομαίου τοῦ ἀποστόλου διδασκαλίας, τὸ ἑτεροούσιον πρεσβεύειν ὁ δυσσεβὴς φησι. Καὶ τὸν Θεόφιλον εἰσάγει τὸν Ἰνδὸν (16) τὸ τοιοῦτον ἀσπαζόμενον φρόνημα, παραγενέσθαι τε εἰς αὐτοὺς καὶ τὴν αὐτῶν ἐκδιηγεῖσθαι δόξαν. Τὸ δὲ τῶν Ἰνδῶν ἔθνος τοῦτο, Σάβα μὲν πάλαι (17), ἀπὸ τῆς Σάβα μητροπόλεως, τὰ νῦν δὲ Ὁμηρίτας καλεῖσθαι.

6. *De Indorum interiorum conversione.* — Ait impius Philostorgius, interiores Indos qui Bartholomæi apostoli prædicatione ad Christi cultum conversi sunt, dissimilem Filii substantiam profiteri. (15) Narratque Theophilum Indum, qui hanc sententiam amplectebatur, ad illos venisse, et suam illis opinionem tradidisse. Ilos autem Indos olim quidem Sabæos ait esse dictos ab urbe Saba, quæ caput est totius gentis; nunc vero Homeritas vocari.

C

ζ'. Ὅτι μετὰ τρεῖς ὅλους ἐνιαυτοὺς φησιν Εὐσέβιον καὶ Μάριν καὶ Θέογνιν, ψήφῳ βασιλέως τοῦ Κωνσταντίνου ἐπανόδου τυχόντας, πίστεώς τε σύμβολον αἱρετικῆς ἐκθεῖναι, καὶ πανταχόσε διαπέμψαι, ἐπ' ἀνατροπῇ τῆς ἐν Νικαίᾳ συνόδου· καὶ τὸν Ἀλεξανδρείας Ἀλέξανδρον καθελεῖν (*a*) τε καὶ ὁποκηρύξασθαι, ἀνθ' ὧν ἐπὶ τὸ ὁμοούσιον παλιντραπέλως ἐπανέστρεφεν. Ἀλλὰ καὶ Εὐστάθιον τὸν Ἀντιοχείας, παιδίσκης μίξιν καὶ αἰσχρᾶς ἡδονῆς ἀπόλαυσιν αἰτίαν ἐπιγραψαμένους, φυγὴν αὐτῷ βασιλεὺς ἐτιμήσα-

7. *Arianorum synodus, et Eustathii depositio.* — Ait Philostorgius, Eusebium, Marim et Theognium, post triennium Constantini imperatoris jussu ab exsilio revocatos, symbolum hæreticæ fidei edidisse, et quaquaversum misisse ad eversionem synodi Nicænæ; Alexandrum quoque episcopum Alexandriæ ab iisdem depositum esse et excommunicatum, eo quod ad consubstantialis fidem denuo reversus esset. (18) Sed et Eustathium Antiochensem episcopum perinde ab iisdem depositum esse, cum puellæ

D

VALESII ANNOTATIONES.

(15) Theodorit. lib. I, c. 23.

(16) *Θεόφιλον εἰσάγει τὸν Ἰνδόν.* Hunc Theophilum Philostorgius perpetuo Indum vocat, ut videre est in excerptis ex lib. III et IV. Sic autem dictus est Theophilus, seu quod oriundus esset ex India, seu quia legatus ad Indos, sive Æthiopes missus fuerat a Constantio, quemadmodum docet Philostorgius. Certe Gregorius Nyssenus in lib. primo *contra Eunomium*, Theophilum hunc Blemmyn vocat, aitque familiarem illum fuisse Cæsaris Galli : quod quidem testatur etiam Philostorgius in libro IV. Locus Gregorii Nysseni sic habet : Γινώσκει τὴν καινοφωνίαν ταύτην καὶ ὁ Βλέμμυς Θεόφιλος, ᾧ συνηθείας τινὸς περὶ τὸν Γάλλον προϋπαρχούσης, ὁ Ἀέτιος εἰς τὰ βασίλεια δι' αὐτοῦ παρεδύετο. Nisi forte dicamus Blemmyas perinde ac Æthiopas vicinos, a veteribus Indos esse appellatos. Sane Blemmyes Mauri etiam dicti sunt, uti discimus ex Ammonio in lib. *De cæde Patrum in monte Sina.*

(17) *Σάβα μὲν πάλαι.* In ms. codice Samuelis Bocharti scribitur Σάβαι. Quam lectionem confirmat Stephanus Byzantius, qui metropolim ipsam ita dictam esse testatur in voce Σάβαι. Arrianus vero in periplo maris Erythræi, urbem ipsam Σάβη nominat, populos vero Sabaitas, qui eidem regi parebant cui Homeritæ. Proinde Sabæos ab Homeritis distinguit Arrianus. Uranius quoque in lib. I *Arabicorum*, Sabæos ab Homeritis separat, ut videre est apud Stephanum in voce χατραμῶται.

(18) Theodorit. l. I, c. 21.

VARIORUM.

(*a*) *Καὶ τὸν Ἀλεξανδρείας Ἀλέξανδρον καθελεῖν.* Hoc falsissimum est : inter omnes enim historicos constat, Alexandrum brevi temporis spatio concilio Nicæno supervixisse. Quinto post mense obiit juxta Athanasium, Apol. II, pag. 565, ed. *W. Lowth.*

cujusdam stuprum ac fœdæ libidinis crimen ei objecissent. Imperator vero eum exsilio multavit, et in Occidentis partes relegavit. Cæterum in hoc illegitimo consilio episcopos numero ducentos et quinquaginta sedisse scribit, et malorum omnium officinam illis fuisse Nicomediam.

A το (19), εἰς τὴν Ἑσπέραν μεθόριον ποιησάμενος. Πεντήκοντα δὲ καὶ διακοσίους φησὶν εἶναι τὸ πλήρωμα τοῦ παρανόμου τούτου συνεδρίου, καὶ τὴν Νικομήδειαν αὐτοῖς τῶν παρανομηθέντων ποιήσασθαι ἐργαστήριον.

8. *Agapeti miracula.* — De Agapeto, ejusdem cum ipso hæreseos sectatore, qui ex milite primum quidem presbyter sectæ suæ, postea vero episcopus Synadensis factus est, multa prodigiosa narrat; mortuos ab illo suscitatos esse dicens, multasque ægritudines expulsas et sanatas. Alia quoque miracula ab eodem patrata esse dicit, et multos gentilium ad Christianam religionem ejus opera conversos.

η'. Ὅτι περὶ Ἀγαπητοῦ (20) τοῦ συναιρεσιώτου, ὃς καὶ ἐκ καταλόγου στρατιωτικοῦ, πρεσβύτερός τε κατέστη παρὰ τῶν ὁμοφρόνων, καὶ Συνάδων ἐπίσκοπος ὕστερον· περὶ οὗ τούτου πολλὰ τερατολογῶν, νεκρούς τε αὐτὸν ἀναστῆναι λέγει, καὶ πολλῶν ἄλλων παθῶν φυγαδευτὴν γενέσθαι καὶ ἐλατῆρα· οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ παραδόξων ἄλλων ἔργων δημιουργὸν, καὶ πολλοὺς ἐξ Ἑλλήνων εἰς τὸν Χριστιανισμὸν μετατάξασθαι παρασκευάσαι.

9. *Cpolis condita.* — Ait Constantinum octavo et vicesimo imperii sui anno ex Byzantio Constantinopolim condidisse. Et cum ambitum urbis illius delinearet, pedibus incedentem circumiisse, hastam manu gestantem. (21) Cumque iis qui ipsum sequebantur, majus quam oportebat spatium metiri videretur, quemdam ex illis ad eum accessisse dicit, ita percontantem : Quousque, Domine? Ei vero imperatorem his verbis respondisse : Donec sistat is qui me præcedit. Quo responso aperte declaravit, cœlestem quamdam virtutem ipsum manu ducere, docentem ea quæ facienda essent. Addit Philostorgius, Constantinum, postea quam urbem ædificasset, eam appellasse almam Romam, quod Latine *illustrem* significat; senatum præterea ibi constituisse, et copiosum annonæ modum civibus distribuisse, et reliquum omnem civitatis ornatum magnifice adjecisse, ita ut honore et gloria cum seniore Roma contenderet.

B θ'. Ὅτι Κωνσταντῖνόν φησιν ὀκτῷ καὶ εἰκοστῷ (a) ἔτει τῆς βασιλείας αὐτοῦ, τὸ Βυζάντιον εἰς Κωνσταντίνου πόλιν μετασκευάσαι, καὶ τὸν περίβολον ὁριζόμενον, βάδην τε περιιέναι, τὸ δόρυ τῇ χειρὶ φέροντα. Ἐπὶ δὲ τοῖς ἑπομένοις ἐδόκει μεῖζον ἢ προσῆκε τὸ μέτρον ἐκτείνειν, προσελθεῖν τε αὐτῷ τινα καὶ διαπυνθάνεσθαι· Ἕως ποῦ, δέσποτα; τὸν δὲ ἀποκρινάμενον διαῤῥῆδην φάναι· Ἕως ἂν ὁ ἔμπροσθέν μου στῇ, ἐπίδηλον ποιοῦντα, ὡς δύναμις αὐτοῦ τις οὐρανία προηγοῖτο, τοῦ πραττομένου διδάσκαλος. Ἱδρυσάμενον δὲ τὴν πόλιν ἅλμα Ῥώμην ὀνομάσαι, ὃ δηλοῖ τῇ Ῥωμαΐδι γλώττῃ τὴν ἔνδοξον· καὶ βουλήν τε σύγκλητον τάξασθαι, καὶ σιτηρεσίου δαπάνην αὐτάρκεστάτην διανεῖμαι τοῖς οἰκήτορσι, καὶ τὸν ἄλλον C ἐν αὐτῇ τῆς πολιτείας πολυτελῶς κόσμον (22) καταστήσασθαι, ὡς ἀρκεῖν εἰς ἀντίπαλον κλέος τῇ προτέρᾳ Ῥώμῃ.

10. *Eusebius ep. CP.* — Mortuo autem hujus civitatis episcopo Alexandro, ait Eusebium episcopum Nicomediæ ad episcopalem sedem urbis recens conditæ translatum fuisse.

ι'. Τελευτήσαντος δὲ (23) τοῦ ταύτης τῆς πόλεως ἀρχιερέως Ἀλεξάνδρου, τὸν Νικομηδείας φησὶν Εὐσέβιον, εἰς τὸν τῆς νεοκτίστου πόλεως ἀρχιερατικὸν μεταστῆσαι θρόνον.

VALESII ANNOTATIONES.

(19) *Φυγὴν αὐτῷ βασιλεὺς ἐτιμήσατο.* Post vocem ἐπιγραψαμένους apponenda est finalis distinctio, deinde scribendum est φυγὴν δὲ αὐτῷ, etc. In ms. codice Samuelis Bocharti pro ἐπιγραψαμένους scriptum inveni ἐπιγραψάμενος.

(20) *Ὅτι περὶ Ἀγαπητοῦ.* De hoc Agapeto plura habet Suidas in voce Ἀγαπητός ex Philostorgio. Quanquam apud Suidam Eusebius Pamphili ponitur pro Philostorgio. Atqui Eusebius Pamphili in *Ecclesiastica historia* nusquam mentionem fecit Agapeti. Proinde memoriæ vitio lapsus Suidas, Eusebium posuit pro Philostorgio. Nam ea quæ de Agapeto referuntur a Suida, prorsus conveniunt cum iis quæ ex eodem Philostorgio refert Photius.

(21) Socr. lib. I, cap. 16.

(22) *Τῆς πολιτείας πολυτελῶς κόσμον.* Hujus loci sensum non est assecutus interpres, ut ex versione ejus apparet. Sic enim vertit : *Omnemque alium absolutissimæ dispositionis ornatum in ea constituisse.* Non hoc dicit Philostorgius, sed ait Constantinum civitatis Constantinopolitanæ honorem mirum in modum auxisse, adeo ut par esset honori civitatis Romanæ : privilegia scilicet concessit civibus Constantinopolitanis æqualia privilegiis quibus D fruebantur cives Romani. Tale fuit jus Italicum, quod Constantinopolitanis postea concessum est lege Valentis Augusti, ut legitur in codice Theodosiano.

(23) *Τελευτήσαντος δέ.* Alexandri Constantinopolitani episcopi obitum recte Philostorgius refert principatu Constantini Maximi. Sed quod Eusebius Nicomediensem in ejus locum subrogatum esse scribit, in eo fallitur, licet Theodoritus in libro primo *Ecclesiasticæ historiæ* idem quoque scribat. Qua de re vide quæ notavi in libro secundo Observationum ecclesiasticarum ad Socratem atque Sozomenum, capite primo.

VARIORUM.

(a) *Ὀκτῷ καὶ εἰκοστῷ.* Annus vicesimus octavus Constantini, anno Chr. 334, mense Julio absolutus est, ideoque et Constantinopolis perfecta. *Ant. Pagi ad ann.* 324, n. 19.

ια'. Ὅτι τὸ δυσσεβὲς οὗτος τοῦ ψεύδους ὄργανον, A Ἀλεξάνδρου τοῦ Ἀλεξανδρείας τελευτήσαντος, καὶ ψήφων ἄλλων ἐπ' ἄλλους φερομένων, καὶ χρόνου τινὸς ἐπὶ τοῦτο παρατεινομένου (24), τὸν θεῖον Ἀθανάσιόν φησι περὶ δείλην ὀψίαν εἰς τὴν Διονυσίου καλουμένην ἐκκλησίαν ἐσπηδήσαντα (25), καὶ δύο τινὰς τῶν Αἰγυπτίων ἐπισκόπων εὑρόντα, τὰς πύλας τε κατὰ ὀχυρώτατον μετὰ τῶν συστασιωτῶν ἐπικλεισάμενον, οὕτω τὴν χειροτονίαν ὑπελθεῖν (*a*), τῶν χειροτονούντων πολλὰ μὲν ἀνανευόντων. Τῆς δὲ προσαγομένης αὐτοῖς βίας, μείζονος τῆς βουλῆς καὶ τῆς δυνάμεως γεγενημένης, τὸ δοκοῦν Ἀθανασίῳ ἐπιτελεσθῆναι. Καὶ ὡς ὁ παρὼν τῶν ἐπισκόπων ἄλλος ὅμιλος, διὰ τὴν τοιαύτην αἰτίαν τῷ ἀναθήματι τοῦτον παρεπέμψαντο. Τὸν δὲ Ἀθανάσιον κρατυνάμενον τὰ καθ' ἑαυτὸν, ὡς ἀπὸ τοῦ κοινοῦ τῆς πόλεως πρὸς B βασιλέα γράψαι τὴν εἰς τὴν ἀρχιερωσύνην ἀνάῤῥησιν αὐτοῦ. Τὸν δὲ, νομίσαντα κοινῆς βουλῆς εἶναι τὸ γράμμα, ἐπιψηφίσαι τὴν κατοχὴν τοῦ θρόνου. Ὕστερον δὲ μαθόντα τὰ πεπραγμένα, εἰς Τύρον τῆς Φοινίκης αὐτὸν ἐξαποστεῖλαι, τῷ ἐκεῖσε συνεδρίῳ λόγον ὧν ἔδρασε δώσοντα. Καὶ μόλις μὲν οὖν εἶξαι τοῖς βασιλείοις ἀπειλαῖς τὸν Ἀθανάσιον. Εἴξαντα δ' οὖν καὶ παραγενόμενον εἰς Τύρον, τοὺς μὲν δίκην οὐκ εἰσέρχεσθαι (26)· γύναιον δέ τι μισθωσάμενον ἑταιρικὸν, ἤδη τῷ τῆς γαστρὸς ὄγκῳ τὴν ἀκολασίαν στηλιτεῦον, ἐπαφεῖναι διαμηχανᾶσθαι τῷ Εὐσεβίῳ, ὃς τοῦ ἐκεῖσε συνεδρίου κορυφαῖος ἐνομίζετο· τῷ διὰ τὴν συκοφαντίαν, ὡς εἰκὸς, ἐμπεσόντι θορύβῳ καὶ ταράχῳ, τήν τε δίκην ὑποκλέψαι καὶ τὴν κρίσιν ἐκφυγεῖν διανοούμενος (27)· φωραθῆναι δὲ τὴν συσκευὴν ὁ τοῦ ψεύδους φίλος ἀναγράφει, δι' ἧς μεθόδου φασὶν οἱ εὐσεβεῖς τὸ κατὰ τοῦ μεγάλου Ἀθανασίου μισθωθὲν παρὰ τῶν δυσσεβῶν πορνίδιον διελεγχθῆναι. Τὸν μὲν γὰρ Εὐσέβιον διαπυνθάνεσθαι τῆς ἑταιρίδος, εἰ γινώσκει αὐτῆς τὸν φθορέα· τῆς δὲ καὶ μάλα διατεινομένης, προσαναπυθέσθαι, εἰ ἄρα γε τοῦτον ὁ παρὼν χρόνος ἔχει (28)· τὴν δὲ φάναι, Εὐφήμει, ὦ δέσποτα· οὐ γὰρ ἔγωγ' ἂν μαινοίμην, ἀνδρῶν τοιούτων αἰσχρᾶς ἡδονῆς δουλείαν. Ὥστε καταγνῶναι εἶτ' ἐντεῦθεν ἀρξαμένης παραγυμνοῦσθαι τῆς ἀληθείας, τὴν ὅλην συσκευὴν ἀνακαλυφθῆναι. Καὶ τὸν μὲν Εὐσέβιον κρεῖττω συκοφαντίας πάσης ὀφθῆναι· τὸν δὲ Ἀθανάσιον, ἀντὶ τοῦ φυγεῖν

11. *Athanasius ep. Alex.* — Ait impius hic mendaciorum artifex, post mortem Alexandri episcopi Alexandriæ, cum variantibus episcoporum suffragiis, plures designarentur episcopi, et aliquantum temporis in hac altercatione tereretur, divinum Athanasium sub vesperam in ecclesiam quæ Dionysii dicitur, advolasse : cumque ibi duos quosdam episcopos Ægypti reperisset, januas una cum suæ factionis hominibus firmissime occlusisse, atque ita ordinatum esse, multum licet reclamantibus ordinatoribus. Sed cum vis illis inferretur ejusmodi, quæ voluntatem ipsorum potentiamque superabat, confectum esse id quod volebat Athanasius. Addit Philostorgius reliquam episcoporum qui tum aderant multitudinem, Athanasium hujus rei causa anathemati subjecisse. Hunc vero, cum res suas prius confirmasset, totius civitatis nomine litteras ad imperatorem de ordinatione sua scripsisse. Qui cum eas litteras ab Alexandrinorum curia scriptas esse existimaret, electionem illam suo suffragio comprobavit. Postea vero de iis quæ acta fuerant certior factus, Athanasium misit Tyrum, quæ urbs est Phœnices, ut synodo quæ ibi collecta erat, rationem gestorum redderet. Et Athanasium quidem imperatoris minis cessisse scribit Philostorgius. Tandem vero cum venisset Tyrum, ipsum quidem sistere se in judicio noluisse ; sed meretricem quamdam, quæ ipso ventris tumore intemperantiam suam prodebat, mercede conduxisse, et adversus Eusebium, qui synodi illius princeps atque antesignanus habebatur, per fraudem submisisse; tumultu illo ac motu qui ex hujusmodi calumnia, ut verisimile est, excitandus erat, elusurum se judicium, et damnationem subterfugiturum esse, arbitrantem. Sed fraudem detectam esse scribit philopseudes noster eodem plane modo, quo orthodoxi scortum illud quod adversus magnum Athanasium ab hæreticis conductum fuerat, convictum esse scribunt. Eusebium enim ait quæsivisse ex meretrice, utrum stupratorem suum nosset. Quæ cum affirmasset illum sibi probe notum esse, rursus Eusebium quæsivisse, num ille in præsenti episcoporum consessu versaretur. Eam vero respondisse : Bona verba, domine ; neque enim ego tan-

VALESII ANNOTATIONES.

(24) *Χρόνου τινὸς ἐπὶ τοῦτο παρατειρομένου.* Malim scribere ἐπὶ τούτῳ.

(25) *Ἐκπηδήσαντα.* Rectius in ms. codice Samuelis Bocharti scriptum est, ἐσπηδήσαντα. Et paulo post ubi antea legebatur, τῶν μὲν χειροτονηθέντων, ex eodem codice emendavi χειροτονούντων.

(26) *Τοὺς μὲν δίκην οὐκ εἰσέρχεσθαι.* Non dubito quin scribendum sit, εἰς μὲν δίκην οὐκ εἰσέρχεσθαι, vel potius αὐτὸν μὲν δίκην οὐκ εἰσέρχεσθαι.

(27) *Ἐκφυγεῖν διανοούμενος.* Leges grammaticæ postulant ut scribamus διανοούμενον. Interpretem in hujus loci versione lapsum esse mirum non est, quippe qui Græcæ linguæ prorsus fuerit ignarus.

(28) *Ὁ παρὼν χρόνος ἔχει.* Assentior doctissimo viro Lucæ Holstenio, qui ad latus sui codicis emendavit χρός, quam emendationem confirmant sequentia. Ad hanc enim interrogationem Eusebii mulier illa sic respondet : Εὐφήμει, ὦ δέσποτα· οὐ γὰρ ἔγωγε ἂν μαινοίμην, ὥστε ἀνδρῶν τοιούτων αἰσχρᾶς ἡδονῆς δουλείαν καταγνῶναι· id est, *Bona verba, domine. Non enim tantopere insanio, ut cuiquam ex consessu tantorum virorum crimen fœdæ libidinis objicere ausim.*

VARIORUM.

(*a*) *Οὕτω τὴν χειροτονίαν ὑπελθεῖν.* Hæc quidem calumnia de Athanasio clanculum ordinato, Philostorgio cum reliquis Arianis communis est : ejus tamen falsitas abunde demonstratur ex epistola synodi Alexandrinæ apud Athanas. *Apol.* 2, pag. 565. *W. Lowth.*

topere insanio, ut tales viros fœdæ libidinis insimulem. Ex iis vero cum veritas in lucem prodire cœpisset, totam fraudis machinationem patefactam fuisse. Et Eusebium quidem omni calumnia superiorem apparuisse : Athanasium vero qui judicium subterfugere speraverat, duplici judicio convictum abiisse, ad illegitimam ordinationem accedente scelestissima calumnia. Atque idcirco communi omnium consensu depositionis sententiam in eum latam esse ; Athanasium nihilominus frontem perfrixisse, ac dicere ausum, depositionis sententiam sicut et calumnias quæ ipsi objectæ fuerant, ab episcopis qui in concilio residebant, per odium ac simultatem esse fabricatam, propterea quod manuum impositionem ab ipsis accipere recusaret. Quamobrem imperatorem quoque alteri episcoporum synodo mandasse, ut Athanasii causa examinaretur. Istos vero alia insuper crimina prioribus adjecisse. Nam et Callinicum confessorem, episcopum Pelusii, compedibus ferreis vinctum, ab illo missum esse in custodiam; nec destitisse Athanasium contumelias ei inferre, donec illum e medio sustulisset. Tunc etiam manus Arsenii in medium prolata est, et Mareotes, et Ischyras, et sacrum poculum, et ejusmodi alia. Has ob causas ait Athanasium a synodo excommunicatum esse, et Gregorium Cappadocem in ejus locum substitutum. Et hæc quidem Philopseudes noster de sancto Athanasio falsa narrat.

A τὴν δίκην, διπλῆς ἔνοχον ἀπελεγχθῆναι, προσλαβούσης τῆς οὐκ εὐαγοῦς χειροτονίας τὴν ἐναγεστάτην συκοφαντίαν. Διὸ καὶ τὴν καθαιρετικὴν ψῆφον ὁμόφωνον κατ' αὐτοῦ ἐξενεχθῆναι, ἐκεῖνον μέντοι γε προσαναισχυντεῖν· καὶ λέγειν, ἀπεχθείᾳ τὴν καθαίρεσιν τοὺς συνεδρεύσαντας διαπράξασθαι, ὥσπερ καὶ τὰς συκοφαντίας, διότι μὴ παρ' αὐτῶν ἀνάσχοιτο τὴν ἀρχιερατικὴν χειροθεσίαν ὑποστῆναι. Διὸ καὶ τὸν βασιλέα ἐπιτρέψαι πάλιν ἑτέρᾳ συνόδῳ τὰ κατὰ τὸν Ἀθανάσιον ἐτασθῆναι. Τοὺς δὲ καὶ ἕτερα τῶν ἐγκλημάτων ἐπισυναθροῖσαι· Καλλίνικόν τε γὰρ τὸν ὁμολογητὴν, ἐπίσκοπον τοῦ Πηλουσίου, πέδαις σιδηραῖς ἐνδυσάμενον (29), εἱρκτῇ καταθέσθαι, καὶ μὴ διαλιπεῖν προπηλακίζοντα, ἕως ἂν αὐτὸν τοῦ ζῆν ἀπελάσοι, προσετίθεσαν ταῖς κατηγορίαις. Καὶ δὴ καὶ B ἡ Ἀρσενίου χεὶρ τηνικαῦτα προεκομίσθη, καὶ ὁ Μαρεώτης, καὶ ὁ Ἰσχύρας, καὶ τὸ μυστικὸν ποτήριον, καὶ τὰ παραπλήσια τούτοις, ἐφ' οἷς αὐτὸν καὶ ἐκηρύξαι τὸ συνέδριον, καὶ ἀντ' αὐτοῦ προχειρίσασθαι τὸν ἐκ Καππαδοκίας Γρηγόριον (a). Ταῦτα μὲν οὖν ὁ φιλοψευδὴς Κακοστόργιος περὶ τοῦ ἁγίου τερατεύεται Ἀθανασίου.

12. *Helenopolis.* — Ait Helenam imperatoris matrem, ad fauces sinus Nicomediæ, urbem ædificasse quam Helenopolim cognominavit. Porro Helenam eo loco delectatam esse ob id unum, quod cadaver C Luciani martyris post coronam martyrii eo deportatum fuisset a delphino.

ιβ'. Ὅτι, φησὶν, ἡ τοῦ βασιλέως Κωνσταντίνου μήτηρ Ἑλένη, ἐπὶ τῷ στόματι τοῦ τῆς Νικομηδείας κόλπου πόλιν ἐδείματο, Ἑλενόπολιν (b) αὐτὴν ἐπονομάσασα· ἀσπάσασθαι δὲ τὸ χωρίον κατ' ἄλλο μὲν οὐδὲν, ὅτι δὲ Λουκιανὸς ὁ μάρτυς ἐκεῖσε τύχοι μετὰ τὸν μαρτυρικὸν θάνατον ὑπὸ δελφῖνος ἐκκομισθείς.

13. *Lucianus Martyr.* — Ait Lucianum martyrem, cum jam moriturus esset, et tyrannica vis nec Ecclesiæ, nec altaris copiam faceret, cumque vincula et plagæ ne quidem ut se commoveret, ei permitterent, supinum jacentem, supra proprium pectus tremendum sacrificium peregisse, et tum ipsum participasse, tum aliis ut de immaculato sacrificio participarent, copiam fecisse. Peractum autem est hoc sacrificium in carcere, cum sacer Christianorum chorus qui illum utpote morientem undique cingebat, Ecclesiæ speciem referret ac simul munimentum præstaret, ne ab impiis spectari possent D ea quæ gerebantur.

ιγ'. Ὅτι τὸν μάρτυρα Λουκιανόν φησι μέλλοντα τελευτᾶν, καὶ μήτε ναὸν μήτε θυσιαστήριον τῆς τυραννικῆς βίας παρεχούσης, ἀλλὰ μηδὲ ἀντικινεῖσθαι (30) τῶν δεσμῶν καὶ πληγῶν συγχωρούντων, ἐν τῷ οἰκείῳ στέρνῳ ἀνακείμενον τὴν φρικτὴν θυσίαν τελεσάμενον, οὕτω τε αὐτὸν μετασχεῖν, καὶ τοὺς ἄλλους μεταλαβεῖν τοῦ ἀχράντου θύματος ἐπιτρέψαι. Ἐτελέσθη δὲ ἡ ἱερουργία ἐν τῇ εἱρκτῇ, τοῦ κυκλώσαντος αὐτὸν ἱεροῦ χοροῦ ὡς ἤδη ἀποθιοῦντα, ἐκκλησίας σχῆμα καὶ ἀσφάλειαν τοῦ μὴ καθορᾶσθαι τὰ δρώμενα παρὰ τῶν εὐσεβούντων (31) ἀναπληροῦντος.

14. *Luciani discipuli.* — Hujus martyris Luciani

ιδ'. Ὅτι τούτου τοῦ μάρτυρος πολλοὺς μὲν καὶ

VALESII ANNOTATIONES.

(29) *Πέδαις σιδηραῖς ἐνδυσάμενον.* Lego ἐνδησάμενον.

(30) *Ἀλλὰ μηδὲ ἀντικινεῖσθαι.* In ms. codice Samuelis Bocharti scriptum inveni, ἀλλὰ μηδὲ αὐτῆς κινεῖσθαι. Quæ licet corrupta sit lectio, viam tamen ad veram scripturam nobis ostendit. Scribo igitur, ἀλλὰ μηδὲ αὐτῷ κινεῖσθαι τῶν δεσμῶν καὶ πληγῶν συγχωρούντων, etc.

(31) *Παρὰ τῶν εὐσεβούντων.* Sic etiam legit Nicephorus, ut videre est in libro octavo capite 31. Magis tamen placet conjectura Lucæ Holstenii, qui ad latus sui codicis annotavit legendum sibi videri ἀσεβούντων.

VARIORUM.

(a) *Ἀντ' αὐτοῦ προχειρίσασθαι Γρηγόριον.* Postea, cap. 18, ait, Gregorium mortuum fuisse antequam Athanasius de exsilio, statim post mortem Constantini, rediret. E contra inter omnes constat, Gregorium istum a synodo demum Antiochena, anno 341, ordinatum fuisse. *W. Lowth.*

(b) *Ἑλενόπολιν.* Drepanum in Bithynia Helenopolim vocari jussit Constantinus Magnus anno circiter imperii sui XXI, in honorem Helenæ matris ibi natæ. Vid. Soz. lib. II, c. 2, not.

ἄλλους μαθητὰς ἀναγράφει, οἷς καὶ Εὐσέβιον τὸν Νικομηδείας, καὶ Μάριν τὸν Χαλχηδόνος, καὶ τὸν Νικαίας Θέογνιν συντάττει, καὶ Λεόντιον, τὸν ὕστερον γεγονότα τῆς Ἀντιοχείας ἐπίσκοπον, καὶ Ἀντώνιον τὸν Ταρσοῦ τῆς Κιλικίας, καὶ Μηνόφαντον, καὶ Νεομήνιον, καὶ Εὐδόξιον· οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ Ἀλέξανδρον καὶ Ἀστέριον τὸν Καππαδόκην· οὓς καὶ Ἑλληνίσαι φησὶ ἐνδόντας τῇ τῶν τυράννων βίᾳ· ὕστερον δὲ ἀνακαλέσασθαι τὴν ἧτταν, συμβαλλομένου αὐτοῖς πρὸς τὴν μετάνοιαν τοῦ διδασκάλου.

A cum multos alios discipulos recenset Philostorgius, tum præcipue Eusebium episcopum Nicomediæ, Marim Chalcedonis, Theognim Nicææ; Leontium præterea qui postmodum episcopus Antiochiæ factus est, et Antonium Tarsi Ciliciæ; Menophantum item et Numenium atque Eudoxium; Alexandrum quoque et Asterium Cappadocem: quos etiam ait tyrannorum cedentes violentiæ, diis gentilium sacrificasse; postea tamen lapsum suum emendasse, magistro ipsis ad pœnitentiam opitulante.

ιε'. Ὅτι τῶν εἰρημένων Ἀντώνιον μὲν καὶ Λεόντιον, ἀπαράτρωτον τὴν εὐσέβειαν (32) διασώσασθαι λέγει· Εὐσέβιον δὲ καὶ Μάριν καὶ Θέογνιν, συναπαχθῆναι μὲν τῇ κατὰ Νίκαιαν συνόδῳ, ἀνενεχθῆναι δὲ τῆς μεταβολῆς. Τὸν δὲ Μάριν ἐκεῖθεν ἀνενεχθέντα, εἰς ἑτέραν αὖθις κατολισθῆσαι ἀτοπίαν, καὶ δὴ καὶ B τὸν Θέογνιν· ὃς τὸν Θεὸν καὶ πρὸ τοῦ γεννῆσαι τὸν Υἱὸν Πατέρα οἴεται, ἅτε δὴ τὴν δύναμιν ἔχοντα τοῦ γεννῆσαι. Ἀλλὰ δὴ καὶ τὸν Ἀστέριον παρατρέψαι τὸ φρόνημα, ἀπαράλλακτον εἰκόνα (*a*) τῆς τοῦ Πατρὸς οὐσίας εἶναι τὸν Υἱὸν ἐν τοῖς αὐτοῦ λόγοις καὶ γράμμασι διαμαρτυρόμενον (33).

15. Ex supradictis autem, Antonium quidem ac Leontium integram atque illibatam pietatem servasse dicit; Eusebium vero et Theognim ac Marim a Nicæna quidem synodo in transversum abreptos esse, postea vero ad pristinam sententiam rediisse. Marim tamen qui ad sanam doctrinam reversus fuerat, in alium denuo errorem prolapsum esse. Pari modo etiam Theognim, qui Deum etiam antequam genuisset filium, Patrem fuisse existimavit, utpote qui gignendi vim haberet. Sed et Asterium Luciani doctrinam interpolasse scribit, quippe qui in scriptis et orationibus suis affirmet, Filium substantiæ Patris imaginem esse nulla in re differentem.

ις'. Ὅτι τὸ τριακοστὸν δεύτερον ἔτος ἐπιβαίνοντος τῆς βασιλείας αὐτοῦ Κωνσταντίνου, ἐν Νικομηδείᾳ φαρμάκοις ὑπὸ τῶν ἀδελφῶν τεθνάναι (*b*) γράφει· ἐγγὺς δὲ τοῦ τέλους γεγονότα καὶ αἰσθόμενον τῆς ἐπιβουλῆς, διαθήκας τε γράψαι, τιμωρίαν ἀπαιτούσας τοὺς ἀνελόντας, καὶ ταύτην εἰσπράξασθαι τὸν προκαταλαβόντα τῶν παίδων κελεῦσαι, δέει τοῦ μή C τι κἀκείνους (34) ὑπ' αὐτῶν ὁμοίων ὑποστῆναι· δοῦναί τε τὰς διαθήκας Εὐσεβίῳ τῷ Νικομηδείας. Τὸν δὲ ὑφορώμενον τοὺς τοῦ βασιλέως ἀδελφοὺς, μή ποτε ζητήσειαν αὐτὰς, καὶ ἀναμαθεῖν τὰ γεγραμμένα βουληθεῖεν, ἐνθεῖναι τῇ χειρὶ τοῦ νεκροῦ τὸ βιβλίον, καὶ παραδῦσαι τοῖς ἱματίοις. Ἐπιζητησάντων δ', ὡς ὑπενόει (35), λαβεῖν μὲν φάναι, ἀντιπαραδοῦναι δὲ πάλιν εἰς χεῖρας ὁμολογῆσαι. Εἶτα μετὰ ταῦτα ἀνελόμενον, Κωνσταντίῳ τῷ αὐτοῦ παιδὶ ἐγχειρίσαι τὸ γράμμα προφθάσαντι τοὺς ἄλλους· τὸν δὲ μετ' οὐ

16. *Constantini M. obitus et testamentum.* — Ait Constantinum, cum tricesimum ac secundum annum imperii sui ingressus esset, veneno a fratribus suis necatum esse Nicomediæ. Cumque exitus vitæ jam instaret, compertis insidiis testamentum scripsisse, quo mandabat, ut in auctores cædis animadverteretur; jussisseque ut ex liberis suis is qui primus advenisset, pœnas de illis sumeret, ne forte ipsi quoque simili fraude ab illis exstinguerentur. Porro testamenti tabulas a Constantino traditas esse Eusebio Nicomediensi episcopo. Hunc vero metuentem ne imperatoris fratres eas requirerent, et quid in illis scriptum esset cognoscere cuperent, tabulas in mortui manu reposuisse, et in vestibus ejus occultasse. Cum igitur illi, sicut suspicatus fuerat Eusebius, testamenti tabulas requisiissent, Eusebium respondisse: se quidem eas accepisse,

VALESII ANNOTATIONES.

(32) *Ἀπαράτρωτον τὴν ἀσέβειαν.* Procul dubio scribendum est εὐσέβειαν, ut legitur in ms. codice Bocharti.

(33) *Διαμαρτυρομένης.* Quis non videt scribendum hic esse διαμαρτυρόμενον? Certe in ms. codice Bocharti legitur διαμαρτυρόμενος.

(34) *Κελεῦσαι δὲ εἰ τοῦ μή τι κἀκείνους.* Hujus loci emendatio debetur codici Bochartiano, in quo ita scribitur: Καὶ ταύτην εἰσπράξασθαι τὸν προκαταλαβόντα τῶν παίδων κελεῦσαι, δέει μή τι κἀκείνους ὑπ' αὐτῶν ὁμοίων ὑποστῆναι. Sic etiam Lucas Holstenius ad latus sui codicis emendarat, retento tamen articulo τοῦ. Verum si articulus iste retineatur, expungendum erit adverbium μή, et locus ita legendus: δέει τοῦ κἀκείνους τι ὑπ' αὐτῶν ὁμοίων ὑποστῆναι.

(35) *Ὡς ἐπενόει.* Dudum conjeceram scribendum esse, ὡς ὑπενόει. Conjecturam meam postea confirmavit codex Bocharti, in quo ita diserte scriptum inveni.

VARIORUM.

(*a*) *Ἀπαράλλακτον εἰκόνα.* Hæc Asterius ex Luciani symbolo totidem verbis mutuatus est, ut ex collatione apparebit, inquit cl. G. Bullus *Defens. fid. Nic.* sect. 2, cap. 13, n. 6; quem de Luciano ejusque Symbolo vid. apud Soz. lib. III, cap. 5, not. a. Baronius etiam Lucianum hæresi liberare conatur, *notis* in Martyrologium, et Annalibus *ad ann.* 311 et 318.

(*b*) *Φαρμάκοις ὑπὸ τῶν ἀδελφῶν τεθνάναι.* Idem quod Philostorgius, produnt Zonaras et Cedrenus. Zonaræ verba sunt: Φάρμακόν τι πιεῖν δηλητήριον λέγεται παρὰ τῶν ἑτεροθαλῶν αὐτῷ κερασθὲν ἀδελφῶν· *toxicum a fratribus patre duntaxat eodem natis temperatum hausisse fertur.* At nihil tale ab aliis historicis, sive ethnicis sive Christianis, memoratum reperimus.

sed statim eas in manus Constantini ipsius reddidisse. Postea vero eumdem Eusebium, cum testamenti tabulas rursus abstulisset, eas tradidisse adventum præverterat. Hunc vero non multo post, esse.

πολὺ κατὰ τὰ προστάγματα τοῦ πατρὸς διαπράξασθαι.

Constantio Constantini filio, qui fratrum suorum ea quæ Pater testamento mandaverat, exsecutum

17. *Constantini imago.* — Hic etiam impius Dei hostis Christianos accusat, quod imaginem Constantini in porphyretica columna stantem sacrificiis placarent, et lucernis accensis ac suffitibus honorarent, vota etiam facerent ut Deo, et supplicationes ad depellendas calamitates peragerent.

ιζ'. Οὗτος ὁ θεομάχος, καὶ τὴν Κωνσταντίνου εἰκόνα τὴν ἐπὶ τοῦ πορφυροῦ κίονος ἱσταμένην, θυσίαις τε ἱλάσκεσθαι (36), καὶ λυχνοκαΐαις καὶ θυμιάμασι τιμᾷν, καὶ εὐχὰς προσάγειν ὡς Θεῷ, καὶ ἀποτροπαίους ἱκετηρίας τῶν δεινῶν ἐπιτελεῖν τοὺς Χριστιανοὺς κατηγορεῖ.

18. *Athanasii reditus.* — Post mortem Constantini Magni, cum omnes ubicunque qui exsulabant, redeundi licentiam nacti essent, Athanasium quoque ex Galliis Alexandriam reversum esse scribit. Cumque Gregorium mortuum esse didicisset, ex nave egressum, protinus ita ut erat, in Ecclesiam venisse ac sedem recepisse, nulla ratione habita eorum qui ipsum deposuerant.

ιη'. Ὅτι τελευτήσαντος τοῦ μεγάλου Κωνσταντίνου φησὶ, καὶ τῶν πανταχόθι μεθορίαις ταλαιπωρουμένων ἄδειαν ἀνακλήσεως εἰληφότων, καὶ Ἀθανάσιόν φησι ἐκ τῶν Γαλλιῶν εἰς τὴν Ἀλεξάνδρειαν παραγεγονότα, ἐπεὶ Γρηγόριον ἐμεμαθήκει τετελευτηκότα, ὡς εἶχεν εὐθὺς ἀπὸ τῆς νεὼς εἰς τὴν ἐκκλησίαν χωρῆσαι, καὶ τὸν θρόνον ἀναλαβεῖν, μηδένα λόγον τῶν ἀποκηρυξάντων αὐτὸν πεποιηκότα.

EX LIBRO TERTIO.

ΕΚ ΤΗΣ ΤΡΙΤΗΣ ΙΣΤΟΡΙΑΣ.

1. *Constantini junioris cædes.* — Ait Philostorgius, Constantinum, qui filiorum Constantini erat maximus natu, Constanti fratri insidias struxisse, et cum ducibus ejus conferto prælio interfectum esse, et portionem imperii illius, Constantis imperio adjunctam fuisse.

α'. Ὅτι Κώνσταντά φησιν (a), ὃς ἦν πρεσβύτερος τῶν Κωνσταντίνου παίδων, ἐπιβουλεῦσαι τῷ ἀδελφῷ Κωνσταντίνῳ, καὶ μάχῃ τοῖς στρατηγοῖς αὐτοῦ συβραγέντα διαφθαρῆναί τε καὶ τὴν μοῖραν τῆς ὑπ' αὐτὸν ἀρχῆς εἰς τὴν Κώνσταντος ἀνακοινωθῆναι.

2. *Constantius ecclesiam condit, et reliquias in-*

β'. Ὅτι Κωνστάντιον δι' ἐπαίνων ἄγει, καὶ τὴν

VALESII ANNOTATIONES.

(36) *Θυσίαις τε ἱλάσκεσθαι.* Non immerito Photius reprehendit Philostorgium, quod dixerit Constantini statuam victimis et sacrificiis cultam esse a Christianis. Id enim prorsus commentitium est, et a religione Christianorum alienum. Sed quod ait Philostorgius lucernas et cereos ad ejus statuam accensos fuisse, precesque ei allegatas, et morborum curationes ab eo postulatas, id verissimum est, nec reprehendi debuit a Photio. Idem certe testatur Theodoritus in libro I *Hist. Eccles.* cap. ultimo, et ex eo Nicephorus in fine libri septimi. Auctor quoque *Chronici Alexandrini*, Gallicano et Symmacho coss. de hac Constantini statua ita scribit: Ποιήσας ἑαυτῷ ἄλλην στήλην ἀπὸ ξοάνου κεχρυσωμένην, βαστάζουσαν ἐν τῇ δεξιᾷ χειρὶ τὴν τύχην τῆς αὐτῆς πόλεως καὶ αὐτὴν κεχρυσωμένην, κελεύσας κατὰ τὴν αὐτὴν ἡμέραν τοῦ γενεθλιακοῦ ἱππικοῦ εἰσιέναι τὴν αὐτὴν τοῦ ξοάνου στήλην, δηριγευομένην ὑπὸ τῶν στρατευμάτων μετὰ χλανιδίων καὶ καμπαγίων, πάντων κατεχόντων κηροὺς λευκούς, περιέρχεσθαι τὸ ὄχημα τὸν ἄνω κάμπον καὶ ἔρχεσθαι εἰς τὸ σκάμμα κατέναντι τοῦ βασιλικοῦ καθίσματος, καὶ ἐπεγείρεσθαι κατὰ καιρὸν βασιλέα, καὶ προσκυνεῖν τὴν στήλην τοῦ αὐτοῦ βασιλέως Κωνσταντίνου καὶ τύχης τῆς αὐτῆς πόλεως. Id est, *Cum fecisset sibi aliam statuam ex veteri quodam simulacro, inauratam, quæ dextra manu gestabat fortunam urbis Constantinopolitanæ, quæ ipsa quoque erat inaurata. Jussitque ut eo die quo Circenses ob natalem urbis Constantinopolitanæ edebantur, introiret eadem statua simulacri, deducta a militibus, læna et campagos, seu calceos habentibus, et cereos albos manu gestantibus: utque currus quo statua vehebatur circum iret superiorem campum, et ad Scamma procederet ex adverso imperialis solii: utque imperator qui temporibus illis regnaret, e solio assurgens adoraret statuam ejusdem imperatoris Constantini, et fortunæ urbis Constantinopolitanæ.* In Græco textu emendavi, καμπηγίων pro γαμπαγίων. Præterea correxi ἐπεγείρεσθαι τὸν κατὰ καιρὸν βασιλέα. Quam emendationem confirmat Hesychius in libro *De originibus urbis Constantinopolitanæ* sub finem. Verum dubitare quis non immerito possit, utrum hanc Constantini statuam intelligat Philostorgius hoc loco, an alteram potius ex ære radiatam, quam idem Constantinus in foro urbis Constantinopolitanæ sibi erexerat supra columnam porphyreticam, de qua loquitur auctor *Chronici Alexandrini*, Januario et Justo coss. Hanc igitur statuam, quam posteriore loco nominavi, potius intelligi puto a Philostorgio, duas ob causas: primum, quia Philostorgius eam statuam porphyreticæ columnæ impositam fuisse dicit: quod quidem verum est de posteriore statua Constantini, non autem de priore; secundo, quia Philostorgius ad illam Constantini statuam crebros ac pene quotidianos populi conventus fuisse scribit: quod quidem statuæ illi, quæ erat in foro Constantini supra columnam porphyreticam, melius convenit. Statua autem illa, ἀπὸ ξοάνου, quæ fortunam urbis dextra manu gestabat, semel tantum quotannis ab imperatore et populo adorabatur in Circo, ut testatur Hesychius *De originibus Constantinopolitanis*, et auctor *Chronici Alexandrini*.

VARIORUM

(a) *Κώστανταά φησιν.* Ait hic Philostorgius Constantem fratri Constantino insidias struxisse; cum contra prodant alii Constantinum de Africa nominatim fratri Constanti controversiam moventem adversus eum bellum movisse. Et hunc sensum secutus est Valesius in sua interpretatione. Vid. Socr. lib. II, cap. 5; Soz. lib. III, cap. 2.

ἐκκλησίαν φησὶν αὐτὸν δομήσασθαι τὴν ἐν Κωνσταντίνου πόλει, καὶ οὖσαν καὶ καλουμένην μεγάλην. Καὶ δὴ καὶ Ἀνδρέαν τὸν ἀπόστολον ἐκ τῆς Ἀχαΐας μετακομίσαι ἐπὶ τὸν ναὸν ὃν οὗτος ἐξῳκοδομήσατο, τὸ κοινὸν τῶν Ἀποστόλων (*a*) ἐπιφερόμενον ὄνομα, οὗ πλησίον καὶ τὸν πατρῷον τάφον ἱδρύσασθαι· ναὶ δὴ καὶ Λουκᾶν τὸν εὐαγγελιστὴν ἐκ τῆς αὐτῆς Ἀχαΐας εἰς τὸ αὐτὸ μετενεγκεῖν τέμενος· ἀλλὰ καὶ Τιμόθεον τὸν ἀπόστολον ὡσαύτως ἐξ Ἐφέσου τῆς Ἰωνίας εἰς τὸν αὐτὸν ἀνακομίσαι περιώνυμον καὶ σεβάσμιον οἶκον.

A *fert.* — Multis laudibus Constantium effert Philostorgius, aitque eum Constantinopoli ecclesiam ædificasse, quæ revera et est et dicitur magna. Reliquias etiam Andreæ apostoli ex Achaia eum transtulisse scribit in ecclesiam quam ipse absolverat, quæ Apostolorum vocatur. Et juxta eam ecclesiam patris sui tumulum collocasse; Lucam præterea evangelistam ex eadem Achaia ab eo translatum esse in supradictam ecclesiam; Timotheum denique apostolum ab urbe Ioniæ Epheso in celebrem illam ac venerabilem basilicam jussu ejusdem Constantii deportatum fuisse.

γ'. Ὅτι φησὶν ὡς ὁ Κωνστάντιος γνοὺς Ἀθανάσιον τὸν Ἀλεξανδρείας θρόνον ἀναλαβεῖν, ἐκεῖνον μὲν ἐλαύνει τῆς Ἀλεξανδρείας, ἀντιχειροτονηθῆναι δὲ γνώμην ἀποφαίνει Γεώργιον τὸν ἐκ Καππαδοκίας. Ὁ δὲ Ἀθανάσιος δείσας καὶ τὰς ἀπειλὰς καὶ τὸν ἐξ ἐπιβουλῆς θάνατον, πρὸς τὸν ἑσπέριον ἀφικνεῖται πάλιν βασιλέα.

3. *Athanasius fugit.* — Ait Philostorgius Constantium, cum Athanasium Alexandrinam sedem postliminio recuperasse didicisset, eum quidem expulisse Alexandria, mandasse vero ut Georgius Cappadox ejus loco ordinaretur. Athanasium itaque, cum imperatoris minas et inimicorum insidias reformidaret, ad imperatorem qui tum in Occidentis partibus regnabat, denuo se contulisse.

δ'. Ὅτι Κωνστάντιόν φησι διαπρεσβεύσασθαι πρὸς τοὺς πάλαι μὲν Σαβαίους (*b*), νῦν δὲ Ὁμηρίτας καλουμένους. Ἔστι δὲ τὸ ἔθνος τῶν ἐκ Χεττούρας τῷ Ἀβραὰμ γενομένων. Τὴν δὲ χώραν μεγάλην τε Ἀραβίαν καλεῖσθαι καὶ εὐδαίμονα πρὸς τῶν Ἑλλήνων· καθήκειν δὲ ἐπὶ τὸν ἐξώτατον ὠκεανόν· ἧς μητρόπολις ἡ Σάβα· ἐξ ἧς καὶ ἡ βασιλὶς καὶ τὸν Σολομῶντα παραγεγόνει (37). Ἐμπερίτομον δὲ τὸ ἔθνος (38), κατὰ τὴν ὀγδόην περιτεμνόμενον ἡμέραν· καὶ θύουσιν ἡλίῳ καὶ σελήνῃ καὶ δαίμοσιν ἐπιχωρίοις. Οὐκ ὀλίγον δὲ πλῆθος καὶ Ἰουδαίων αὐτοῖς ἀναπέφυρται. Πρὸς τούτοις οὖν διαπρεσβεύεται (39) Κωνστάντιος, ἐπὶ τὴν εὐσέβειαν σκοπὸν ποιούμενος αὐτοὺς μεταθέσθαι· δώροις τε οὖν μεγαλοπρεπέσι, καὶ πλήθει (40), τὸν καθηγούμενον τοῦ ἔθνους οἰκειώσασθαι διενοεῖτο· κἀκεῖθεν αὐτὶ καὶ τὰ (41) τῆς εὐσεβείας σπέρματα χώραν εὑρεῖν ἐναποθέσθαι. Ἀξιοῖ δὲ καὶ παρασχεῖν ἐκκλησίας τοῖς ἐκεῖσε τῶν Ῥωμαίων ἀφικνουμένοις ἀνοικοδομήσασθαι, καὶ εἴ τι ἄλλο τῶν αὐτοχθόνων ἐπὶ τὴν εὐσέβειαν ἀποκλίνοιεν. Ἐδίδου δὲ καὶ φέρειν φιλοτίμως τοὺς πρέσβεις καὶ

4. *Ad Homeritas legatio. Theophilus Indus.* — Ait Philostorgius, Constantium legatos misisse ad eos qui olim quidem Sabæi, nunc autem Homeritæ vocantur. Est hæc gens eorum qui ex Chettura nati sunt Abrahæ. Regionem autem quam incolunt, Arabiam magnam et felicem a Græcis appellari scribit, et ad extimum Oceanum pertingere; ejusque metropolim esse Sabam, ex qua urbe olim regina ad Salomonem visendum profecta est. Est autem ea gens ex circumcisione, et octavo die circumciditur; sacrificant etiam soli et lunæ et diis indigenis. Judæorum quoque non exigua multitudo iis permista est. Ad hos igitur legationem misit Constantius, eo consilio ut ad veram pietatem illos traduceret; proinde magnificis muneribus et blanda verborum persuasione regem illius gentis sibi conciliare statuit, atque ex eo statim opportunitatem nactus, religionis semina ibi spargere. Postulavit etiam, ut Romanis illuc navigantibus, et regionis incolis qui ad Christi fidem converti vellent, ecclesias ædificare liceret. Dedit etiam legatis magnam vim pecuniæ, quam

VALESII ANNOTATIONES.

(37) *Καὶ τὸν Σολομῶντα παραγεγόνει.* Nicephorus in libro octavo capite 35, hunc Philostorgii locum describens, ita legit: Ἐξ ἧς Σολομῶντι παραγεγονέναι λόγος ἔχει τὴν τοῦ Νότου βασίλισσαν. Ego Photium scripsisse puto πρὸς τὸν Σολομῶντα.

(38) *Ἐκπερίτομον δὲ τὸ ἔθνος.* Scribendum est procul dubio ἐμπερίτομον, quemadmodum præferunt scripti codices, Scoriacensis scilicet et Bochartianus. Quam scripturam confirmat etiam Nicephorus in libro VIII, capite citato.

(39) *Πρὸς τούτοις οὖν διαπρεσβεύεται.* Scribe meo periculo, πρὸς τούτους· sic enim postulant leges grammaticæ.

(40) *Καὶ πλήθει.* Scribendum mihi videtur καὶ πιθοῖ, quam scripturam in interpretatione mea expressi. Certe vulgata lectio ferri non potest.

(41) *Κἀκεῖθεν αὐτὶ καὶ τά.* In ms. codice Bocharti scriptum inveni, κἀκεῖθεν αὐτῆς per compendium. Quod cum non intelligeret Gothofredus, edidit αὐτί, quæ vox nihili est. Sed procul dubio legendum est αὐτοῖς, supple Ὁμηρίταις. Scribendum etiam videtur χώραν εὐρών.

VARIORUM.

(*a*) *Τῶν Ἀποστόλων.* SS. Apostolorum templum, omnium post Sophianum celeberrimum ac pulcherrimum, exstruxit Constantinus Magnus ut in eo imperatores Christiani post obitum humarentur. Theophanes pag. 21; Eusebius *Vit. Const.* lib. IV, cap. 58; Socr lib. I, cap. 16. Vide multa de hoc templo apud Ducangium in *Constantinopoli Christiana*, lib. IV, cap. 5.

(*b*) *Πρὸς τοὺς πάλαι μὲν Σαβαίους.* Peracta est hæc legatio anno 356, ut existimat Gothofredus in *Comment. Leg.* 2 cod. Theod. *De Legatis* data XVIII *Kal. Feb. Constantio Aug. VIII et Juliano Cæs. coss.*, in qua dicit imperator: *Nullus ad gentem Axumitarum et Homeritarum ire præceptus, etc.* Id est, *legatione fungi jussus*, ut explicat Gothofredus.

ædificandis ecclesiis impenderent. Hujus porro legationis princeps erat Theophilus Indus. Qui olim quidem Constantino imperium administrante admodum juvenis, obses a Divæis missus fuerat ad Romanos : horum regio Divus insula est. Incolæ vero ipsi quoque Indi cognominantur. Porro hunc Theophilum, cum diu inter Romanos vixisset, mores suos ad summam virtutis perfectionem formasse, et veram de Deo opinionem amplexum esse scribit ; sed et monasticam vitam eum elegisse, et ad gradum diaconi promotum esse testatur, Eusebio sacras ei manus imponente. Sed hæc quidem prius. Postea vero cum legationem hanc obeundam suscepisset, a suæ communionis hominibus episcopali dignitate eum ornatum esse. Cæterum Constantius, cum legationem magnificam et valde gratiosam esse vellet, ducentos equos ex Cappadocia generossissimos navibus impositos, multaque alia dona, partim ad conciliandam admirationem, partim ad alliciendos animos misit. Theophilus igitur cum ad Sabæos venisset, gentis principi persuadere conatus est, ut Christum coleret, et a gentilium errore recederet. Et Judæorum quidem solita fraus ac malitia in profundissimum silentium sese abdere coacta est, cum Theophilus admirandis operibus editis fidem Christi invictam esse semel atque iterum ostendisset. Legatio vero felicem exitum sortita est, cum princeps gentis illius sincero animo ad veram pietatem transiisset, et tres ecclesias in ea regione ædificasset, non tamen ex ea pecunia quam legati ab imperatore secum attulerant, verum ex iis sumptibus quos ipse alacri animo ex privata pecunia suppeditavit, admirandis Theophili operibus æqualem animi sui magnitudinem exhibere contendens. Ex illis autem ecclesiis unam quidem in metropoli totius

A τῆς οἰκοδομῆς τὸ ἀνάλωμα. Ταύτης δὲ τῆς πρεσβείας ἐν τοῖς πρώτοις ἦν καὶ Θεόφιλος ὁ Ἰνδός. Ὃς πάλαι μὲν Κωνσταντίνου τοῦ πάλαι βασιλεύοντος, ἔτι τὴν ἡλικίαν νεώτατος, καθ' ὁμηρίαν παρὰ τῶν Διθηνῶν καλουμένων (42) εἰς Ῥωμαίους ἐστάλη· Διβοῦς γ' ἐστὶν αὐτοῖς ἡ νῆσος χώρα. Τῶν Ἰνδῶν δὲ καὶ οὗτοι φέρουσι τὸ ἐπώνυμον· τὸν μέντοι Θεόφιλον, οὐκ ὀλίγον Ῥωμαίοις ἐνδιατρίψαντα χρόνον, τά τε ἤθη εἰς τὸ ἀκρότατον πρὸς ἀρετὴν ῥυθμίσαι, καὶ τὴν δόξαν πρὸς εὐσέβειαν, καὶ τὸν μοναύλιον ἀνελέσθαι βίον· καὶ δὴ καὶ εἰς βαθμὸν διακόνων παραγγεῖλαι, Εὐσεβίου τὰς ἱερουργοὺς αὐτῷ χεῖρας ἐπιθεμένου (ἀλλὰ ταῦτα μὲν πρότερον), τὴν δὲ πρεσβείαν ὑπελθόντα καὶ ἐφόρου λαβεῖν παρὰ τῶν ὁμοδόξων ἀξίωμα (43). Ὁ μέντοι Κωνστάντιος μεγαλοπρεπῶς καὶ εἰς τὸ μάλιστα (44) κεχαρισμένον τὴν πρεσβείαν στέλλων, καὶ ἵππους εἰς διακοσίους τῶν ἐκ Καππαδοκίας εὐγενεστάτων ἱππαγωγοῖς πλοίοις κομιζομένους, καὶ πολλὰς ἄλλας δωρεὰς εἰς τὸ πολυτελέστατον θαῦμα παρασχεῖν, καὶ θελκτηρίους συνεξέπεμψε. Καταλαβὼν δὲ τοὺς Σαβαίους ὁ Θεόφιλος, πείθειν ἐπεχείρει τὸν ἐθνάρχην, Χριστόν τε σέβειν εἰδέναι, καὶ τῆς Ἑλληνικῆς πλάνης ἀποστῆναι. Ἡ δὲ τῶν Ἰουδαίων οἰκεία ἐπίνοια, τοῦ Θεοφίλου παραδόξοις ἔργοις καὶ ἅπαξ καὶ δὶς τὴν εἰς Χριστὸν πίστιν ἄμαχον ἐπιδειξαμένου, εἰς σιγὴν μὲν βαθεῖαν, καὶ ἄκον τὸ ἀντιπνέον (45) κατέδυ. Τὰ δὲ τῆς πρεσβείας τὸ πέρας ἐδέχετο, καθαρότητι γνώμης τοῦ τὴν ἀρχὴν ἔχοντος τοῦ ἔθνους πρὸς τὴν εὐσέβειαν ἀποκλίναντος, καὶ τρεῖς οὐ μίαν ἐκκλησίας ἀνὰ τὴν χώραν ἀναστήσαντος, οὐκ ἐξ ὧν οἱ πρέσβεις ἔφερον βασιλικῶν ἀναλωμάτων, ἀλλ' ἐξ ὧν αὐτὸς ἐκεῖνος προθύμως οἴκοθεν ἐχορήγει· καὶ τῷ θαύματι τῶν Θεοφίλου ἔργων, ἐνάμιλλον παρέχειν ἐφιλοτιμεῖτο τὸ πρόθυμον. Τῶν δὲ ἐκκλησιῶν μίαν μὲν ἐν αὐτῇ τῇ μητροπόλει τοῦ παντὸς ἔθνους

B

C

D

VALESII ANNOTATIONES.

(42) *Πρὸς τοὺς Διθηνῶν καλουμένους.* Assentior Lucæ Holstenio, qui ad latus sui cod. adnotavit legendum sibi videri, παρὰ τῶν Διθηνῶν καλουμένων. Quanquam πρός retineri etiam potest eodem sensu. Porro ab his Divæis ait Philostorgius obsidem missum esse ad Constantinum Magnum, Theophilum Indum, dum adhuc esset adolescens. Erat igitur hic Theophilus Divæus, ortus ex Diva insula maris Indici. Hujus nationis Indicæ meminit Ammianus Marcellinus, in libro XXII, pag. 211, editionis nostræ. *Hinc nationibus Indicis certatim cum donis optimates mittentibus ante tempus abusque Divis et Serindivis.* Quo in loco Divi quidem sunt, quos Divenos vocat Philostorgius, qui Divu, vel Devu insulam incolunt. Hæc est fortasse insula quæ Diu vulgo vocatur, ad ostium Indi fluminis sita, Regi Cambaiæ obnoxia : quam describit Hieronymus Osorius in libro IX *De rebus Emanuelis.* Quod spectat ad Serindivos, assentior viro doctissimo Samueli Bocharto, qui Serindivos ait esse incolas insulæ Seilan, quæ et Serandib Arabice dicitur. Quam eamdem esse cum Taprobane, multis argumentis probat Bochartus in libro primo *De coloniis Phœnicum*, capite ultimo.

(43) *Ἐφόρου λαβεῖν παρὰ τῶν ὁμοδόξων ἀξίωμα.* Id per invidiam atque æmulationem ab Arianis factum esse opinor ; nam cum Athanasius paulo ante hæc tempora Frumentium catholicum episcopum ad Axumitas misisset, ut ex Rufino refert Socrates atque Sozomenus, Ariani, Athanasii gloriæ invidentes, ut suum dogma in illis regionibus disseminarent, Theophilum Indum eo mittendum curarunt : quem episcopi dignitate decorarunt, ut illum opponerent Frumentio. Quin etiam suaserunt Constantio imperatori, ut ad tyrannos Axumitarum (sic enim regulos earum nationum appellare consueverant, ut docet Arrianus in *Periplo maris Erythræi*) litteras scriberet, quibus poscebat ut Frumentius ex illis regionibus ejiceretur, ut testatur Athanasius in *Apologetico.*

(44) *Εἰς τὸ κάλλιστα.* Rectius in codice Bocharti legitur εἰς τὸ μάλιστα κεχαρισμένον, quemadmodum etiam scriptum est apud Nicephorum in lib. IX.

(45) *Καὶ ἄκοντι ἀντιπλέων.* In ms. codice Samuelis Bocharti scriptum inveni, καὶ ἄκον τὸ ἀντιπνέον κατέδυ. Quæ lectio procul dubio vulgatæ præferenda est. Neque enim ἀντιπλέων Græce dicitur ; aut si dicitur ἀντιπλέον, non convenit tamen huic loco. Posset etiam legi καὶ ἄπαν τὸ ἀντιπνέον. Porro de Judæorum malitia, qui Theophili prædicationi obsistebant, testatur etiam Metaphrastes in *Martyrio S. Arethæ et sociorum :* cujus locum jam protulit Gothofredus in Annotationibus. Nec quidquam causæ erat, cur Gothofredus dubitaret utrum e Philostorgio, an ex Nicephoro narrationem illam hausisset Metaphrastes, cum Nicephorus longe posterior sit Symeone Metaphraste.

Τάφαρον ὀνομαζομένῃ καθιδρύσατο· ἑτέραν δὲ ἐν ᾧ τὸ Ῥωμαϊκὸν ἐμπόριον ἐτύγχανεν, ἔξω πρὸς τὸν ὠκεανὸν τετραμμένον. Καλοῦσι δὲ τὸ χωρίον Ἀδάνην, ἔνθα καὶ τοὺς ἐκ Ῥωμαίων ἀφικνουμένους ἔθος ἦν καθορμίζεσθαι. Τὴν δὲ τρίτην ἐπὶ θάτερον τῆς χώρας μέρος, ἐν ᾧ Περσικὸν ἐμπόριον γνωρίζεται ἐπὶ τῷ στόματι τῆς ἐκεῖσε Περσικῆς κείμενον θαλάσσης.

ε'. Ὁ μέντοι Θεόφιλος τὰ ἐν τοῖς Ὁμηρίταις, ὡς ἕκαστα δυνατὸν ἦν καὶ ὁ καιρὸς ἐδίδου, διαθεὶς, καὶ τὰς ἐκκλησίας ἱερωσάμενος, καὶ κόσμοις οἷς ἐνῆν δυνατὸν διακοσμήσας, ἐπὶ τὴν Διόϊου νῆσον (ἣν αὐτοῦ πατρίδα προεδίδαξεν ὁ λόγος) ἀπέπλευσε. Κἀκεῖθεν εἰς τὴν ἄλλην ἀφίκετο Ἰνδικὴν, καὶ πολλὰ τῶν παρ' αὐτοῖς οὐκ εὐαγῶς δρωμένων ἐπανωρθώσατο. Καὶ γὰρ καθεζόμενοι (46) τῶν εὐαγγελικῶν ἀναγνωσμάτων ἐποιοῦντο τὴν ἀκρόασιν, καὶ ἄλλα τινὰ ὧν μὴ θεῖος θεσμὸς ἐπεστάτει διεπράττοντο. Ἀλλὰ ταῦθ' ἕκαστα πρὸς τὸ σεβάσμιον αὐτοῖς καὶ θεοφιλὲς μεταρυθμίσας, καὶ τὸ τῆς Ἐκκλησίας δόγμα ἐκρατύνατο. Οὐ γὰρ ἐδέοντο, φησὶν ὁ δυσσεβὴς οὗτος, τῆς τὸ θεῖον σέβας διορθούσης ὑφηγήσεως, ἐξ ἀρχῆς ἀπαρατρώτως (47) τὸ ἑτεροούσιον πρεσβευόμενοι.

ς'. Ἐκ δὲ ταύτης τῆς μεγάλης Ἀραβίας, εἰς τοὺς Αὐξουμίτας (*a*) καλουμένους ἀπαίρει Αἰθίοπας, οἳ κατὰ τὰς πρώτας ὄχθας κατῴκηνται τῆς Ἐρυθρᾶς

A gentis quam Tapharon vocant, ædificavit; aliam vero in eo loco in quo Romanum erat emporium, ad exteriorem Oceanum vergens. Vocatur autem hic locus Adane, quo cuncti qui ex Romanorum ditione veniunt, appellere solent. Tertiam denique ecclesiam in altera regionis parte exstruxit, ubi Persicum est emporium celebre, in ostio maris Persici quod inibi est, situm.

5. At Theophilus, cum apud Homeritas singula, prout poterat et prout temporis ratio sinebat, ordinasset, et ecclesias dedicavisset, et ornamentis quibus poterat exornasset, ad insulam Divu, quam ipsi patriam fuisse superius indicavimus, navigavit. Atque inde ad alias Indiæ regiones perrexit, multaque quæ apud illos non rite fiebant, emendavit.
B Nam et lectiones Evangelii audiebant sedentes, et alia quædam peragebant quibus divina lex repugnabat. Verum Theophilus, cum singula apud eos juxta sanctiorem ritum Deoque magis acceptum correxisset, Ecclesiæ quoque dogma confirmavit. Neque enim circa divini numinis cultum, ut ait impius iste, ulla egebant emendatione, utpote qui ab ultima antiquitate constantissime Filium alterius a Patre substantiæ profiterentur.

6. *Auxumitæ.* — Ex hac autem magna Arabia profectus est Theophilus ad Æthiopas qui Auxumitæ vocantur. Habitant isti ad primum littus ma-

VALESII ANNOTATIONES.

(46) *Καὶ γὰρ καθεζόμενοι.* Moris fuit ut Christiani qui missarum solemnibus intererant, stantes, retecto capite, et baculis humi depositis, Evangelii lectionem audirent. Ac de capite quidem nudo, et de baculis, diserte testatur ordo Romanus. De statione vero, versus sunt elegantes Hildeberti Cenomanensis episcopi, in libro *De expositione Missæ*, quos ex veteri codice Claromontani Collegii descriptos hic apponam :

DE EVANGELIO.

Inde sinistrorsum Domini sacra verba leguntur.
Plebs baculos ponit, stat, retegitque caput.
Neve superveniens zizania seminet hostis,
Frontibus imprimitur mystica forma crucis.
Rejiciente fidem Judæa, gratia Christi
Transiit ad gentes. Israel errat adhuc.
Transitus hic, quoties Evangelium recitatur,
Mentibus occurrit, exprimiturque loco.
Ad lævam legitur, quia quo transivit aberrans,
Et velut ad lævam gens idolatra fuit.
Ut sis attentus, patiens, erectus in hostem,
Et caput, et baculus, et status ipse docent.
Quippe caput retegens attente audire moneris.
Parcere, cum baculum projicis, instrueris.
Stans discis, quoniam stantes pugnare solemus,
Quod te pugna gravis sub vigili hoste manet.

Ejusdem moris illustre exstat exemplum in *Vita sancti Anselmi Lucensis episcopi*, ubi de Mathilde comitissa hæc leguntur : *Præscripta domina multis diebus febribus nimium laboraverat, et capitis dolor vehemens ipsam fatigaverat. Cum vero die quadam*
C *ex more Missarum solemniis adesset, enitens, dum legebatur Evangelium, erecta esse in pedibus, fatigata mox infirmitate decidit.* Item in *Vita ms. sancti Willelmi abbatis* monasterii Eskilensis in Dania, scripta ante annos quingentos ab Eskilensi monacho, Petri Roskildensis episcopi æquali : *In Vigilia Pentecostes, expletis prophetiis et glorificationibus, diacono Evangelium pronuntiante audivit vocem* (mulier contracta) *dicentem sibi : Mulier, surge : non decet Christianos ad Evangelium sedere, sed cum reverentia stare, et auscultare quod legitur.* Quem locum debeo indicio viri doctissimi et veterum monumentorum studiosissimi, Adriani Valesii fratris mei. Eumdem morem fuisse in Africa docet Augustinus in libro L *Homiliarum*, sermone 26. [Idem quoque in Gallia observatum fuisse docet Cæsarius Arelatensis in homilia 13.] Ex eadem consuetudine et illud profluxit, ut populus in ecclesia stans sacras conciones audiret, quippe quæ
D nihil aliud essent quam Evangelii expositio. Testatur hoc Eusebius noster in lib. IV *De vita Constantini*, c. 33, et Augustinus in sermone 2 *De SS. martyribus* : item in Tractatu 112 *in Evangelium Joannis* ; et in sermone *De communi vita clericorum* suorum ad populum Hipponensem ; et in sermone 122 habito in Basilica Fausti. Vide Ferrarium in lib. II *De sacris concionibus*, cap. 21.

(47) *Ἀπαρατρώτως.* Existimavi aliquando scribendum esse ἀπαρατρόπως. Nunc tamen vulgatam lectionem retineo ; eadem enim voce utitur Philostorgius in libro II, c. 16.

VARIORUM.

(*a*) *Εἰς τοὺς Αὐξουμίτας.* Tradit hic Philostorgius Auxumitas a Theophilo Ariano conversos tempore Constantii ; cum populi istius conversio revera tribuenda sit Frumentio orthodoxo, ordinato ab Athanasio in principio episcopatus ejus, circa ann. 327. Vide epistolam Constantii *Ad tyrannos Auxumitarum* apud Baronium ad ann. 356, n. 23, et Pagi ad ann. 327, n. 12, 20. *W. Lowth.*

ris Rubri, quod Oceanus illic sese insinuans efficit. Ac Rubrum quidem mare, in maximam extensum longitudinem, in duos sinus dividitur; et alter quidem eorum versus Ægyptum tendit, Clysma, ubi desinit, cognominatus. Per hunc sinum Israelitæ quondam fugientes Ægyptios, sicco pede transgressi sunt. Altera vero pars in Palæstinam fertur, juxta urbem quæ jam inde a priscis temporibus Aila vocatur. Ad hujus igitur maris Rubri exteriorem sinum, in sinistro latere degunt Auxumitæ, ex vocabulo metropolis ita appellati. Urbium enim caput Auxumis dicitur. Ante hos autem Auxumitas, orientem versus, ad extimum pertingentes Oceanum, accolunt Syri, ab earum quoque regionum incolis ita dicti. Etenim Alexander Macedo eos ex Syria abductos illic collocavit : qui quidem patria Syrorum lingua etiamnum utuntur. Porro hi omnes colore sunt admodum nigro, acutis scilicet solis radiis eos perstringentibus. Apud hos xylocassia præcipue nascitur, et cassia; cassamum item et cinnamomum. Plurimi etiam ibidem sunt elephanti. Et Theophilus quidem ad hos usque minime penetravit; sed cum ad Auxumitas venisset, et cuncta illic negotia probe ordinasset, inde ad Romanorum

(48) Θαλάσσης, ἣν ὁ ταύτῃ ὠκεανὸς εἰσκολπιζόμενος ἐργάζεται πᾶσαν· ἡ μέντοι Ἐρυθρὰ ἐπὶ πλεῖστον μηκυνομένη (49), εἰς δύο τινὰς ἀπομερίζεται κόλπους· καὶ τὸ μὲν αὐτῆς ἐπ' Αἰγύπτου χωρεῖ Κλύσμα (50), καθ' ὃ τελευτᾷ τὸ ἐπώνυμον φέρον (51). Δι' οὗ πάλαι καὶ τὸ Ἰσραηλιτικὸν (52) φεύγοντες τοὺς Αἰγυπτίους, ἀβρόχῳ τῷ ῥείθρον διεπεραιώθησαν ποδί. Τὸ δὲ ἕτερον μέρος ἐπὶ Παλαιστίνης ἔρχεται κατὰ πόλιν Ἀειλὰ ἐκ παλαιοῦ καλουμένην. Ἀλλὰ γὰρ ταύτης τῆς Ἐρυθρᾶς θαλάσσης ἐν ἀριστερῷ τῆς ἔξωθεν (53) Αὐξουμῖται κατέχουσιν, ἀπὸ τῆς μητροπόλεως οὕτω κληθέντες. Αὔξουμις γὰρ αὐτοῖς ἡ μητρόπολις. Πρότεροι δὲ τούτων τῶν Αὐξουμιτῶν ἐπὶ τὸν ἐξωτάτω πρὸς ἀνατολὰς καθήκοντες ὠκεανὸν παροικοῦσιν οἱ Σύροι, ταύτην τὴν κλῆσιν καὶ παρὰ τοῖς ἐκεῖσε φέροντες. Ἀλέξανδρος δὲ παρὰ τούτοις (54) ὁ Μακεδὼν ἐκ τῆς Συρίας ἀναστήσας, ἐνταυθοῖ κατῴκισεν· οἳ καὶ νῦν ἔτι τῇ πατρῴᾳ φωνῇ κέχρηνται. Μέλανες οὖν εἰσι δεινῶς ἅπαντες, ὀξείας αὐτοῖς τῆς ἀκτῖνος τοῦ ἡλίου καθαπτομένης. Παρὰ τούτοις ἥ τε ξυλοκασσία μάλιστα γίνεται, καὶ ἡ κασσία, καὶ τὸ κάσσαμον, καὶ τὸ κιννάμωμον, καὶ δὴ καὶ ἐλεφάντων πλῆθος. Πρὸς μὲν τούτους ὁ Θεόφιλος οὐκ ἀφίκετο· τοῖς Αὐξουμίταις δὲ παραγεγονὼς, καὶ τὰ

VALESII ANNOTATIONES.

(48) *Κατάκειται τῆς Ἐρυθρᾶς*. Rectius in ms. codice Bocharti scriptum est, κατῴκηται, quomodo etiam legit Nicephorus.

(49) *Ἐπὶ πλεῖστον μὴ κινουμένη*. Scribendum est procul dubio μηκυνομένη una voce, ut habent mss. codices. Atque ita etiam legit Nicephorus in libro nono capite 18.

(50) *Καὶ τὸ μὲν αὐτῆς ἐπ' Αἰγύπτου χωρεῖ Κλύσμα*. Assentior doctissimo viro Lucæ Holstenio, qui ad latus sui codicis hunc locum ita interpretatus est, *Et unus quidem usque ad Clysma Ægypti tendit*. Scribendum est igitur καὶ ὁ μέν, etc. Nicephorus tamen in hoc Philostorgii loco legit τὸ μέν, articulum hunc jungens cum vocabulo κλύσμα. Sic enim locum expressit in capite 18 libri noni : Ὧν τὸ μὲν ἓν κλύσμα ταύτης, ἐπ' Αἰγύπτου χωρεῖ· ἔνθα δὴ τελευτᾷ τὸ τὴν ἐπωνυμίαν φέρον αὐτῆς. Sed procul dubio falsus est Nicephorus : quippe qui non animadvertit Clysma esse civitatem Ægypti, ad Arabicum sinum sitam. De qua Bochartus multa notavit in libro *De sacra geographia*, pag. 122, erudite omnino. Sed non probo quod eamdem vult esse Arsinoem, contra Ptolemæi auctoritatem, qui eam a Clysma distinguit. Nec probo quod idem Bochartus scribendum esse dicit Κλεῖσμα, quæ vox Græca non est. Κλύσμα enim Græci omnes eam vocant, παρὰ τὸ κλύζειν, eo quod maris Erythræi fluxus eam urbem adluat. Ex eo autem portu solvebant qui ab Ægypto in Indiam navigabant, ut docet Lucianus in *Pseudomanti*.

(51) *Καθ' ὃ τελευτᾷ τὸ ἐπώνυμον φέρον*. Hunc Philostorgii locum Nicephorus non intellexit, ut ex verbis ejus supra citatis colligere licet. Sed neque Gothofredus, neque Holstenius verba Philostorgii intellexerunt. Sic enim vertit Gothofredus : *Ubi nomen suum retinens occidit*. Holstenius vero ad oram sui codicis pro verbo *occidit*, emendat *desinit*. Atqui non hoc dicit Philostorgius, sed ait sinum illum maris Erythræi, qui ad Ægyptum tendit, nomen accipere a loco in quo desinit : id est, sinum illum vocari Clysma ex nomine urbis in qua terminatur. Eodem modo quo alter sinus maris Erythræi qui in Palæstinam fertur, Elaniticus cognominatur ab urbe Elana, quæ eadem est cum Aila, ut notavit Bochartus in libro *De coloniis Phœnicum*, capite 44. Totum igitur hunc locum ita distinguendum puto : ἐπ' Αἰγύπτου χωρεῖ· Κλύσμα, καθ' ὃ τελευτᾷ, τὸ ἐπώνυμον φέρον, ubi ἐπ' Αἰγύπτου ponitur pro ἐπ' Αἴγυπτον. Sic paulo post Philostorgius dicit ἐπὶ Παλαιστίνης ἔρχεται.

(52) *Δι' οὗ πάλαι καὶ τὸ Ἰσραηλιτικὸν*. Idem testatur auctor *Itinerarii Antonii martyris* pag. 31 : *Et transcendentes venimus in locum ubi intraverunt mare. Ibique est oratorium Moysi, et civitas parva quæ dicitur Disma, ad quam naves de India veniunt. In loco vero ubi transierunt, exit mare de majore pelago, et extenditur in multis millibus, quia habet accessa et recessa. Recedente autem mari apparet omnis submersio Pharaonis*. Ita legitur hic locus in manuscriptis codicibus, sed pro *Disma* procul dubio scribendum est *Clisma*. Ejusdem urbis iterum meminit pag. 32, *Deinde exeuntes, venimus in civitatem quæ dicitur Disma*. Verum hoc loco manuscripti codices *Clisma* diserte scriptum habent.

(53) *Ἐν ἀριστερῷ τῆς ἔξωθεν*. In codice Samuelis Bocharti scriptum inveni τοῖς ἔξωθεν. Quam scripturam magis probo, ut hic sit sensus : Ad sinistram partem maris Erythræi externis illac navigantibus habitant Auxumitæ. Singula enim maria et sinus habent dextrum et sinistrum latus, respectu scilicet eorum qui sinus illos ingrediuntur. Ita dextrum ac sinistrum latus Ponti Euxini distinguunt geographi. Nicephorus quoque in hoc Philostorgii loco legit τοῖς ἔξωθεν, sed locum aliter interpolavit. Sic enim habet, ταύτης τοίνυν τῆς Ἐρυθρᾶς τοῖς ἔξωθεν μέρεσιν ἐν ἀριστερᾷ, Αὐξουμῖταί εἰσιν. Id est, ut vertit Langus : *In Rubri istius maris partibus exterioribus, ad sinistram Auxumitæ sunt*. In quibus verbis nullus est sensus.

(54) *Ἀλέξανδρος δὲ παρὰ τούτοις*. Scribendum puto Ἀλέξανδρος γὰρ τούτους ὁ Μακεδὼν ἐκ τῆς Συρίας ἀναστήσας, etc. Atque ita legit Nicephorus.

ἐκεῖσε καταστησάμενος, τῆς ἐπὶ Ῥωμαίους ἀνακομιδῆς εἶχετο. Πόλλῆς δὲ τῆς τιμῆς παρὰ τοῦ βασιλέως μετὰ τὴν ἐπάνοδον ἀξιωθεὶς, πόλιν μὲν ἰδίαν ἐφορᾷν οὐκ ἐκληρώσατο· κοινὸν δ' ὥσπερ ἄγαλμα δι' ἀρετὴν τοῖς ὁμοδόξοις ἐβλέπετο.

ζ'. Ὅτι ἐπὶ τῷ στόματι τῆς Περσικῆς θαλάσσης, ἣν ὁ ταύτῃ ὠκεανὸς εἰσέχων ἀποτελεῖ, μεγίστην τε οὖσαν, καὶ ἔθνη κύκλῳ πολλὰ περιβαλλομένην, ἄλλοι τε μέγιστοι ποταμοὶ, καὶ ὁ Τίγρις τοῖς ῥείθροις ἐμβάλλει, ὃς πρὸς Ἀπηλιώτην καὶ κάτωθεν τῆς Ὑρκανίας θαλάσσης, ἐν Κορδιαίοις μὲν τὰς ἐμφανεῖς ἀναδόσεις λαμβάνει παρὰ τὴν Συρίαν ἐλκόμενος. Ἐπεὶ δ' ἂν γένοιτο κατὰ τὴν Σουσίδα γῆν, ἐνταῦθα τοῦ Εὐφράτου τὸ ῥεῖθρον αὐτῷ μιγνύντος, μέγας ἤδη τοῖς χεύμασι χωρήσας πρόεισι παφλάζων· ὅθεν αὐτόν φασι καὶ τοῦ θηρίου τοῦ τίγρητος λαβεῖν τὸ ἐπώνυμον (a). Πρὶν ἢ δ' ἐπὶ θάλατταν καταβαίνει, σχίζεται εἰς δύο μεγάλους ποταμούς· ἔπειτα δυσὶ τοῖς ἐσχάτοις στόμασιν ἀλλήλων διειργομένοις, εἰς τὴν Περσικὴν θάλατταν ποιεῖται τὰς ἐκβολὰς, γῆν ἐν μέσῳ πλείστην περιτεμνόμενος, καὶ νῆσον αὐτὴν ποιῶν, ποταμίαν τε ἅμα καὶ θαλαττίαν, ἣν ἔθνος ἐνοικεῖ τῶν Μεσηνῶν ἐπικαλούμενον.

A ditionem redire cœpit. Multis deinde honoribus ab imperatore post reditum affectus, nullius quidem urbis peculiarem sortitus est episcopatum; verum ab hominibus suæ sectæ, velut publicum quoddam virtutis simulacrum suspectus fuit.

7. *Tigris fluvius.* — Ait Philostorgius, ad ostium maris Persici quod Oceanus illuc influens efficit, quodque maximum est, et a plurimis gentibus circumsitis accolitur, tum alios maximos amnes influere, tum præcipue Tigrim, qui ad Apeliotem, et infra mare Hyrcanum in Corduenis conspicuo fonte ortus, per Syriam labitur. Ubi vero ad Susianam regionem pervenit, aquis Euphratis ei commistis, magnus deinceps fluens et rapidus, ingenti sonitu in ulteriora progreditur. Unde et vocabulum tigridis feræ ei impositum esse perhibent. Priusquam autem in mare sese immittat, in duos magnos amnes dividitur. Deinde duobus extremis ostiis longe a se invicem dissitis in Persicum mare evolvitur, maximum terrarum ambitum aquarum divortio complexus, et insulam efficiens fluvialem simul ac marinam, quam incolit gens Mesenorum.

B

η'. Ὁ δὲ Εὐφράτης ποταμὸς ἐξ Ἀρμενίων κατὰ τὸ προφανὲς ἀνατέλλει, ἔνθα τὸ ὄρος ἐστὶ τὸ Ἀραράτ, ἔτι καὶ πρὸς Ἀρμενίων οὕτω καλούμενον, ἐφ' οὗ καὶ τὴν κιβωτὸν ἱδρυθῆναί φησιν ἡ Γραφή· ἧς ἄχρι καὶ νῦν εἶναί φασιν οὐ μικρὰ λείψανα τῶν τε ξύλων καὶ τῶν ἥλων ἐκεῖσε σωζόμενα. Ἐντεῦθεν καὶ ὁ Εὐφράτης ὀλίγος τὰ πρῶτα ῥυεὶς, προβαίνων ἀεὶ γίνεται μείζων, πλείστους ἐμβάλλοντας αὐτῷ ποταμοὺς εἰς τὴν ἑαυτοῦ προσηγορίαν συνεφελκόμενος. Τὴν Ἀρμενίαν δὲ, τήν τε μεγάλην καὶ τὴν μικρὰν διελθὼν, ἔπειτα πρόεισι, τέμνων μὲν πρότερον τὴν Συρίαν τὴν ἰδίως Εὐφρατησίαν καλουμένην· ἔπειτα μέντοι καὶ τὴν ἄλλην (55) διαμειψάμενος, καὶ ἕλικα διασπῶν (56), ὧν δίεισι ποικιλωτάτην κλασθεὶς, ὀπηνίκα τῇ Ἀραβίᾳ πελάσει, ἐνταῦθα δὴ κυκλοτερῶς κατ' ἀντικρὺ τῆς Ἐρυθρᾶς θαλάσσης παρενεχθεὶς, καὶ χώραν οὐκ ὀλίγην ἐγκολπωσάμενος, ἔπειτα πρὸς Καικείαν ἄνεμον ἐπιστρέφει τὸ ῥεῖθρον, ὅπερ οὖν βορέου τε καὶ ἀπηλιώτου μέσος ἕστηκε. Καὶ πρὸς Τίγρητα ποταμὸν ὁρμήσας, οὐχ οἷός τέ ἐστιν αὐτῷ ὅλως συμμίξαι, ἀλλὰ μοίραις τισὶν ἐν τῷ διὰ μέσου παραναλούμενος, τῇ ὑπολειπομένῃ μεγίστῃ τε οὔσῃ, καὶ ναυτῶν ἀνασχέσθαι (57) δυνατωτάτῃ, τῷ

8. *Euphrates.* — Euphrates vero ex Armeniis conspicuo fonte oritur : quo loco mons est Ararat, qui etiamnum ab Armeniis ita nominatur, super quo monte arcam positam fuisse sacri libri testantur; multaque adhuc fragmenta lignorum et clavorum ejusdem arcæ superesse aiunt, quæ illic servantur. Hinc igitur Euphrates ortus principio quidem exiguus fluit, deinde in ulteriora progrediens subinde augetur, plurimos amnes qui in alveum ejus influunt, in nomen suum asciscens. Postquam autem per Armeniam majorem ac minorem lapsus est, ulterius procedit, ac primum quidem Syriam secat, eam quæ proprie Euphratensis vocatur; postea vero aliam quoque Syriam permensus, et per regiones quas permeat, in variam ac multiplicem helicem fractus; ubi proxime ad Arabiam accessit, tum in orbem ex adverso maris Erythræi prætergressus, regionemque haud exiguam sinu suo complexus, ad Cæciam deinceps, qui inter boream et subsolanum ventos medius est, aquarum cursum convertit. Cumque ad fluvium Tigrim pervenerit, totus ei misceri non potest, sed quibusdam sui partibus antea assumptis, reliqua

C

D

VALESII ANNOTATIONES.

(55) *Ἔπειτα μέντοι καὶ τὴν ἄλλην, καὶ ταύτην δὲ καὶ τὴν ἄλλην.* Sic etiam scribitur hic locus in codice Bocharti et apud Nicephorum. Verum in codice Scoriacensi ita legitur, ἔπειτα δὲ καὶ τὴν ἄλλην διαμειψάμενος, etc., expunctis quinque illis vocibus, quæ prorsus inutiles sunt ac superfluæ.

(56) *Καὶ ἕλικα διασπῶν.* Vetustissima est hujus loci depravatio, quam retinuit etiam Nicephorus. Non dubito tamen quin hic locus ita scribendus sit, καὶ εἰς ἕλικα διὰ τόπων ὧν δίεισι ποικιλωτάτην κλασθεὶς, etc.

(57) *Καὶ ναυτῶν ἀνασχέσθαι.* In manuscripto codice Samuelis Bocharti legitur καὶ ναῦν ἀνασχέσθαι. Sed melius scribitur in Nicephoro ναῦς.

VARIORUM.

(a) *Τοῦ θηρίου τοῦ τίγρητος λαβεῖν τὸ ἐπώνυμον.* At Curtius lib. VI, Strabo lib. VIII, Plinius lib. VI, cap. 27, Tigrin fluvium a celeritate sagittæ instar dictum volunt, quia *tigrin* Medi sagittam appellant.... Syriam supra pro *Assyria* dixit Philostorgius, errore cum aliis scriptoribus communi.

tandem parte, quæ et maxima est et navigabilis, circa urbem potissimum Susa Tigridi sociatur. Jamque amisso proprio nomine, una cum illo in Persicum evolvitur sinum. Porro quæ inter hæc duo flumina, Tigrim scilicet atque Euphratem, sita est regio, Mesopotamia vocatur.

9. *Euphratis et Tigridis in paradiso origo.* — Et Euphratis quidem ac Tigridis fontes, prout nobis apparent, supra relati sunt. Sacri vero libri nostri, in quibus scriptum est eos ex paradiso oriri, verissime dicunt. Ex eo namque aquarum ducentes initium aliquatenus quidem procedunt, supra terram fortasse labentes, postea vero vasta et arenosa solitudine eos excipiente, illic in profundum demersi, ad inferiora ferri non prius desinunt, quam ad stabile ac petrosum solum regionis illius pervenerint. Postquam autem crepido illa cursum illorum ad inferiora tendentem represserit, tum demum singuli, aquis suis collectis, ulterius progrediuntur, præ vi ac multitudine undarum perpetuo affluentium recta ferri contendentes. Cæterum subterranei meantes hi fluvii, utpote terra quæ interjacet partem eorum haud exiguam absorbente, minores atque infirmiores ad locum eruptionis ipsorum accedunt. Non est autem adeo incredibile, hos amnes per tanta terrarum spatia subterraneos labi. Multa enim ubique sunt maximorum et rapidissimorum amnium fluenta, quæ sub terram feruntur. Idque ex eo manifestum fit, quod ingens eorum sonitus auditur, cum magno strepitu et fragore fluentium. Sed et nonnulli cum supra eos amnes puteos fodere aggressi essent, et petrosum solum quod ipsis occurrerat, paulatim pertudissent, sub quo perstrepens unda sursum versus erumpere nitebatur, difficile admodum retracti sunt ab iis qui sursum stabant in crepidine putei. Et aqua subsecuta in rivum processit, qui nulla deinceps siccitate interceptus est, ob perennis aquæ affluentiam. Quippe arcana Dei sapientia fluminum meatus, tanquam venas quasdam necessaria suppeditantes, alios quidem occultos, alios autem conspicuos effecit. Unde et propheta David cecinit : *Ipse super maria fundavit eam, et super flumina præparavit eam.* Maria quidem maximis terræ sinibus quasi thesauros recondens, basimque eis firmam constituens ad tan-

A Τίγρητι κατὰ Σούσας μάλιστα συμπίπτει. Καὶ δὴ τῆς ἑαυτοῦ προσηγορίας ἀποπαυσάμενος, σὺν ἐκείνῳ πρὸς τὸν Περσικὸν κατασύρεται κόλπον. Καὶ τὸ μεταξὺ τῶν δύο ποταμῶν τούτων, τοῦ τε Τίγρητος καὶ τοῦ Εὐφράτου, Μεσοποταμία τυγχάνει προσαγορευόμενον.

θ'. Ὅτι ὁ Τίγρης καὶ ὁ Εὐφράτης, κατὰ μὲν τὸ ἐμφανὲς, ὅθεν ἀναδύονται, εἴρηνται. Ἡ δὲ ἱερὰ ἡμῶν Γραφὴ, ἐκ τοῦ Παραδείσου τούτους λέγουσα ὁρμᾶσθαι, τὸ ἀληθέστατον ἱστορεῖ. Καὶ γὰρ ἐξ αὐτοῦ τὰς πρώτας ἀρχὰς τῶν ῥείθρων φέροντες, ἄχρι μέν τινος προΐασιν, ἴσως ὑπὲρ γῆς ῥέοντες· ἔπειτα δὲ τῆς μεγάλης ἐρήμου καὶ ἀμμωδεστάτης αὐτοὺς ἐκδεξαμένης, πρὸς τὸ βάθος ἐνταῦθα καταπινόμενοι, οὐ πρότερον ἵστανται τῆς ἐπὶ τὰ κάτω φορᾶς, πρὶν ἐπ' B αὐτὸ δὴ τὸ στεγανὸν καὶ πετρῶδες τῆς αὐτόθι καταντήσωσι γῆς. Στάσιν δ' αὐτοῖς τῆς ἐπὶ τὰ κάτω προχωρήσεως τῆς αὐτόθι κρηπῖδος παρασχομένης, ἐνταῦθα ἤδη τῶν ῥευμάτων αὐτοῖς συναγειρομένων ὑπὸ πλήθους καὶ ἰσχύος τοῦ ἀεὶ ἐπιφερομένου τε πρόσω (58) χωροῦσιν ἐπ' εὐθὺ βιαζόμενοι. Ἀλλ' οὗτοι μὲν οἱ ποταμοὶ κατωρύχιοι πορευόμενοι, μοῖραν αὐτῶν οὐκ ὀλίγην τῆς ἐν μέσῳ γῆς ὑπεξαιρουμένης, ἐλάττους ἁπαντῶσιν ἤδη καὶ ἀσθενέστεροι ἐπὶ τοὺς τόπους τῶν ἀναδόσεων. Καὶ τό γε μυχίους αὐτοὺς πλείστην ἐπιέναι γῆν, οὐκ εἰκὸς ἀπιστεῖν. Πολλὰ γάρ ἐστι καὶ ἄλλα ῥεύματα πανταχοῦ καὶ τῶν σφόδρα μεγίστων τε καὶ ἰσχυροτάτων, ὑπὸ γῆν ἀφικνούμενα. Δῆλον δέ· ἠχός τε γὰρ ἀπ' αὐτῶν ἀκούεται μέγας, σὺν ταράχῳ καὶ ῥοίζῳ πολλῷ φερομένων. Ἀλλὰ καί C τινες ὑπὲρ αὐτῶν φρέατα ὀρυσσόμενοι, καὶ τῆς ἀπηνηκυίας αὐτοῖς πλακὸς κάτωθεν ἐπ' ὀλίγον τρώσαντες, ὑφ' ἣν τὸ ῥεῖθρον ἤδη καχλάζον τὴν ἐπὶ τὸ ἄνω φορὰν βιαζόμενον, μόλις γ' ἀνελήφθησαν (59) ὑπὸ τῶν ἐπὶ τοῦ χείλους τῆς φρεωρυχίας ἑστώτων ἀναρπασθέντες. Καὶ τὸ ῥεῖθρον ἐφομαρτῆσαν (60) εἰς ὄχετὸν προὐχώρησεν, ὑπ' οὐδεμιᾶς ἀνομβρίας ἔτι παραλυπούμενον, διὰ τὸ τῆς χορηγίας ἀένναον. Ἡ γὰρ τοῦ Θεοῦ ἀπόῤῥητος σοφία, οἱονεὶ φλέβας χορηγοὺς τῶν ἀναγκαίων τὰς τῶν ῥείθρων διεκδρομὰς, τὰς μὲν ἀφανεῖς, τὰς δὲ προδήλους εἰργάσατο. Ταύτῃ ἄρα καὶ ὁ προφήτης ἐμελῴδησε Δαυΐδ, *Αὐτὸς ἐπὶ θαλασσῶν ἐθεμελίωσεν αὐτὴν, καὶ ἐπὶ ποταμῶν ἡτοίμασεν αὐτὴν*· ὡς τὰς μὲν θαλάσσας τοῖς μεγίστοις αὐτοῖς κολπώμασιν (61) οἷον ἀποθη-

VALESII ANNOTATIONES.

(58) *Τοῦ δὲ ἐπιφερομένου τε πρόσω.* In codice Bocharti, et apud Nicephorum in lib. IX legitur τὸ πρόσω. Ego vero mallem scribere τῷ πρόσω. Id est : *Ob copiam ac vim undarum, quæ identidem aliæ super alias adfluunt.* Joannes quidem Langus, qui Nicephorum Latine interpretatus est, totum hunc locum ita vertit : *Ubi undæ eorum continue et conjestim confluentes, vi et magnitudine sua directum eos deinde cursum tenere cogunt.* In margine codicis Bochartiani adnotatum est, scribendum esse ἐπὶ τὸ πρόσω χωροῦσιν.

(59) *Μόλις δ' ἂν ἐλήφθησαν.* Codex Bocharti habet μόλις γ' ἀνελήφθησαν. Et paulo post, ubi legitur ὑπὸ τῶν ἐπὶ τοῦ τείχους, idem codex scriptum habet ἐπὶ τοῦ χείλους. Quomodo etiam legitur in D Nicephoro. Quam quidem scripturam vulgatæ lectioni longe antepono.

(60) *Καὶ τὸ ῥεῖθρον ἐφομαρτῆσαι.* Hunc locum emendavi ex manuscripto codice Bocharti, in quo diserte legitur ἐφομαρτῆσαν, quemadmodum etiam scribitur apud Nicephorum. Mox ubi antea legebatur διὰ τὸ τῆς χορήσεως ἀέννεον, ex iisdem codicibus restitui τῆς χορηγίας, qua emendatione nihil certius.

(61) *Τοῖς μεγίστοις αὐτοῖς κολπώμασιν.* Procul dubio scribendum est αὐτῆς, supple τῆς γῆς, quemadmodum legitur in codice Bocharti, et apud Nicephorum. Cæterum non assentior Philostorgio, qui versum hunc Davidis ex psalmo XXIV, 2, *Ipse super maria fundavit eam*, etc., de aquis subter-

σαυρίσας, καὶ τὴν βάσιν αὐτοῖς κρατυνάμενος (62) πρὸς τὸ ἀνέχεσθαι τοσοῦτον ὄγκον καὶ πλῆθος τῶν ἐν αὐτῇ φερομένων· τοῖς δὲ ποταμοῖς τὴν διέξοδον ἀπόλυτον ταῖς εὐμηχάνοις αὐτῆς διαθέσεσι δοὺς ἀεὶ, ταῖς τῶν χωρίων ὑπαγωγαῖς τε καὶ ταπεινότησιν ἀπὸ τῶν ὑψηλοτέρων ἐπὶ τὰ χθαμαλώτερα, τόπον τῇ ῥοπῇ τοῦ βρίθοντος ὕδατος παρασχών.

ι'. Ὅτι κεῖσθαι τὸν Παράδεισον οὗτος εἰκασίαις χρώμενος λέγει, κατὰ τὰς ἰσημερίας τῆς ἠοῦς, πρῶτον μὲν ἐξ ὧν τὰ πρὸς μεσημβρίαν δῆλά ἐστι πάντα οἰκούμενα σχεδὸν μέχρι τῆς ἔξω θαλάττης, ἣν θάλατταν ὁ ἥλιος ἤδη ξυμφλέγει καθέτως ἐπ' αὐτῇ (63) τὰς ἀκτῖνας ἐρείδων· καὶ ἡ διὰ μέσου λεγομένη ζώνη τοῦτό ἐστιν. Ἔτι δὲ καὶ διότι ὁ νῦν Ὕφασις καλούμενος ποταμὸς, ὃν ἡ Γραφὴ Φεισὼν (a) ὀνομάζει, καὶ αὐτὸς τοῦ παραδείσου ἀναβλύζων, ἐκ τῶν ἀρκτῴων μᾶλλον τῆς ἀνατολῆς μερῶν ἐπὶ τὴν μεσημβρίαν φαίνεται ῥέων, καὶ εἰς τὸν ταύτῃ ὠκεανὸν τὸ ῥεῖθρον εἰσερευγόμενος, ἀντικρὺ τῆς νήσου Ταπροβάνης. Οὗ παρὰ τὰς ὄχθας τοῦ ποταμοῦ εὑρίσκεται τὸ λεγόμενον Καρυόφυλλον, εἴτε καρπὸς, εἴτε δὲ καὶ ἄνθος τυγχάνει. Καὶ πεπιστεύκασιν οἱ ἐκείνῃ, τῶν ἐκ τοῦ Παραδείσου τοῦτο δένδρον εἶναι. Καὶ γὰρ καὶ ἡ ὑπὲρ αὐτοὺς γῆ, ἔρημός τέ ἐστι δεινῶς ἅπασα καὶ ἀκαρποτάτη. Ἐκ δὲ τοῦ φέρειν τὸν ποταμὸν τὸ ἄνθος, ἐπίδηλον ἂν εἴη ὡς οὗτος ὁ ποταμὸς ὑπὸ γῆς ἅπας ῥεῖ (64), μηδαμόθι καταδυόμενος· οὐ γὰρ ἂν τὸ ἐκεῖθεν φυόμενον ἠδύνατο φέρειν. Ἔχει δέ τι καὶ ἄλλο σύμβολον τῆς παρὰ τὸν Παράδεισον γεηρᾶς ἐπιμιξίας· φασὶ γὰρ ὡς ἐάν τις τύχοι πυρετῷ λαύρῳ φλεγόμενος, εἰς τὸν ποταμὸν βαπτισάμενος, παραυτίκα τοῦ νοσήματος ἀπαλλάττεται. Ὁ δὲ Τίγρης καὶ Εὐφράτης, διότι καταδύουσι καὶ πάλιν ἀνίσχουσιν, οὐδὲν ἐκεῖθεν δύνανται κομίζειν ὡς ὁ Ὕφασις. Οὐδέ γε ὁ Νεῖλος· καὶ γὰρ καὶ τοῦτον ἐκεῖθεν ῥεῖν ἡ Μωσέως ἐπίπνοια λέγει, Γηὼν αὐτὸν ὀνομάζουσα· ὃν οἱ παρ' Ἕλλησιν Αἰγύπτιον ἐκάλουν. Οὗτος, ὡς ἔστι συμβαλεῖν, ἐξορμῶν τοῦ Παραδείσου, πρὶν ἐπὶ τὸ οἰκούμενον φθάσαι, καταδυόμενος, ἔπειτα τὴν Ἰνδικὴν θάλατταν ὑπελθὼν ἔτι, καὶ κύκλῳ γε αὐτὴν περιελιχθεὶς, ὡς εἰκάσαι (65), (τίς γὰρ ἀνθρώπων ἀκριβώσειε τοῦτο;) καὶ ὑπὸ πᾶσαν τὴν ἐν μέσῳ γῆν ἐνεχθεὶς μέχρι τῆς Ἐρυθρᾶς θαλάσσης, καὶ ταύτην ὑποδραμὼν, ἐπὶ θάτερον αὐτῆς ἐκδίδοται μέρος,

A tam aquarum quæ in ea feruntur vim ac multitudinem sustinendam; fluminibus vero liberum cursum perpetuo præbens dispositione solerti: locorum depressionibus ac declivitate a sublimioribus ad inferiora vergente, iter faciens impetui currentis undæ.

10. *Paradisi situs, ejusque fluvii.* — Paradisum ad æquinoctium orientis situm esse scribit Philostorgius, conjecturam capiens, primum ex eo quod cuncta fere loca ad meridiem sita constat esse habitabilia, usque ad Oceanum, quem deinde sol adurit, radios suos perpendiculo in eum immittens. Atque hæc est quæ media dicitur zona. Deinde ex eo quod fluvius qui nunc Hyphasis di-
B citur, in sacris autem libris Phison nominatur, ortus et ipse ex paradiso, ex arctois magis orientis partibus meridiem versus fluere videtur, et in Oceanum qui illic est aquas suas evolvere, ex adverso insulæ Taprobanæ. Ubi ad ripas fluvii invenitur Caryophyllum, sive is fructus, sive flos est. Creduntque incolæ ejus loci, hanc arborem unam esse ex iis quæ erant in paradiso. Etenim universa quæ supra illos est regio, admodum deserta, prorsusque infructuosa est. Ex eo vero quod fluvius iste florem gignit, manifestum fit eum supra terram totum fluere, neque uspiam sub terra cuniculos agere; alioqui florem illic natum perferre nullo modo posset. Porro hic fluvius aliud quoque indicium præfert terreni cum paradiso commercii; aiunt enim,
C si quis ardentissima febre correptus, in hoc fluvio mergatur, eum confestim morbo liberari. Tigris contra et Euphrates, propterea quod terram subeunt ac rursus emergunt, nihil inde deferre possunt perinde ac Hyphasis. Sed neque Nilus; nam hunc quoque ex paradiso fluere testantur Moysis oracula, quæ illum Gion appellant; Græci vero Ægyptium olim nominarunt. Hic, ut conjicere licet, ex paradiso erumpens, priusquam ad regionem habitabilem perveniat, terra absorptus, deinde Indicum mare subiens, et circa illud in orbem, ut credibile est, circumvolutus, (quis enim hominum id exacte cognoverit?) posthæc sub universa tellure
D quæ in medio est, usque ad Rubrum mare occultus

VALESII ANNOTATIONES.

raneis intellexit. Explicandus potius est versus ille juxta sententiam veterum, qui terram Oceano velut fundamento superstare crediderunt. Idem certe repetitur in psalmo CXXXV, 6.

(62) *Καὶ τὴν βάσιν αὐτοῖς κρατυνάμενος.* Etiam hoc loco scribendum est αὐτῆς. Quodsi vulgatam scripturam retinere voluerimus, vox αὐτοῖς referenda erit ad vocabulum κολπώμασι, quæ nihil aliud quam sinum seu gremium terræ significat.

(63) *Κατ' ἔτος ἐπ' αὐτῇ.* Assentior Lucæ Holstenio, qui ad latus sui codicis adnotavit scribendum esse καθέτως, id est, *perpendiculariter*.

(64) *Ὑπὸ γῆς ἅπας ῥεῖ.* Scribendum est procul dubio, ὑπὲρ γῆς, quemadmodum legitur apud Nicephorum. Idque ex sequentibus manifeste convincitur.

(65) *Ὡς εἰκάσαι.* Deesse videtur verbum. Quod suppleri potest hoc modo: ὡς ἔστιν εἰκάσαι.

VARIORUM.

(a) *Φεισών.* Acacius Cæsariensis in Catena Græcorum Patrum sic de quatuor fluminibus paradisi: Τὰ τῶν τεσσάρων ποταμῶν ὀνόματα καὶ τὰ μὲν Ἑβραίως οὕτω καλεῖται· ὁ μὲν πρῶτος Φεισὼν, ὁ δὲ δεύτερος Γεὼν, ὁ τρίτος Φαρὰθ, ὁ τέταρτος Ἐδεκέμ· παρὰ δὲ Ἕλλησι Γάγγης, Νεῖλος, Εὐφράτης Τίγρης.

fluens ac sub ipso etiam mari Rubro subterlapsus, ad alterum ejus latus erumpit, sub eo monte qui Lunæ vocatur. Ibi duos fontes maximos efficere dicitur, non modico intervallo a se invicem distantes, qui ex imo violenter in sublime prorumpunt. Hinc per Æthiopiam lapsus in Ægyptum fertur, per abruptos scopulos præcipitatus.

A ὑπὸ τὸ τῆς Σελήνης καλούμενον ὄρος. Ἐν ᾧ δύο πηγὰς λέγεται ποιεῖν μεγάλας, ἀλλήλων οὐκ ὀλίγον διεστηκυίας κάτωθεν βιαίως ἀναρυβδουμένας. Καὶ διὰ τῆς Αἰθιοπίας ἐνεχθεὶς ἐπὶ τὴν Αἴγυπτον χωρεῖ, διὰ πετρῶν ὑψηλοτάτων καταραττόμενος.

11. *Animalia orientalia.* — Ait universam regionem quæ ad solis ortum et circa meridiem sita est, quamvis immodico æstu torreatur, cuncta tamen quæ terra marique gignuntur, longe optima et maxima producere. Nam et balænas incredibilis magnitudinis eo in mari inesse, quæ sæpenumero per Oceanum illum navigantibus visæ sunt e pelago emergentes. Terra quoque illa maximos habet elephantos ac vastissimos. Eos item qui taurelephanti dicuntur : quod belluarum genus, cætera quidem bos est maximus, corio autem et colore cutis et magnitudine ferme elephas. Hoc enim animal ipse vidi, cum ad Romanos delatum esset : idque quod vidi scribo. Sunt præterea apud illos dracones, crassitudine quidem trabibus æquales ; longitudine vero ad quindecim usque orgyias protensi ; nam et horum pelles ad Romanorum ditionem perlatas vidi. Monoceros item animal apud eos nascitur, caput quidem draconis habens, nisi quod cornu flexuosum, non ita magnum ei innascitur ; mentum ejus integrum barba vestitur. Cervix longa in sublime protensa, ad draconis tractus similitudinem proxime accedens. Reliquum corpus cervi potius similitudinem refert : pedes vero leonis habet ; ejus effigiem Constantinopoli depictam licet cernere. Sed et camelopardalis in eadem regione nascitur. Quæ cætera quidem cervus est maximus ; proceritate vero cameli corpus videtur imitari ; collum quidem longissimum, nec reliqui corporis proportioni respondens, in sublime erectum gestat ; pellis autem tota a summo vertice usque ad imos pedes, varietate simillima est pardo ; pedes anteriores, posterioribus altiores habet. Est etiam apud illos ægopithecus, simiæ genus quoddam : plurima enim sunt genera simiarum. Nam et arcopitheci sunt et leontopitheci et cynocephali, aliis atque aliis animalium formis permiscente se simiarum figura. Idque apparet ex multis hujusmodi bestiis quæ ad nos comportantur : cujusmodi etiam est is qui pan vocatur, capite, vultu, et cornibus capram referens, ab ilibus deorsum versus caprinis cruribus insistens ; ventre

ια'. Ὅτι φησὶν ἅπαν τὸ πρὸς ἀνίσχοντα ἥλιον καὶ περὶ τὴν μεσημβρίαν κλίμα, καίτοι πέρα τοῦ μέτρου θαλπόμενον, ὅμως τὰ κράτιστα καὶ μέγιστα φέρειν τῶν ὅσα γῆ καὶ θάλαττα δυνατὴ τρέφειν. Τά τε γὰρ κήτη τὰ ὑπερμεγέθη ταύτῃ ἐνεῖναι τῇ θαλάττῃ· καὶ ἤδη ὤφθη πολλάκις ἐπιπολάσαντα τοῖς τὸν ὠκεανὸν ἐκεῖνον ναυτιλλομένοις. Ἥ τε γῆ τοὺς ἐλέφαντας ἔχει τοὺς μεγίστους καὶ ὑπερφυεστάτους. Καὶ δὴ καὶ B τοὺς ταυρελέφαντας λεγομένους· ὧν τὸ μὲν γένος τὰ μὲν ἄλλα πάντα βοῦς ἐστι μέγιστος· τὴν δὲ βύρσαν καὶ τὸ χρῶμα ἐλέφας καὶ σχεδὸν εἰπεῖν καὶ τὸ μέγεθος. Καὶ γὰρ εἰς Ῥωμαίους κομισθὲν τὸ ζῶον ἐθεασάμην· καὶ τὸ θέαμα γράφω. Ἀλλὰ καὶ δράκοντες ἐν τούτοις εἰσὶ, πάχος μὲν δοκῶν οὐκ ἐλάττους· τὸ δὲ μῆκος εἰς δεκαπέντε παρατεινόμενον ὀργυιάς (*a*)· καὶ γὰρ καὶ τούτων τὰς δορὰς εἰς Ῥωμαίους ἀποκομισθείσας εἶδον. Ὅ τε μονόκερως τὸ ζῶον παρ' αὐτοῖς ἐστι, τὴν μὲν κεφαλὴν δράκοντος φέρων, κέρας δὲ σκολιὸν αὐτῷ πέφυκεν, οὔτι σφόδρα μέγα· ὁ δὲ ἀνθερεὼν αὐτῷ πώγωνος ὑποπίμπλατι ἅπας. Μακρὸς δὲ ὁ τράχηλος εἰς ὕψος ἀνατεινόμενος, ὁλκῷ δράκοντος ἐγγύτατα παραπλήσιος. Τὸ δὲ ἄλλο σῶμα ἐλάφῳ προσέοικε μᾶλλον· τοὺς δὲ πόδας λέοντος ἔχει· καὶ C ἔστι γε αὐτοῦ τὸ ἐκτύπωμα ὁρᾷν ἐν Κωνσταντίνου πόλει. Καὶ δὴ καὶ ἡ καμηλοπάρδαλις τῆς ἐκείνης γέννημα χώρας. Ἥ τὰ μὲν ἄλλα ἔλαφός ἐστι μεγίστη· καμήλου δὲ ὕψος ἐνέδωκε τὸ σῶμα μιμεῖσθαι· τὸν μέντοι αὐχένα μήκιστον, καὶ ὑπὲρ τὴν ἀναλογίαν τοῦ λοιποῦ σώματος φέρει εἰς ὕψος ἀνορθούμενον· ἀλλὰ καὶ τὴν δορὰν ἅπασαν ἀπὸ κεφαλῆς ἄκρας ἕως ἐσχάτων ποδῶν παρδάλει μάλιστα τὴν ποικιλίαν (66) προσφερεστάτην ἔχει· καὶ τοὺς ἔμπροσθεν πόδας ὑψηλοτάτους τῶν ὀπίσω. Παρ' αὐτοῖς δέ ἐστι καὶ ὁ λεγόμενος αἰγοπίθηκος, πίθηκός τις ὤν· μυρία γάρ ἐστι γένη πιθήκων. Ἀρκοπίθηκοι γάρ εἰσιν ἐν αὐτοῖς, καὶ λεοντοπίθηκοι, καὶ κυνοκέφαλοι· καὶ ἄλλαις πολλῶν ζώων εἰδέαις (67) τῆς πιθηκείας μορφῆς ἐπιμιγνυμένης. Καὶ δῆλον ταῦτά ἐστι, πολλῶν D εἰς ἡμᾶς κομιζομένων· οἷος δὴ καὶ ὁ πὰν ἐπικληθεὶς ὑπάρχει, ὃς τὴν κεφαλὴν αἰγοπρόσωπός ἐστι καὶ αἰγόκερως, καὶ ἐκ λαγόνων τὰ κάτω αἰγοσκελὴς, τὴν δὲ κοιλίαν καὶ τὸ στέρνον καὶ τὰς χεῖρας

VALESII ANNOTATIONES

(66) *Τὴν ποικιλίαν.* Mallem scribere τῇ ποικιλίᾳ. Paulo post etiam ὑψηλοτέρους lego pro ὑψηλοτάτους.

(67) *Καὶ ἄλλαις πολλῶν ζώων εἰδέαις.* Non dubito quin scribendum sit, ἄλλαις καὶ ἄλλαις πολλῶν ζώων εἰδέαις. Id enim longe elegantius.

VARIORUM.

(*a*) *Ὀργυιάς.* Orgyia mensuræ genus est, sex continens pedes : ulnam Latini appellant. Pollux exponit spatium quantum protensa hominis utrinque brachia, ab altero summo medio digito ad alterum trajecta per pectus longitudine patent. Et sic fere scholiastes *in Oppianum :* Ὀργυιά, ἀπὸ τοῦ ὀρούω τὸ ὁρμῶ, καὶ τοῦ γυῖον ἡ χείρ· ἡ τῶν χειρῶν ἔκτασις καὶ ὄρεξις.

καθαρὸς πίθηκος. Ὃν καὶ ὁ τῶν Ἰνδῶν βασιλεὺς Κωνσταντίῳ ἀπεστάλκει. Τοῦτο δὲ τὸ ζῶον ἔζη μὲν φερόμενον ἄχρι τινὸς, ἔν τινι πλέγματι διὰ τὸ θηριῶδες εἰργμένον. Ἐπεὶ δὲ ἀπέθανε, ταριχεύσαντες αὐτὸ οἱ κομίζοντες, θεάματος παρασχεῖν ἀσυνήθους εἰκόνα, μέχρι τῆς Κωνσταντίνου διεσώσαντο πόλεως. Καί μοι δοκοῦσι τὸ ζῶον τοῦτο Ἕλληνες πάλαι ἰδεῖν, καὶ ἐκπλαγέντες τῷ ξένῳ τῆς θέας, θεὸν σφίσιν νομίσαι, εἰθισμένον αὐτοῖς τὰ παράδοξα θεοποιεῖν, ὥσπερ καὶ τὸν σάτυρον· ἔστι δὲ καὶ τοῦτο πίθηκος, ἐρυθρὸς τὸ πρόσωπον, καὶ γοργὸς τὴν κίνησιν, καὶ οὐρὰν ἔχων. Καὶ μὴν καὶ ἡ σφὶγξ γένος ἐστὶ πιθήκων· αὐτὸ γὰρ θεασάμενος γράφω. Ἧς τὸ μὲν ἄλλο σῶμα λάσιόν ἐστι ὡς τοῖς λοιποῖς πιθήκοις· τὸ δὲ στέρνον ἄχρι γε αὐτοῦ τοῦ τραχήλου ἐψίλωται· μαζοὺς δὲ γυναικὸς ἔχει, ἐρυθροῦ τινος βραχέος κεχροιδοῦς ἐπαναστήματος ἅπαν ἐν κύκλῳ τὸ γεγυμνωμένον τοῦ σώματος περιθέοντος, καὶ εἰς πολλὴν τινα εὐπρέπειαν ἀνθρωποφανεῖ ὄντι τῷ ἐν μέσῳ χρώματι, συναρμοζομένου· τότε πρόσωπον ἐνεστρογγύλωται μᾶλλον, καὶ εἰς γυναικείαν ἕλκει μορφήν· ἥ τε φωνὴ ἐπιεικῶς ἀνθρωπεία· πλὴν ὅσον οὐκ εἰς ἄρθρα διαιρουμένη, ἀλλά τινι ταχέως, καὶ οἷον μετά τινος ὀργῆς τε καὶ ἀχθηδόνος ἄσημα ὑποφθεγγομένῃ προσοικεῖα (68). Βαρυτέρα τε μᾶλλόν ἐστιν ὀξυνομένη. Ἄγριόν τέ ἐστι δεινῶς τὸ θηρίον καὶ πανουργότατον, καὶ οὐδὲ ῥᾳδίως τιθασσευόμενον. Ταύτης εἰς Θήβας μοι δοκῶ τὰς Βοιωτίας πάλαι κομισθείσης, καί τισιν ἴσως τῶν ἐπὶ θέᾳ συνερρυηκότων ἐφαλλομένης, καὶ τοῖς προσώποις λυμηναμένης, δεινὸν ποιησάμενος ὁ Οἰδίπους τὰς τῶν ὁμοφύλων λώβας, καταφονεῦσαι τὸ ζῶον, καὶ ὄνομα λαμπρὸν ἐκεῖθεν λαβεῖν. Καὶ αὐτὸν ὁ μῦθος εἰς ἀνδρείαν κοσμῶν, ὑπόπτερον μὲν τὸ θηρίον ἀναπλάττει, διὰ τὸ ὀξέως ἐπιπηδᾶν· στέρνον δὲ γυναικὸς ἐφαρμόττει, καὶ τὸ σῶμα λέοντος· γυναικὸς μὲν, διὰ τὸ πρόχειρον τῆς γυμνώσεως, καὶ πρὸς τὸ γυναικεῖον εἶδος ὁμοιώσεως· λέοντος δὲ, διὰ τὸ θηριῶδες, καὶ ὅτι κατὰ τὸ πλεῖστον τοῖς τέτταρσι τυγχάνει ποσὶν ἐρειδόμενον. Λόγου δὲ τὸ θηρίον μετέδωκε τὸ πλάσμα, διὰ τὸ τῆς φωνῆς ἀνθρωποειδές· αἰνιγματώδους δὲ, διὰ τὸ ἄσημα φθέγγεσθαι. Καὶ θαυμαστὸν οὐδέν· πολλὰ γὰρ καὶ ἄλλα σύνηθες τοῖς Ἕλλησι πρὸς τὸ μυθῶδες διαπλάττειν. Καὶ αὐτὴ δὲ χώρα καὶ ὄνους ἀγρίους μεγίστους τε τῷ μεγέθει φέρει, καὶ τὴν ὀρὰν κατὰ τὸ ξενίζον πεποικιλμένους, λευκοῦ σφίσι καὶ μέλανος χρώματος οὐ κατὰ μικρὸν συμποικιλλομένου, ἀλλὰ ζῶναί τινές εἰσιν ἀπὸ τῆς ῥάχεως ἐπὶ τὰς πλευρὰς καὶ τὴν κοιλίαν καθήκουσαι· καὶ ἐνταῦθα ἐπισχιζόμεναι, καὶ κατά τινας περιφερείας ἀλλήλαις ἐνελιττόμεναι, θαυμαστήν τινα καὶ ξένην ἀπεργάζονται πλοκὴν καὶ ποικιλίαν. Ἀλλά γε δὴ καὶ ὁ φοῖνιξ, τὸ πολυθρύλλητον πτηνὸν, παρ' αὐτοῖς τυγχάνει γινόμενος. Καὶ μὲν δὴ

A vero et pectore ac manibus, merus simius. Hoc animal rex Indorum dono misit ad imperatorem Constantium. Vixit autem aliquandiu, cum in cavea quadam inclusum ob ferocitatem ferretur. Postquam autem mortuum est, hi qui illud afferebant, sale condierunt, insoliti spectaculi ostentandi causa, et Constantinopolim usque integrum servarunt. Ac mihi quidem videntur Græci istud animal olim vidisse, et spectaculi novitate obstupefacti, deum sibi finxisse, cum solemne eis esset, ex rebus stupendis atque admirandis deos facere, quemadmodum etiam fecerunt in satyro; nam et hic simius est, facie ruber, motu concitus, et caudam habens. Sed et sphinx simiæ genus est; id enim testor quod ipse vidi. Cujus reliquum quidem corpus hir-
B sutum est, sicut cæteris simiis; pectus vero ad cervicem usque glabrum est; mammas vero habet mulieris, totumque corpus qua nudum est, rubra quædam milii speciem referens eminentia, in orbem circuit, et humano colori cutis quæ in medio est, plurimum gratiæ et decoris affert. Facies fere rotunda est, et ad muliebrem formam accedit; vox humanæ ferme similis, nisi quod minime est articulata, sed velut mulieris cujusdam, celeriter et cum ira ac dolore quodam verba minime distincta proferentis. Gravis porro est magis quam acuta. Cæterum hoc animal ferum admodum est et vafrum, nec facile mansuescit. Quod cum Thebas urbem Bœotiæ olim deportatum fuisset, et in quos-
C dam eorum qui ad spectaculum ejus confluxerant, insiluisset, vultusque eorum lacerasset, Œdipus civium suorum mutilationes moleste ferens, bestiam interfecit: atque ex ea re, ut mihi quidem videtur, maximam gloriam est consecutus. Cæterum fabula, ut fortitudinis laudem conciliet Œdipo, ipsum quidem animal alatum finxit, propterea quod velociter insiliret; eidem vero pectus mulieris et corpus leonis aptavit. Illud quidem ob expositam nuditatem, et ob muliebris formæ similitudinem: hoc vero propter feritatem, et quod ut plurimum quatuor pedibus insisteret. Rationis quoque particeps illud fabulæ finxere, ob similitudinem vocis humanæ; ænigmata vero ab eodem proponi dixerunt, eo quod ignotas voces ac minime distinctas ederet.
D Neque vero id magnopere mirandum est, cum Græci multa quoque alia in fabulas soleant detorquere. Cæterum eadem regio fert etiam asinos agrestes, statura maximos, et pelle mirum in modum variegata, albo ac nigro colore sibi invicem valde permisto: quippe zonas quasdam habent, a spina dorsi ad latera et ad ventrem usque demissas, ibique divisas, quæ per circulos quosdam sibi invicem innexæ, mirabilem quamdam texturam efficiunt ac varietatem. Phœnix item, avis multorum

VALESII ANNOTATIONES

(68) Ὑποφθεγγομένης προσεικυῖα. Scribendum puto ὑποφθεγγομένῃ. Refertur enim ad vocem quæ præcessit, τινί scilicet. Mox legendum existimo Βαρυτέρα τε μᾶλλόν ἐστιν ἢ ὀξυνομένη, addito vocabulo ἤ id est, *Vox sphingis gravis magis est quam acuta.*

sermone celebrata, apud eos nascitur. Psittacum quoque inde allatum vidi, quod genus avis est loquacissimum, et ad vocis humanæ similitudinem proxime accedens; variegatas præterea ac punctis distinctas aves, quas vulgo garamantidas vocant, nomine eis indito ex gente, ex qua plurimæ ad nos deportantur. Alia denique complura animalia citra controversiam eximia ibi proveniunt, quorum multitudinem recensere præsens narratio reformidat. Sed et aurum purissimum illic gignitur, aureis quasi fibris sponte ex ea terra surgentibus, aliisque super alias jacentibus, et auri illius productionem apertam ac manifestam præbentibus. Quin et fructus apud illos pulcherrimi sunt et maximi, ex quibus notissimæ sunt nuces. Universa denique Homeritarum regio usque ad Rubrum mare, duplicem quotannis fructuum proventum reddit. Unde etiam Arabia felix cognominata est; sed et generaliter, omnis ea regio quæ ad orientem solem vergit, reliquis regionibus omni ex parte multum præstat. Paradisus vero, cum totius Orientis præstantissimus ac purissimus sit tractus, et cœlum habeat nitidissimum ac pulcherrimum, aquis denique limpidissimis irrigetur, procul dubio totius terrarum orbis cunctis in rebus longe præstantissimus est locus, qui ad solis ortum Oceani fluctibus alluitur.

καὶ τὴν σιτάκην ἐκεῖθεν ἴσμεν κομιζομένην, ὃ τῶν ὀρνέων ἐστὶ λαλίστατον, καὶ τῆς ἀνθρωπίνης γλώττης μιμητικώτατον· καὶ τοὺς ποικίλους δὲ καὶ καταστιγεῖς ὄρνεις, οὓς γαράμαντας ἐπικαλοῦσί τινες, ἀπὸ τοῦ ἔθνους οὗ μάλιστα πλεῖστοι κομίζονται, τὴν ἐπωνυμίαν θέμενοι. Καὶ ἄλλα δὲ πλεῖστα διαφανῶς ὑπερφυέστατα φύεται, ὧν τὸ πλῆθος ἡ διήγησις ὑποστέλλεται. Ἀλλὰ καὶ ὁ χρυσὸς ἐνταῦθα γεννᾶται καθαρώτατος, χρυσιτίδων οἱονεὶ τριχῶν αὐτοφυῶν τῆς ἐκείνης γῆς ἀναδιδομένων, καὶ ἐπ' ἀλλήλοις κειμένων, καὶ ἐπίδηλον αὐτοῦ τὴν γένεσιν παρεχομένων. Καὶ καρποὶ δὲ κάλλιστοί τε καὶ μέγιστοι, ὧν γνώριμα καὶ τὰ κάρυα. Ἀλλὰ μὴν καὶ τὸ ἐπὶ τοῖς Ὁμηρίταις κλίμα πᾶν μέχρι τῆς Ἐρυθρᾶς θαλάσσης δὶς τοῦ ἐνιαυτοῦ ἀναδίδωσι τοὺς καρπούς. Ἐξ οὗ καὶ τὴν χώραν Ἀραβίαν εὐδαίμονα προσηγόρευσαν· καὶ ὅλως ἡ πρὸς ἀνίσχοντα ἥλιον ἅπασα γῆ μακρῷ τῆς ἄλλης ἐν πᾶσι διαφέρει. Ὁ δὲ Παράδεισος, ἁπάσης τῆς ἑῴας τὸ κράτιστόν τε καὶ καθαρώτατον ὑπάρχων, καὶ τοὺς ἀέρας ἀκραιφνεστάτους καὶ καλλίστους ἔχων, καὶ τοῖς διαφανεστάτοις ὕδασι καταρδόμενος, δῆλον ὡς ἀπαραβλήτῳ ὑπεροχῇ τῆς ὑφ' ἡλίῳ πάσης ἐν πάσῃ τὸ κρεῖττον φέρει· τῆς ἔξωθεν θαλάσσης κατ' ἀνίσχοντα τὸν ἥλιον αὐτῷ παρακλυζομένης.

12. *Athanasius Constantis gratia restitutus.* — Ait Philostorgius Athanasium, cum ad occidentalium partium imperatorem venisset, ejusque palatii proceres, ac præcipue Eustathium comitem rerum privatarum, qui auctoritate plurimum valebat apud principem, donis ac muneribus sibi conciliasset, litteras a Constante ad Constantium attulisse, quarum hæc erant verba: Athanasius ad nos veniens, episcopatum Alexandriæ ad ipsum pertinere manifestis probationibus ostendit. Quare illum per te consequatur, aut certe meis armis eumdem recuperabit. Porro his litteris acceptis, ait Constantium episcopos convocasse, ut una cum illis quid facto opus esset deliberaret; eos vero id consilium dedisse Constantio, satius esse ut Alexandria Athanasii jugo minime liberaretur, quam ut bellum adversus fratrem susciperet. Constantium itaque permisisse Athanasio, ut episcopatum reciperet, Georgium vero per epistolam ad se evocasse. Ac Georgius quidem in Cappadociam, ex qua oriundus erat, reversus est, ibique degens privata negotia administravit. Athanasius vero, majore deinceps

ιβ'. Ὅτι, φησὶν, Ἀθανάσιος πρὸς τὸν ἑσπέριον ἀφικόμενος βασιλέα, καὶ δώροις τοὺς αὐτῷ παραδυναστεύοντας ὑπαγαγὼν ἀφθονίᾳ, μάλιστα δὲ Εὐστάθιον, ὃς κόμης ἦν τῶν λεγομένων πριουάτων, καὶ τῷ βασιλεῖ πιθανώτατος, ἐπιστολὴν πρὸς Κωνστάντιον (a) κομίζεται, λέγουσαν ὧδε· Ἀθανάσιος ἥκειν ὡς ἡμᾶς, ἑαυτῷ προσήκειν τὴν ἐπισκοπὴν τῆς Ἀλεξανδρείας ἀποδεικνύς. Τυγχανέτω τοίνυν διὰ σοῦ ταύτης, ἐπεὶ τοῖς ἐμοῖς γε αὐτὴν ἀνακτήσεται ὅπλοις. Δεξάμενον δὲ τὴν ἐπιστολὴν τὸν Κωνστάντιον, καὶ τοὺς ἐπισκόπους ἐπὶ κοινωνίᾳ βουλῆς συγκαλέσαντα, γνώμην παρ' αὐτῶν λαβεῖν, ἄμεινον εἶναι μὴ πόλεμον ἀναῤῥῆξαι τῷ ἀδελφῷ, ἢ τῆς Ἀθανασίου βαρύτητος τὴν Ἀλεξάνδρειαν ἀπαλλάξαι. Διὸ καὶ ἐφιέναι αὐτῷ τὴν ἐπισκοπὴν (69) ἀναλαβεῖν, καὶ τὸν Γεώργιον μετ' ἐπιστολῆς εἰς ἑαυτὸν μεταπέμψασθαι. Ἀλλ' ὁ μὲν εἰς τὴν ἑαυτοῦ πατρίδα τὴν Καππαδοκίαν ἀφίκετο, κἀκεῖ διῆγε τὰ καθ' ἑαυτὸν ἐπισκοπούμενος. Ὁ δὲ Ἀθανάσιος, μετὰ μείζονος ἤδη φρονήματος διιὼν τὰς πόλεις, καθ' οὓς γίνοιτο τῶν ἐπισκόπων, λόγοις αὐτοὺς ἐξεκαλεῖτο πρὸς τὸ ὁμοούσιον· καὶ τοὺς μὲν ἄλλους μὴ προσδέχεσθαι (70). Ἀέτιον δὲ τὸν ἔφορον

VALESII ANNOTATIONES.

(69) *Ἐνιέναι αὐτῷ τὴν ἐπισκοπήν.* Hunc locum emendavi ex codice Samuelis Bocharti, in quo diserte scriptum habetur ἐφιέναι, optime.

(70) *Καὶ τοὺς μὲν ἄλλους μὴ προσδέχεσθαι.* Hunc locum non intellexit Gothofredus, sicut ex versione et notis ejus apparet. Putavit enim Philostorgium id dicere, Athanasium, dum per Palæstinam transiret, cunctos episcopos ad consubstantialitatem adegisse, quanquam olim Ariana labe infectum, docet Jacobus Gothofredus, dissert. p. 144. De Maximo Hierosol. ep., quomodo se gessit versus Athanasium, vid. Socr. lib. II, cap. 24, not. c.

VARIORUM.

(a) *Ἐπιστολὴν πρὸς Κωνστάντιον.* De Constantis ad fratrem Constantium minacibus litteris vid. Socr. lib. II, cap. 22, 23; Soz. lib. III, cap. 20. De Aetio quod hic dicit Philostorgius, procul dubio calumniosum esse, eumque hoc tempore orthodoxum

τῆς Παλαιστίνης ἐπὶ πορνείᾳ καταγγελλόμενον, καὶ βουληθέντα τῇ πρὸς Ἀθανάσιον ἐπιχωρήσει τὸ αἶσχος ἐπικαλύψασθαι, πρὸς τὴν ἐκείνου δόξαν αὐτομολῆσαι· δοῦναι δ' οὖν ὅμως (71) ὀξύτατα τὴν δίκην, τοῦ αἰδοίου διασαπέντος καὶ σκώληκας βρύσαντος, καὶ οὕτω τοῦ ζῆν ἐλαθέντα. Ἀλλὰ καὶ Μάξιμον τῶν Ἱεροσολύμων ἐπίσκοπον, πρὸς τὴν Ἀθανασίου δόξαν ἀποκλίναι, καίπερ ὁ κατὰ Μαξιμιανὸν διωγμὸς (72) μάρτυρα τοῦτον ἐδείκνυ, καὶ τὸν ἕτερον τῶν ὀφθαλμῶν ὑπὲρ τῆς εὐσεβείας φέροντα διορωρυγμένον. Καὶ πολλοὺς ἄλλους μετὰ μικρὸν εἰς τὴν ἑαυτοῦ δόξαν τὸν Ἀθανάσιον ὑποσύρασθαι.

A confidentia per urbes transiens, singulos episcopos ad quos accesserat, ad consubstantialis fidem sermonibus suis excitabat, et alios quidem episcopos verbis Athanasii non obtemperasse scribit; Aetium vero episcopum Palæstinæ, qui fornicationis reus delatus fuerat, cum per communionem Athanasii id probrum occultare vellet, ad ejus sententiam se transtulisse; eumdem tamen brevi pœnas dedisse, tabefactis genitalibus, ac vermibus scaturientem, atque ita ex hac luce sublatum. Maximum quoque Hierosolymorum episcopum ad sententiam Athanasii declinasse scribit, tametsi hic, in persecutione Maximiani, confessionis gloria illustris fuisset, et alterum oculum effossum haberet. Addit præterea Athanasium paulatim multos alios ad opinionem suam pertraxisse.

ιγ'. Ὅτι φησὶ τὸν Ἀντιοχείας Φλαβιανὸν, πλῆθος μοναχῶν συναγείραντα, πρῶτον ἀναβοῆσαι· *Δόξα Πατρὶ καὶ Υἱῷ καὶ ἁγίῳ Πνεύματι.* Τῶν γὰρ πρὸ αὐτοῦ, τοὺς μὲν, *Δόξα Πατρὶ δι' Υἱοῦ ἐν ἁγίῳ Πνεύματι* λέγειν, καὶ ταύτην μᾶλλον τὴν ἐκφώνησιν ἐπιπολάζειν· τοὺς δὲ, *Δόξα Πατρὶ ἐν Υἱῷ καὶ ἁγίῳ Πνεύματι.*

B 13. *Flaviani doxologia.* — Ait Flavianum Antiochenum, collecta monachorum multitudine, primum omnium acclamasse : *Gloria Patri, et Filio, et Spiritui sancto* (76). Nam ex iis qui ætate illum antecesserant, alios quidem dixisse : *Gloria Patri per Filium in sancto Spiritu*, atque hanc acclamationem usu magis receptam esse; alios vero dicere solitos : *Gloria Patri in Filio et Spiritu sancto.*

ιδ'. Ὅτι, φησὶν, εἰ καὶ διεφέροντο κατὰ τὰς δόξας τοῖς τὸ ὁμοούσιον πρεσβεύουσιν οἱ ἐξ Ἀρείου, ὅμως καὶ εὐχῶν, καὶ ὕμνων, καὶ βουλευμάτων, καὶ τῶν ἄλλων σχεδὸν ἁπάντων, πλὴν τῆς μυστικῆς ἐκοινώνουν θυσίας. Ἐπιγενομένου δὲ τοῦ Ἀετίου, καὶ τῆς ἐν τούτοις διαστάσεως ἅρξαντος, τὴν ὁμόδοξον συναγωγὴν (73), πάντας δεσμοὺς καὶ φιλίας καὶ συνηθείας, οἷς τοῖς ἑτεροδόξοις συνήπτοντο, διαρρήξαντας, εἰς ἀντίπαλον τούτοις μάλιστα παρασκευάσαι καταστῆσαι τὴν μοῖραν.

14. *Ariani a Catholicis penitus recedunt.* — Ait Arianos, quamvis in fidei doctrina dissentirent ab iis qui consubstantialem Filium prædicabant, in precationibus tamen atque hymnis et consultationibus, aliisque fere omnibus, præterquam in mystico sacrificio, cum iisdem communicasse. Postquam vero advenit Aetius, et dissensionis circa hæc quoque auctor fuit, persuasit cœtui eorum qui idem cum ipso sentiebant, ut, ruptis omnibus amicitiæ et consuetudinis vinculis, quibus antea cum homousianis conjuncti erant, illis maxime adversam factionem constituerent.

C

ιε'. Ὅτι πατρὶς Ἀετίῳ ἡ ἐν κοίλῃ γέγονε Συρίᾳ (74)· τοῦ δὲ πατρὸς αὐτοῦ τῶν ἐν στρατείᾳ δυσπραγέστερον ἐνηνεγμένων (75). Καὶ τὸν βίον ἐν

15. *Aetius hæreticus.* — Ait Aetium ortum fuisse ex Cœle-Syria; pater vero ejus, cum in præsidiali officio militasset, male rem gessit. Cumque in ejus-

VALESII ANNOTATIONES.

stantialis fidem prædicationibus suis traduxisse. Atqui contrarium dicit Philostorgius : Athanasium scilicet cunctos Palæstinæ episcopos ad quos accesserat, hortatum esse, ut consubstantialis fidem amplecterentur, sed nullum monitis ejus obtemperasse præter Aetium. Et hæc quidem falsa esse testatur synodus episcoporum Palæstinæ, quæ eo tempore a Maximo Hierosolymorum episcopo collecta est, ut scribit Athanasius in *Apologetico.*

(71) *Δοῦναι δοκεῖν ὅμως.* Hunc locum præclare restitui ex ms. codice Samuelis Bocharti, in quo diserte ita scribitur, δοῦναι δ' οὖν ὅμως ὀξυτάτην δίκην, etc. Porro interpres suam Græcæ linguæ imperitiam in hoc præcipue loco patefecit, dum Aetium ob adulterii crimen in crucem sublatum, fractis cruribus interiisse censet. Mox pro σκώληκας βρύσαντα, in Bocharti codice ms. scriptum inveni βρύσαντος, quod magis probo.

(72) *Ὁ κατὰ Μαξιμιανὸν διωγμός.* Maximianum pro Maximino posuit Philostorgius.

(73) *Τὴν ὁμόδοξον συναγωγήν.* Non assentior Gothofredo, qui τὴν ὁμόδοξον συναγωγήν, *orthodoxos* sive *homoousianos* esse credidit. Rectius Lucas Holstenius hæc verba de Arianis intellexit, quibus auctor fuit Aetius, ut ruptis omnibus amicitiæ et concordiæ vinculis, quibus hactenus juncti fuerant cum orthodoxis, peculiarem ac propriam factionem constituerent. Certe Holstenius ad oram sui codicis hunc locum ita interpretatur : *In eadem fide consentienti sibi conventui, ruptis omnibus, quibus cum aliter sentientibus conjungebantur, amicitiæ et consuetudinis vinculis, contrariam hisce factionem ut constitueret, auctor fuit.*

D (74) *Ἡ ἐν κοίλῃ γέγονε Συρίᾳ.* Articulus ἡ satis indicat nomen civitatis hic desiderari, ex qua oriundus erat Aetius. Certe Suidas in voce Ἀέτιος, Philostorgii locum hunc describens, Antiochiam Aetio patriam assignat : Niceph. vero in lib. IX, hunc Philostorgii locum ita expressit : πατρὶς δὲ αὐτῷ ἡ κοίλη Συρία ἦν. Quem secutus Gothofredus hæc Philostorgii verba ita interpretatus est : *Ait Aetio patriam fuisse Cœlen Syriam.* Verum hæc locutio impropria est; patria enim cujusque dicitur, non provincia ex qua oriundus est, sed civitas aut vicus ejus provinciæ. Observavi tamen patriam vocari solere a Philostorgio provinciam, ex qua quis ortus est. Sic in cap. 8, lib. IV, Philostorgii, et in cap. 3, lib. VI.

(75) *Τῶν ἐν στρατείᾳ δυσπραγέστερον ἐνηνεγμένων.* Rectius apud Suidam hic locus refertur hoc modo : ὁ δὲ πατὴρ αὐτῷ τῶν ἐν στρατιᾷ δυσπραγέστερον

(76) Theodorit. lib. II, c. 24.

modi statu mortuus esset, is qui tunc rector erat provinciæ, facultates ejus fisco addixit. Ita Aetius adhuc admodum adolescens una cum matre ad summam egestatem redactus est : qua de causa aurificinam exercere aggressus est, quo tum sibi, tum matri victum compararet. Cumque hanc artem satis diu exercuisset, ob indolis præstantiam ad philosophicas disciplinas animum applicuit. Ac primum quidem auditor fuit Paulini, qui ex episcopatu Tyri ad sedem Antiochenam translatus fuerat. Postea vero cum mater ipsius extremum diem obiisset, cujus potissimum causa aurificinæ artem excolebat, totum se deinceps Aetius ad logicæ studia convertit, ac brevi in disputando plerisque superior visus est : ex quo etiam non mediocris invidia adversus illum exarsit. Verum Paulino quidem superstite, vires suas compressit invidia. Ubi vero Paulinus post sextum episcopatus sui mensem

A τούτοις ἀπολιπόντος, τὴν μὲν οὐσίαν τὸν τηνικάδε ἄρχοντά φησι δημοσιεῦσαι (77). Νέον δὲ τὸν Ἀέτιον ὄντα εἰς ἔσχατον σὺν τῇ μητρὶ πενίας ἐλάσαι· καὶ διὰ τοῦτο ἐπὶ τὸ χρυσοχοεῖν ὁρμῆσαι, ὡς ἂν ἀμωσγέπως αὐτός τε καὶ ἡ γεννησαμένη διαβιῷ· Ἀποχρώντως δὲ τῇ τέχνῃ κεχρημένον, διὰ ῥώμην φύσεως ἐπὶ τὰς λογικὰς ἐπιστραφῆναι μαθήσεις. Καὶ Παυλίνου μὲν (78) ἀκροάσασθαι πρότερον, ὃς ἐκ τῆς ἐφορείας Τύρου εἰς τὴν τῆς Ἀντιοχείας μετέστη. Τῆς δὲ μητρὸς τὸν βίον λειπούσης, δι' ἣν μᾶλλον καὶ ἡ ποικίλαις εἰδέαις τὸν χρυσὸν ἐπιμορφοῦσα τέχνη μετεχειρίζετο τῷ Ἀετίῳ, ἐκεῖθεν αὐτὸν ὅλον εἰς τὴν τῶν λογικῶν μαθημάτων μετατάξασθαι θεωρίαν· καὶ θᾶττον ἐπὶ λόγων ἀμίλλαις (79) τῶν πλειόνων ὁρᾶσθαι κρατοῦντα· καὶ φθόνον ἐκ τούτου οὐ μικρὸν

B ἀνάπτειν. Ἀλλὰ μέχρι μὲν ὁ Παυλῖνος ἔζη, τὴν ἰσχὺν ὁ φθόνος παρῃρεῖτο. Ἐπεὶ δὲ ἐκεῖνος μετὰ μῆνας ἓξ ἀπεβίω, ἀντ' αὐτοῦ δὲ Εὐλάλιος (80) τὸν θρό-

VALESII ANNOTATIONES.

πραγέστερον ἐνειλεγμένων γενόμενος ἐτεθνήκει. Ac primum quidem ἐν στρατιᾷ libentius lego cum Suida, quam ἐν στρατείᾳ, ut habent nostri codices. Neque enim pater Aetii armatam militiam secutus est. Sed officialis fuit, sive apparitor præsidis provinciæ : quæ militia cohortalis dicebatur; eratque longe vilior castrensi militia. Στρατιάν certe pro officio et apparitione sumi, jampridem observavi in Annotationibus ad Ammianum Marcellinum. Porro patrem Aetii non militem fuisse, sed officialem præsidis, hinc conjicere licet. Primo, quia Philostorgius subdit bona ejus fisco addicta esse a præside provinciæ : quod procul dubio factum nunquam esset, si pater ille Aetii armatam militiam secutus fuisset. Milites enim in alio foro judicabantur, in foro scilicet judicum militarium. Præterea Suidas ex Philostorgio diserte scribit, parentes Aetii fuisse viles ac pauperes : quod utique non diceret, si Aetius militari genere ortus fuisset. Ἐνειλεγμένων quoque, quomodo legitur apud Suidam, libentius amplector, quam ἐνηνεγμένων, vel ἐπηνεγμένων, ut legitur in codice Bocharti. Dicitur autem ἐνειλεγμένων pro ἐγκατειλεγμένων.

(77) *Δημοσιεῦσαι.* In ms. codice Bocharti, et apud Nicephorum in libro nono scriptum inveni δημοσιῶσαι, quod rectius mihi videtur. Alii dicerent δημεῦσαι.

(78) *Καὶ Παυλίνου μέν.* De hoc Paulino, qui ab episcopatu Tyri ad Antiochenam sedem (*a*) translatus est, vide quæ notavi in Annotationibus ad librum decimum *Historiæ ecclesiasticæ* Eusebii. Gothofredus enim graviter hic lapsus est, qui Paulinum hunc anno Christi 324 mortuum esse existimavit. Ab hoc Paulino distinguendus est alter Paulinus, qui post mortem Philogonii Antiochensis episcopi, paulo ante synodum Nicænam, eamdem Ecclesiam rexit : de quo multa observavi in Annotationibus ad Sozomenum, pag. 107, not. 1. Hujus Paulini præter Hieronymum meminit Nicephorus patriarcha in *Chronogr.*, Zonaras in tom. II *Ann.*, et Nicetas in *Thesauro orthodoxæ fidei* : qui tamen eum cum Paulino Tyriorum episcopo, qui post Eustathium ad Antiochenam sedem translatus est, perperam confuderunt.

(79) *Ἐπὶ λόγων ἀμίλλαις.* In codice Samuelis Bocharti scriptum erat ἀμίλλαις, sed per compendium. Quæ scriptura videtur etiam fuisse in codice Gothofredi; quam ille, utpote in Græcis exemplaribus legendis parum exercitatus, minime intellexit. Nicephorus quoque ita videtur legisse : sic enim hunc Philostorgii locum expressit : ἀμίλλας ἴστων.

C (80) *Ἀντ' αὐτοῦ δὲ Εὐλάλιος.* Hic locus Philostorgii integrior exstat apud Suidam in Ἀέτιος, hoc modo : Ἐπεὶ δὲ Παυλῖνος ἐτεθνήκει, Εὐλαλίου τρίτου καὶ εἰκοστοῦ ἀπὸ τῶν ἀποστόλων ἔχοντος τὸν θρόνον, etc. (*b*). In *Chron.* B. Hieronymi, et in *Chronographia* Nicephori patriarchæ, Eulalius XXV numeratur episcopus Antiochiæ post apostolos; qui tamen potius XXVI dicendus erat. Nam Paulinus Tyriorum episcopus, qui ab illis omissus est, inter Antiochenses episcopos quintum ac vicesimum locum obtinuit. Porro quod Philostorgius dicit, Eulalium vicesimum tertium fuisse post apostolos, id non ita intelligendum est, quasi omnes apostoli Antiochenam sedem obtinuerint; solus enim Petrus Antiochenam cathedram tenuit, ut inter omnes constat. Sed quod ab uno apostolo gestum est, id ab omnibus simul apostolis gestum esse dicitur, ob collegium et consortium apostolatus. Quemadmodum in edicto unius præfecti prætorio jubere dicebantur etiam cæteri, propter auctoritatem ejusdem

D potestatis, ut scribit auctor *Quæstionum Veteris et Novi Testamenti*, capite 97. Ecclesia itaque ab uno apostolo fundata, ab omnibus simul apostolis recte dicitur constituta. Certe Eusebius in libris *Historiæ ecclesiasticæ*, apostolicarum sedium successiones enumerans, episcopos illarum semper vocat apostolorum successores : verbi gratia, Alexandrinæ Ec-

VARIORUM.

(*a*) Valesii auctoritate motus in ea opinione aliquando fui, Paulinum e sede Tyriensi ad Antiochenam translatum fuisse. Verum re melius perpensa, etsi libens concedo Paulinum synodo Nicænæ aliquot annis superfuisse, Ecclesiæ tamen Antiochenæ præsedisse nego. Neque ulli veterum, unico excepto Philostorgio, id affirmant; nec ipsius Eusebii locus quem ex lib. I *cont. Marcell.*, cap. 4, pro se adducit Valesius (Euseb. *Hist.* lib. X, cap. 1, not. 1), rite intellectus id suadet; ex quo nil aliud exsculpi potest, quam Paulinum episcopatum Tyri tanta cum laude administrasse, ut Antiochensis Ecclesia in eo tanquam proprio bono (fuerat enim ejusdem Ecclesiæ presbyter) gloriari solita sit. Guil. Cave *in Eusebio*, vol. I, pag. 131.

(*b*) Vide Hieronymi locum a Valesio adductum in not. 1 ad Sozom., pag. 107, ubi Paulinus numeratur vicesimus secundus Antiochiæ episcopus, et Eulalius vicesimus quartus.

σον εἶχεν, εἰς τὴν αὐτοῦ δύναμιν ἐπανελθὼν ὁ φθόνος, κινεῖ τὸν Εὐλάλιον τῆς Ἀντιοχείας τὸν Ἀέτιον ἀπελάσαι. Ὁ δὲ, εἰς τὴν τῆς Κιλικίας Ἀναζαρβὸν ἀφικόμενος, τῇ τέχνῃ πάλιν πρὸς τὸ ζῆν ἀπεχρῆτο, οὐδὲ τῆς ἐν λόγοις ἀφιστάμενος πρὸς τοὺς ἐντυγχάνοντας ἀμίλλης. Γραμματικοῦ δέ τινος τὴν φύσιν αὐτοῦ ἀγαμένου, καὶ μεταδοῦναι τῆς τέχνης ὁρμημένου, ὁ Ἀέτιος παρ' αὐτὸν εἰσοικισθεὶς ἐθήτευεν, τὰς οἰκετικὰς αὐτῷ τελῶν λειτουργίας. Καὶ ὁ μὲν τὴν γραμματικὴν προθύμως αὐτὸν ἐδιδάξατο. Ὁ δὲ, τοῦ διδασκάλου δημοσίᾳ (81) ποτὲ καταστὰς εἰς ἔλεγχον, ὅτι μὴ τῶν θείων λογίων ὀρθὴν ἐποιεῖτο τὴν διήγησιν, καὶ πολλὴν αὐτοῦ τὴν ἐπ' ἀμαθείᾳ τοιούτων αἰσχύνην καταχεάμενος, ἀντιμισθίαν εὗρε τὴν ἀποχήρυξιν τῆς εὐεργετούσης αὐτὸν οἰκίας. Ἐκεῖθεν δὲ ἐλαθεὶς Ἀθανασίῳ συγγίνεται, ὃς τῶν μὲν Λουκιανοῦ τοῦ μάρτυρος ὁμιλητῶν εἷς ἐγεγόνει, τὴν Ἀναβαρζὸν διεσκόπει (82)· παρ' ᾧ τοὺς εὐαγγελιστὰς ἀναγνοὺς, καὶ τοῖς καθ' ἕκαστον αὐτὸν ἐπιστήσας, ἐπὶ τὴν Ταρσὸν παρὰ Ἀντώνιον ἀφικνεῖται. Τῶν Λουκιανοῦ δὲ καὶ οὗτος ἦν γνωρίμων. Ὑφ' οὗ τὰς τοῦ Ἀποστόλου ἀναδιδαχθεὶς Ἐπιστολὰς, ἱκανὸν αὐτῷ συνδιέτριβε χρόνον, τὴν τοῦ πρεσβυτέρου τάξιν πληροῦντι. Ἐπεὶ δ' ὁ Ἀντώνιος ἔφορος ἐγεγόνει, καὶ οὐχ οἷός τε ἦν ἐνασχολεῖσθαι τῇ σοφιζούσῃ τὸν Ἀέτιον διδασκαλίᾳ, εἰς τὴν Ἀντιόχου πάλιν ὁ Ἀέτιος ἐπάνεισιν, ἀκροασόμενος Λεοντίου (83)· πρεσβύτερος δὲ ἦν ὁ Λεόντιος κατ' ἐκεῖνο καιροῦ, καὶ αὐτὸς τῶν μαθητῶν Λουκιανοῦ χρηματίσας· ὃς αὐτῷ καὶ τοὺς προφήτας ἐξηγήσατο, καὶ μάλιστα τὸν Ἰεζεκιήλ. Ἀλλὰ κἀκεῖθεν αὐτὸν ὁ φθόνος αὖθις, ὡς Φιλοστόργιος ληρεῖ, ὡς δ' ἄν τις ἀληθεύων εἴποι, τῆς γλώσσης ἡ ἀκρασία, καὶ τὸ τοῦ φρονήματος δυσσεβὲς ἀπελαύνει. Ἐκεῖθεν οὖν τὴν Κιλικίαν καταλαμβάνει· καί τις τῶν Βορβοριανῶν (*a*) λόγοις αὐτῷ ὑπὸ τῆς ἰδίας δόξης συμπλακεὶς (84), εἰς ἐσχάτην κατέστησεν ἥτταν. Ἐφ' ᾧ ἀθυμία τε αὐτὸν κατεῖχε, καὶ τὸ ζῆν οὐκ ἀνεκτὸν ἡγεῖτο, ὁρῶν τὸ ψεῦδος τῆς ἀλη-

A mortuus, et Eulalius in ejus locum substitutus est, tum vero invidiæ livor, pristinum robur recuperans, Eulalium incitavit, ut Aetium Antiochia expelleret. Igitur Aetius Anazarbum, quæ Ciliciæ urbs est, profectus, artem suam denuo exercuit ad victum sibi comparandum; nec tamen a disputationibus adversus eos qui cum ipso congredi vellent, penitus abstinuit. Porro cum grammaticus quidam, ingenii ejus admiratione captus, artem ei suam tradere aggressus esset, Aetius in domum ejus admissus ei ministravit, serviles operas præstans. Et ille quidem libenti animo Aetium artis grammaticæ præceptis instituit. Aetius vero, cum aliquando magistrum suum publice coarguisset, tanquam divina oracula minus recte explicantem, magnoque

B eum pudore ob ejusmodi imperitiam affecisset, hanc mercedem retulit, ut ex domo bene de ipso merita ejiceretur. Inde igitur expulsus cum Athanasio versatus est, Luciani martyris discipulo, qui tunc Anazarbi episcopatum regebat. Apud quem cum evangelistas legisset, et singula quæ in illis occurrunt accurate observasset, Tarsum inde perrexit, visurus Antonium, qui et ipse unus erat ex discipulis Luciani. A quo cum Epistolarum Pauli explanationem didicisset, satis diu cum eo vixit, in presbyterorum ordine adhuc constituto. Ubi vero Antonius ad episcopatum evectus est, nec erudiendo Aetio vacare amplius poterat, iterum Aetius Antiochiam revertitur, Leontium auditurus, qui tunc temporis presbyter erat Antiochiæ, et unus fuerat

C ex auditoribus Luciani: hic prophetas, ac præcipue Ezechielem exposuit Aetio. Sed rursus invidia, ut somniat Philostorgius, sed ut verius aliquis dixerit, linguæ intemperantia et dogmatum impietas inde eum ejecit. Illinc igitur Aetius in Ciliciam profectus est: ubi quidam ex hæresi Borborianorum, pro defensione dogmatis sui cum eo congressus, penitus eum vicit atque oppressit. Quam ob

VALESII ANNOTATIONES.

clesiæ episcopos enumerans, non solius Marci, sed generaliter apostolorum successores nominat; idem quoque observat in episcopis Antiochiæ. Ita etiam Irenæus in libro primo, de Hygino loquens Romanæ urbis episcopo, eum nonum locum episcopalis successionis tenuisse dicit post apostolos; sed et Latinos eodem modo locutos invenimus. Certe Rufinus *De adulteratione lib. Origenis* ita dicit: *Clemens apostolorum discipulus, qui Romanæ Ecclesiæ post* D *apostolos episcopus et martyr præfuit.*

(81) *Τοῦ διδασκάλου δημοσίου.* Hunc locum emendavi ex codice Bocharti, in quo δημοσίᾳ diserte scribitur: et paulo post, ἐπ' ἀμαθείᾳ, optime procul dubio.

(82) *Τὴν Ἀναβαρζὸν διεσκόπει.* Lucas Holstenius ad latus sui codicis emendavit, δὲ ἐσκόπει. In Bocharti autem codice nescio quis adnotavit, forte scribendum esse δὲ διεσκόπει. Ego mallem legere, τὴν Ἀνάζαρβον δ' ἐπεσκόπει.

(83) *Ἀκροασάμενος Λεοντίου.* Procul dubio scribendum est ἀκροασόμενος, quemadmodum legitur in ms. codice Bocharti.

(84) *Λόγοις αὐτῷ ὑπὸ τῆς ἰδίας δόξης συμπλακείς.* Assentior viro docto, qui ad latus codicis Bochartiani ad vocem ὑπό, adnotavit scribendum videri ὑπέρ· qua quidem emendatione nihil certius. Interpres quidem Gothofredus in hujus loci versione turpiter hallucinatus est, cujus versionem Lucas Holstenius in suo codice ita emendavit: *Et Borborianorum aliquis rationibus propriam opinionem propugnans, cum eo congressus penitus ipsum confutavit.*

VARIORUM.

(*a*) *Τις τῶν Βορβοριανῶν.* Borboriani, seu Borboritæ, hæretici exorti temporibus Adriani imp. circa an. Chr. 129, *qui*, ut ait Philastrius in *Catal. Hæretic.*, *vitiis implicati sæculi, et malis concupiscentiis servientes, judicium non sperarunt futurum, sed potius carnalem sæculi concupiscentiam laudarunt.* Sic dicti ex Græco βόρβορος, *cœnum*. Sic enim idem: *Hi itaque in cœnum euntes, et inde obliti de cœno facies et membra sua deformantes, eadem re cunctis velut culpandam Dei creaturam demonstrabant.* Vide Theodorit. *Hæret. fab.* lib. I, cap. 15, et Epiphan. hæres. Gnosticorum 26, n. 3.

causam despondere animum cœpit, nec sibi amplius vivendum esse existimabat, cum mendacium veritate potentius esse cerneret. Dum sic animo affectus esset Aetius, visio quædam, ut fingit Philostorgius, ei oblata est, quæ animum ejus erexit ac confirmavit, signis quibusdam exhibens invictam vim sapientiæ, quæ illi deinceps adfutura esset. Ex eo tempore id datum est divinitus Aetio, ut a nemine in disputationibus vinceretur. Nec multo post Aphthonius quidam Manichæorum insaniæ præpositus, et tum sapientiæ, tum eloquentiæ causa magnam apud multos gloriam consecutus, in urbe Alexandria cum eo congressus est. Etenim Aetius ex urbe Antiochia ad eum venerat, fama hominis excitus. Ubi vero ad certamen ventum est, non valde prolixa disputatione habita Aetius Aphthonium ad sermonis inopiam redactum, ex magna gloria in summum dedecus atque ignominiam depressit. Quare Aphthonius præter exspectationem victum se ægre ferens, in gravissimum morbum incidit, quem mors brevi subsecuta est, cum ultra septem dies post hanc acceptam cladem supervivere minime potuisset. Aetius vero adversarios suos sermonibus ubique superabat, et illustrem victoriam reportabat. Per idem tempus medicinæ quoque operam dedit, quo non solum animorum, verum etiam corporum morbos curare posset. Habuit autem in ea disciplina magistrum Sopolim, virum in hac arte nulli secundum. Porro Aetius cum in hac arte medica excelleret, gratuitam indigentibus operam præstabat. Quod si forte ipse rebus ad vitam necessariis opus haberet, ad aliquem ejusdem artis opificem noctu accedens, ne interdiu a gravioribus negotiis avocaretur, quodcunque aurum peritioris artificis indigebat manu, illud celeriter elaborans, mercedem ab aurifice referebat, eoque modo vitam sustentabat. Hæc vero principatu Constantii acciderunt, eodem tempore quo Theophilus ex India reversus Antiochiæ morabatur.

A θείας ἐπικρατέστερον. Οὕτω δὲ τῷ Ἀετίῳ διακειμένῳ ὀπτασία τις, ὡς οὗτος τερατολογεῖ, ἐφίσταται λύουσα τὴν ἀθυμίαν, συμβόλοις παρεχομένη τὸ ἀναντιαγώνιστον τῆς ἤδη παρεχομένης αὐτοῦ σοφίας (85). Κἀκεῖθεν παραγεγόνει τῷ Ἀετίῳ τὸ μηδενὸς ἐν συμπλοκαῖς ἡττᾶσθαι λόγων. Μετ' οὐ πολὺ γοῦν Ἀφθόνιός τις τῆς Μανιχαίων λύσσης προεστὼς, καὶ μεγάλην παρὰ πολλοῖς ἐπὶ σοφίᾳ καὶ δεινότητι λόγων φέρων τὴν δόξαν, ἐν τῇ κατ' Αἴγυπτον αὐτῷ Ἀλεξανδρείᾳ συμπλέκεται. Καὶ γὰρ ἦκε πρὸς αὐτὸν ἐξ Ἀντιοχείας ὁ Ἀέτιος, ὑπὸ τῆς αὐτοῦ φήμης ἑλκόμενος. Ὡς δ' εἰς ἅμιλλαν ἀλλήλοις κατέστησαν, οὐδὲ πολλοῖς καταναλωθείσης διαλέξεως, εἰς ἀφωνίαν συνελάσας ὁ Ἀέτιος τὸν Ἀφθόνιον, ἐκ μεγάλης δόξης εἰς μεγάλην αἰσχύνην κατήνεγκε. Διὸ καὶ τῷ ἀπροσδοκήτῳ βαρυθυμήσας τῆς ἥττης, νόσον τε ἐπεσπάσατο χαλεπὴν, καὶ τῇ νόσῳ πέρας ὁ θάνατος ἦν, οὐδὲ περαιτέρω τῶν ἑπτὰ ἡμερῶν διαρκέσαντος τοῦ σώματος ἀπὸ τῆς πληγῆς. Ἀέτιος δὲ διὰ πάντων ἐχώρει, τοῖς λόγοις τοὺς ἀντιπάλους κατὰ κράτος βάλλων, καὶ τὴν νίκην λαμπρὰν ἀναδούμενος. Τότε δὲ καὶ τῆς ἰατρικῆς ἐξῆπτο (86), ὡς ἂν μὴ μόνον ψυχῶν, ἀλλὰ καὶ σωμάτων ἔχοι τὰς νόσους ἰᾶσθαι. Σώπολις δ' ἦν αὐτῷ τοῦ μαθήματος ὁ διδάσκαλος, ἀνὴρ ἐν τῇ τέχνῃ μηδενὸς ἔχων τὰ δεύτερα· ἀριστεύων δὲ ἐν ἰατρικῇ ὁ Ἀέτιος, ἄμισθον παρεῖχε τοῖς δεομένοις τὴν θεραπείαν. Εἰ δέ ποτε ἐδέησεν αὐτῷ τῶν ἀναγκαίων, παρά τινι τῶν ὁμοτέχνων νύκτωρ φοιτῶν, ἵνα μὴ δι' ἡμέρας ἀπάγοιτο τῶν σπουδαιοτέρων, ὅσον τοῦ χρυσίου τεχνικωτέρας ἐδεῖτο χειρὸς, τοῦτο δὲ ἄρα ἐξεργαζόμενος (87) θᾶττον, παρὰ τοῦ ὁμοτέχνου τὸν μισθὸν ἐκομίζετο, καὶ τὸν ἑαυτοῦ βίον συνεῖγε. Ταῦτα δὲ κατ' ἐκείνους καιροὺς τοῦ Κωνσταντίου ἦν, καθ' οὓς καὶ ὁ Θεόφιλος ἐκ τῶν Ἰνδῶν ἐπανελθὼν διῆγεν ἐν Ἀντιοχείᾳ.

B

C

16. Ait Aetium, cum adversus Basilium Ancyræ, et Eustathium Sebastiæ episcopum de consubstantiali disputans, omnium hominum infantissimos eos ostendisset, ut quidem iste confingit, implacabili odio ab illis deinceps exagitatum fuisse.

ις'. Ὅτι Ἀέτιος, φησὶ, τοῖς περὶ βασίλειον τὸν Ἀγκύρας, καὶ Εὐστάθιον τὸν Σεβαστείας, εἰς τοὺς περὶ τοῦ ὁμοουσίου λόγους καταστὰς, καὶ πάντων ἀνθρώπων αὐτοὺς διελέγξας ἀφωνοτάτους, ὡς οὗτος τερατολογεῖ, εἰς μῖσος αὐτοῖς ἄσπονδον κατέστη.

17. *Leontius ep. Antioch.* — Leontius is, quem presbyterum ac præceptorem Aetii fuisse supra retulimus, cum ad episcopatum urbis Antiochiæ

ιζ'. Ὅτι Λεόντιος, φησὶν, ὃν ὁ ἔμπροσθεν λόγος πρεσβύτερόν τε καὶ διδάσκαλον Ἀετίου ὑπέδειξεν, ἐπίσκοπος Ἀντιοχείας καταστὰς, εἰς διακονίαν τὸν

VALESII ANNOTATIONES.

(85) *Παρεχομένης αὐτοῦ σοφίας.* Rectius in codice Bocharti scribitur αὐτῷ. Nec displicet conjectura Holstenii, qui in margine sui codicis annotavit scribendum sibi videri παρεσομένης.

(86) *Καὶ τῆς ἰατρικῆς ἐξῆπτο.* Aetium medicinæ artem leviter attigisse testatur etiam Gregorius Nyssenus in libro primo *contra Eunomium*, pag. 295. Cujus libros si legisset Jacobus Gothofredus, plurimum ex eo utilitatis percipere potuisset; multa enim de Aetio, ejusque studiis atque institutis illic refert Gregorius, quæ non leguntur in Philostorgio: cujusmodi illud est, Aetium primo quidem Ampelidis cujusdam servum fuisse, deinde vero nescio qua arte manumissum fabrum ærarium exstitisse.

D Verba Gregorii Nysseni sic habent: Ἐκδύντα γὰρ αὐτὸν ἤδη τὴν δουλείαν Ἀμπελίδος — τῆς κεκτημένης αὐτόν· τὸ δὲ ὅπως οὐδὲν δέομαι λέγειν, ὡς ἂν μὴ δόξαιμι κακοηθέστερον τοῦ διηγήματος ἅπτεσθαι· εἶναι μὲν καμινευτήν, etc. Quem locum prorsus infeliciter vertit Gretserus hoc modo: *Quippe illum, relicta cultura vineæ quam possidebat (at quam juste, tacebo, ne videar odiosius narrationem auspicari), principio quidem factum esse fabrum caminarium*, etc. Hunc Gregorii Nysseni locum citat etiam Nicetas in *Thesauro orthodoxæ fidei*, lib. v, cap. 30.

(87) *Τοῦτο δὲ ἄρα ἐξεργαζόμενος.* Malim scribere τοῦτο δή etc. Pro ἐξεργαζόμενος, in codice Bocharti scribitur simpliciter ἐργαζόμενος.

μαθητὴν προχειρίζεται, καὶ διδάσκειν ἐν ἐκκλησίᾳ τὰ τῆς Ἐκκλησίας ἐπιτρέπει δόγματα. Ὁ δὲ πρὸς μὲν τὸ τῆς διακονίας ἔργον ὑπεστάλη· διδάσκειν δὲ ἀνεδέξατο. Χρόνον δὲ διατρίψας, ὃς ἐνόμιζεν αὐτῷ (88) εἰς τὴν τῶν θείων μαθημάτων ἐξαρκέσειν παράδοσιν, ἐπὶ τὴν Ἀλεξάνδρειαν αὖθις παραγίνεται. Ἤδη γὰρ ἐν αὐτῇ ὁ Ἀθανάσιος πολὺς ἦν ἐπὶ τοῦ ὁμοουσίου (89) ῥέων, καὶ ἐχρῆν εἶναι τὸν ἀντιπνέοντα.

A promotus fuisset, discipulum suum ad diaconatus gradum evexit, eique permisit ut ecclesiastica dogmata publice in Ecclesia doceret (93). Verum Aetius diaconi quidem functionem detrectavit, docendi vero munus libenter amplexus est. Cumque illic tandiu mansisset, quantum sibi sufficere judicabat ad sacrarum disciplinarum traditionem, rursus Alexandriam perrexit. Jam enim illic agebat Athanasius, et τὸ ὁμοούσιον magnis viribus defendebat, prorsusque necesse erat ut aliquis ei resisteret.

ιη'. Ὅτι φησὶ Φλαβιανὸν καὶ Παυλῖνον, οἳ καὶ μετὰ ταῦτα τὸν Ἀντιοχείας θρόνον εἶχον διανειμάμενοι, τούτους τὸν εἰρημένον Λεόντιον ἅτε δὴ μὴ ὁμοδοξοῦντας καθελεῖν. Οὗτοι δὲ ἦσαν Εὐσταθίῳ συνακολουθήσαντες, ἐς τὴν μεθόριον ἀπαγομένῳ. Ὡς τῶν ἱερῶν τῆς Ἀντιοχείας φροντίδων (90), μᾶλλον δὲ τῆς ὅλης εὐσεβείας, οὐδὲν ἠνέσχετο τοῖς καιροῖς συγκαπηλεύσασθαι.

18. *Flavianus et Paulinus a Leontio depositi.* — Ait Philostorgius Flavianum ac Paulinum, qui Antiochenum episcopatum inter se postea diviserunt, a supradicto Leontio, utpote contraria ipsi sentientes, depositos esse. Hi vero Eustathium secuti fuerant, cum is in exsilium abduceretur. Qui quidem ex sacerdotali munere Antiochensis Ecclesiæ, seu potius ex universa religione, nihil omnino temporum vicissitudine passus est interpolari.

ιθ'. Ὅτι Σεκούνδου καὶ Σέρρα (*a*) εἰς ἐπισκοπὴν τὸν Ἀέτιον προχειριζομένων, αὐτὸς, φησὶν, οὐκ ἠνέσχετο, μὴ καθαρῶς αὐτοὺς ἱεράσθαι, διὰ τὴν ἐπιμιξίαν τῶν τὸ ὁμοούσιον (91) θρησκευόντων ἀποφαινόμενος.

19. *Aetius episcopatum recusat.* — Ait Philostorgius Aetium, cum Secundus et Serras ad episcopatum gerendum eum elegissent, assentiri noluisse, cum diceret eos non pure nec sancte divina celebrare mysteria, utpote qui Homousianis permisti essent.

κ'. Ὅτι, φησὶν, Εὐνόμιος κατὰ πύστιν τῆς Ἀετίου σοφίας εἰς Ἀντιόχειαν ἐκ Καππαδοκίας ἀφικόμενος, τῷ Σεκούνδῳ συνέμιξεν. Ὁ δὲ αὐτὸν ἐν Ἀλεξανδρείᾳ τότε τῷ Ἀετίῳ διατρίβοντι συνέστηκε· καὶ συνέστην ἄμφω, ὁ μὲν διδάσκων, ὁ δὲ τοῖς ἱεροῖς (*b*) μαθήμασι συνασκούμενος.

20. *Eunomius.*— Eunomius, cum fama ad ipsum perlata esset de Aetii sapientia, ex Cappadocia Antiochiam profectus, in colloquium venit cum Secundo. Hic vero Aetio, qui tum Alexandriæ degebat, Eunomium commendavit. Ambo igitur simul habitarunt : Aetius quidem docens, Eunomius vero sacras disciplinas percipiens.

κα'. Ὅτι Εὐνομίου φησὶν οὗτος ὁ δυσσεβὴς, οὐκ αἰσχυνόμενος, ἐγκώμιον ἀνατάξασθαι (92).

21. Ait impius Philostorgius se encomium Eunomii conscripsisse, nec erubescit id profiteri

κβ'. Ὅτι φησὶ τὸν Κώνσταντα, διὰ τὴν ὑπὲρ Ἀθανασίου σπουδὴν ὑπὸ τυραννίδι τῇ Μαγνεντίου τὴν ζωὴν καταστρέψασθαι. Τελευτήσαντος δὲ αὐτοῦ, καὶ τοῦ μὲν Κωνσταντίου κατὰ τὴν Ἔδεσαν τῆς Μεσοποταμίας διατρίβοντος (τοῦτο γὰρ ὁ Περσικὸς ἀπῄτει πόλεμος), ἡ πρεσβυτάτη τούτων ἀδελφὴ Κων-

22. *Constans, Magnentius et Veteranio tyranni.* — Ait Constantem, ob studium erga Athanasium, a Magnentio tyranno exstinctum fuisse. Post cujus obitum, cum Constantius Edessæ in Mesopotamia moraretur: id enim exigebat bellum Persicum (94); eorum soror natu maxima Constantina, quæ vidua

VALESII ANNOTATIONES.

(88) *Ὃς ἐνόμιζεν αὐτῷ.* Non dubito quin scribendum sit ὅσον ἐνόμιζεν αὐτῷ εἰς τὴν τῶν θείων μαθημάτων ἐξαρκέσειν παράδοσιν, etc.

(89) *Πολὺς ἦν ἐπὶ τοῦ ὁμοουσίου.* In codice Bocharti scriptum inveni, ὑπὸ τοῦ ὁμοουσίου. Quare non dubito quin scribendum sit hoc loco, ὑπὲρ τοῦ ὁμοουσίου. Eumdem errorem paulo antea observavi.

(90) *Ὡς τῶν ἱερῶν τῆς Ἀντιοχείας φροντίδων.* Assentior Gothofredo, qui hæc de Leontio, non autem de Eustathio dici recte observavit. Ejusdem Leontii Antiochensis episcopi elogium exstat in *Chronico Alexandrino*, p. 672.

(91) *Διὰ τὴν ἐπιμιξίαν τῶν τὸ ὁμοούσιον*, etc. In manuscriptis codicibus Scoriacensi et Bochartiano scriptum est τῶν πρὸς τὸ ὁμοούσιον, etc. Proinde malim legere, διὰ τὴν ἐπιμιξίαν πρὸς τοὺς τὸ ὁμοούσιον θρησκεύοντας· quanquam pro vocabulo ὁμοούσιον, libentius hoc loco legerem ὁμοιούσιον. Ariani enim, quorum antesignani erant Secundus et Serras, non communicabant Homousianis, sed iis tantum qui τὸ ὁμοιούσιον profitebantur. Verum, re attentius examinata, nihil hic mutandum censeo. Ariani enim Homousianis eo quidem tempore in Oriente communicabant, ut docet Socrates in lib. II, cap. 22.

(92) *Ἐγκώμιον ἀνατάξασθαι.* Scribendum est συντάξασθαι, vel certe ἀναγράψασθαι.

(93) Theodorit. l. II, c. 24.

(94) Soz. lib. IV, cap. 1.

VARIORUM.

(*a*) *Σεκούνδου καὶ Σέρρα.* Erant hi Ariani episcopi, Secundus quidem Ptolemaidis in Ægypto, Serras vero Parætonii in Libya.

(*b*) *Ὁ δὲ τοῖς ἱεροῖς.* Eunomius Aetii non modo discipulus fuit, verum etiam amanuensis, ut habet Socr. lib. II, cap. 35, in fin.

erat Hanniballiani, timens ne Magnentius tyrannus universum imperium sub potestatem suam redigeret, Veteranionem, unum ex magistris militiæ, Cæsarem renuntiavit. Videbatur autem illa id suo jure facere, propterea quod communis eorum pater, dum viveret, diademate eam coronaverat, et Augustam nuncupaverat. Constantius vero, his cognitis, statim diadema misit ad Veteranionem, imperatoriam ei dignitatem suffragio suo confirmans; postea vero adversus Magnentium in Occidentis partes cum exercitu profectus, sub obtentu colloquii quod cum Veteranione amice inire voluerat, eo quod is defectionis suspicionem præbuisset, eum comprehendit, et imperatoria veste exuit. Nullo tamen alio affectum incommodo, imo vero mensæ suæ adhibitum, Prusam Bithyniæ amandavit, amplos ac magnificos sumptus ei constituens, providensque ne quidquam eorum quibus privatorum hominum vita beate transigitur, ei deesset.

23. *Jacobus Nisibenus* (95). — Ait Philostorgius, Saporem Persarum regem Romanis bellum intulisse, et Nisibin urbem oppugnasse; verum re infecta, præter omnium opinionem pudore affectum recessisse, cum Jacobus, urbis illius episcopus, civibus quid faciendum esset commonstrasset, et firma in Deum spe ac fiducia pro salute urbis admirabiliter propugnasset.

24. *Alpes Succi et Juliæ* (96). — Alpes, ut ait Philostorgius, tam Succi, quam hæ quæ Juliæ vocantur, transitus sunt angusti, maximis utrinque montibus unum in locum, ita ut fere sibi mutuo jungantur, coeuntibus. Porro transitus similes quodammodo sunt angustiis Thermopylarum. Sed Juliæ quidem Alpes Gallias atque Italiam dividunt; Succi vero inter Daciam siti sunt et Thraciam: quorum angustias cum occupare tentasset Veteranio, defectionis suspicionem Constantio præbuit.

25. *Gallus Cæs.* — Dum Constantius adversus Magnentium tyrannum expeditionem pararet, nuntius ad eum perlatus est, Persas cum ingentibus copiis adversus Orientis provincias moveri. Quare necesse habuit Gallum Cæsarem nuncupare, et contra Persas in Orientem mittere. Erat autem Gallus frater ejus patruelis; etenim Galli pater Constantius frater fuit Constantini Magni: ex quo orti erant Constantius et fratres ejus.

26. *Crux Hierosolymis in cœlo visa* (97). — Et Constantius quidem victoriam de tyranno reportavit, cum signum crucis illic quoque visum esset, ad longissimum spatium protensum, et diurnam lu-

σταντίνα (98) (Ἀναβιλλιανοῦ δὲ ἠνεχηρωμένη γυνή), δείσασα μὴ φθάσειεν ὁ τυραννήσας Μαγνέντιος τὸ πάντων ἀναρτήσασθαι κράτος, Οὐετερανίωνά τινα τῶν στρατηγούντων ἕνα καθίστησι Καίσαρα. Ἐδόκει δὲ δύνασθαι τὴν πρᾶξιν, διότι ζήνων (99) ὁ κοινὸς αὐτῶν πατὴρ διαδήματί τε αὐτὴν ἐταινίωσε, καὶ Αὐγοῦσταν ἐπωνόμασεν. Ὁ δὲ Κωνστάντιος ταῦτα μαθὼν παραυτίκα μὲν Οὐετερανίωνι τὸ διάδημα πέμπει, συνεπικυρῶν αὐτῷ καὶ τὸ τῆς βασιλείας ἀξίωμα· ἔπειτα δὲ πρὸς ἑσπερίους κατὰ Μαγνεντίου στρατευόμενος, καὶ συμμίξαι φιλίως τῷ Οὐετερανίωνι βουληθείς, ἐπείπερ ἐκεῖνος παρέσχεν ὑποψίαν ἐπαναστάσεως, χειροῦται μὲν τὸν Οὐετερανίωνα, καὶ τῆς βασιλικῆς ἀποδύει στολῆς· μηδὲν δὲ κακὸν ἐπεργασάμενος ἄλλο, ἀλλὰ καὶ τραπέζης αὐτῷ κοινωνήσας, εἰς Προῦσαν τῆς Βιθυνίας ἐκπέμπει, λαμπρὰς καὶ μεγαλοπρεπεῖς ἀφορίσας αὐτῷ τὰς χορηγίας, μηδενὸς ὑστερῆσθαι, ὧν ἀνθρώπου βίος ὡς ἐν ἰδιώταις εὐδαιμονεῖ, προνοησάμενος.

κγ'. Ὅτι Σαπώρην τὸν βασιλέα Περσῶν ἀναγράφει στρατεῦσαι κατὰ τῆς Νισίβιδος, καὶ εἰς πολιορκίαν αὐτῆς καταστῆναι· ἄπρακτον δὲ καὶ παρὰ δόξαν κατηισχυμένον ὑποστρέψαι, Ἰακώβου τοῦ τῆς πόλεως ἐπισκόπου τό τε πρακτέον τοῖς πολίταις εἰσηγουμένου, καὶ τῇ πρὸς Θεὸν παῤῥησίᾳ, κατὰ τὸ ἀνυπέρβλητον τῆς πόλεως ὑπερμαχεσαμένου.

κδ'. Ὅτι αἱ Ἄλπεις, αἵ τε Σούκεις καλούμεναι, καὶ αἱ Ἰούλιαι, δίοδοί εἰσι στεναὶ μεγίστων ὀρῶν ἑκατέρωθεν, καὶ ὑφ' ἓν χωρίον ἐγγὺς τοῦ συμπτύσσεσθαι συγκλειομένων. Ἐοίκασι δὲ αἱ δίοδοι αὗται τοῖς ἐν Θερμοπύλαις στενοῖς. Ἀλλ' αἱ μὲν Ἰούλιαι Ἄλπεις τὰς Γαλλίας καὶ Ἰταλίας διορίζουσι (1) τῶν Ἰταλῶν· αἱ δὲ Σούκεις μεταξὺ τῆς Δακίας εἰσὶ καὶ τῆς Θρᾴκης, ἃς καὶ καταλαβεῖν ἐπειγόμενος Οὐετερανίων τὴν ὑπόνοιαν τῆς ἐπαναστάσεως παρέσχε Κωνσταντίῳ.

κε'. Ὅτι ἐν ᾧ Κωνστάντιος κατὰ Μαγνεντίου παρεσκευάζετο τοῦ τυράννου, τὸ Περσικὸν ἀκούσας κατὰ τῆς ἑῴας βαρυτέρᾳ χειρὶ κινεῖσθαι, εἰς ἀνάγκην ἦκε Γάλλον Καίσαρα χειροτονῆσαι, καὶ ἐπ' αὐτοὺς ἐκπέμψαι. Ἀνεψιὸς δὲ ἦν ὁ Γάλλος· καὶ γὰρ ὁ Γάλλου πατὴρ Κωνστάντιος ἀδελφὸς ἦν Κωνσταντίνου τοῦ μεγάλου, ὃς ἐγείνατο Κωνστάντιον καὶ τοὺς αὐτοῦ ἀδελφούς.

κς'. Ὁ μὲν οὖν Κωνστάντιος ἐγκρατὴς τοῦ τυράννου γίνεται, κἀνταῦθα τοῦ σημείου τοῦ σταυροῦ ἐπὶ μέγιστόν τε προφανέντος, καὶ καταπληκτικωτάταις αἴγλαις ὑπεραστράψαντος τὸ τῆς ἡμέρας φῶς. Ὥφθη

VALESII ANNOTATIONES.

(95) Theodorit. l. II, c. 30.
(96) Socr. pag. 108, n. 1.
(97) Soz. pag. 134, 137.
(98) *Κωνσταντίνα.* In codice Bocharti Κωνσταντία scribitur. Sed verum ejus nomen est Κωνσταντίνα, ut in Annotationibus ad Ammianum Marcellinum observavi.
(99) *Διότι ζήνων.* Nemo non videt scribendum esse ζῶν, quamvis manuscripti codices repugnent.

(1) *Τὰς Γαλλίας καὶ Ἰταλίαν διορίζουσι.* In manuscriptis codicibus nostris hunc locum ita scriptum inveni: Τὰς Γαλλίας καὶ Ἰταλίας διορίζουσι τῶν Ἰταλιῶν. Verum hæ voces καὶ Ἰταλίας prorsus expungendæ sunt, ut superfluæ. Certe Nicephorus in libro nono capite tricesimo secundo, hunc Philostorgii locum describens, duo hæc vocabula prætermisit.

δὲ ἐπὶ τῶν Ἱεροσολύμων περὶ τὴν τρίτην ὥραν μάλιστα τῆς ἡμέρας, ἑορτῆς τῆς λεγομένης Πεντηκοστῆς ἐνισταμένης. Ὁ δὲ θεόγραφος τύπος ἐκεῖνος ἀπὸ τοῦ λεγομένου Κρανίου μέχρι καὶ τοῦ τῶν Ἐλαιῶν ὄρους διήκων ὡρᾶτο, ἴριδος μεγάλης στεφάνου τρόπον πανταχόθεν αὐτὸν περιελιττούσης. Ἐδήλου δὲ ἄρα ἡ μὲν ἶρις τὴν τοῦ σταυρωθέντος καὶ ἀναληφθέντος εὐμένειαν· ὁ δὲ στέφανος τὴν τοῦ βασιλέως νίκην. Τὸ δὲ σελασφόρον ἐκεῖνο καὶ σεβάσμιον θέαμα οὐδὲ τοῖς ἐπὶ τοῦ στρατοπέδου ἀθέατον ἦν, ἀλλ' ἐπιδήλως ὁρώμενον, Μαγνέντιον μὲν καὶ τοὺς σὺν αὐτῷ ἄτε τῇ τῶν δαιμόνων θεραπείᾳ προσανακειμένους, εἰς ἀμήχανον δέος κατέστησε· Κωνστάντιον δὲ καὶ τοὺς περὶ αὐτὸν εἰς θάρσος ἄμαχον ἀνεκτήσατο. Ἡττηθεὶς δὲ τὰ πρῶτα Μαγνέντιος, εἶτα κατὰ μικρὸν ἀναλαβὼν ἑαυτὸν, καὶ συμπλακεὶς ἐκ δευτέρου τῷ πολέμῳ, καὶ κατὰ τὸ κραταιότατον καταπολεμηθεὶς, καὶ τοὺς σὺν αὐτῷ μικροῦ πάντας ἀποβαλὼν, πρὸς τὴν Λουγδούνων ἀποδιδράσκει πόλιν. Καὶ τὰ μὲν πρῶτα κατ' εὔνοιαν δῆθεν τὸν οἰκεῖον ἀδελφὸν ἀποσφάττει, πολεμίας προαρπάζων ὕβρεως καὶ χειρός. Ἔπειτα καὶ εἴ τις' ἄλλος παρῆν τῶν οἰκειοτάτων. Τελευταῖον δὲ, τὸ ξίφος ὑποστήσας ἑαυτῷ, ἐπηρράχθη τε καὶ διελαθεὶς κατὰ τὸ μετάφρενον ἐξέψυξεν, οὐδ' ὅλα τέσσαρα τυραννήσας ἔτη.

cem splendidissimis ad stuporem usque radiis longe superans. Apparuit autem Hierosolymis, circa horam tertiam ejus diei quæ vulgo dicitur Pentecoste. Porro hoc signum divinitus pictum a Calvariæ monte usque ad montem Olivarum pertingere videbatur, magna iride instar coronæ illud undique ambiente. Et iris quidem Christi crucifixi et in cœlum assumpti clementiam designabat; corona vero, imperatoris victoriam. Porro splendidum istud ac venerandum signum ne militum quidem oculos effugit, sed ab utroque exercitu clare conspectum, Magnentium quidem et eos qui a partibus illius stabant, utpote dæmonum cultui addictos, supra modum terruit; Constantio vero et iis qui cum illo erant, invictam quamdam fiduciam addidit. At Magnentius cum a Constantio primum victus fuisset, postea viribus paulatim resumptis, secundo prœlio congressus, penitus debellatus est, amissoque propemodum omni exercitu suo, ad urbem Lugdunum profugit. Ac primo quidem benevolentiæ specie fratrem suum interfecit, ut hostium manibus et injuriis eum eriperet. Deinde vero ex propinquioribus quemcunque adesse viderat, eodem sustulit modo. Postremo ipse in gladium quem pectori suo supposuerat, incubuit, transfixoque dorso animam exhalavit, cum per annos ferme quatuor tyrannidem exercuisset.

κζ'. Ὅτι φησὶ τοὺς περὶ Βασίλειον καὶ Εὐστάθιον δι' ἔχθρας γεγονότας τῷ Ἀετίῳ, διαβολὰς ἀτόπους συῤῥάψαι, καὶ τὸν Γάλλον ἐπὶ ταυτὸ παροξύναι (2)· ὥστε ἐκεῖνον ὡς ἐπισκόποις πιστεύσαντα καὶ πρὸς ὀργὴν ἐκταραχθέντα, κελεῦσαι τὸν Ἀέτιον ἀναζητηθῆναι, καὶ ἀμφοῖν τοῖν σκελοῖν κατεαγῆναι. Λεοντίου δὲ τοῦ ἐπισκόπου Ἀντιοχείας τἀναντία τούτοις τὸν Καίσαρα διδαξαμένου, ἥ τε καταδικάζουσα ψῆφος ἀνεκλήθη, καὶ εἰς θέαν ὁ Γάλλος μετ' οὐ πολὺ τοῦ Ἀετίου κατέστη, καὶ φίλος ἐκρίθη. Καὶ πολλάκις πρὸς Ἰουλιανὸν ἀπεστάλη, καὶ μάλιστα ἡνίκα διεπυνθάνετο πρὸς τὸν Ἑλληνισμὸν ὁ ἀδελφὸς ἐκεῖνον ἀποκλίνειν· ἐστέλλετο δὲ, τῆς ἀσεβείας κατὰ τὸ δυνατὸν αὐτὸν ἀνασώσασθαι. Οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ τῶν θείων μαθημάτων ὁ Γάλλος διδάσκαλον τὸν Ἀέτιον ἐποιεῖτο.

27. *Aetium Gallus in amicitiam recipit.* — Ait Philostorgius, Basilium et Eustathium, susceptis adversus Aetium inimicitiis, absurdas quasdam calumnias confinxisse, et Gallum contra eum incitasse: adeo ut Gallus tanquam episcopis fidem habens, et ira excandescens, Aetium perquiri jusserit, et fractis cruribus occidi. Sed cum Leontius episcopus Antiochiæ contraria iis quæ contra Aetium delata fuerant Cæsari retulisset, damnationis sententia revocata est, et Aetius non multo post in conspectum Galli venit, et inter amicos ejus habitus est. Missus est etiam sæpius ad Julianum, ac præcipue eo tempore quo Gallus fratrem suum ad superstitionem gentilium declinare didicerat; mittebatur autem eo consilio, ut Julianum ab impietate revocaret. Sed et Gallus Aetium sacrarum disciplinarum magistrum sibi adscivit.

κη'. Ὅτι Γάλλου κατὰ Περσῶν εις τὸ κράτιστον ἀνδραγαθήσαντος, εἰς φθόνον οἱ ταῖς διαβολαῖς χαίροντες ἀναφλέγουσι τὸν βασιλέα. Καὶ τοῦ Περσικοῦ πολέμου ταῖς τοῦ Καίσαρος ἀριστείαις πεπαυμένου, ἀποστέλλει Δομετιανὸν ἔπαρχον τῶν καλουμένων πραιτωρίων ὁ Κωνστάντιος, ἐντειλάμενος αὐτῷ κατὰ τὸ ἀφανὲς, τὰς τοῦ Γάλλου περικόπτειν ἀπὸ τῆς Ἀντιοχείας ἐξόδους, τὴν ἐπ' ἀνδρείᾳ καὶ τῇ τῶν κοινῶν ἐπιμελείᾳ δόξαν αὐτοῦ κατασμικρύνειν ταύτῃ διανούμενος. Ὁ δὲ Δομετιανὸς οὐδὲν τῶν προσταχθέν-

28. *Gallus calumniis appetitus.* — Cum Gallus in bello adversus Persas admodum strenue se gessisset, calumniatores Constantium ad invidiam concitarunt. Constantius igitur, bello Persico virtute ac fortitudine Cæsaris Galli jam sopito, Domitianum præfectum prætorio misit, hoc ei dans occulte in mandatis, ut egressus Galli ex urbe Antiochia comprimeret. Hac enim ratione gloriam Galli ex fortitudine reique publicæ cura imminuere cogitabat. Domitianus vero, non modo non moderatius iis

VALESII ANNOTATIONES.

(2) *Ἐπὶ τ' αὐτοῦ παροξύναι.* Mallem scribere κατ' αὐτοῦ. In manuscripto codice Samuelis Bocharti legitur, ἐπὶ ταυτόν. Post ubi legitur τὸν Καίσαρα διαδεξαμένου, scribendum est διδαξαμένου, ut in codice Bocharti scriptum inveni.

quæ ipsi imperata fuerant, verum etiam audacius agens ac sentiens, cum venisset Antiochiam, in qua Gallus morabatur, ne in conspectum quidem ejus venire sustinuit. Quam ob causam, et ob alia quædam quæ inciderant, Gallus præfectum, ut insolentem et contumacem, extremo supplicio afficere decrevit, et Montium ad hujus judicii societatem assessorem sibi assumpsit. Hic vero, immoderata usus confidentia, Gallum his verbis compellavit: Ne curatorem quidem urbis tibi creare licet. Quonam igitur modo præfectum prætorii posses occidere? Quibus verbis exasperata Constantia uxor Galli, quod Gallus, qui et Cæsar et Augustæ maritus erat (hanc enim dignitatem a patre ipsa acceperat), ejusmodi contumelia afficeretur, ipsa suis manibus Montium ex tribunali detractum protectoribus tradidit. Qui confestim eum abripientes ad Domitiani prætorium deportarunt. Cumque illum etiam ex tribunali detraxissent, ambos funibus ad utriusque pedes adnexis, miserandum in modum interemerunt. Idque celeriter factum est, consentiente etiam Gallo.

A των μετριώτερον, ἀλλὰ καὶ θρασύτερον καὶ φρονῶν καὶ πράττων, οὐδὲ παραγενόμενος εἰς Ἀντιόχειαν, ἔνθα διέτριβεν ὁ Γάλλος, οὐδ' εἰς ὄψιν αὐτοῦ ἐλθεῖν κατεδέξατο. Ἐξ ἧς αἰτίας καὶ ἑτέρων συνεπιῤῥυέντων, θανάτῳ τὸν ὑβριστὴν μετελθεῖν ἐβουλεύετο, καὶ τὸν Μόντιον (3) κοινωνὸν γενέσθαι τῆς κρίσεως παρελάμβανεν. Ὁ δὲ θράσους ἀμετρίᾳ χρησάμενος· Οὐδὲ λογιστὴν, ἀντεῖπεν, ἔξεστί σοι προχειρίσασθαι (4), καὶ πῶς ἂν πραιτωρίων ἔπαρχον ἀνελεῖν δύναιο; Ἐφ' οἷς ἡ Γάλλου γυνὴ Κωνσταντία (a) περιαλγὴς γενομένη, εἰ οὕτως ὁ Γάλλος Καῖσάρ τε ὢν καὶ Αὐγούστης ἀνὴρ (καὶ γὰρ αὕτη πατρόθεν ἦν δεδεγμένη τὸ ἀξίωμα) προπηλακίζοιτο, αὐτὴ δι' ἑαυτῆς ἐπισπασαμένη τὸν Μόντιον τοῖς δορυφόροις ἐκδίδωσιν. Ὥστε τὴν ταχίστην ἁραμένους πρὸς τὸν Δομετιανὸν ἀποκομίσαι. Κἀκεῖνον κατασπάσαντας τοῦ θρόνου, ἄμφω σχοίνοις τῶν ποδῶν ἐξαψαμένους, κακοὺς κακῶς ἀπολέσαι. Καὶ τοῦτο θᾶττον ἐπράχθη, συνεπιψηφίζοντος καὶ τοῦ Γάλλου.

B

EX LIBRO QUARTO.

1. *Galli cædes.* — Constantius, cum ea quæ Montio ac Domitiano acciderant, comperisset, ira excandescens Gallum ad se evocavit. Hic vero, etsi nihil boni de hac evocatione suspicaretur, tamen metuens ne, si recusasset, bellum civile commoveretur, mandatis obtemperavit. Antegressa autem est Constantia, prior fratrem convenire studens, et pro marito eum exorare. Sed cum Bithyniam venisset, viæ simul ac vitæ ejus cursum repentina mors interrupit. Quo casu Gallus, in graviorem metum conjectus, priorem tamen sententiam non mutavit. Profectus est autem una cum illo etiam Theophilus Indus. Porro cum Gallus in Noricum venisset, ex urbe Mediolano in qua tum degebat Constantius, missus est Barbatio magister militum, qui et Gallum Cæsarem ita admonebat: *Non licet tibi ne curatorem quidem urbis promovere, quanto minus licet præfectum occidere?* Sciendum porro est, curatores civitatum ab ipsis imperatoribus promoveri solitos, ut notavi ad Amm. Marcellin. Proinde Gallus, quippe qui imperator non esset, sed Cæsar duntaxat, id est, imperatoris minister, curatoris creandi potestatem non habebat.

C

D

ΕΚ ΤΗΣ ΤΕΤΑΡΤΗΣ ΙΣΤΟΡΙΑΣ.

α'. Ὅτι ὁ Κωνστάντιος μαθὼν τὰ περὶ Μόντιον καὶ Δομετιανὸν συνενεχθέντα, καὶ ὀργῆς ἀναπλησθεὶς, μετεκαλεῖτο τὸν Γάλλον. Ὁ δὲ, τὴν μὲν κλῆσιν οὐκ ἐπ' ἀγαθῷ συλλαβὼν (5), εὐλαβούμενος δὲ μὴ πόλεμος ἀπειθήσαντος συῤῥαγῇ, τοῦ προστάγματος γίνεται (6). Προεξώρμα δὲ καὶ ἡ Κωνσταντία, προεντυχεῖν σπεύδουσα τῷ ἀδελφῷ, καὶ αἰδέσασθαι αὐτὸν ὑπὲρ τοῦ ἀνδρός. Ἀλλ' αὕτη μὲν, κατὰ Βιθυνίαν γενομένη, ἐπεσχέθη τῷ θανάτῳ καὶ τῆς ὁδοῦ καὶ τοῦ βίου. Ἐξ οὗ καὶ ὁ Γάλλος μᾶλλον τοῦ δέους γενόμενος, τὴν ἐξ ἀρχῆς γνώμην ὅμως οὐ μεθίετο. Συναπῆει δ' αὐτῷ καὶ Θεόφιλος ὁ Ἰνδός. Ἐπεὶ δὲ τοὺς Νωρικοὺς κατέλαβεν, ἐνταῦθα δὴ ἐκ Μεδιολάνων, ἔνθα διῆγεν ὁ Κωνστάντιος, καταπέμπεται Βαρβατίων, ἀνὴρ τὴν στρατηγικὴν ἔχων ἀρχὴν, ἐφ' ᾧ τὸν Γάλλον ἀφελέ-

VALESII ANNOTATIONES.

(3) *Καὶ τὸν Μόντιον.* Fallitur vir doctus, qui in margine codicis Bocharti annotavit forte scribendum esse Λεόντιον. Hic enim est Montius quæstor sacri Palatii, de quo Ammianus Marcellinus loquitur in libro decimo quarto. Ejusdem meminit Gregorius Nyssenus in libro primo *contra Eunomium*, pag. 294: Τοῦ δὲ περὶ τὸν ὕπαρχον Δομετιανὸν καὶ Μόντιον ἄγους τηνικαῦτα τολμηθέντος, etc.

(4) *Οὐδὲ λογιστὴν ἔξεστί σοι προχειρίσασθαι.* Hunc locum non intellexit Gothofredus. Nam logistam quidem, rationarium præfecti prætorio intellexit: προχειρίσασθαι vero accepit pro διαχρήσασθαι, id est, *interficere*. Nos jam pridem in Annotationibus ad librum XIV Ammiani Marcellini, pag. 36, et in Annotationibus ad *Historiam ecclesiasticam* Eusebii, observavimus logistas esse curatores civitatum. Προχειρίσασθαι vero idem esse quod *promovere*, vel *creare*, nemo est in Græcis litteris mediocriter versatus qui nesciat. Montius ergo quæstor

(5) *Οὐκ ἐπ' ἀγαθῷ συλλαβών.* Scribendum puto συμβαλών, id est, *conjectans*.

(6) *Τοῦ προστάγματος γίνεται.* In margine codicis Bochartiani adnotatum est eadem manu, deesse hic aliquid: statimque alia manu adjectum est forte πληρωθείς. Quam tamen conjecturam non probo. Neque enim hæc locutio satis elegans mihi videtur. Existimo igitur nihil deesse. Est enim locutio familiaris Philostorgio. Sic infra in hoc capite de eodem Gallo dicit: Ἐξ οὗ καὶ ὁ Γάλλος μᾶλλον τοῦ δέους γενόμενος.

VARIORUM.

(a) *Γάλλου γυνὴ Κωνστάντια.* Constantini filia, ideoque, ut videtur, Augusta hic appellata; Anniballiano prius nupta. Hanc alteram Megæram vocat Ammianus Marcellinus lib. XIV initio: quem vide. *W. Lowth.*

σθαι μὲν τῆς ἁλουργίδος, ὑπερόριον δὲ κατά τινα νῆσον (a) τῆς Δαλματίας ποιήσασθαι. Ὁ δὲ Θεόφιλος παρὼν οὐκ εἶα προελθεῖν τὴν πρᾶξιν. Καὶ γὰρ καθ' ὃν καιρὸν Καῖσαρ ὁ Γάλλος κεχειροτόνηται, τῶν μεταξὺ αὐτοῦ καὶ Κωνσταντίου προελθόντων ὅρκων, οἳ τὴν ἐν ἀμφοῖν φιλίαν καὶ τὸ παρ' ἑκατέρου ἀνεπιβούλευτον ἑκατέρῳ διετίθεντο, αὐτὸς ὁ μεσίτης ἦν, καὶ ὁ συνέχων αὐτῶν τὴν ὁμόνοιαν. Πλὴν ἀλλά γε μαθὼν ὁ Κωνστάντιος ιὴν τοῦ Θεοφίλου ἀποκώλυσιν, ἐκεῖνον μὲν ὑπερόριον ἄγεσθαι κελεύει, τὸν Γάλλον εἰς ἰδιώτην (7) ἀπογυμνωθέντα, φρουρησόμενον ἐκπέμπεσθαι κατὰ τὴν νῆσον. Εὐσέβιος δὲ ὁ εὐνοῦχος, ὃς εἰς τὴν τοῦ πραιποσίτου τιμὴν ἐκβεβήκει (8), καὶ οἱ σὺν αὐτῷ, τὸν Κωνστάντιον ἔτι συνανέφλεγον κατὰ τοῦ Γάλλου, δεδιότες μὴ, τῶν ὅρκων εἰς ἐπιστροφὴν ἐλθὼν, ἢ τὸ τοῦ αἵματος ὁμόγνιον αἰδεσθεὶς, ἀνήσει τὸν Καίσαρα τῆς ὑπερορίας, καὶ σφᾶς ἐκεῖνος τὸν κίνδυνον διαφυγὼν κακοὺς κακῶς ἀπολέσει. Στέλλονται τοίνυν τῇ τούτων παραδρομῇ (9) οἱ τὸν Γάλλον ἀναιρήσοντες· οὔπω δὲ τοῦ πάθους προελθόντος, εἰς μετάνοιαν ἐπιστραφεὶς ὁ Κωνστάντιος ἑτέρους ἐκπέμπει τὸν φόνον κωλύσοντας· τοὺς δὲ οἱ περὶ Εὐσέβιον ὑποποιοῦνται, μὴ πρὶν παραγενέσθαι τῇ νήσῳ, μηδ' ἐμφανίσαι τινὶ τὰς ἀνακαλούσας τὸν θάνατον ψήφους, πρὶν ἂν ὁ κατακριθεὶς τῷ ξίφει τὴν ζωὴν ἀποῤῥήξῃ. Καὶ γέγονεν ὡς ἐσπούδασαν. Διὰ τοῦτο καὶ Ἰουλιανὸς, ὕστερον τὸ τῆς βασιλείας περιζωσάμενος κράτος, Εὐσέβιόν τε καὶ τοὺς σὺν αὐτῷ τῆς περὶ τὸν ἀδελφὸν παρανομίας δίκην εἰσεπράξατο.

A lum purpurea veste exueret, et in quamdam Dalmatiæ insulam relegaret. Verum Theophilus, qui aderat, rem ad exitum perduci haudquaquam passus est. Nam quo tempore Gallus Cæsar factus est, ipse jurisjurandi quod inter Gallum et Constantium intercesserat, quo mutuam inter se amicitiam, nec alterum alteri unquam insidiaturum esse spoponderant, interpres fuerat, et mutuam inter eos concordiam continebat. Constantius igitur, de Theophili intercessione certior factus, eum quidem in exsilium mitti præcepit, Gallum vero purpura nudatum, privati habitu in insulam deportari, illic a militibus custodiendum. Porro Eusebius eunuchus qui ad præpositi dignitatem evectus fuerat, et ii qui cum illo erant, Constantii animum adhuc magis incitarunt adversus Gallum : metuentes scilicet, ne Constantius aut jusjurandum in memoriam revocans, aut propinquitatem sanguinis reveritus, Cæsarem ab exsilio revocaret, neve Gallus ex eo discrimine elapsus, ipsos malos male perderet. Horum igitur fraudibus atque insidiis, missi sunt qui Gallum interficerent. Cæde tamen nondum perpetrata, pœnitentia ductus Constantius alios misit qui cædem prohiberent. Verum Eusebius istis persuasit ne ad insulam accederent, neve principis rescriptum quo cædes Galli inhibebatur, cuiquam evulgarent prius, quam Gallus gladio vitam finiisset. Idque ita gestum est ut ipsi moliti fuerant. Quamobrem Julianus postea imperium adeptus, Eusebium ac socios ob injustam Galli cædem capitali supplicio affecit.

β'. Τὸ μέντοι γε βάρος τῆς ἀρχῆς ὑπολογιζόμενος ὁ Κωνστάντιος, καὶ ὡς οὐχ οἷός τε εἴη μόνος φέρειν, Ἰουλιανὸν τὸν ἀδελφὸν Γάλλου τῆς Ἰωνίας μεταπεμψάμενος, χειροτονεῖ Καίσαρα, Ἑλένην αὐτῷ τὴν ἰδίαν ἀδελφὴν εἰς γυναῖκα κατεγγυησάμενος. Καὶ τὸν μὲν τὰς Γαλλίας φυλάττειν ἐκπέμπει· καὶ γὰρ λίαν ἐτετάρακτο τὰ τῇδε.

2. *Julianus Cæsar in Gallias missus.* — Porro Constantius molem totius imperii considerans, et quod solus ipse ei sustentandæ haudquaquam sufficeret, Julianum Galli fratrem, ex Ionia accitum, Cæsarem constituit, Helena sorore sua ei in conjugium data. At Julianum quidem ad custodiam Galliarum protinus misit; nam in illis partibus res admodum perturbatæ erant.

γ'. Αὐτὸς δὲ ἐν Σιρμίῳ παραγενόμενος, διῆγεν· ἐν ᾧ καὶ τὸν Ῥώμης ἐπίσκοπον Λιβέριον, ὑπὸ Ῥωμαίων ἐπιζητούμενον σφόδρα, τῆς φυγῆς κατάγει καὶ ἀποδίδωσι τοῖς αἰτησαμένοις. Τηνικαῦτα δὲ οὗτός φησι, καὶ Λιβέριον κατὰ τοῦ ὁμοουσίου (10) καὶ μὴν καὶ κατά γε τοῦ Ἀθανασίου ὑπογράψαι· ὁμοίως δὲ καὶ

3. *Liberii Osiique lapsus.* — Ipse vero Sirmium profectus illic consedit : quo quidem tempore etiam Liberium episcopum urbis Romæ, quem Romani summo studio flagitabant, ab exsilio revocatum civibus suis reddidit (11). Tunc etiam eumdem Liberium, et una cum illo Osium episcopum, contra

VALESII ANNOTATIONES.

(7) *Τὸν Γάλλον εἰς ἰδιώτην.* Procul dubio scribendum est, τὸν δὲ Γάλλον, ut in margine codicis Bochartiani adnotatur.

(8) *Εἰς τὴν τοῦ πραιποσίτου τιμὴν ἐκβεβήκει.* Codex Bocharti habet ἐβεβήκει.

(9) *Τῇ τούτων παραδρομῇ.* Scribendum est procul dubio περιδρομῇ. Est autem περιδρομὴ circumcursatio, vel ambitus. Glossæ veteres, περιδρομεύς *ambitiosus*, περιδρομή, *ambitus*. Recte igitur Lucas Holstenius Gothofredi interpretationem emendans, pro *velocitate* reposuerat *instantia*. Sumitur etiam hoc verbum pro fraude et insidiis ac circumventione.

(10) *Λιβέριον κατὰ τοῦ ὁμοουσίου.* De Liberii subscriptione in synodo Sirmiensi, vide, si placet, quæ notavi ad caput 15 libri IV *Historiæ ecclesiasticæ* Sozomeni.

(11) Soz. l. IV, c. 15.

VARIORUM.

(a) *Κατά τινα νῆσον.* Flanonem vocant Socr. l. II, c. 34, et Soz. lib. IV, cap. 7. Porro Eusebium eunuchum in causa fuisse, ut Gallus interficeretur, scribit Julianus imp. in *Epistola ad senatum vopulumque Atheniensem*, pag. 501, cum ait, Gallum occisum in unius spadonis et cubicularii gratiam, εἰς χάριν ἑνὸς ἀνδρογύνου καὶ καταχομαστοῦ, καὶ προσέτι τοῦ τῶν μαγείρων ἐπιτρόπου.

consubstantialis vocabulum et contra Athanasium subscripsisse ait Philostorgius, cum synodus quædam illic collecta esset, et supra memoratos in sententiam suam pertraxisset (12). Postquam vero subscripsissent, Osium quidem ad sedem suam Cordubam scilicet Hispaniæ reversum, Ecclesiam ejus loci gubernasse, Liberium vero Romanæ Ecclesiæ præfuisse. At Felix, qui absente Liberio episcopus fuerat ordinatus, ad sua se recepit, episcopi quidem dignitatem retinens, nulli tamen præsidens Ecclesiæ.

A τὸν ἐπίσκοπον Ὅσιον, συνόδου τινὸς ἐνταῦθα συστάσης, καὶ εἰς ὁμοφωνίαν αὐτοὺς ὑποσπασαμένης. Ἐπεὶ δὲ ὑπέγραψαν, τὸν μὲν Ὅσιον εἰς τὴν ἑαυτοῦ παροικίαν τὴν Κουδρούβην τῆς Ἱσπανίας ἐπανελθεῖν, καὶ τοῦ θρόνου ἄρχειν· Λιβέριον δὲ τῆς Ῥωμαίων Ἐκκλησίας. Φίληξ δὲ, ὁ ἐν τῷ μεταξὺ χρόνῳ τῆς Ῥώμης ἐπίσκοπος καταστὰς, εἰς ἑαυτὸν ἀπῆει, τὸ μὲν ἀξίωμα τῆς ἐπισκοπῆς φέρων, οὐ μήν γέ τινος Ἐκκλησίας προϊστάμενος.

4. *Eudoxius ep. Antioch.* — (13) Mortuo Leontio Antiochenæ urbis episcopo, Eudoxium ex urbe Germanicia translatum, hi qui ejusdem cum illo opinionis erant, ut ait Philostorgius, in sede Antiochena collocarunt. Porro Eudoxius Arianorum quidem sententiam sequebatur, nisi quod ex libris Asterii, ad sententiam eorum qui Filium similem secundum substantiam profitebantur, abductus fuerat. Sed Ariani, eum ab hoc dogmate retrahentes, ad dissimilis substantiæ assertionem revocarunt. Cæterum Philostorgius ait, Eudoxium moribus mitem fuisse ac modestum, nec mediocri solertia ac dexteritate præditum; ob ignaviam tamen ac timiditatem magnopere traducit; patrem ejus Cæsarium nomine ait ortum fuisse ex Arabisso minoris Armeniæ oppido; eumque licet in amores mulierum effusior fuisset, vitam tamen consummasse martyrio, quod et maculas ejus abstersit, et coronas athleticas insuper ei contulit.

δ'. Ὅτι Λεοντίου τοῦ Ἀντιοχείας ἐπισκόπου τελευτήσαντος, Εὐδόξιον, φησὶν, ἐκ Γερμανικείας μεταστησάμενοι (13') οἱ ὁμόδοξοι ἐπιβιβάζουσι τῷ θρόνῳ. Ὁ δὲ τῆς Ἀρειανῆς μὲν δόξης ἦν, πλὴν ἐκ τῶν Ἀστερίου γραμμάτων εἰς τὸ κατ' οὐσίαν ὅμοιον ὑπενήνεκτο. Οἱ δὲ συναιρεσιῶται τοῦτον ἀναφέροντες πρὸς τὸ ἑτεροούσιον ἀνῆγον. Ἐπιεικῆ δὲ τὸν Εὐδόξιον ὁ Φιλοστόργιος καὶ κόσμιον τὰ ἤθη, καὶ τὰ ἄλλα δεξιὸν ἀναγράφων, εἰς δειλίαν ἐκτόπως διαβάλλει· καὶ Ἀραβισσὸν μὲν τῆς μικρᾶς Ἀρμενίας πόλιν πατρίδα λαχεῖν τὸν αὐτοῦ πατέρα (Καισάριος ὄνομα (14) αὐτῷ), μαρτυρικὸν δὲ, καίτοι τῶν εἰς γυναῖκας ἠττώμενον ἡδονῶν, ὅμως θάνατον διαθλῆσαι, καθάρσιόν τε τῶν μολυσμάτων, καὶ πρός γε στεφάνους ἀθλητικοὺς ἐπιφέροντα.

5. *Eunomius.* — Eudoxius, ut ait Philostorgius, Eunomium ad diaconatus gradum promovit. Verum Eunomius, priusquam universam eorum doctrinam accuratissime didicisset, munus illud suscipere recusavit.

ε'. Ὅτι Εὐδόξιος μὲν, φησὶν, εἰς διακονίαν Εὐνόμιον προχειρίζεται, ὁ δὲ, πρὶν εἰς τὸ ἀκριβέστατον ἐκεῖνον τῆς δόξης ἀνελθεῖν (15), τὴν λειτουργίαν οὐ δέχεται.

6. *Basilius Ancyræ ep. Eudoxio invidet.* — Cum Antiochensis ecclesiæ administratio tradita esset Eudoxio, ait Philostorgius Basilium Ancyranum ægre admodum id tulisse. Ipse enim ad eam sedem cupiditatis oculos adjecerat, ejusque amorem penitus in animo defixum circumferebat.

ς'. Ὅτι, φησὶν, Εὐδοξίου τὴν Ἀντιόχειαν ἐγχειρισθέντος, ὁ Ἀγκύρας Βασίλειος ἐδυσχέραινεν· αὐτὸς γὰρ ἐπ' αὐτὴν εἶχε τὸ βλέμμα τῇ γνώμῃ στηριζόμενον.

7. *Theophilus Indus Augustam sanat.* — Constantius, cum uxor ipsius, quam quidem summopere amabat, furoribus uteri laboraret, necesse habuit

ζ'. Ὅτι, φησὶ, τῆς Κωνσταντίου γυναικὸς (*a*) τῷ τῆς μητρομανίας ἁλούσης πάθει, ἐξεκρέματο δὲ τοῖς ἱμέροις αὐτῆς ὁ Κωνστάντιος, εἰς ἀνάγκην ἦκε τὸν

VALESII ANNOTATIONES.

(12) Theodorit. lib. II, c. 17.

(13) Theodor. lib. II, c. 25.

(13') *Ἐκ Γερμανικείας μεταστησάμενον.* Ex codice Bocharti emendavi μεταστησάμενοι. Et paulo post, pro ὑπηνέγκατο, ex eodem codice restitui ὑπενήνεκτο. Porro fallitur hic Philostorgius, et qui eum secutus est Gothofredus, qui translationem Eudoxii ex episcopatu Germaniciensi ad sedem Antiochenam contigisse putant post lapsum ac restitutionem Liberii pontificis Romani. Etenim Eudoxius Antiochiam translatus est anno Christi trecentesimo sexagesimo septimo. Liberius vero anno sequenti in propriam sedem est restitutus ut ostendi in Annotationibus ad librum quartum Sozomeni.

(14) *Καισάριος.* De hoc Cæsario Eudoxii patre, deque ejus martyrio multa habet Suidas, ex Philostorgio procul dubio desumpta.

(15) *Πρὶν εἰς τὸ ἀκριβέστατον ἐκεῖνον τῆς δόξης ἀνελθεῖν.* Hunc Philostorgii locum levi mutatione restituendum esse existimo, in hunc modum: πρὶν εἰς τὸ ἀκριβέστατον τῆς ἐκείνων δόξης ἀνελθεῖν, id est: *Eunomius diaconatum sibi oblatum suscipere recusavit, priusquam universam eorum doctrinam, Eudoxii scilicet atque Aetii, accuratissime percepisset.*

VARIORUM.

(*a*) *Τῆς Κωνσταντίου γυναικός.* Eusebia hæc est: quam sterilem, quoad vixit, fuisse testantur Am. Marcellinus lib. XVI, cap. 11, Zonaras et Ceprenus p. 249. Nec Theophili curationi (qualiscunque ea fuit) diu supervixit: quippe Constantius Faustinam, aliam conjugem, duxerat anno Chr. 360, *amissa jampridem Eusebia*, inquit Marcellinus, lib. XXI, cap. 6.

Θεόφιλον τῆς ὑπερορίας ἀνακαλέσασθαι (εὐφημίζετο γὰρ οὗτος παθῶν εἶναι θείᾳ δυνάμει θεραπευτής), παραγεγονότα δὲ καὶ συγγνώμην οἷς εἰς αὐτὸν ἥμαρτεν αἰτῆσαι, καὶ πρὸς τὴν τῆς γυναικὸς θεραπείαν ἐκλιπαρῆσαι, καὶ μὴ διαμαρτεῖν, ὡς οὗτος λέγει, τῆς αἰτήσεως. Ἐπιθέντος γὰρ τὰς ἱλαστηρίους χεῖρας τοῦ Θεοφίλου, ἀπαλλαγῆναι τοῦ πάθους τὸ γύναιον.

A Theophilum ab exsilio revocare. Hunc enim divina virtute morbos curare, celebris fama erat. Postquam vero advenit Theophilus, Constantius eorum quæ adversus ipsum peccaverat, veniam petiit, utque uxorem suam curaret, multis precibus rogavit; nec irrita fuit ejus postulatio, ut testatur Philostorgius. Nam cum Theophilus manus placatrices imposuisset, mulier morbo liberata est.

η'. Ὅτι, φησὶ, Βασίλειος συλλαβὼν μεθ' ἑαυτοῦ τόν τε τῆς Σεβαστείας Εὐστάθιον, καὶ ἑτέρους Ἐκκλησιῶν προεστῶτας, τόν τε Ἀέτιον μάλιστα, εἶτα δὲ καὶ τὸν Εὐδόξιον πρὸς τὸν βασιλέα διασύρει, ἄλλα τε πλάττων περὶ αὐτῶν, καὶ ὡς εἶησαν μύσται καὶ κοινωνοὶ τῆς κατὰ Γάλλον ἐπαναστάσεως, συμπεριλαβὼν ταῖς κατ' ἐκείνων διαβολαῖς καὶ τὸν Θεόφιλον. Ὁ δὲ πεισθεὶς, μάλιστα δὲ διὰ τῶν γυναικῶν (ταύτας γὰρ B οἱ περὶ Βασίλειον πρὸς τὴν ἑαυτοῦ γνώμην προκατειργάσαντο), τῷ μὲν Θεοφίλῳ ζημίαν ἐπιβάλλει, τὴν ἐν τῷ Πόντῳ Ἡράκλειαν οἰκεῖν ὑπερόριον, τὸν δὲ Εὐδόξιον τῆς Ἀντιοχείας ἀποστάντα διαμένειν οἴκοι, Ἀέτιον δὲ καὶ ἑτέρους τινὰς τῶν σὺν αὐτοῖς εἰς τὴν τῶν διαβαλλόντων δίδωσιν ἐξουσίαν. Ἐτύγχανον δὲ οἱ περὶ Βασίλειον καὶ κατὰ πρόσωπον τοῦ βασιλέως περὶ τῆς πίστεως διειλεγμένοι, ἐν οἷς τὸ μὲν ὅμοιον τῷ Πατρὶ λέγειν κατὰ πάντα (a) τὸν Υἱὸν διετρανοῦτο, οὐσίας δὲ ὅλως οὐδὲ ὀνόματι μνήμης (b) τοῖς ἄλλοις λόγοις συνεισήγετο. Ταύτην δὲ τὴν δόξαν καὶ συνόδου κρίσει, καὶ ὑπογραφαῖς βεβαιῶσαι διεσπούδασαν. Μετ' οὐ πολὺ δὲ καὶ Εὐνόμιος, τῆς φήμης τῶν ὑπὸ Βασιλείου πραχθέντων καταλαβούσης τὴν Ἀντιόχειαν, τήν τε χειροτονίαν τοῦ διακόνου ὑποδέχεται, καὶ πρέσβυς C ἀποσταλεὶς πρὸς Κωνστάντιον ἀναλῦσαι τὰ ἐψηφισμένα, ἁλίσκεται κατὰ τὴν ὁδὸν ὑπὸ τῶν ἀμφὶ Βασίλειον, καὶ εἰς Μιδαΐον φυγαδεύεται, πόλιν τῆς Φρυγίας· τὸν δὲ Ἀέτιον, ὑπὸ τὴν ἐξουσίαν πεσόντα τῶν ἀμφὶ τὸν Βασίλειον, ὑπερόριον ἡ Πέπουζα τῆς Φρυγίας (16) εἶχεν· Εὐδόξιος δὲ εἰς τὴν ἑαυτοῦ πατρίδα ὑπεχώρησε τὴν Ἀρμενίαν. Ἀλλὰ καὶ ἕτεροι ταῖς ὑπερορίαις ἐδόθησαν, ταῖς περὶ τὸν Βασίλειον ὑπαγόμενοι ψήφοις, ὧν ὁ ἀριθμὸς εἰς ἑβδομήκοντα σύμπας ἐκφαλαιοῦται.

8. *Basilius Aetium, Eudoxium, Theophilumque exagitat.* — Basilius, ut scribit Philostorgius, adjuncto sibi Eustathio Sebastiæ episcopo aliisque Ecclesiarum præsidibus, Aetium præcipue, deinde vero Eudoxium quoque apud imperatorem accusavit, tum alia adversus eos confingens, tum quod conscii ac participes fuissent conjurationis Galli. Sed et Theophilus iisdem calumniarum nexibus comprehensus est. Imperator igitur Basilio credens, ac præcipue mulieribus: has enim Basilius prævenientes ad partes suas traduxerat: Theophilum quidem exsilio multatum Heracleam Ponti relegavit. Eudoxium vero Antiochia excedere ac domi manere jussit. Aetium denique ac reliquos qui una cum illis erant, calumniatorum potestati tradidit. Cæterum Basilius coram imperatore de fide disputationem habuerat : in qua similem quidem per omnia Patri Filium esse exponebatur; substantiæ vero nulla mentio, ne nomine quidem tenus fiebat. Hanc autem opinionem, et synodi sententia et subscriptionibus firmari studuerunt. Nec multo post Eunomius, cum fama eorum quæ a Basilio gesta fuerant Antiochiam perlata esset, diaconi ordinationem suscepit: et legatus ad Constantium missus, ut ea quæ decreta fuerant rescinderentur, in itinere captus a Basilianis, et Midaium Phrygiæ relegatus est. Aetium vero in potestatem Basilianorum delapsum, Pepuza Phrygiæ vicus exsulem accepit. At Eudoxius in Armeniam, ex qua oriundus erat, recessit. Alii præterea numero septuaginta Basilianorum sententia damnati, in exsilium missi sunt.

θ'. Ὅτι οἱ ἀμφὶ Βασίλειον ταῦτα διαπραξάμενοι πάντα, πανταχοῦ φοιτῶντες (17), τὸ ὁμοούσιον συν- D

9. *Basiliani ὁμοιούσιον confirmant.* — Hæc ubi fecissent Basiliani, universa loca peragrantes, ὁμοιού-

VALESII ANNOTATIONES.

(16) *Πέπουσα τῆς Φρυγίας.* Assentior Lucæ Holstenio, qui ad latus sui codicis adnotavit scribendum esse Πέπουζα. Sic certe in codice ms. Samuelis Bocharti diserte exaratum inveni. Pepuza oppidum fuit Phrygiæ, quod Montanus novam Hierusalem cognominarat, ut docet Eusebius in libro quinto *Ecclesiasticæ hist.* capite 18. Ex cujus oppidi nomine, Montanistæ Pepuziani vocati sunt.

(17) *Πάντα πανταχοῦ φοιτῶντες.* Gothofredus hunc locum ita interpretatur : *Omnia ubique versantes.* Quæ interpretatio ferri nullo modo potest. In ms. codice Samuelis Bocharti aliam hujus loci distinctionem inveni. Ὅτε οἱ ἀμφὶ Βασίλειον ταῦτα διαπραξάμενοι πάντα, πανταχοῦ φοιτῶντες, etc. Quam quidem distinctionem magnopere probo. Vox tamen πάντα delenda videtur, utpote superflua, et

VARIORUM.

(a) *Ὅμοιον τῷ Πατρὶ κατὰ πάντα.* Hæc non sunt desumpta e formula fidei a synodo Sirmiensi tertia composita, et consulum nominibus præfixis famosa, ut existimat Gothofredus in notis ad locum. Quæ enim hic describuntur, anno superiore gesta sunt, quam synodus ista coacta fuerit. Itaque potius e formula synodi Ancyranæ desumpta sunt, cui Liberius episcopus Romæ subscripsit. Vid. Soz. lib. IV, cap. 15, et ibi Valesium. Certe Basilius Ancyranus erat Semi-Arianorum antesignanus. *W. Lowth.*

(b) *Μνήμης.* Rectius legi videtur μνήμη. *W. Lowth.*

σιον, id est similis substantiæ vocabulum confirmarunt (18). Multique in eorum sententiam concedentibus, Macedonium quoque Constantinopoleos episcopum, quamvis antea in sententiam Eunomii esset propensior, in suam nihilominus sententiam pertraxerunt. Multos etiam alios episcopos, partim verbis allicientes, partim vim suasionibus admiscentes, ad suas partes traduxere.

A ἐκρότουν· καὶ πολλῶν πειθομένων, καὶ τὸν Κωνσταντινουπόλεως Μακεδόνιον, καίτοι τοῖς περὶ Εὐνόμιον προαποκεκλιμένον (20), εἰς τὴν ἑαυτῶν ὅμως ἐπεσπάσαντο δόξαν· ἀλλὰ καὶ πολλοὺς ἑτέρους τῶν ἐπισκόπων, τοὺς μὲν ὑπάγοντες λόγοις, τοὺς δὲ, τὴν πειθὼ συνεπικεραννύντες τῇ βίᾳ.

10. *Patrophilus et Narcissus Basilium ap. Imp. accusant. Synodus Arimini. Clades Nicomediæ.* — Ait Patrophilum Scythopoleos et Narcissum Irenopoleos episcopum, una cum aliquot aliis Singidunum Mœsiæ urbem adventantes, retulisse Constantio ea quæ per fraudem patrata fuerant a Basilio. Constantium vero obstupefactum et dolore commotum, eos quidem qui damnati fuerant ab exsilio revocasse; duas vero synodos celebrari jussisse : alteram Arimini, ad quam Occidentalium partium episcopi convenirent; alteram Nicomediæ, quæ episcopos ex Oriente et Libya ac Thracia esset habitura; ut in his synodis ea quæ ab utraque parte dicebantur, diligenti examine discuterentur. Sed Nicomediensem quidem synodum, ut impius iste calumniatur, eo quod plerique eorum in consubstantialis fidem propensi erant, terræ motus repressit, qui episcopos quindecim numero qui ante alios advenerant, una cum Cecropio ejusdem urbis episcopo exstinxit, concussa ecclesia in qua erant congregati. Ariminensis autem synodus, ad quam trecenti convenerunt episcopi, substantiæ quidem vocabulum penitus rejecit. Filium vero Patri similem secundum Scripturas prædicans, additis singulorum subscriptionibus firmavit.

B ι'. Ὅτι Πατρόφιλον τὸν Σκυθοπόλεως, καὶ Νάρκισσον τὸν Εἰρηνοπόλεως, καὶ ἑτέρους σὺν αὐτοῖς, ἐν Σεγγιδόνι τῆς Μυσίας παραγενομένους, τὸν Κωνσταντίου φησὶν ἀναδιδάξαι τὰ παρὰ τοῦ Βασιλείου δεδραματουργημένα. Καὶ τὸν καταπλαγέντα καὶ ὑπεραλγήσαντα, τῶν μὲν μεθορίων τοὺς κατεψηφισμένους ἀνεῖναι, συνόδους δὲ γενέσθαι προστάξαι δύο, τὴν μὲν ἐν Ἀριμίνῳ τοὺς ἀπὸ δύσεως συναλίζουσαν, τὴν δὲ τοὺς ἐξ ἑῴας καὶ Λιβύης καὶ Θράκης ἐν Νικομηδείᾳ· αἳ τὰ παρ' ἑκατέρου μέρους λεγόμενα, δοκιμασίαις ἔμελλον παραβάλλειν. Ἀλλὰ τὴν μὲν ἐν Νικομηδείᾳ, ὡς οὗτος ὁ δυσσεβὴς δυσφημεῖ, τῶν πλειόνων πρὸς τὸ ὁμοούσιον νενευκότων, σεισμὸς ἀναστέλλει, ὃς τοὺς προκαταλαβοῦσιν εἰς δεκαπέντε τὸν ἀριθμὸν ἀνηγμένους (a) ἅμα τοῦ ταύτης ἐπισκόπου Κεκροπίου, ἐπικατασείσας τὸν ναὸν ἐν ᾧ συνεδρίαζον, διαφθείρει. Ἡ δὲ ἐν Ἀριμίνῳ, εἰς τριακοσίους ἄνδρας συνελθοῦσα, τὸ μὲν τῆς οὐσίας ὄνομα εἰς τὸ παντελὲς διώσατο, ὅμοιον δὲ τὸν Υἱὸν τῷ Πατρὶ κατὰ τὰς Γραφὰς ἀνακηρύξασα, ὑπογραφαῖς ἰδίαις κατησφαλίσαντο.

C 11. *Synodus Seleuciæ.* — Nicomedia hunc in modum terræ motu et incendio ac maris inundatione, ut iste ait, eversa, multisque hominibus exstinctis, synodus Seleuciæ tandem congregata est, cum Basilius quidem Nicæam recusasset, Eudoxius vero et Aetius Tarsum admittere noluissent (19). At Basiliani, cum synodum quibusdam machinationibus in duas factiones divisissent, et seorsum convenissent, similem quidem secundum substantiam confirmarunt; eos vero qui contra sentirent deposuerunt, dissimilis substantiæ dogmate condemnato. Ipsique per sese Annianum Antiochiæ episcopum ordinarunt. Eudoxius autem et Aetius, cum dissimilis substantiæ dogma scripto confirmassent, litteras suas quaquaversum miserunt.

ια'. Ὅτι τῆς Νικομηδείας σεισμῷ καὶ πυρὶ καὶ θαλάσσης ἐπικλύσει κατερειπωθείσης, ὡς οὗτος λέγει, καὶ πολλῶν ἀνθρώπων διαφθαρέντων, ἡ σύνοδος ἐν Σελευκείᾳ τὴν σύστασιν λαμβάνει· τῶν μὲν περὶ Βασίλειον τὴν Νικαίαν παραιτησαμένων, τῶν δὲ ἀμφὶ τὸν Εὐδόξιον καὶ Ἀέτιον τὴν Ταρσὸν οὐ προσηκαμένων. Οἱ δὲ περὶ Βασίλειον μηχαναῖς τὴν σύνοδον διαστήσαντες, καὶ καθ' ἑαυτοὺς συνεδριάσαντες, κυροῦσι μὲν τὸ κατ' οὐσίαν ὅμοιον, τοὺς δ' ἀντιφερομένους καθαιροῦσιν, ἀποκηρύξαντες τὸ ἑτεροούσιον, καὶ χειροτονοῦσιν αὐτοὶ καθ' ἑαυτοὺς ἐπίσκοπον τῆς Ἀντιοχείας Ἀνιανόν. Πλήν γε καὶ οἱ περὶ Εὐδόξιον καὶ Ἀέτιον, τὸ ἑτεροούσιον ἐγγράφως κρατυνάμενοι, πανταχοῦ τὸν τόμον διαπέμπουσιν.

D 12. *Synodus Constantinopoli.* — Verum imperator his de rebus certior factus, universos Constan-

ιβ'. Ὁ δὲ βασιλεὺς ταῦτα μαθὼν, προσέταξεν ἅπαντας εἰς τὴν Κωνσταντινούπολιν ἀπαντᾶν. Καὶ

VALESII ANNOTATIONES.

ex sequenti vocabulo perperam geminata. Paulo post pro ὁμοούσιον, procul dubio scribendum est ὁμοιούσιον. Quod confirmat Philostorgius in capite 12, infra.

(18) Theodorit., l. II, c. 6.

(19) Theodorit., l. II, c. 26.

(20) *Προαποκεκλιμένον.* Hunc locum restitui ex ms. codice Samuelis Bocharti, cui consentit etiam Scoriacensis. Interpretationem autem Gothofredi, Holstenius ad latus sui codicis ita correxerat : *Inter alios Macedonium Constantinopolitanum, quamvis ante in Eunomii partes inclinatum, in suam nihilominus sententiam pertraxerunt.*

VARIORUM.

(a) *Τοὺς προκαταλαβοῦσιν — ἀνηγεγμένους.* Videtur legendum τοὺς προκατολαβοῦντας — ἀνηγεγμένους. *W. Lowth.*

δὴ συναθροίζονται ἔκ τε τῶν ἑσπερίων καὶ τῆς ἑῴας καὶ Λιβύης μικροῦ σύμπαντες. Προειστήκεισαν δὲ τῶν μὲν κατ' οὐσίαν ὅμοιον πρεσβευόντων, Βασιλειός τε καὶ Εὐστάθιος· οἷς ἄλλοι τε καὶ Βασίλειος ἕτερος παρῆν συναspίζων, διακόνων ἔτι τάξιν ἔχων, δυνάμει μὲν τοῦ λέγειν πολλῶν προφέρων, τῷ δὲ τῆς γνώμης ἀθαρσεῖ (21) πρὸς τοὺς κοινοὺς ὑποστελλόμενος ἀγῶνας. Τῶν δὲ τὸ ἑτεροούσιον, Ἀέτιος μὲν καὶ Εὐνόμιος ὑπῆρχον, οἳ τὴν δύναμιν ἄκροι, διακόνων ἑκάτερος βαθμὸν ἔχων. Ἐπίσκοποι δὲ δευτεραγωνιστῶν χορὸν ἐκπληροῦντες, Μάρης τε καὶ Εὐδόξιος, ὁ τότε τῆς Ἀντιοχείας ἐπισκοπήσας, ὕστερον δὲ καὶ τὸν Κωνσταντινουπόλεως ὑπελθὼν θρόνον. Καὶ δὴ καὶ Ἀκάκιος ὁ τῆς Παλαιστίνων Καισαρείας, τὴν πρὸς ἐκείνους ὑποκρινόμενος ὁμοδοξίαν, ἐφ' ᾧ τοὺς περὶ Βασίλειον ἀντιλυπῆσαι, διότι κἀκεῖνοι Κύριλλον τῶν Ἱεροσολύμων ὑπ' αὐτοῦ παυθέντα τοῦ ἱεράσθαι, διὰ τιμῆς ἔφερον. Ἦν δὲ ὁ Ἀκάκιος θαρσαλέος μὲν ἐν τοῖς ἀγῶσι, διανοηθῆναί τε πράγματος φύσιν ὀξὺς, καὶ λόγῳ δηλῶσαι τὸ γνωθὲν ἱκανός. Ἐξ οὗ καὶ τὰ ταύτης τῆς συνόδου γράμματα (22), πολλὰ δέ ἐστιν, οὗτος ἦν μόνος ὁ διατιθέμενος. Εἰς ἀμιλλαν οὖν δογμάτων ἑκατέρας μοίρας καταστάσης, ὁ μὲν Βασίλειος τῶν τὸ ὁμοούσιον δοξαζόντων προηγόρει, οἱ δὲ τοῦ ἑτεροουσίου ὑπὲρ ἁπάντων λέγειν τὸν Ἀέτιον προὔστησαν, συνασπίζοντος αὐτῷ καὶ Εὐνομίου. Ὡς δὲ εἶδον οἱ ἀμφὶ τὸν Βασίλειον προβεβλημένον αὐτοῖς εἰς ἀντιλογίαν τὸν Ἀέτιον, δείσαντες αὐτοῦ τὴν δύναμιν τῶν λόγων, οὐκ ἔφασαν δεῖν ἐπισκόπους ὄντας διακόνῳ περὶ δογμάτων εἰς λόγους καθίστασθαι. Ἀντειπόντων δὲ τῶν διαφερομένων, ὡς οὐκ ἀξίας νῦν ἐστι κρίσις, ἀλλ' ἀληθείας ἐπιζήτησις, δέχονται μὲν καὶ ἄκοντες οἱ περὶ Βασίλειον (a) τὸν ἀγῶνα· καὶ ὡς οὗτος λέγει, κατὰ κράτος τῇ τοῦ Ἀετίου γλώσσῃ ἡττήθησαν, ὡς μὴ μόνον ὁμολογῆσαι, παρηλλάχθαι τὴν τοῦ γεννηθέντος οὐσίαν πρὸς τὴν τοῦ γειναμένου, καὶ κατὰ μηδὲν κοινωνεῖν, ἀλλὰ καὶ χειρὶ οἰκείᾳ τὴν ὁμολογίαν, Ἀετίου τοῦτο προσαπαιτήσαντος, βεβαιώσασθαι. Μαθόντα δὲ ταῦτα τὸν βασιλέα, καὶ ἦν πάλαι Βασίλειος κατὰ Ἀετίου διαβολὴν συνεσκευάκει, κατὰ μέσης τῆς καρδίας ἀκμάζουσαν φέροντα, τὸ συνενεχθὲν ἁρπάσαι πρὸς τὴν τῆς ὀργῆς ἐκπλήρωσιν. Διόπερ ἄμφω μὲν εἰς θέαν παρίστησι, διαπυθάνεται δὲ τοῦ Βασιλείου, τίνα ἂν εἴη, οἷς ἐπαιτιᾶται τὸν Ἀέτιον. Ὁ δὲ, Ὡς ἀνόμοιον, ἔφη, τῷ Πατρὶ τὸν Υἱὸν εἰσηγεῖται. Ἀμείψασθαι δὲ πρὸς ταῦτα τὸν Ἀέτιον· τοσοῦτον ἐνδεῖν τῷ Πατρὶ τὸν Υἱὸν ἀνόμοιον

A tinopolim convenire jussit. Conveniunt itaque, tum ex Occidentis partibus, tum ex Oriente ac Libya fere universi (23). Et eorum quidem qui Filium similem secundum substantiam profitebantur, antesignani erant Basilius et Eustathius. Quibus tum alii aderant suppetias ferentes, tum Basilius alter, intra diaconi gradum etiam tum subsistens; dicendi quidem facultate multis superior, verum ob timiditatem ac pusillum animum publicas disputationes detrectans. Eorum vero qui dissimilem substantiam prædicabant, Aetius quidem et Eunomius, quantum ad vim ac potentiam attinet, præcipui erant, uterque diaconi duntaxat obtinens gradum. Secundas autem ab his partes implebant episcopi, Maris et Eudoxius, qui tum quidem episcopatum

B gesserat Antiochiæ, postea vero ad Constantinopolitanam sedem promotus est, itemque Acacius episcopus Cæsareæ Palæstinæ qui se cum illis consentire simulabat, ut Basilium vicissim dolore afficeret, propterea quod Basilius Cyrillum Hierosolymorum episcopum ab ipso depositum, nihilominus honore afficiebat. Erat porro Acacius audax in disputationibus, idem in dignoscendis negotiis acutissimus, et ad exponendos animi sui sensus satis disertus. Unde etiam acta hujus synodi, quæ non pauca sunt, ab hoc uno digesta ac disposita fuere. Cum igitur ambæ partes in certamen de dogmatibus suis venissent, eorum quidem qui Filium similem secundum substantiam profitebantur, patronus erat Basilius. Qui vero dissimilem substantiam

C asserebant, Aetium causæ suæ patronum constituerunt, adjuncto ei Eunomio. Porro Basilius et qui cum illo erant, cum Aetium adversarium sibi oppositum vidissent, ejus dicendi vim formidantes, indecorum esse dixerunt ut episcopi de dogmatibus fidei cum diacono certarent. Sed cum adversæ partis antistites reclamassent, non de dignitate præsens judicium, sed veritatis inquirendæ causa institutum esse dicentes, Basilius licet invitus in certamen descendit; et quemadmodum iste scribit, ab Aetii lingua penitus devictus est, adeo ut non solum confessus fuerit, substantiam geniti differre a substantia genitoris, nec ulla in re convenire, verum etiam propriæ manus subscriptione, sicut

D Aetius postulaverat, confessionem suam firmaverit. Quæ cum didicisset imperator, et calumniam quam Basilius in Aetium confinxerat, adhuc vigen-

VALESII ANNOTATIONES.

(21) *Τῷ δὲ τῆς γνώμης ἀθαρσεῖ.* Ignaviam ac timiditatem Basilio Magno objicit Philostorgius Eunomianus. In hoc Eunomium ducem suum secutus, qui idem vitium Basilio exprobraverat, ut testatur Gregorius Nyssenus in libro primo *adversus Eunomium*, pag. 318. Verum Nyssenus eam accusationem eleganter ac luculente refutat in sequentibus.

(22) *Ταύτης τῆς συνόδου γράμματα.* Suspicatus sum aliquando scribendum hic esse πράγματα. Ferri tamen potest vulgata scriptura, quippe quæ eumdem sensum habet. Γράμματα enim hoc loco non epistolas duntaxat, verum etiam acta totius synodi designant. Certe verbum διατιθέμενος quod sequitur, non convenit solis epistolis.

(23) Theodorit., l. II, c. 27.

VARIORUM.

(a) *Οἱ περὶ Βασίλειον.* Duo Basilii in hoc capite memorantur; scil. Magnus ille qui postea Cæsareæ in Cappadocia antistes fuit, nunc vero diaconus: et Basilius Ancyræ episcopus. De hoc posteriori hic sermo est.

tem in animo suo circumferret, eventus illius occasionem ad explendam iram suam arripuit. Ambobus igitur in conspectum suum venire jussis, Basilium interrogavit quænam essent illa de quibus Aetium incusaret. Respondit Basilius, quod is dissimilem Patri Filium assereret. Ad hæc Aetius : Tantum abest, inquit, ut Filium Patri dissimilem dicam aut sentiam, quin potius absque ullo discrimine similem profiteor. At Constantius vocabulum illud ἀπαράλλακτος insimulans, nec discere omnino sustinens quonam sensu eam vocem usurpasset Aetius, eum palatio expelli jussit. Postea vero Acacii opera perfecit, ut idem Aetius episcopali judicio deponeretur, subscribentibus ejus depositioni non solum orthodoxis, verum etiam iis ipsis qui ejusdem cum illo opinionis erant : quorum alii priorem sententiam mutaverant, alii id quod inviti fecerant, dispensationis nomine prætexebant. Porro Constantius Occidentalium epistolam in medium proferens, præsentium episcoporum subscriptionibus firmari eam jussit. Continebatur autem in hac epistola, Filium Patri similem esse secundum Scripturas. Tum vero opera etiam ejusdem Acacii, qui quidem aliud in pectore reconditum, aliud in lingua promptum habebat, universi qui aderant, et ii quoque ipsi qui dissimilem substantiam antea professi fuerant, subscripserunt.

A εἰπεῖν ἢ δοξάσαι, ὥστε καὶ ἀπαραλλάκτως ὅμοιον σὺν τὸν κηρύττειν. Τῆς δὲ τοῦ ἀπαραλλάκτου φωνῆς ὑποδραξάμενος ὁ Κωνστάντιος, καὶ μηδ' ἀνασχόμενος ὅλως ἔτι καταμαθεῖν, κατ' ὃν ἐκεῖνος τρόπον ἀνεφθέγξατο τὸ ἀπαράλλακτον, ἐκβληθῆναι μὲν κελεύει τῶν βασιλείων τὸν Ἀέτιον· ὕστερον δὲ, τῇ συνδρομῇ Ἀκακίου, καὶ καθαιρέσεως ὑποβληθῆναι ψήφοις, οὐ τῶν ὀρθοδοξούντων μόνων ὑποσημηναμένων τῇ καθαιρέσει, ἀλλὰ καὶ αὐτῶν τῶν εἰς τὰ μάλιστα τῷ φρονήματι κοινωνούντων· τῶν μὲν καὶ τὴν γνώμην μεταβληθέντων, τῶν δὲ τὴν ἀκούσιον πρᾶξιν οἰκονομίας ῥήματι κατασχηματιζόντων. Ὁ δὲ Κωνστάντιος, τὸν τῶν ἑσπερίων τόμον προκομισάμενος, τοῦτον καὶ τῶν παρόντων ὑποσημήνασθαι χειρὶ οἰκείᾳ διεκελεύσατο. Περιείχετο δὲ τῷ τόμῳ, ὅμοιον τῷ Πατρὶ κατὰ τὰς B Γραφὰς ἀνομολογεῖν τὸν Υἱόν. Καὶ πάλιν ἐνταῦθα συνδρομῇ τοῦ Ἀκακίου, ὃς ἕτερος μὲν ἦν τὴν ὀξαν, ἕτερος δὲ τὴν γλῶτταν, ὑπογράφουσι πάντες ὅσοι παρῆσαν, καὶ ὅσοι πρὶν ἐπρέσβευον τὸ ἑτεροούσιον.

EX LIBRO QUINTO HISTORIÆ.

1. *Acacius Basilianos et Aetianos pellit. Homoousiani ordinati. Meletius episc. Antioch.* — Post hæc Acacius, cum imperatorem in suam sententiam pertraxisset, Basilium et Eustathium aliosque plures variis criminationibus appetitos, ex suis sedibus deposuit (24). Ipsum quoque Macedonium Constan- C tinopolis episcopum sacerdotio exuit. Porro depositio Macedonio, Eudoxius ex Antiochensi episcopo, annuente Constantio, in ejus locum subrogatus est. Ii vero qui depositi fuerant, in exsilium missi sunt, Basilius quidem in Illyricum : reliqui autem, alius alio dispersi : qui cum in exsilium ducerentur, subscriptiones suas quibus Ariminensis concilii fidem confirmaverant, revocarunt; atque hi quidem consubstantialem, illi vero similis substantiæ Filium iterum prædicarunt. Aetius autem depositus, propterea quod ἀπαράλλακτον invexerat, quod reliquis ejus sermonibus ac scriptis manifeste repugnabat, Mopsuestiam Ciliciæ relegatur, cum omnes prope modum ejus fautores ac sectatores, non ipsum modo, verum etiam fidem quam prædicabat, D subscriptione sua damnassent : alii quidem opinionem quam prius amplexi fuerant abjicientes; alii vero tempori servientes, et imperatoris voluntatem veritate ipsa potiorem judicantes. Porro Acacius, cum Basilium quidem ob privatas inimicitias, Aetium vero ob dogmatum discrepantiam deposuisset, et in exsilium trusisset, Cæsaream rediens, in

ΕΚ ΤΗΣ ΠΕΜΠΤΗΣ ΙΣΤΟΡΙΑΣ.

α'. Ὅτι, φησὶ, μετὰ ταῦτα Ἀκάκιος τοὺς περὶ Βασίλειον καὶ Εὐστάθιον, βασιλέα πείσας καὶ αἰτίαις ἄλλους ἄλλαις ὑποβαλὼν, καθαιρεῖ τῶν θρόνων. Καθαιρεῖ δὲ καὶ Μακεδόνιον τὸν Κωνσταντινουπόλεως ἐπίσκοπον. Παυθέντος δὲ τοῦ Μακεδονίου, Εὐδόξιος ἐξ Ἀντιοχείας Κωνσταντίου γνώμῃ ἀντικαθιδρύεται τῷ θρόνῳ. Ὑπερορίζονται δὲ καὶ οἱ καθαιρεθέντες. Βασίλειος μὲν εἰς Ἰλλυριούς, οἱ δὲ λοιποὶ ἄλλος ἀλλαχόσε· οἱ πρὸς τὴν ὑπερόριον στελλόμενοι, ἀθετοῦσι μὲν τὰς οἰκείας ὑπογραφὰς, αἷς τὴν ἐν Ἀριμίνῳ πίστιν ὑπεσημήναντο· ἀνακηρύττουσι δὲ πάλιν οἱ μὲν τὸ ὁμοούσιον, οἱ δὲ τὸ ὁμοιούσιον. Καὶ ὁ Ἀέτιος δὲ, καθαιρεθεὶς διότι τὸ ἀπαράλλακτον εἰσηγήσατο, ὅπερ αὐτοῦ ταῖς ἄλλαις ὁμιλίαις καὶ συγγραφαῖς διαῤῥήδην ἀπεμάχετο, ὑπερόριος εἰς Μαψουεστίαν τῆς Κιλικίας ἐκπέμπεται, ὑπογραψάντων κατ' αὐτοῦ, οὐ μόνον δὲ, ἀλλὰ καὶ κατὰ τῆς πίστεως ἣν ἐκήρυττε, μικροῦ πάντων αὐτοῦ τῶν ἐραστῶν καὶ ὁμοφρόνων· τῶν μὲν ἐκ μεταβολῆς τῶν πάλαι δεδογμένων, τῶν δὲ τοῖς καιροῖς ἐνδόντων, καὶ τὴν τοῦ βασιλέως γνώμην κρείττω τῆς παρὰ σφίσιν ἀληθείας ποιησαμένων. Ὁ δὲ Ἀκάκιος τοὺς περὶ Βασίλειον δι' ἰδίαν ἔχθραν, καὶ τὸν Ἀέτιον διὰ τὸ ἑτεροδοξεῖν καθελὼν, καὶ ὑπερορίους ποιησάμενος, ἀνατρέχων ἐπὶ τὴν Καισάρειαν, ταῖς χρεουσαις Ἐκκλησίαις ἀρχιερεῖς καθίστη, τὸ ὁμοούσιον θρησκεύοντας· καὶ καθίστησι μὲν ἐν Νικομηδείᾳ ἀντὶ Κεκροπίου. Ὀνήσιμον· ἀντὶ δὲ Βασιλείου τῇ Ἀγκύρᾳ, Ἀθανάσιον (25). Ἀκάκιον δὲ ἑτε-

VALESII ANNOTATIONES.

(24) Theodorit. l. II, c. 26.

(25) Τῇ Ἀγκύρᾳ Ἀθανάσιον. De hoc Athanasio Ancyræ episcopo, præter Socratem et Basilium a Gothofredo citatos, meminit Gregorius Nyssenus in libro primo *contra Eunomium*, p. 292 : Τὰ γὰρ κατὰ τὸν Ἀέτιον τοῦτον Ἀθανασίου ποτὲ τοῦ Γαλατῶν ἐπισκόπου λέγοντος ἤκουσα, ἀνδρὸς οὐκ ἄν τι πρὸ τῆς ἀληθείας προτιμήσαντος, etc. Id est, *Nam quis et qualis fuerit hic Aetius, audivi quondam narrantem Athanasium episcopum Galatiæ, virum cui nihil unquam veritate fuit antiquius.*

ρον ἀντὶ Σιλβανοῦ, τῇ Ταρσῷ. Ἐν δὲ τῇ Ἀντιοχείᾳ, ὅσοι μέν ποτε τῶν ἐν τῷ κλήρῳ συνέπραξαν Βασιλείῳ ἐν τοῖς κατὰ τοῦ Ἀετίου καὶ Εὐδοξίου τολμηθεῖσιν, ἐρήμην ἠλαύνοντο. Μελέτιον δὲ τῆς Σεβαστείας τῶν Ἀρμενίων μεταπεμψάμενος, ἀντὶ Εὐδοξίου τῷ θρόνῳ ἐγκαθιδρύει· ἤδη γὰρ Εὐδόξιος Κωνσταντινουπόλεως ἐπέβαινεν. Ὁ δὲ Μελέτιος, τὰ μὲν πρῶτα, τῇ τοῦ βασιλέως ῥοπῇ, θεραπεύων τὸ ἑτεροούσιον ὑπεκρίνετο (26), καὶ τῷ τόμῳ τῶν ἑσπερίων ὑπέγραψε, τοῦ δὲ τῆς Ἀντιοχείας ἐπάρξας θρόνου, θερμὸς ἦν τοῦ ὁμοουσίου ὑπέρμαχος. Χειροτονεῖ δὲ καὶ Πελάγιον ὁ Ἀκάκιος ἐν Λαοδικείᾳ· καὶ ἁπλῶς ἔνθα ἂν ἡ δύναμις εἶπετο (27), τὴν βουλὴν ἐδίδου, κατὰ τὸ κράτιστον ἀντὶ τῶν ἐξελαθέντων τοὺς τὸ ὁμοούσιον εἰς τὸ ἀπροφάσιστον τιμῶντας ἐγκαθιστάναι.

A Ecclesiis quæ pastore suo viduatæ erant, eos episcopos constituit, qui consubstantialis fidem profiterentur. Ac Nicomediæ quidem in locum Cecropii, Onesimum ordinavit; Ancyræ vero in locum Basilii Athanasium substituit. Tarsensibus autem Silvani loco Acacium alterum præfecit. Antiochiæ vero clerici omnes qui cum Basilio olim consenserant in his quæ contra Aetium et Eudoxium tentata fuerant, indicta causa, expulsi sunt. Et Meletius ex urbe Armeniæ Sebastia accitus, in Antiochena sede ab eodem Acacio collocatus est, vice Eudoxii; jam enim Eudoxius Constantinopolitanam ad sedem conscenderat. At Meletius, prius quidem dissimilis substantiæ Filium professus, ad imperatoris arbitrium sese accommodabat, et Occidentalium epistolæ subscripserat. Sed postquam ad Antiochenam sedem promotus est, consubstantialis propugnator acerrimus exstitit. Laodiceæ vero idem Acacius Pelagium ordinavit episcopum. Atque, ut breviter dicam, ubicunque vis ac potentia ei consilium dabat, in eorum locum qui expulsi fuerant, eos qui consubstantiale apertissime profiterentur, summo studio collocavit.

β'. Ὅτι, φησὶν, ὁ βασιλεὺς παρὰ Ἀχαικίου (28) μαθὼν, ὡς ὁ Ἀέτιος ὑπὸ Αὐξεντίου τοῦ Μοψουεστίας ἐπισκόπου ἐς τὰ μάλιστα φιλοφροσύνης ἀξιοῦται, εἰς Ἄμβλαδα (α) (29) τοῦτον μεθορισθῆναι παρακελεύεται, ἐκεῖ κακῶς ἀπορρῆξαι τὸν βίον, διὰ τὸ βάρβαρον καὶ μισάνθρωπον τῶν ἐνοικούντων. Αὐχμοῦ δὲ καὶ λοιμοῦ τὴν χώραν ἔχοντος ἀνυποίστου, ὡς οὗτος ὁ δυσσεβὴς ψευδολογεῖ, τὸν Ἀέτιον ἐξιλεωσάμενον τὸ θεῖον λῦσαι μὲν τὰ δεινὰ, παμπόλλης δὲ τυχεῖν ὑπὸ τῶν ἐνοικούντων εὐνοίας τε καὶ σεβασμιότητος.

B 2. *Aetii exsilium.* — Cum imperator ex Acacio didicisset, Aetium ab Auxentio Mopsuestiæ episcopo omni humanitate ac benevolentia foveri, eum Amblada deportari jussit, ut vitam illic misere finiret, ob barbariem atque inhumanitatem incolarum. Cumque æstus ac pestilentia intolerabilis eum locum infestarent, impius iste mendaciorum scriptor ait Aetium placato divino Numine has calamitates depulisse, et summa benevolentia atque observantia ab incolis exceptum esse.

γ'. Ὅτι τῶν περὶ Εὐστάθιον καὶ Εὐσέβιον καὶ Ἐλεύσιον καθαιρεθέντων, οἱ ἀμφὶ τὸν Μάριν καὶ Εὔδοξιον γνώμῃ Κωνσταντίου, τῆς Κυζίκου τὸν Εὐνόμιον (β) ἐπίσκοπον χειροτονοῦσιν, οὐκ ἄλλως ἐκείνου τὴν χειροτονίαν ἀνασχομένου, εἰ μὴ παρ' αὐτῶν ὑποσχέσεις λάβοι, τὸν Ἀέτιον καὶ τῆς ὑπερορίας, καὶ τῆς καθαιρέσεως ἀθωωθῆναι· καὶ χρόνος ἦν ὁ τῆς προθεσμίας εἰς τρεῖς ἀπαρτιζόμενος μῆνας.

3. *Eunomius ep. Cyzici.* — Post Eustathii, Eusebii et Eleusii depositionem, Maris atque Eudoxius, annuente Constantio, Eunomium Cyzici episcopum ordinarunt. Qui tamen hanc ordinationem suscipere recusavit, nisi prius sponsionem ab iis C accepisset, Aetium et exsilio et depositionis sententia absolutum iri. Eique rei perficiendæ intervallum trium mensium definitum est.

VALESII ANNOTATIONES.

(26) Ὑπεκρίνετο. Scribendum puto ὑπεκλίνετο. Eodem verbo utitur Philostorgius in libro IV, cap. 9, καίτοι τοῖς περὶ Εὐνόμιον προαποκεκλιμένον. Gothofredus vero hunc locum aliter interpunxit, ut ex versione ejus apparet. Sic enim interpretatur : *At Meletius, initio quidem imperatoris nutui serviens,* ἑτεροούσιον *simulavit.* Verum Græci sermonis proprietas hoc loquendi genus non admittit, τῇ τοῦ βασιλέως ῥοπῇ θεραπεύων. Dicerent enim δουλεύων, aut quid simile. Recte igitur emendavi, ὑπεκλίνετο τῇ τοῦ βασιλέως ῥοπῇ. Quæ elegans est metaphora a momento trutinæ desumpta. Jam vero θεραπεύων τὸ ἑτεροούσιον eleganter dicitur pro τιμῶν, ut paulo post loquitur Philostorgius.

(27) Ἔνθα ἂν ἡ δύναμις εἶπετο. Suspicatus sum aliquando hunc locum ita restituendum esse : ἔνθα ἂν ἡ δύναμις αὐτῷ τὴν βουλὴν ἐδίδου, etc. Et in fine ἐγκαθίστησι. Sed nunc re attentius examinata, nihil mutandum censeo.

(28) Ὁ βασιλεὺς παρὰ Ἀχαικίου. In apographo Samuelis Bocharti, post has voces, in margine annotantur hæc verba : *Addé μαθὼν ex margine manuscripti exemplaris.*

(29) Εἰς Ἄμβλαδα. In manuscripto codice Samuelis Bocharti legitur, Ἄμβλασα. Et paulo post pro ἀνυποίστου idem codex habet ἀνυποστάτου, ὡς οὗτος ὁ δυσσεβὴς ψευδολογεῖ. Porro cum hoc capite jungendus est locus Suidæ in voce Αὐξέντιος, qui absque ulla dubitatione descriptus est ex hoc Philostorgii libro. Nam et Aetii et Eunomii elogium quod illic legitur, id manifeste declarat, et stylus ipse Philostorgium auctorem indicat. Ἔφορος enim ibi dicitur episcopi : quæ locutio peculiaris est Philostorgio.

VARIORUM.

(α) Ἄμβλαδα. Pisidiæ civitas dicitur Artemidoro, et ex eo Straboni; Tauro monti subjecta, Isauriæ olim vicina, et forte pars ejus hoc ævo, quo Isauri latrociniis dediti, ad gravia bella proruperant, ut scribit Marcellinus lib. XIV, in gestis anni 353. *J. Gothofred. in loc.*

(β) Τῆς Κυζίκου τὸν Εὐνόμιον. Socr. lib. IV, cap. 7, et Soz. lib. VI, cap. 8, Eunomium faciunt Cyzici episcopum sub Valente imp.; sub Constantio melius Theodoritus, lib. II, cap. 27, et hic Philostorgius.

4. *Constantius Persis bello inferior.* — Cum Constantius de hostibus victoriam reportare antea solitus esset, postquam proximorum cruore dextram suam contaminavit, et Basilii calumniis impulsus, Theophilum et Aetium ac Serram exsilio multavit, commisso cum Persis prœlio victus recessit.

5. *Meletio pulso subrogatus Euzoius* (30).—Ait impius Philostorgius, Meletium Antiochensem episcopum a Constantio, qui tunc Antiochiæ degebat, Melitinam, quæ patria ejusdem erat, relegatum esse, tanquam perjurii convictum, et propterea quod eum τὸ ὁμοούσιον ardentissime prædicaret, idem tamen τὸ ἑτεροούσιον amplecti se fingebat. Posthæc Constantius Euzoium hæreseos Arii consortem, ex urbe Alexandria evocavit, jussisque episcopis ei manus imponere, episcopum Antiochiæ eum constituit.

EX LIBRO SEXTO HISTORIÆ.

1. *Eunomii accusati defensio* (31). — Quidam ex clero urbis Cyzicenæ Eunomium criminati sunt apud Eudoxium, quasi is dissimilem Patri Filium assereret, ex eo quod similem secundum substantiam negabat, argumentum ducentes dissimilitudinis Patris cum Filio. Eumdem præterea accusabant, quod vetustos ritus mutaret, et eos qui cum ipso impie agere nollent, ejiceret. Hanc ob causam tumultus in Ecclesia Constantinopolitana excitatus est, Hesychio quodam ejus Ecclesiæ presbytero eam de industria commovente. Proinde Eudoxius Eunomium ad se accersit. Qui cum advenisset, Eudoxium insimulavit tarditatis ac negligentiæ in perficiendis iis quæ promiserat. Eudoxius vero, se haudquaquam ea neglexisse respondit, sed prius componendum esse tumultum qui ipsius causa excitatus fuerat. Eunomius igitur apud clerum Constantinopolitanum defensionem suam exorsus, eos qui prius tumultuabantur, ita sibi conciliavit, ut non modo in contrariam sententiam transierint, verum etiam Eunomio deinceps testimonium pietatis ultro perhibuerint. Non enim solum in his quas

ε'. Ὅτι φησὶν, εἰωθὼς Κωνστάντιος τῶν πολεμίων κρατεῖν, ἐπειδὴ ὁμογνίῳ λύθρῳ (*a*) τὴν δεξιὰν ἐξεμίανε, καὶ τοὺς ἀμφὶ Θεόφιλον καὶ Ἀέτιον καὶ Σέρραν, διαβολαῖς ἀναπεισθεὶς Βασιλείου, ὑπερορίους ἐποιήσατο, πρὸς Πέρσας συμπλακεὶς τὸ ἧττον ἤνεγκεν.

ς'. Ὅτι φησὶν οὗτος ὁ δυσσεβὴς, τὸν Ἀντιοχείας Μελέτιον ὑπὸ τοῦ Κωνσταντίου καὶ αὐτοῦ ἐν Ἀντιοχείᾳ διατρίβοντος, ὑπερόριον ἐς τὴν ἑαυτοῦ πατρίδα τὴν Μελιτινὴν ἐκπέμψαι, ὡς ἐπιορκίαις ἁλόντα, καὶ ὅτι ὁμοούσιον πρεσβεύων ἐκτόπως, τὸ ἑτεροούσιον κατεσχηματίζετο. Μεταπέμπεται δὲ ἐξ Ἀλεξανδρείας τὸν συναιρεσιώτην Ἀρείου Εὐζώϊον· καὶ τούτῳ χεῖρας ἐπιθεῖναι τοὺς ἐπισκόπους κελεύσας, ἐπίσκοπον Ἀντιοχείας ἀποκαθίστησιν.

ΕΚ ΤΗΣ ΕΚΤΗΣ ΙΣΤΟΡΙΑΣ.

α'. Ὅτι τὸν Εὐνόμιόν τινες τῶν ἐν τῷ κλήρῳ Κυζίκου Εὐδοξίῳ διαβάλλουσιν, ὡς ἀνόμοιον τῷ Πατρὶ τὸν Υἱὸν εἰσηγούμενον, τὸ μὴ κατ' οὐσίαν ὅμοιον εἰς κατηγορίαν ἀνομοιότητος Πατρὸς πρὸς Υἱὸν μετασκευάζοντες· καὶ τὰ παλαιὰ δὲ μετακινεῖν ἔθη, καὶ τοὺς μὴ συνασεβεῖν ἐθέλοντας διασκευάζειν. Ἐπὶ τούτοις θόρυβος τὴν Κωνσταντινουπολιτῶν Ἐκκλησίαν εἶχεν, ἀνακινοῦντος αὐτὴν ἐπίτηδές τινος τῶν ἐν αὐτῇ πρεσβυτέρου, Ἡσυχίου τοὔνομα. Διὸ μετάπεμπτον ὁ Εὐδόξιος τὸν Εὐνόμιον ποιεῖται. Παραγεγονὼς δὲ ὁ μὲν τῆς βραδυτῆτος καὶ ὀλιγωρίας τῶν ὑπεσχημένων τὸν Εὐδόξιον ἠτιᾶτο· ὁ δὲ περὶ τούτων μὲν ὑπεκρίνατο (32) μὴ ἂν ἀμελῆσαι· δεῖν δὲ πρὶν τὴν περὶ αὐτοῦ γεγενημένην διαλῦσαι στάσιν. Ἐντεῦθεν εἰς ἀπολογίαν ὁ Εὐνόμιος τῷ Κωνσταντινουπόλεως κλήρῳ καταστὰς, οὕτω τοὺς πρὶν θορυβοῦντας εἷλεν, ὡς μὴ μόνον εἰς τὴν ἐναντίαν μεταστῆσαι δόξαν, ἀλλὰ μάρτυρας αὐτοῦ θερμοὺς τῆς εὐσεβείας γενέσθαι. Καὶ γὰρ ἀνόμοιον τῷ Πατρὶ τὸν Υἱὸν οὐ μόνον οὐδαμῶς ἐν οἷς ἐδημιούργησε (33) δογματίζειν ἐφωράθη, ἀλλά γε καὶ ὅμοιον κατὰ τὰς Γραφὰς ἀνακηρύττειν ἐπαῤῥησιάζετο. Τὸ μέντοι ὅμοιον (34) κατὰ τὴν οὐ-

VALESII ANNOTATIONES.

(30) Theodorit. l. II, c. 31.

(31) Theodorit. l. II, c. 29.

(32) *Ὁ δὲ περὶ τούτων μὲν ὑπεκρίνατο.* Non dubito quin scribendum sit ἀπεκρίνατο, licet manuscripti codices nihil mutent.

(33) *Ἐν οἷς ἐδημιούργησε.* Scribendum est, ni fallor, ἐδημηγόρησε, id est, in concionibus quas Eunomius habuit ad clerum Constantinopolitanum, ut se ab hæreseos crimine apud illos purgaret. Certe Philostorgius paulo ante testatus est, Eunomium apologeticum sive defensionem suæ fidei ac doctrinæ coram clero urbis regiæ instituisse, εἰς ἀπολογίαν ὁ Εὐνόμιος τῷ Κωνσταντινουπόλεως κλήρῳ καταστάς, etc. Et hæc est fortasse apologia qua tantopere gloriabatur Eunomius, ut refert Gregorius Nyssenus in libro primo *contra Eunomium.*

(34) *Τὸ μέντοι ὅμοιον.* Hunc locum mutilum esse asteriscus ipse satis indicat. Nos vero ex manuscripto codice Samuelis Bocharti hanc lacunam supplevimus hoc modo: Τὸ μέντοι ὅμοιον κατὰ τὴν οὐσίαν οὐ προσίετο· ἴσον εἰς βλασφημίαν λέγων εἶναι. ὅμοιον κατ' οὐσίαν λέγειν τῷ Πατρί, etc. Id est, *Similem autem secundum substantiam neutiquam admittebat, ejusdem impietatis esse affirmans, similem secundum substantiam dicere Filium Patri, et non simillimum profiteri juxta rationes unigenito Filio convenientes ad Patrem qui sine passione genuit.* Quæ si cui fortasse obscura esse videbuntur, is legat expositionem fidei Eunomii, quam nuper edidi in Annotationibus ad librum v *Historiæ ecclesiasticæ* Socratis pag. 274, etc. Sed verba ipsa Eunomii præstat hic ascribere, prout illa interpretati sumus; quippe quæ non

VARIORUM.

(*a*) *Ὁμογνίῳ λύθρῳ.* Cædo scilicet Constantii, Dalmatii, et Annibaliani, patruorum et patruelium: præcipue vero Galli Cæsaris; de cujus nece pœnitentem Constantium inducit Julianus, *Epist. ad senatum populumque Athen.*: Ἀπαιδίαν τε ἐντεῦθεν νομίζει δυστυχεῖν, τά τε ἐς τοὺς πολεμίους Πέρσας οὐκ εὐτυχῶς πράττειν ἐκ τούτων ὑπολαμβάνει.

σίαν οὐ προσίετο· ἴσον εἰς βλασφημίαν λέγων εἶναι, ὅμοιον κατ' οὐσίαν λέγειν τῷ Πατρὶ τὸν Υἱόν, καὶ μὴ ὁμοιότατον φρονεῖν κατὰ τοὺς μονογενεῖ Θεῷ πρὸς τὸν ἀπαθῶς γεγεννηκότα Πατέρα προσήκοντας (35) λόγους. Οὐ μόνον δὲ τὸν κλῆρον οὕτω διέθηκεν, ἀλλὰ καὶ πάνδημον ὅλην Ἐκκλησίαν, τὰ αὐτὰ διαλεχθείς, εἰς μέγα καὶ ψυχὴ θαῦμα καὶ σοφίας καὶ εὐσεβείας εἱλκύσατο. Ἐξ οὗ καὶ τὸν Εὐδόξιον ὑπεραγασθέντα ἀναβοῆσαι, Ἡ ἐμὴ ἀπολογία τοῖς ἐμὲ ἀνακρίνουσιν (36) αὕτη ἐστίν· καὶ κρότον ἀγεῖραι τῷ πλήθει, ὡς εὖ καὶ κατὰ καιρὸν τὴν ἱερὰν ἀνειπόντος χρῆσιν.

A habuit concionibus, nunquam deprehensus est dissimilem Patri Filium asserere, imo vero similem secundum Scripturas, prædicare se libere professus est. Similem quidem secundum substantiam neutiquam admittebat : ejusdem impietatis esse dicens, similem secundum substantiam dicere Filium Patri, et non simillimum profiteri juxta rationes unigenito Filio convenientes ad Patrem qui sine passione genuit. Neque vero clerum duntaxat ita affecit, verum etiam universum Ecclesiæ populum, cum hæc disseruisset, ingenti admiratione tum sapientiæ, tum pietatis suæ perculit. Quamobrem Eudoxius supra modum gavisus exclamavit : Defensio mea apud eos qui me interrogant, hæc est; et populus applausit Eudoxio, quod bene atque opportune sacræ Scripturæ verba pronuntiasset.

β'. Ὅτι ὁ δυσσεβὴς οὗτος Εὐνόμιον τὸν Θεοστυγῆ κατ' ἐπιτροπὴν Εὐδοξίου δημηγορῆσαι τῷ πλήθει λέγει, τῆς τῶν Θεοφανείων ἑορτῆς ἐνισταμένης, ἐν ᾗ τὸ δυσσεβὲς αὐτῶν καὶ ἄθεον μάλιστα ἀπογυμνοῦται. Τόν τε γὰρ Ἰωσὴφ οἱ κατάρατοι, μετὰ τὴν ἄφραστον κυοφορίαν, συνάπτειν οὐ πεφρίκασι τῇ Παρθένῳ, καὶ τὸν Υἱὸν ἀναιδέστερον τοῦ Πατρὸς δοῦλον καὶ ὑπηρέτην, καὶ δὴ καὶ τὸ Πνεῦμα τοῦ Υἱοῦ, φοβερὸν οὐδὲν ἡγοῦντο λέγειν (37). Ἔστι δὲ καὶ αὐτοῖς ἡ φράσις ἐν τούτοις πανηγυρικῆς χάριτος ἀπηλλοτριωμένη, ἀσαφείᾳ δὲ καὶ περιττολογίᾳ, καὶ ῥημάτων οὐ καθαρῶν παραχρήσει εἰς τὸ ἀτερπέστατον καὶ καταγέλαστον καὶ τεταραγμένον εἶδος ἀνοιδουμένη, καὶ τὸν τῆς ψυχῆς γνόφον καὶ σάλον καὶ τὸ θεοβλαβὲς ἐνδεικνυμένη.

B 2. *Eunomii de Filio impia dicta.* — Ait impius Philostorgius, Deo invisum Eunomium festo Theophaniarum die, jussu Eudoxii, sermonem ad populum habuisse, in quo impia eorum doctrina apertissime detecta est. Nam et Josephum detestandi illi, post ineffabilem partum coivisse cum Virgine ausi sunt dicere, et multo adhuc impudentius, Filium Patris servum ac ministrum, Spiritum item Filii, pronuntiare non dubitarunt. Porro genus dicendi quo illi tunc usi sunt, a panegyrica venustate alienum fuit, et obscuritate ac superfluitate verborum, et vocabulorum impurorum usu tumidum, ad ingratum ac ridiculum et confusum characterem pertinens, mentis eorum caliginem ac perturbationem, inflictamque ipsis a Deo pœnam perspicue

C declarans.

γ'. Ὅτι μετὰ τοὺς πολλοὺς ἐπαίνους Εὐνομίου, οὐ μόνον οὐδὲν ὧν ὑπέσχετο διενοήθη περαίνειν Εὐδόξιος, ἀλλὰ κἀκεῖνον ἐπεχείρει πείθειν, Γραφῇ τήν τε καθαίρεσιν Ἀετίου, καὶ τὴν ἐν Ἀριμήνῳ ἔκθεσιν ὑποσημήνασθαι, εἰς τὸ τῆς οἰκονομίας πρόσχημα (38) τὸ ἐκ-

3. *Eudoxius et Eunomius dissident.* — Eudoxius post multas laudes in Eunomium congestas, non modo nihil eorum quæ promiserat, perficere in animum induxit, imo vero persuadere illi conatus est, ut depositioni Aetii, et Ariminensis fidei expositioni

D

VALESII ANNOTATIONES.

mediocrem lucem allatura sint huic loco. *Hunc Filium Dei et unigenitum Deum agnoscimus; solum similem Patri ob præcipuam similitudinem et propriam ac peculiarem significationem, non ut Patrem Patri; neque enim duo sunt Patres : non ut Filium Filio : quippe cum non sint duo Filii; neque ut ingenitum ingenito : unus enim ingenitus est, Deus scilicet omnipotens, et unus Filius, unigenitus scilicet : sed similem, ut Filium Patri, quippe qui imago sit et sigillum omnis operationis ac virtutis paternæ, sigillum omnium operum ac sermonum et consiliorum Patris.*

(35) *Προσήκοντας.* In editione Genevensi a librariis, ut opinor, omissa erat vox λόγους, quam nos ex manuscriptis exemplaribus nostris hic supplevimus.

(36) *Τοῖς ἐμὲ ἀποκρίνουσιν.* Scribendum est ἀνακρίνουσιν, ut legitur in manuscripto codice Samuelis Bocharti. Verba sunt Pauli apostoli ex Epistola prima ad Corinthios cap. IX, quibus usus erat Eudoxius Constantinopolitanus episcopus, cum apologiam Eunomii in ecclesia audiisset. Quo audito, universus populus qui aderat, plaudens acclamavit, bene et commode dictum illud Apostoli ab Eudoxio prolatum esse significans. Sic enim interpretanda sunt verba illa Philostorgii, τὴν ἱερὰν ἀνειπόντος χρῆσιν, quemadmodum Lucas Holstenius ad latus sui codicis adnotavit.

(37) *Καὶ τὸ Πνεῦμα τοῦ Υἱοῦ φοβερὸν ἡγοῦντο λέγειν.* Veram hujus loci emendationem nobis indicavit codex Samuelis Bocharti, in quo ita scribitur : Καὶ τὸ Πνεῦμα τοῦ Υἱοῦ, φοβερὸν οὐδὲν ἡγοῦντο λέγειν. Optime, si vocem unam addideris hoc modo : Καὶ τὸ Πνεῦμα ἔργον τοῦ Υἱοῦ, φοβερὸν οὐδὲν ἡγοῦντο λέγειν, id est, *Sed et Spiritum sanctum Filii opus dicere nequaquam reformidarunt.* Certe hoc fuisse dogma Eunomii docet ejusdem expositio jam a nobis citata. Sed nihil addendum est. Supplendum duntaxat ἀπὸ κοινοῦ vocabulum quod præcessit, ὑπηρέτην καὶ δοῦλον.

(38) *Εἰς τὸ τῆς οἰκονομίας πρόσχημα.* Hunc locum Gothofredus non intellexit. Cujus interpretationem Lucas Holstenius in margine sui codicis ita emendavit. *Conniventiæ titulo nefarium ipsorum et involuntarium factum obtegens vel cohonestans.* Verum hanc interpretationem probare non possum. Nam conniventia vitio verti solet; quippe quæ argumentum sit negligentiæ. Contra vero οἰκονομία semper in laude ponitur, et quidem jure merito, cum sit conjuncta prudentiæ. Quamobrem Philostorgius ait hoc loco, Eudoxium, qui non sincere neque ex animo, sed per fraudem ac simulationem, Ariminensis fidei formulæ et Aetii condemnationi subscripserat, id factum οἰκονομίας specie prætexuisse. Quod quidem Philostorgius supra quoque notavit in libro IV, sub finem, ubi de Aetii depositione loquitur : Οὐ τῶν ὀρθοδοξούντων μόνων ὑποση-

subscriberet, dispensationis specie illegitimum atque involuntarium facinus eis excusans. Quibus Eunomius graviter commotus, neutrum præstare voluit, sed et Cyzicum ipsi dimisit, primo quidem verbis, postea vero etiam per litteras, et ad patriam suam Cappadociam se recepit.

4. *Acacius Eunomium insectatur.* — Acacius adversus Eunomium commotus, eo quod episcopus Cyzici constitutus fuisset, Eudoxium quoque simul cum eo criminatus est, quod absque communi consensu discipulum Aetii episcopum ordinavisset : virum qui ferventissimo in hæresim zelo magistrum suum superare contenderet, tantumque perfecit calumniis, ut Constantius aures ei accommodans, Eunomium Antiochiam evocaret. Qui cum eo venisset, jussit eum Constantius in synodali judicio examinatum causam dicere. Sed cum synodus accusatorem requireret, nullus uspiam apparuit. Acacius enim metu perculsus ; quippe qui existimaverat sola apud imperatorem calumnia inimicum a se penitus oppressum iri, in altissimo silentio permansit ; quæ cum didicisset Constantius, Acacium suspectum habuit, utpote qui per simultatem potius, quam ex morum probitate accusationem instituisset. Eumque confestim ad ecclesiam suam reverti jussit, præsentis negotii disquisitionem majori synodo reservans.

5. (39) *Constantius Julianum repressurus obit.* — Hæc dum Constantius animo volveret, fama ad eum perfertur de Juliani rebellione. Statim ergo iter arripuit Constantinopolim. Simul synodum in urbe Nicæa indixit, ad examinandum τὸ ἑτεροούσιον. Sed cum Mopsucrenas venisset, morbo correptus, ibidemque ab Euzoio baptizatus, imperium pariter ac vitam, et synodos ad stabiliendam impietatem, dereliquit.

θεσμὸν αὐτοῖς καταρυθμίζων καὶ ἀθέλητον. Ἐφ' οἷς ὁ Εὐνόμιος βαρέως ἐνεγκὼν οὐδέτερον μὲν ὑπέστη· προσαπολιμπάνει δ' αὐτοῖς, καὶ τὴν Κύζικον (a), πρῶτα μὲν λόγοις, εἶτα δὲ γράμμασι, καὶ πρὸς τὴν ἑαυτοῦ πατρίδα τὴν Καππαδοκίαν ἀφικνεῖται.

δ'. Ὅτι κατ' Εὐνομίου κινηθεὶς ὁ Ἀκάκιος ἐφ' ᾧ Κυζίκου κατέστη ἐπίσκοπος, συνδιαβάλλει καὶ τοὺς περὶ Εὐδόξιον, ὡς χωρὶς κοινῆς γνώμης τὸν μαθητὴν Ἀετίου χειροτονηκότας ἐπίσκοπον, ἄνδρα τὸν οἰκεῖον διδάσκαλον τῶν πρὸς τὴν αἵρεσιν ὀξυῤῥεπεστάτων ζήλων ὑπερβάλλεσθαι (40) φιλονεικήσαντα, καὶ πείθει ταῖς διαβολαῖς τὸν Κωνστάντιον, μετάπεμπτον ἐν Ἀντιοχείᾳ ποιήσασθαι τὸν Εὐνόμιον. Καὶ παραγεγονότα εἰς ἀπολογίαν κελεύει καταστῆναι συνοδικῇ διαίτῃ λογοθετούμενον. Ἐπεὶ δὲ ἡ σύνοδος τὸν κατήγορον ἐζήτει, ὁ δὲ ἦν οὐδαμοῦ (ὁ γὰρ Ἀκάκιος ἀποδειλιάσας, καὶ γὰρ ἐνόμιζεν ἐκ μόνης τῆς πρὸς βασιλέα διαβολῆς τὸν ἐχθρὸν αἱρήσειν κατὰ κράτος, εἷς ἦν τῶν εἰς τὸ βαθύτατον σιγώντων), διὸ καὶ ὁ Κωνστάντιος ταῦτα μαθὼν, δι' ὑπονοίας τε τὸν Ἀκάκιον ἔσχεν, ὡς ἀπεχθημοσύνῃ μᾶλλον ἢ τρόπων εὐθύτητι τὴν κατηγορίαν ἐνστησάμενον, καὶ θᾶττον αὐτὸν εἰς τὴν ἰδίαν ἐπαναδραμεῖν ἐκέλευσε παροικίαν, μείζονι συνόδῳ ταμιευόμενος τὴν τῶν προκειμένων διάγνωσιν.

ε'. Ταῦτα δὲ Κωνσταντίῳ διανοουμένῳ, ἡ τοῦ Ἰουλιανοῦ ἐπανάστασις ταῖς φήμαις αὐτῷ διακομίζεται. Ὁ δὲ αὐτίκα τε τὴν ἐπὶ Κωνσταντινούπολιν ἐβάδιζε, καὶ σύνοδον ἅμα διώριζεν ὑπὲρ τοῦ ἑτεροουσίου κατὰ Νίκαιαν ἱστασθαι. Φθάσας δὲ παρὰ τὰς Μόψου καλουμένας κρήνας, καὶ νόσῳ βληθείς, εἶτα καὶ βαπτισάμενος παρὰ Εὐζωΐου, τήν τε βασιλείαν αὐτῷ βίῳ, καὶ τὰς ἐπ' ἀσεβείᾳ συνόδους ἀπολείπει.

VALESII ANNOTATIONES.

μηναμένων τῇ καθαιρέσει, ἀλλὰ καὶ αὐτῶν τῶν εἰς τὰ μάλιστα τῷ φρονήματι κοινωνούντων, τῶν μὲν καὶ τὴν γνώμην μεταβληθέντων, τῶν δὲ τὴν ἀκούσιον πρᾶξιν οἰκονομίας ῥήματι κατασχηματιζόντων. Idem diu postea fecerunt Acephali. Qui cum duas in sectas divisi essent Alexandriæ, in Gaianitas et Theodosianos, postea inter se reconciliati unitatem fecere, quam specioso οἰκονομίας titulo prætexebant. Verum adversus hanc Acephalorum unitatem egregium librum scripsit Eulogius episcopus Alexandrinus, in quo quænam esset œconomia seu dispensatio ecclesiastica, et quot ejus species essent, accurate observavit, ut videre est in *Bibliotheca* Photii cap. 227. Primum igitur notat Eulogius, non omnibus promiscue licere οἰκονομίᾳ seu dispensatione uti, sed iis duntaxat qui ministri sunt ac dispensatores mysteriorum Dei, præsidibus scilicet Ecclesiæ. Deinde notat, nunquam locum esse œconomiæ seu dispensationi, nisi salva prorsus atque illibata permanente fidei doctrina. Iis positis, Eulogius triplex distinguit genus œconomiæ ecclesiasticæ. Primum consistit in rebus, secundum in nominibus ac verbis, tertium in personis. Hæc Eulogius in supradicto libro fusius persequitur. Verum interpres, vir alioqui doctus et de litteris optime meritus, pulcherrimum et utilissimum tractatum interpretatione sua penitus obscuravit, οἰκονομίαν enim *incarnationem* ubique fere interpretatus est : quo nihil fingi potest absurdius. Quod cum ego ante annos triginta et amplius Francisco Florenti, docto imprimis jurisconsulto indicassem, id ille in suos juris canonici commentarios retulit, et Præfationem integram de dispensationibus ecclesiasticis ex illo Eulogii loco concinnavit, me a quo illud acceperat, ne nominato quidem.

(39) Theodorit. l. II, c. ult.

(40) *Ζήλων ὑπερβάλλεσθαι.* In manuscripto codice Bocharti scribitur ὑπερβαλέσθαι. Sed parum refert utro modo scribatur hoc verbum. Vox autem ζήλων procul dubio corrigenda est hoc modo : τῷ ὀξυῤῥεπεστάτῳ ζήλῳ. Similis error sæpius occurrit in his libris, qui ex eo profluxit, quod veteres ι ascribere solebant ad latus litteræ non autem subscribere, ut nunc facimus.

VARIORUM.

(a) *Προσαπολιμπάνει δ' αὐτοῖς καὶ τὴν Κύζικον.* Male Valesius vocem αὐτοῖς de Eudoxio intellexit ; cum enim sit numeri pluralis, de clero Cyziceno exponenda est, qui inimicitias cum Eudoxio exercuerunt, ut narratur cap. 1 hujus libri. *W. Lowth.*

ς'. Ὅτι κομιζομένου πρὸς ταφὴν Κωνσταντίου ὁ Ἰουλιανὸς καταλαβὼν, τῆς τε σοροῦ προεπόμπευε, τῆς κεφαλῆς ἀφελόμενος τὸ διάδημα, καὶ τιμῶν τὸν νεκρὸν, οὗ τὴν ζωὴν ἀφελεῖν ἐπεστράτευσεν.

6. *Constantii funus.* — Cum Constantius ad sepulturam ferretur, Julianus Constantinopolim ingressus, ante feretrum processit absque diademate, honorem exhibens mortuo, cui paulo ante vitam adimere properabat.

ζ'. Ὅτι τὴν βασίλειον ἀρχὴν ἁρπάσας ὁ Ἰουλιανὸς, ἅτε δὴ Ἀέτιον (41) διὰ Γάλλον δῆθεν κινδυνεύοντα, τῆς φυγῆς ἀνακαλεῖται· οὐκ αὐτὸν δὲ μόνον, ἀλλὰ καὶ τοὺς ἄλλους, ὅσοι δογμάτων ἐκκλησιαστικῶν ὑπερορίαν ὑπέστησαν.

7. (45) *Julianus exsules episcopos revocat.* — Julianus, cum imperium per vim sibi vindicasset, Aetium, utpote qui Galli causa in discrimen venisset, ab exsilio revocavit : nec eum solum, sed et reliquos omnes qui ob ecclesiastica dogmata relegati fuerant, in suas sedes restituit.

ΕΚ ΤΗΣ ΕΒΔΟΜΗΣ ΙΣΤΟΡΙΑΣ.

α'. Ὅτι τὴν βασιλείαν Ἰουλιανὸς ἁρπασάμενος, καὶ τοῖς Ἕλλησι διὰ προγραμμάτων πᾶσαν ἄδειαν εἰσενεγκών, μηδὲν τῶν μελετωμένων (42) ἄπρακτον ἐᾷν, εἰς ἀῤῥητά τε καὶ ἀδιήγητα πάθη κατέστησε τοὺς Χριστιανοὺς, πανταχοῦ τῶν Ἑλληνιστῶν πάσας αἰκίας καὶ καινὰς βασάνους καὶ πικροτάτους θανάτους ἐπαγόντων αὐτοῖς.

EX LIBRO SEPTIMO HISTORIÆ.

1. *Gentiles in Christianos insurgunt.* — Julianus cum imperium per vim arripuisset, et gentilibus per edicta licentiam omnem concessisset, ut nihil eorum quæ didicerant, omitterent, Christianos in gravissimas et inexplicabiles ærumnas conjecit, gentilibus ubique locorum, omnis generis tormenta, novosque cruciatus, et acerbissima mortis genera eis infligentibus.

β'. Ὅτι Γεώργιον τὸν Ἀλεξανδρείας (43) συνεδρίου, φησὶ, προκαθεζόμενον, καὶ τὸν κατὰ Ἀετίου τόμον ὑποσημήνασθαι τοὺς ὁμοδόξους βιαζόμενον, εἰσπηδήσαντες τὸ Ἑλληνικὸν καὶ συλλαβόντες αὐτὸν, πολλά τε εἰς τὸ σῶμα ἐνυβρίσαντες, εἶτα πυρὶ παρέδοσαν. Φησὶ δ' ὁ δυσσεβὴς συγγραφεὺς οὗτος, καὶ τὴν Ἀθανασίου γνώμην στρατηγῆσαι τῆς πράξεως (*a*). Ἀλλὰ γὰρ Γεωργίου διαφθαρέντος, τὸν οἰκεῖον θρόνον ὁ Ἀθανάσιος, τῶν Ἀλεξανδρέων αὐτὸν ἀσμένως ὑποδεξαμένων, ἀναλαμβάνεται.

2. *Georgii ep. Alex. cædes.* — Cum Georgius Alexandriæ episcopus concilio præsideret, et eos qui idem cum Aetio sentiebant, epistolæ adversus Aetium subscribere cogeret, gentiles repente insilientes eum comprehenderunt, et post multas corpori ejus illatas contumelias, ad extremum igni tradiderunt. Porro impius iste scriptor ait, Athanasii consilio eos ad hoc facinus incitatos fuisse. Quippe, interfecto Georgio, Athanasius propriam sedem recuperavit, Alexandrinis libenti animo eum excipientibus.

γ'. Ὅτι περὶ τῆς εἰκόνος (*b*) τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν, ἣν ἡ τῆς αἱμόῤῥου πίστις ἀμειβομένη τὸν εὐεργέτην ἀνέστησεν, ἱστορῶν φησιν, ἀνεστηλῶσθαι μὲν ταύτην κατὰ τὴν πηγὴν τὴν ἔνδον τῆς πόλεως, μετὰ καὶ ἑτέρων ἀγαλμάτων, τερπνότητός τι παρέχειν (44) τοῖς φοιτῶσι θέαμα. Τῆς δὲ τοῦ Σωτῆρος εἰκόνος βοτάνης

3. *De statua Christi Paneade.* — De statua Servatoris nostri, quam fides mulieris quæ sanguinis profluvio laborabat, bene de se merito gratiam referens erexit, scribit Philostorgius eam collocatam fuisse juxta fontem qui est in urbe, una cum aliis statuis, et jucundum atque amœnum spectaculum

VALESII ANNOTATIONES.

(41) *Ἅτε δὴ Ἀέτιον.* Scribendum est transpositis vocabulis, Ἀέτιον ἅτε δή, etc.

(42) *Μηδὲν τῶν μελετωμένων.* Codex Bocharti scriptum habet μεμελετωμένων. Leges tamen grammaticæ μεμελετημένων dici jubent.

(43) *Γεώργιον τὸν Ἀλεξανδρείας.* Lucas Holstenius in margine sui codicis ad hæc verba id scholium annotavit. *De presbyterorum Alexandrinorum collegio et prima inter ipsos episcopi cathedra, ex sancti Hieronymi et Hilarii diaconi Romani sententia loquitur.* Sed hanc Holstenii interpretationem probare non possum. Nam συνέδριον hoc loco non collegium presbyterorum significat, sed synodum episcoporum Ægypti, quos Georgius Alexandriæ collegerat. Nam cum episcopi synodi Constantinopolitanæ epistolam ad eum scripsissent, qua Aetium quidem anathemate damnaverant, reliquos vero Aetii sectatores, qui plurimi erant in Ægypto, a communione Ecclesiæ submoverant, indulto eis sex mensium spatio ad resipiscendum. Georgius acceptis his litteris concilium episcoporum Ægypti congregavit, in quo cunctos Aetii sectatores damnationi ejusdem subscribere compulit, ut hoc loco docet Philostorgius. Ὁμοδόξους igitur hic intelligere debemus Aetianos, Serram videlicet, Stephanum et Heliodorum, episcopos Libyæ, de quibus paulo post loquitur Philostorgius. Τόμον vero τὸν κατὰ Ἀετίου vocat epistolam synodi Constantinopolitanæ, quam refert Theodoritus in capite 28, lib. II Historiæ ecclesiasticæ.

(44) *Τερπνότητός τι παρέχειν.* Scribe meo periculo τερπνότητός τε παρέχειν τοῖς φοιτῶσι θέαμα.

(45) Soz. l. v, c. 5.

VARIORUM.

(*a*) *Τὴν Ἀθανασίου γνώμην στρατηγῆσαι τῆς πράξεως.* Manifesta Arianorum in Athanasium calumnia. Verum ne ipse quidem Julianus Georgii cædem in Christianos rejecit, in epistola 10, hac de re ad Alexandrinos scripta : quæ exstat item apud Socratem lib. III, cap. 3. Vid. etiam Sozom. lib. v, cap. 7. *W. Lowth.*

(*b*) *Περὶ τῆς εἰκόνος.* De hac statua seu imagine Christi videantur Eusebius *Hist.* lib. VII, cap. 18; Rufin. lib. VII, cap. 14; Asterii homilia 10 apud Photium in *Bibliotheca*, num. 271; Sozom. lib. V, cap. 21; Artemii *Act.* 20 Octobr. cap. 58; Cedrenus pag. 251; Niceph. lib. X. cap. 30.

præbuisse spectantibus. Cumque herba ad pedes Servatoris enata, adversus morbos omnes, præcipue vero adversus tabem efficacissimum esset remedium, causa hujus rei inquiri cœpit. Temporis enim lapsu memoria exciderat, et cujusnam ea effigies esset, et quam ob causam fuerat collocata. Quippe Servator sub dio stans nudusque, haud exigua corporis parte obrutus fuerat, terra continue ex superioribus locis, maxime vero pluviarum tempore ad statuam aggesta, quæ litterarum quibus singula narrabantur notitiam obliteraverat. Cum igitur diligens fieret inquisitio, pars quidem statuæ quæ humo obruta erat, effossa est, litteræ vero repertæ sunt, quæ totam rei gestæ seriem indicabant. Ac planta quidem ex eo tempore non amplius visa est, nec ibi, nec alio in loco; statuam vero in diaconico ecclesiæ collocarunt, competentem ei curam atque observantiam deferentes, nequaquam tamen eam colentes aut adorantes. Neque enim fas erat æneam aut aliam quamlibet materiam adorare, sed hoc uno, quod eam honoratiore in loco collocaverant, et quod spectandi causa ad eum locum cupide adventarent, amorem ipsius archetypi declarantes. Hanc igitur statuam, regnante Juliano, gentiles qui Paneadem incolebant, ad impietatem incitati, a basi sua revulsam, funibus ad pedes circumligatis, per mediam plateam traxerunt; post hæc reliquum quidem corpus distrahentes confregerunt; caput vero inter trahendum a cervice disjunctum, nonnulli id quod fiebat ægre ferentes, clanculo abripuerunt, et quoad fieri potuit conservarunt. Idque a se visum fuisse testatur Philostorgius. Cæterum Paneas olim Dan vocabatur, ex nomine Dan filii Jacob, qui prin-

A κατὰ τοὺς πόδας ἀναφυείσης, νοσημάτων μὲν ἁπάντων, μάλιστα δὲ τῆς φθινάδος, ἴαμα, καὶ ζητούντων τὴν αἰτίαν (ἐλελήθει γὰρ τῷ χρόνῳ καὶ οὕτινος ἔφερε μορφὴν, καὶ ἡ πρᾶξις δι' ἣν ἀνεστήλωτο. Ἐν ὑπαίθρῳ γὰρ γυμνὸς ἑστὼς, ἐπ' οὐκ ὀλίγον συνεχώσθη τοῦ σώματος, γῆς ἐπ' αὐτὸν ἐκ τῶν ὑψηλοτέρων ἀεὶ τόπων ἐν τοῖς τῶν ὄμβρων μάλιστα καιροῖς ἐπιφερομένης, ὑφ' ἧς ἡ τῶν γραμμάτων τῶν ἕκαστα δηλούντων ἠφάνιστο γνῶσις)· τῆς οὖν ζητήσεως ταύτης ἐπιστάσης, ἀνωρύχθη μὲν τὸ συγκεχωσμένον, εὑρέθη δὲ γράμματα τὴν ἱστορίαν πᾶσαν ἀναδιδάσκοντα. Καὶ ἡ πόα μὲν οὐκ ἔτι μετ' ἐκεῖνον ὤφθη τὸν χρόνον, οὔτε ἐκεῖ, οὔτε ἀλλαχόθι· τὸν δὲ ἀνδριάντα μεταστησάμενοι ἐν τῷ τῆς ἐκκλησίας διακονικῷ (46), τὰ πρέποντα ἐθεράπευον, σέβοντες μὲν ἢ προσκυοῦντες οὐδαμῶς (οὐ γὰρ ἦν θέμις χαλκῆν ἢ ἄλλην ὕλην προσκυνεῖν), αὐτὸ δὲ τοῦτο (47), στάσει τε σεμνοτέρᾳ, καὶ τὸ μεθ' ἡδονῆς ἐπιφοιτᾷν τῷ τόπῳ τὸ εἶδος θεραπευσομένους (48), τὸν περὶ τὸ ἀρχέτυπον πόθον ἐπιδεικνύμενοι. Τοῦτο τὸ ἄγαλμα κατὰ τοὺς Ἰουλιανοῦ χρόνους, τὸ Ἑλληνικὸν (49) εἰς ἀσέβειαν ἀναφλεχθέντες οἱ τὴν Πανεάδα οἰκοῦντες, τῶν βάθρων ἀνασπασάμενοι, καὶ τῶν ποδῶν ἐκδησάμενοι, διὰ μέσης ἔσυρον τῆς λεωφόρου· ἐφ' ᾧ (50) τὸ μὲν ἄλλο σῶμα διασπώμενοι κατέκλασαν, τὴν δὲ κεφαλὴν ἐν τῷ σύρεσθαι, τοῦ αὐχένος διαζυγεῖσαν, τινὲς λαθόντες τῶν ἐπαλγούντων τοῖς ὁρωμένοις, ἀνελάβοντό τε καὶ ὡς ἠδύναντο διεσώσαντο. Καί φησι ταύτην καὶ αὐτὸς θεάσασθαι. Ἡ μέντοι γε Πανεὰς Δὰν ἐπωνομάζετο τὸ παλαίτατον, τὴν προσηγορίαν ἀπὸ τοῦ παιδὸς τοῦ B Ἰακὼβ Δὰν ἑλκυσαμένη. τοῦ φυλάρχου τῶν ταύτῃ οἰκούντων (51) τότε. Εἶτα δὲ Καισάρεια ἡ Φιλίππου (a) ἐπεκέκλητο. Τῶν δὲ Ἑλληνιστῶν Ἰανὸς

C

D

VALESII ANNOTATIONES.

(46) *Καταστησάμενοι ἐν τῷ τῆς ἐκκλησίας διακονικῷ.* Magis probo scripturam codicis Bochartiani, in quo ita legitur, τὸν δὲ ἀνδριάντα μεταστησάμενοι, etc. Atque ita quoque scribitur apud Nicephorum in libro x, cap. 30. De Ecclesiæ diaconico multa hic erudite observat Jacobus Gothofredus, id esse, quod Latini olim secretarium vocabant, nos sacristiam dicimus, ubi vasa ac vestimenta sacra asservantur. Sed quod negat diaconicum esse partem ecclesiæ, in eo graviter fallitur. Verebatur scilicet Gothofredus, ne si diaconicum pars ecclesiæ esset, Christiani statuas atque imagines Christi olim in ecclesiis habuisse viderentur. De diaconico loquitur Joannes Moschus in *Prato*, capite 25, Εἰσῆλθεν ἐν τῷ διακονικῷ κλαίων καὶ ῥίπτων ἑαυτὸν ἐπὶ πρόσωπον. Interpres vertit: *Ingressus est sacrarium plorans, corruitque in faciem suam.*

(47) *Αὐτὸ δὲ τοῦτο.* Scribendum est αὐτῷ δὲ τούτῳ, supple τιμῶντες. Paulo post etiam scribendum καὶ τῷ μεθ' ἡδονῆς, etc.

(48) *Θεασαμένους.* Scribendum est procul dubio θεασομένους. Verum in codice Bocharti longe aliter scribitur hic locus, hoc scilicet modo: Καὶ τὸ μεθ' ἡδονῆς ἐπιφοιτᾷν τῷ τόπῳ τὸ εἶδος θεραπευσομένους, τὸν περὶ τὸ ἀρχέτυπον πόθον ἐπιδεικνύμενοι. Quam quidem lectionem veri-simam esse existimo. Τὸ εἶδος θεραπευσόμενοι, id est, *imaginem illam observaturi.* Certe Philostorgius σεβασμόν quidem et προσκύνησιν statuis et imaginibus nequaquam adhibendam esse affirmat, θεραπείαν vero, id est, *observantiam* non denegat. Nam paulo ante dixit de hac statua, τὸν δὲ ἀνδριάντα μεταστησάμενοι ἐν τῷ διακονικῷ τὰ πρέποντα ἐθεράπευον. Hæc porro observantia in eo consistebat, ut statua quam maxime niteret, nec pulvere aut sordibus aut rubigine impleretur. In manuscripto quoque Scoriacensi legitur ἐπιδεικνύμενοι, non ut Gothofredus edidit ἐπιδεικνυμένους.

(49) *Τοὺς ἐκκλησιαστικούς.* Scribendum est procul dubio τὸ Ἑλληνικόν, ut legitur in codice Bochartiano, et apud Nicephorum. Phrasis est Philostorgii, qua usus est paulo ante in cap. 2 hujus libri. Paulo post ex iisdem codicibus emendavi ἐκδησάμενοι.

(50) *Ἐφ' ᾧ.* In manuscripto codice Samuelis Bocharti scriptum inveni ἐν ᾧ. Et statim pro verbo μάσασθαι quod nauci est, idem codex scriptum habet θεάσασθαι, optime procul dubio, quemadmodum etiam conjeceram, antequam codicem illum nactus essem.

(51) *Τῶν ταύτῃ οἰκούντων.* Codex Bocharti scriptum habet τῶν ταύτην οἰκούντων.

VARIORUM.

(a) *Καισάρεια ἡ Φιλίππου.* Idem scribit Josephus *De bello Jud.* lib. II, c. 13, Φλιππος (sc. Herodis M. filius) Πανεάδα τὴν πρὸς ταῖς πηγαῖς τοῦ Ἰορδάνου κατασκευάσας ὀνομάζει Καισάρειαν. Unde et

ξόανον αὐτῇ καθιδρυσάντων, εἰς τὴν τῆς Πανεάδος ἐπωνυμίαν μετέβαλεν.

ceps fuit unius tribus, quæ in his locis tunc sedes habebat, id cognomentum trahens. Secutis autem temporibus Cæsarea Philippi cognominata est. Sed cum gentiles Panis simulacrum in ea collocassent, in Paneadis vocabulum transiit.

δ'. Ὅτι τῶν Ἑλληνιστῶν τὰ ἀτοπώτατα κατὰ τῶν Χριστιανῶν πανταχοῦ παλαιωμένων, καὶ τοῦτο τοῖς ἀσεβέσι κατὰ Παλαιστίνην δεδραματούργηται. Τὰ τοῦ προφήτου Ἠλισσαίου ὀστᾶ καὶ τοῦ Βαπτιστοῦ Ἰωάννου (*a*) (ἐκεῖ γὰρ ἄμφω ἐτέθαπτο) τῶν θηκῶν ἐξελόμενοι, καὶ ζώων ὀστοῖς ἀλόγων συγκατα-μίξαντες, ὁμοῦ πρὸς κόνιν κατέχαυσαν, καὶ εἰς τὸν ἀέρα διεσπείραντο. Καὶ τοὺς Χριστιανίζοντας δὲ συλλαμβάνοντες, ἔστιν ὅτε τοῖς βωμοῖς ἀναπτομένοις ὡς ἱερεῖα ἐπετίθεσαν· καὶ εἰς πολλὴν ἄλλην ἀρρητουργίαν ἐξεβακχεύθησαν. Ἅπερ Ἰουλιανὸς ἐπιστάμενος οὐχ ὅπως ἤχθετο, ἀλλὰ καὶ διαφερόντως ἔχαιρεν, καὶ τῆς μὲν (52) ἐπὶ τοῖς δρωμένοις δυσκλείας εἰς ἑτέρους ἀνιούσης, τῆς δ' αὐτοῦ γνώμης τοῖς ἐκείνων ἔργοις περιουμένης. Συνιδὼν δὲ, διὰ τῆς τοσαύτης μανίας οὐδὲν ὧν ἐβούλετο περαινόμενον· μᾶλλον γὰρ τὸ Χριστιανῶν πολιορκούμενον ἐπερρώνυτο φρόνημα· μηχανᾶται τοὺς ἐν αἰτίαις ἐκβεβλημένους (53) τῶν ἐπισκόπων, καὶ τοὺς ἀντ' ἐκείνων ἔχοντας τοὺς θρόνους, εἰς πόλεμον συῤῥάξαι. Καὶ δὴ πάσης ἐξουσίας ἑκατέρᾳ μοίρᾳ μετεδίδου, πράττειν ὅσα καὶ δυνατὰ αὐτοῖς εἴη εἰς τὴν οἰκείαν σύστασίν τε καὶ ἀσφάλειαν. Ἐξ ὧν ἐκεῖνοι πρὸς ἀλλήλους συῤῥηγνύμενοι (*b*), πολλὴν ἀσχημοσύνην καὶ μέμψιν, ὅπερ ἦν τῇ ἀποστάτῃ σπούδασμα, προσετρίβοντο τῇ εὐσεβείᾳ. Καὶ ἄλλα δὲ τῆς αὐτῆς κακοτεχνίας συνεπῆγε· τούς τε γὰρ ἐν κλήρῳ κατειλεγμένους εἰς τὴν τῶν βουλευτῶν ἀνέστρεφε λειτουργίαν, καὶ τῶν Ἐκκλησιῶν τὰ σιτηρέσια τοῖς τῶν δαιμονίων θεραπευταῖς μετεδίδου, καὶ πάντα πράττειν οὐκ ἐνεδίδου· ἐξ ὧν τὰ μὲν ἀκμάσῃ τὰ τῶν δαιμόνων, τὰ δὲ τῆς εὐσεβείας, ὡς ἐνόμιζεν, εἰς ἀφανισμὸν συνελαθείη.

4. *Gentiles in sanctos mortuos vivosque sæviunt. Julianus episcopos inter se committit.* — Cum multa atrocia gentiles adversus Christianos ubique perpetrarunt, tum istud facinus ab iisdem admissum est in Palæstina. Elisæi prophetæ et Joannis Baptistæ ossa, e loculis suis extracta: illic enim uterque eorum sepultus fuerat: brutorum animalium ossibus permiscentes, igni tradiderunt. et in cinerem redacta sparserunt in ventum. Nonnullis etiam in locis Christianos cum comprehendissent, aris incensis tanquam victimas imposuerunt; multa quoque alia dictu horrenda, velut furore perciti commiserunt. Quæ cum Julianus probe nosset, non modo indignatus non est, verum etiam gaudio exsultavit, cum infamia quidem atrocium facinorum penes alios esset; ipsius autem voluntas factis eorum adimpleretur. Sed cum animadverteret, hujusmodi atrocitate nihil eorum quæ cupiebat, ad exitum perduci: quippe Christianorum quos oppugnabat, animus magis ac magis confirmabatur, id commentus est, ut episcopos qui ob varias causas expulsi fuerant, eosque qui in illorum locum substituti erant, inter se committeret. Utrique igitur parti licentiam dedit faciendi quæcunque possent ad restitutionem suam ac defensionem. Quam ob causam illi inter se collisi, ingens dedecus atque opprobrium, quemadmodum apostatæ in votis erat, religioni nostræ intulerunt. Alia quoque his adjecit non dissimilis malignitatis; eos enim qui clero ascripti erant, ad publicas decurionum functiones retraxit, et Ecclesiarum annonas ministris dæmonum tradidit. Denique omnia facere ac moliri non destitit, ut dæmonum quidem superstitio floreret; nostra autem religio, sicuti sperabat, penitus exstingueretur.

ε'. Ὅτι, φησὶ, τῶν πραγμάτων οὕτω φερομένων, εἰς μνήμην Εὐδόξιος ἀνελθὼν τῶν ὅρκων καὶ τῶν ὑποσχέσεων ἃς ὑπὲρ Ἀετίου πρὸς Εὐνόμιον ἀνεδέξατο, σύνοδον ἐπιστέλλει τῷ Ἀντιοχείας Εὐζωΐῳ συναθροῖσαι, δι' ἧς ἔδει τὸν Ἀέτιον τῆς καταδικα-

5. *Eudoxii et Euzoii de Aetio rixa.* — Dum res hoc in statu essent, Eudoxius in memoriam revocans jusjurandum et sponsiones quibus sese apud Eunomium obstrinxerat in gratiam Aetii, litteras scripsit ad Euzoium Antiochensem episcopum, mar-

VALESII ANNOTATIONES.

(52) *Ἔχαιρε καὶ τῆς μέν.* Quod in Annotationibus ad Evagrium observavi, in veteribus libris sæpe καί positum esse pro ὡς, idem quoque in Philostorgii libris erratum deprehendi. Lego igitur hoc loco ἔχαιρεν ὡς τῆς μὲν ἐπὶ τοῖς δρωμένοις δυσκλείας, etc. Paulo post scribendum est Χριστιανῶν πολιορκουμένων, quod miror a Gothofredo animadversum non fuisse.

(53) *Τοὺς ἐν αἰτίαις ἐκβεβλημένους.* Scribendum est procul dubio ἐπ' αἰτίαις.

VARIORUM.

Plinius lib. v, cap. 15. *Jordanes amnis oritur è fonte Paneade, qui cognomen dedit Cæsareæ.* Quod autem Paneas a Panis simulacro olim ibi posito cognominata fuerit, nemo veterum præter unum Philostorgium prodidit, ut observat *Jac. Gothofredus in hunc locum.*

(*a*) *Βαπτιστοῦ Ἰωάννου.* De hujus ossibus disjectis Philostorgio consentiunt Rufinus l. xi, cap. 28; Theodorit. lib. iii, cap. 7, et *Chronicon Alexandrinum.* De Elisæo tacent.

(*b*) *Ἐξ ὧν ἐκεῖνοι πρὸς ἀλλήλους συῤῥηγνύμενοι.* Am. Marcellinus ait, Julianum *dissidentes Christianorum antistites monuisse, ut quisque nullo vetante religioni suæ serviret intrepidus. Quod*, inquit, *agebat ideo obstinate, ut dissensiones augente licentia, non timeret unanimantem postea plebem.* Lib. xxii, cap. v. Vid. Soz. lib. v, cap. 5.

dans ut synodum colligeret, qua Aetius a damnationis sententia in ipsum olim prolata absolveretur. Verum Euzoius nullam hujus petitionis rationem habuit; Eudoxium præcipue incusans, quod non ipse prior ea facere cœpisset, quæ aliis injungebat. Sed cum Eudoxius idem flagitare perseverasset, Euzoius id se facturum promisit.

6. *Aetius restitutus.* — Dum Aetius et Eunomius Constantinopoli morarentur, accesserunt ad eos Leontius Tripoleos et Theodulus Chæretaporum episcopus; Serras item ac Theophilus et Heliodorus ex utraque Libya, et quicunque alii eamdem sententiam amplectebantur, qui nec damnationi Aetii nec Occidentalium epistolæ subscribere sustinuerant. Hi igitur in unum collecti Aetium ordinarunt episcopum; omniaque apud illos erant Aetius et Eunomius. Sed et alios episcopos ordinarunt, Eudoxio tum quidem non modo non indignante, verum etiam suffragium suum pro iis qui ordinandi erant ad Aetium deferente. Per idem tempus Euzoius quoque, cum novem episcoporum synodum collegisset, ea quæ contra Aetium olim gesta fuerant infirmavit (54). Infirmavit etiam sex mensium inducias, quibus elapsis sacerdotii privatio pœnæ loco irrogata fuerat Serræ, nisi Aetii depositioni et Occidentalium tomo subscripsisset. Porro cum utrumque negotium eorum quos supra nominavi, in hunc modum processisset, Euzoius epistolas ad Eudoxium transmittere cogitabat. Verum persecutio Christianorum quæ tunc erat intolerabilis, impetum ejus repressit.

7. *Valentinianus Thebas relegatus.* — Julianus Apostata Valentinianum numeri cujusdam militaris rectorem (erat enim comes eorum qui Cornuti dicuntur) cum omnibus frustra tentatis a pietate nun-

A ζούσης ψήφου ἀπολυθῆναι. Ὁ δὲ Εὐζώϊος οὐδὲν πρὸς τὴν ἀξίωσιν ἐπεστράφη, αἰτιασάμενος μάλιστα τὸν Εὐδόξιον, ὅτι μὴ αὐτὸς προκατήρξατο πράττειν, ἅπερ ὑποτίθησιν ἑτέροις. Ἐπιμένοντος δὲ τοῦ Εὐδοξίου τῇ ἀξιώσει, ὑπισχνεῖται καὶ ὁ Εὐζώϊος τὴν πρᾶξιν.

ς'. Ὅτι ἐν Κωνσταντινουπόλει διατρίβοντος τοῦ Ἀετίου καὶ Εὐνομίου, παραγίνεται Λεόντιος ὁ τῆς Τριπόλεως πρὸς αὐτοὺς, καὶ Θεόδουλος ἀπὸ Χαιρατόπων (55), οἵ τε ἀμφὶ τὸν Σέρραν καὶ Θεόφιλον καὶ Ἡλιόδωρον ἐξ ἑκατέρας Λιβύης (56), καὶ ὅσοις ἄλλοις γε ἡ αὐτὴ συνήρεσκε δόξα, οἳ μήτε τῇ τοῦ Ἀετίου καταδίκῃ, μήτε τῷ τόμῳ τῶν ἑσπερίων (*a*) ὑπογράψαι ἠνέσχοντο. Καὶ συναθροισθέντες χειροτονοῦσι τὸν Ἀέτιον (57)· καὶ ἦν αὐτοῖς αὐτός τε καὶ Εὐνόμιος ἅπαντα. Ἐχειροτόνουν δὲ καὶ ἑτέρους ἐπισκόπους, οὐδὲν τέως τοῦ Εὐδοξίου δυσχεραίνοντος, ἀλλὰ καὶ ψήφους πολλάκις ὑπὸ τῶν μελλόντων χειροτονεῖσθαι (58) τοῖς περὶ Ἀέτιον προκομίζοντος. Ἐν τούτῳ δὲ καὶ Εὐζώϊος εἰς ἐννέα τὸν ἀριθμὸν ἀθροισάμενος σύνοδον, τὰς κατὰ Ἀετίου γεγενημένας πάλαι πράξεις διελύσατο. Ἔλυσε δὲ καὶ τὴν τοῦ ἓξ μήνου προθεσμίαν, μεθ' ἣν τοῖς περὶ Σέρραν (59), εἰ μὴ τῇ τοῦ Ἀετίου καθαιρέσει καὶ τῷ ἑσπερίῳ τόμῳ ὑπογράψαιεν, τῆς ἱερωσύνης ἀφαίρεσις ἡ ζημία διωρίζετο. Ἑκατέρας δὲ τῶν εἰρημένων προελθούσης πράξεως, τοὺς τόμους ἀποστέλλειν (60) τοῖς περὶ Εὐδόξιον παρεσκευάζοντο· ἀλλ' ὁ κατὰ τῶν Χριστιανῶν ἀνυπόστατος διωγμὸς τὴν ὁρμὴν περιέκοψεν.

ζ'. Ὅτι τὸν Οὐαλεντινιανὸν ὁ ἀποστάτης τάγματος ἐπάρχοντα στρατιωτικοῦ (κόμης γὰρ ἐχρημάτιζε τῶν λεγομένων Κουρνούτων), ἐπὶ πάντα πράττων οὐδαμῶς αὐτὸν ἴσχυσε τῆς εὐσεβείας μεταστῆσαι,

VALESII ANNOTATIONES.

(54) Theodorit. l. II, c. 28.

(55) *Ἀπὸ Χαιρατόπων.* De hac urbe Holstenius ad oram sui codicis hæc annotavit: *Scribo* Χερετάπων. Hoc enim verum nomen in nummis ipsorum aliisque melioribus libris legitur. Idem ante Holstenium notaverat Ortelius in *Thesauro.*

(56) *Ἐξ ἑκατέρας Λιβύης.* Duæ erant Libyæ in Ægypto: altera Pentapolis, altera siccior Libya appellata, ut docet Ammianus Marcellinus in libro XXII. Et Serras quidem episcopus fuit Parætonii siccioris Libyæ. Heliodorus vero episcopus Sozuzæ Pentapolis Libyæ, ut legitur in subscriptione synodi Seleuciensis apud Epiphanium in hæresi 73.

(57) *Χειροτονοῦσι τὸν Ἀέτιον.* De Aetii episcopatu illustre exstat testimonium in epistola 31 imperatoris Juliani, quæ inscripta est ad Aetium episcopum. Nondum tamen Aetius ad episcopatum promotus fuerat tunc cum Julianus epistolam illam ad eum scripsit. Factus est enim episcopus, post-

eaquam ab exsilio revocatus fuisset, ut testatur Philostorgius, et Epiphanius in hæresi Anomœorum. Porro cujusnam urbis episcopus factus fuerit Aetius, obscurum est, nec ab ullo proditum quod sciam.

(58) *Ὑπὸ τῶν μελλόντων χειροτονεῖσθαι.* Non dubito quin scribendum sit ὑπὲρ τῶν, etc. Libentius etiam legerim προσκομίζοντος. Neque enim audiendus est Gothofredus qui hunc locum ita vertit: *Eudoxio calculum iis qui ordinandi erant sæpius Aetianis præeunte.*

(59) *Μεθ' ἣν τοὺς περὶ Σέρραν.* Assentior Holstenio, qui ad marginem sui codicis adnotavit legendum sibi videri τοῖς περὶ Σέρραν, etc. Ita certe flagitant leges grammaticæ. Paulo post ubi legitur καὶ τῷ ἑσπερίῳ τόμῳ ὑπογράψαιεν, melius scriberetur τῷ ἑσπερίων τόμῳ.

(60) *Τοὺς τόμους ἀποστέλλειν.* In manuscripto codice Bocharti legitur τὸν τόμον, rectius ut opinor.

VARIORUM.

(*a*) *Τόμῳ τῶν ἑσπερίων.* Intelligit Formulam fidei cui episcopi in synodo Ariminensi subscripserunt. Quam enim fidem Socrates ait Arimini editam, lib. IV, cap. 4, eamdem fidei formulam ab occidentalibus episcopis promulgatam appellat Sozom. lib. IV, cap. 18. Idem etiam episcopos synodi Ariminensis occidentales vocat, cap. 23 ejusdem libri. Alia longe res erat tomus Occidentalium, in canone quinto concilii generalis secundi memoratus. *W. Lowth.*

παραλύσας τοῦ ἀξιώματος, εἰς Θήβας τὰς Αἰγυπτίους φυγαδεύει. Τοῦτόν φασιν, ἡνίκα Κωνστάντιος ἐβασίλευσεν, ἰδεῖν τινα τῶν λεγομένων Σιλεντιαρίων, πυρὸς φλόγα τοῦ στόματος ἀφιέντα· ἰδεῖν δὲ κατὰ τὸ δειλινὸν (61), ἡνίκα μετὰ τροφὴν τὸν ὕπνον αἱρούμεθα· καὶ ταῦτα σημηνῶν (62) Κωνσταντίῳ. Καὶ γὰρ ἐκείνου πέμψαντος αὐτὸν διά τινα χρείαν μεταλέσασθαι τὸν Οὐαλεντινιανὸν, περιτυχεῖν τῷ θεάματι. Ὁ δὲ Κωνστάντιος τῇ ἀγγελίᾳ εἰς ὑπόνοιαν μὲν καὶ δέος κατέστη· οὐδέν γέ τι παρελύπησε τὸν ἄνδρα· παραμυθούμενος δὲ τὸ οἰκεῖον δέος, περὶ τὰ φρούρια τῆς Μεσοποταμίας ἐκπέμπει, φύλακα τῶν ἐκεῖσε τόπων ἐσόμενον, καὶ τὰς τῶν Περσῶν ἐπιδρομὰς ἀναστέλλοντα.

A quam dimovere potuisset, dignitate privatum Thebas Ægyptias relegavit (65). Hunc olim, dum Constantius imperio potiretur, quidam ex schola Silentiariorum, flammam ex ore vomentem vidisse fertur; erat autem meridianum tempus, quando somnum capere solemus post cibum; idque Constantio renuntiasse. Ab eo enim missus ad accersendum Valentinianum cujusdam negotii causa, huic spectaculo interfuerat. At Constantius, ea re ipsi nuntiata, in suspicionem ac metum conjectus est; nulla tamen molestia Valentinianum affecit. Verum ut timorem suum sedaret, ad castella Mesopotamiæ eum misit, ut iis locis præsidio esset, et Persarum excursiones comprimeret.

η'. Ὅτι τὰ περὶ τοῦ μάρτυρος Βαβύλα (*a*), ὅσα τε Ἰουλιανὸς εἰς τὸ μαρτυρικὸν ἐκεῖνο σῶμα παρῴνησεν, ὅσα τε εἰπεῖν ἐξεβιάσθη τὰ δαιμόνια, καὶ ὅπως κεραυνῷ τὸ τοῦ Ἀπόλλωνος αὐτῷ καθιδρύματι (63) ἀπετεφρώθη τέμενος, καὶ ὅσα ἄλλα κατὰ ἀνθρώπους τε καὶ ὑπὲρ ἀνθρώπους παρεδοξοποιήθη, οὐκ ἐπὶ μέγα παραλλάττοντα τοῖς ἄλλοις οὗτος ἱστορεῖ. Λέγει δὲ μαρτυρῆσαι τὸν ἱερὸν Βαβύλαν σὺν τρισὶ παισὶ, κομιδῇ μὲν νέοις, τὸ γένος δ' ἀδελφοῖς· τὸ δὲ μαρτύριον ἀπ' ἀρχῆς τοιαύτης προβῆναι· Ἐπίσκοπος ἦν τῆς Ἀντιοχείας ὁ Βαβύλας. Νουμεριανῷ δὲ τῷ Ῥωμαίων βασιλεῖ, ἢ ὡς ἔνιοι Δεκίῳ φασὶ, κατὰ δή τινα δαίμονα γνώμην ἐμπεσεῖν, πληθυούσης τῆς ἐκκλησίας εἰσελθεῖν ἐν αὐτῇ. Τὸν δέ γε τοῦ Θεοῦ ἀρχιερέα κατὰ τὰ προπύλαια στάντα τοῦ νεὼ, τὴν εἴσοδον ἀποτειχίζειν, φάσκοντα, ὅσα γε δυνατὸς εἴη, μὴ περιόψεσθαι λύκον τῷ ποιμνίῳ παρεισδυόμενον. Καὶ τὸν μὲν αὐτίκα τῆς ὁρμῆς ἀνακρουσθῆναι, εἴτε στάσιν ὑπειδόμενον, εἴτε καὶ ἄλλως μεταβουλευσάμενον· τὸν ἐπίσκοπον πρῶτα μὲν (64) τῆς τόλμης αἰτιᾶσθαι, ἔπειτα δὲ κελεύειν τὸν ὅσιον τοῖς δαίμοσι θύειν· μόνην γὰρ εἶναι τὴν ἐξοσίωσιν ταύτην, λύσιν τε ἐγκλήματος, καὶ τῆς μετὰ ταῦτα τιμῆς τε καὶ δόξης πρόξενον. Τὸν δὲ, γενναίως πρὸς ἕκαστα τῶν προτεινομένων ἀντιτατόμενον, τὸν μαρτυρικὸν ἀναδήσασθαι στέφανον.

8. *Babylas.* — De Babyla martyre, quot et quantis contumeliis sacrum ejus corpus affecerit Julianus, quæ item dicere coacti fuerint dæmones, et quemadmodum Apollinis templum una cum simulacro, fulmine ictum conflagraverit, reliqua denique admiranda, quæ partim humano more, partim supra humanas vires tunc gesta sunt, non multum ab aliis diversa narrat Philostorgius (66). Ait porro sanctum Babylam martyrio perfunctum esse una cum tribus pueris fratribus, admodum adolescentibus; martyrium vero ex hujusmodi causa provenisse. Erat Babylas episcopus Antiochiæ. Quodam igitur tempore Numerianum Rom. imperatorem, sive, ut alii dicunt, Decium, a dæmone invecta cupiditas incessit ingrediendi in ecclesiam Christianorum, cum populus ad eam frequentissimus convenisset. Verum sacerdos Dei ad ecclesiæ vestibulum stans, aditum ei interclusit, asserens non passurum se, quantum quidem in ipso erat, ut lupus in ovile irreperet. Imperator vero, statim quidem ab incepto destitit, seu quod seditionem reformidaret, seu ob aliam quampiam causam mutata sententia; episcopum vero, primum quidem temeritatis accusavit, deinde dæmonibus sacrificare jussit: unum enim id sacrificium esse, quo et crimen suum diluere, et in posterum honorem sibi ac gloriam comparare posset. Episcopus vero, cum iis quæ ipsi proponebantur, forti ac generoso animo restitisset, martyrii coronam adeptus est.

θ'. Ὅτι τοὺς τοῦ Σωτῆρος χρησμοὺς, οἳ τὴν Ἱερουσαλὴμ ἀνατετράφθαι λέγουσιν, ὥστε μηδὲ λίθον

9. *Hierosolymorum instauratio frustra suscepta.* — Apostata Julianus, Servatoris nostri oracula, qui-

VALESII ANNOTATIONES.

(61) *Κατὰ τὸ δειλινόν. Circa vesperam*, vertit Gothofredus, secutus interpretationem Joannis Langi, qui in libro undecimo Nicephori, ubi hic Philostorgii locus describitur, ita verterat. Ego vero *circa meridiem* vertere malui. Id enim significat Græca vox, ut testatur Suidas in δείλη, quæ utrumque tempus denotat, tam meridianum quam vespertinum. Verum ex iis quæ subjicit Philostorgius, satis apparet meridianum tempus hic intelligi.

(62) *Σημηνῶν.* Sic etiam in codice Bochartiano scriptum inveni. Lex tamen grammatica scribi jubet σημῆναι.

(63) *Αὐτῷ καθιδρύματι.* Hunc locum restitui ex manuscripto codice Samuelis Bocharti, in quo ita scribitur: αὐτῷ καθιδρύματι. In eodem codice scriptum invenit γνώμην ἐμπεσεῖν, non ἐκπεσεῖν, ut edidit Gothofredus.

(64) *Τὸν ἐπίσκοπον πρῶτα μέν.* Ante hæc verba ponenda est finalis distinctio. Deinde supplenda est conjunctio hoc modo, τὸν δὲ ἐπίσκοπον, etc., ut hæc respondeant superioribus.

(65) Theodorit. l. III, c. 16.

(66) Euseb. pag. 294, n. a.

VARIORUM.

(*a*) *Περὶ τοῦ μάρτυρος Βαβύλα.* De insigni hoc martyre, quem passum esse sub Decio imp. non sub Numeriano constat. Vid. Chrysost. orat. *De Babyla*, tom. V, edit. Savilianæ, et Suidam in voce Βαβύλας. *W. Lowth.*

bus Hierosolyma ita eversum iri prædixerat, ut ne lapis quidem supra lapidem esset remansurus, falsi convincere molitus, non modo eorum quæ studuerat nihil perfecit: imo etiam certissimam eorumdem veritatem invitus licet confirmavit (67). Nam cum omnes undique Judæos collegisset, et pecunias iisdem ex ærario ac reliqua subsidia præbuisset, præcepit eis ut templum instaurarent. Verum terrores divinitus immissi, quos nulla vis eloquentiæ explicare possit, non modo impetum illorum compresserunt, sed etiam tum imperatorem ipsum, tum Judæos, ad inopiam consilii redactos, summo dedecore affecerunt. Hinc enim ignis eos qui manum operi admovere ausi fuerant, depastus est; hinc terræ motus obruit; alios aliæ calamitates exstinxere. Sic audacia quæ oracula Domini nostri ignominia afficere tentaverat, eorumdem inviolabilem ac venerandam efficaciam imprudens palam prædicavit.

A ἐπὶ λίθῳ μεῖναι, τούτοις ὁ ἀποστάτης εἰς ψεῦδος ἐλέγχειν διανοηθείς, οὐ μόνον οὐδὲν ἤνυσεν ὧν ἐσπούδασεν, ἀλλὰ τὸ ἐν τοῖς χρησμοῖς, εἰ καὶ ἄκων, ἐβεβαίωσεν ἀμετάπτωτον. Ὁ μὲν γὰρ τοὺς πανταχῆ συναγείρας Ἰουδαίους, καὶ οἴκοθεν χρήματα καὶ δύναμιν ἄλλην παρασχὼν, ἀνακαινίζειν ἐπέτρεπε τὸ ἱερόν. Δείματα δὲ θεήλατα γεγονότα διήγησιν ὑπερβαίνοντα, οὐ μόνον ἔσβεσεν αὐτῶν τὴν προθυμίαν, ἀλλὰ καὶ αὐτὸν καὶ τοὺς Ἰουδαίους εἰς ἰσχάτην ἀμηχανίαν καὶ αἰσχύνην κατεστρέψαντο. Τοῦτο μὲν γὰρ, πῦρ ἐπενέμετο τοὺς ἐργάζεσθαι τολμῶντας· τοῦτο δὲ, σεισμὸς ἐχώννυεν· καὶ ἄλλους ἄλλα πάθη κατεμερίζετο, καὶ ἡ καταισχύνειν τὰ δεσποτικὰ λόγια μελετήσασα τόλμα, τὸ ἐκείνων ἀκαταίσχυντον καὶ σεβασμιώτατον λέληθεν ἑαυτὴν ἀνακηρύττουσα.

10. *Juliani comitis, Felicis, Elpidii horrendi exitus* (68).— Cum multi ex iis qui adversus Christianos et contra religionem debacchati fuerant, meritas pœnas dederunt, tum manifestissime et sub omnium conspectu præsentes solverunt pœnas, Julianus comes Orientis, avunculus Apostatæ Juliani, et Felix comes largitionum, et Elpidius præpositus domus regiæ, quos Romani vocare solent comites rerum privatarum. Hi porro tres erant ex numero eorum qui in imperatoris gratiam a religione nostra desciverant. Ac Felix quidem, cum nulla alia præcessisset causa, una ex interioribus venis quæ omnium maxima est, subito rupta, sanguinis rivum ex ore effudit, et horrendum cunctis qui aderant spectaculum præbens, ne diem quidem totum superfuit, sed sub vesperam, deficiente sanguine, animam simul efflavit. Julianus vero difficili et ignoto correptus morbo, totos quadraginta dies supinus jacuit, nec loquens quidquam, nec sensu ullo præditus; postea vero cum paulo commodius se habere cœpisset, impium facinus quod admiserat, identidem damnavit, eamque ob causam id supplicium sibi irrogatum esse confessus est; et hactenus morbo levatus, quoad usque suæ ipsius impietatis testis exstitisset, omni ulcerum genere ventrem ejus dilacerante, animam inter cruciatus exhalavit. Elpidius denique, licet serius quam reliqui, tamen cum

B ι'. Ὅτι πολλοὶ μὲν τῶν εἰς τοὺς Χριστιανοὺς καὶ τὴν εὐσέβειαν ἐκμανέντων, δίκας ἔτισαν οὐ μεμπτάς· εἰς τὸ περιφανέστατον δὲ καὶ ἐπιφανές, Ἰουλιανός τε ὁ τῆς ἑῴας ἄρχων, θεῖος ὢν κατὰ τὸ μητρῷον γένος τοῦ ἀποστάτου Ἰουλιανοῦ, καὶ Φήλιξ ὁ τοὺς θησαυροὺς ἐπιτετραμμένος, καὶ Ἐλπίδιος τῆς βασιλικῆς οἰκίας προεστώς· κόμητας πριουάτων ἡ Ῥωμαίων γλῶττα καλεῖ. Οὗτοι δ' οἱ τρεῖς τῶν ἐξαρνησαμένων τὴν εὐσέβειαν εἰς τῷ βασιλεῖ κεχαρισμένοι ἦσαν. Ὁ μὲν οὖν Φήλιξ ἐξ οὐδεμιᾶς ἐμφανοῦς αἰτίας, τῶν ἐν βάθει φλεβῶν μιᾶς τῆς μεγίστης ἀναῤῥαγείσης, αἵματός τε αὐλὸν ἐξέπεμψεν ἐκ τοῦ στόματος, καὶ θέαμα τοῖς ὁρῶσι γενόμενος φοβερὸν, οὐδὲ δι' ὅλης ἡμέρας ἤρκεσεν· ἀλλὰ περὶ δείλην ὀψίαν τοῦ αἵματος ἐπιλείποντος (69), καὶ τὴν ψυχὴν συναπέβαλε. Ὁ δέ γε Ἰουλιανὸς ἀργαλέᾳ καὶ δυστεκμάρτῳ βληθεὶς νόσῳ, ἐπὶ τεσσαράκοντα τὰς ὅλας ἡμέρας ἀποτάδην ἔκειτο (70), μήτε φθεγγόμενος, μήτε τινὰ συναίσθησιν ἔχων· μικρὸν δέ πως ὑπορῥαΐσας (71), πολλὰ μὲν κατεγίνωσκεν ἑαυτὸν τῆς ἀθεμίτου τόλμης, καὶ τὴν δίκην ἐκεῖθεν αὐτῷ συναίσθησιν ἔλαβε καταῤῥαγῆναι· καὶ μέχρι τοῦ μάρτυρα αὐτὸν ἑαυτοῦ τῆς ἀνοσιουργίας γενέσθαι ἀνενεγκὼν, παντοδαποῖς ἕλκεσι τὴν γαστέρα σπασθείς, συνδιερῥάγη καὶ τὴν ψυχήν. Καὶ ὁ Ἐλπίδιος δὲ, εἰ καὶ τῶν ἄλλων βραδύτερον, ἀλλ' οὖν τῇ τοῦ Προκοπίου τυραννίδι συμπράττων φωραθεὶς, ὃς ἐπανέστη τῷ Οὐάλεντι,

C

D

VALESII ANNOTATIONES.

(67) Theodorit. l. III, c. 20.

(68) Theod. lib. III, cap. 12, 13.

(69) *Τοῦ αἵματος ἐπιλείποντος.* In codice Samuelis Bocharti legitur ἐπιλείψαντος καὶ τὴν ψυχὴν ἀπέβαλε.

(70) *Ἐπομάδην ἔκειτο.* Hunc locum correxi ex manuscripto codice Samuelis Bocharti, et ex libro decimo Nicephori capite 29, qui diserte scriptum habent ἀποτάδην. Repudianda est igitur conjectura Lucæ Holstenii, qui ad oram sui codicis annotavit scribendum omnino esse ἐπωμάδην, quæ lectio ferri nullo modo potest.

(71) *Μικρὸν δὲ ὑπορῥαΐσας.* Pessime Gothofredus hunc locum vertit hoc modo: *Paulatim vero diffluens.* Longe melius Joannes Langus hæc verba interpretatus est in capite 29 libri x *Historiæ* Nicephori, ubi eadem verba leguntur ex Philostorgio desumpta: μικρὸν δὲ τέως ὑποραΐσας, *et valetudine paululum recuperata*, etc. Harpocration in Lexico, ῥαΐσας, inquit, ἀντὶ τοῦ ῥᾴως ἔχων ἐκ τῆς νόσου· Δημοσθένης Φιλιππικοῖς. Locus Demosthenis, quem indicat Harpocratio, exstat in prima *Olynthiaca*, ubi de Philippo Macedone ita scribit, ἠσθένησε πάλιν ῥαΐσας οὐκ ἐπὶ τὸ ῥᾳθυμεῖν ἀπέκλινε. Ad quem locum Ulpianus notat verbum ῥαΐσας non significare ὑγιάνας, sed idem esse quod κουφότερον ἔχων, id est, *commodius se habens*. Eustathius ad librum IV *Odysseæ* pag. 1509, λέγεται δὲ, inquit, καὶ ῥᾴων ὁ ἐκ νόσου ὑγιής, καὶ ῥαΐζειν τὸ ἀπὸ νόσου ἀνασφάλλειν.

τῶν τε χρημάτων γυμνωθεὶς, καὶ εἱρκταῖς κατα- A Procopii qui adversus Valentem rebellaverat, tyran-
διοὺς, ἀκλεῶς καταστρέφει τὸν βίον, ἐπάρατος πᾶσι nidi favisse deprehensus fuisset, bonis spoliatus, et
γεγονὼς, καὶ ὁ θύτης Ἐλπίδιος ἐπονομαζόμενος. in carceribus perpetuo degens, cum summa igno-
Ἄλλος δέ τις συνεισελθὼν τοῖς εἰρημένοις ἐν τῇ ἐκ- minia vitam finivit, omnibus eum detestantibus, et
κλησίᾳ, ἣν ἐπόρθουν καὶ ἀπεσύλων τὰ ἀναθήματα, sacrificatorem Elpidium cognominantibus. Alius
καὶ τὰ κειμήλια λαφυραγωγοῦντες, τὸν ἐν αὐτοῖς præterea quidam una cum supradictis ingressus in
θεραπευόμενον ἐξύβριζον· οὗτος δὴ προσανασυρά- ecclesiam, quam illi vastabant ac spoliabant, sacra
μενος τὴν ἐσθῆτα, τῷ θυσιαστηρίῳ ἐνασελγαίνων vasa ac donaria deprædantes, Deumque qui per hæc
ἐναπούρησε, καὶ παραυτίκα ποινὴν χαλεπὴν καὶ colebatur, contumelia afficientes: hic, inquam, le-
ὀξεῖαν ἀπέτισε. Δι' ὧν γὰρ ὕβρισε μορίων, ταῦτα vata veste petulanter in altare imminxit; statimque
μέχρι τῶν ἐντέρων διασαπεὶς, καὶ σκωλήκων ἀδι- acerbissimas ac præsentes pœnas persolvit. Iisdem
ήγητον χρῆμα τεκνώσας, οἰκτρῶς ἄγαν καὶ οὐδ' ἀφ- enim membris quibus ad contumeliam abusus fuerat,
ηγήσεως ἄξιος, καταστρέφει τὸν βίον. Καὶ μὲν δὴ ad interiora usque viscera putrefactis, et immensam
καὶ ἕτεροι παραπλήσια τετολμηκότες ἐφαμίλλους τὰς vermium multitudinem gignentibus, prorsus mise-
τιμωρίας δεδώκασιν. rabili exitu, et qui ne referri quidem meretur, inter-
B iit. Sed et alii plures qui ejusmodi facinora per-
petrare ausi fuerant, non minores pœnas dederunt.

ια'. Ὅτι Ῥωμαίων ὁ βασιλεὺς Ἀδριανὸς, ὃς Αἴ- 11. (73) *Hierosolyma Ælia dicta.* — Adrianus im-
λιος ἐπωνόμαστο, τὰ Ἱεροσόλυμα Αἰλίαν ἐξ ἑαυτοῦ perator Romanorum, qui Ælius dicebatur, urbem
μετεκαλέσατο· ὡς ἂν παντάπασι τὸ Ἰουδαίων αὐτῆς Hierosolymam ex suo nomine Æliam appellavit, eo
ἔθνος ἀποστήσῃ καὶ ἀπορρήξῃ, καὶ μηδ' ἐκ τῆς κλή- consilio ut Judæorum gentem ab ea penitus arceret
σεως ὡς πατρίδος αὐτῆς ἀντιποιεῖσθαι πρόφασιν atque excluderet, ne vel ex ipsa appellatione præ-
ἐχούσης (72). Ἐδεδίει γὰρ αὐτῶν τὸ θερμουργὸν καὶ textum haberent Judæi, eam tanquam patriam sibi
ριψοκίνδυνον, μὴ, συναγειρόμενοι κατὰ πρόφασιν ἐν vindicandi. Quippe Adrianus fervidum illorum ac
τῇ πόλει λατρείας, πράγματα Ῥωμαίοις παρέξωσιν. temerarium ingenium reformidabat, ne forte sacri-
ficandi specie in ea urbe congregati, negotium Ro-
manis facesserent.

ιβ'. Ὅτι, φησὶ, Βαβύλα τοῦ μάρτυρος τῶν λειψά- 12. *Oracula falsidica.* — Post translationem reli-
νων μετατεθέντων, τὰ τῶν Ἑλλήνων χρηστήρια, τοῦ quiarum martyris Babylæ, gentilium oracula, initio
κατὰ Δάφνην ἀρξαμένου, χρησμοὺς ἀνεδίδου καὶ λό- facto ab eo quod erat apud Daphnen, responsa ac
για, τῆς θείας Προνοίας φθέγγεσθαι μὲν αὐτοῖς ἐν- C vaticinia ediderunt, cum divina Providentia eis ut
διδούσης, τρεπούσης δὲ τὴν ἐς τιμὴν (*a*) αὐτοῖς loquerentur quidem permisisset, studium vero et
ὁρῶσι σπουδὴν εἰς αἰσχύνην ἄφατον. Καὶ γὰρ ἐξ ὧν cultum ipsis eorum cultoribus in summum dedecus
ἐσπουδάζετο τὸ Ἑλληνικὸν κιχρᾶν τὰ δαιμόνια, ἵν' convertisset (74). Quanto enim ardentiore studio
ἔχοιεν ἐπὶ μᾶλλον θειάζειν αὐτὰ, ἐκ τούτων τὸ ἀσθε- gentiles studuerunt ut dæmones oracula redderent,
νὲς αὐτῶν καὶ πεπλανημένον διελέγχειν τῇ θείᾳ Προ- quo justiorem causam haberent eos divinis hono-
νοίᾳ συνηλαύνοντο. Ψευδεῖς γὰρ καὶ ἀτέλεστοι κατά ribus afficiendi, eo magis infirmitatem eorum ac
γε τὸ περιφανέστατον οἱ ἐκεῖθεν χρησμοὶ ἐγνωρί- fallaciam deprehendere compulsi sunt a divina Pro-
ζοντο· ὅθεν καὶ προθεσπισάντων ἅμα πάντων καθ' videntia. Quippe oracula quæ inde profluxerunt,
ἕκαστον τῶν μαντείων, ὡς Ἰουλιανὸς ὁ τοῦ βασιλέως falsa atque imperfecta apparuere: certe cum omnia
θεῖος νοσῶν οὐ τεθνήξεται, ἐν αὐταῖς τῶν χρησμῶν singillatim oracula respondissent, Julianum impe-
ἀναγνώσεσιν, οἰκτρῶς ἐκεῖνος καὶ ἐλεεινῶς τὸν βίον ratoris avunculum, qui tum morbo laborabat, ne-
ἀπέῤῥηξεν. quaquam esse moriturum, dum ea ipsa legerentur
oracula, animam miserabiliter exhalavit.

ιγ'. Ὅτι, φησὶν, Ἥρωνά τινα ἐκ Θηβῶν τῶν Αἰ- 13. (75) *Apostatæ duo misere pereunt.* — Heron
γυπτίων ὁρμώμενον, καὶ εἰς ἐπισκόπους τελέσαντα, D quidam ex urbe Ægypti Thebis oriundus, et qui
εἶτα πρὸς Ἑλληνισμὸν μεταβαλόντα, παραχρῆμα episcopatum gesserat, cum postea ad superstitio-
νόσος σηπεδονώδης ἀπέλαβε, καὶ πᾶν καταβοσκη- nem gentilium descivisset, repente putredinis morbo
θεῖσα τὸ σῶμα, βδέλυγμα πᾶσιν ὑπέδειξεν. Ὁ δὲ correptus est: quæ totum illius corpus depasta,
πανταχόθεν ἀπορούμενος ἐν τοῖς ἀμφόδοις κατέκειτο, abominabilem illum præstitit. Undique igitur ad
μηδ' ὄντινα οὖν μηδαμόθεν ἔλκων ἔλεον· τῶν μὲν summam redactus inopiam, in plateis jacebat, cum
Χριστιανῶν παντελῶς αὐτὸν ἐκτρεπομένων, τῶν Ἑλ- nemo illum misericordia ulla prosequeretur; nam

VALESII ANNOTATIONES.

(72) *Πρόφασιν ἐχούσης.* Leges grammaticæ postulant ut scribamus πρόφασιν ἔχον, vel ἔξον. Subauditur enim Ἰουδαίων ἔθνος. Potest etiam scribi, πρόφασιν ἔχωσι, eamque scripturam magis probo.

(73) Euseb. Hist. l. IV, cap. 6.
(74) Theodorit. l. III, c. 10.
(75) Theophanes in *Chronico*, pag. 3.

VARIORUM.

(*a*) *Ἐς τιμὴν.* Ἐντιμὴν legit Gothofredus. *W. Lowth.*

Christiani quidem eum penitus aversabantur, gentiles vero eum hactenus norant, quatenus in erroris societatem eum traduxerant. Et Heron quidem ita acerbo atque infelici exitu periit. Sed et Theotecnus quidam ad gentilium superstitionem transgressus, repente toto corpore putrefacto, vermium receptaculum factus est. Qui cum oculos ei effodissent, ad extremum insania correptus est, et sua ipsius lingua concisa et comesa, ex acerbissimis tormentis ad multo graviora supplicia est transmissus. Multa hujusmodi prodigia Deus tunc edidit, ab iis qui impudenter a pietate desciverant, meritas eorum sceleri respondentes exigens pœnas.

14. (76) *B. Joannis Evangelium Hierosolymis repertum.* — Julianus, cum urbem Hierosolymam instaurari jussisset, eo consilio ut Domini nostri de illa prædictiones irritas esse convinceret, prorsus contrarium iis quæ moliebatur effecit. Nam et multa alia prodigia cœlitus immissa opus represserunt; et cum fundamenta pararentur, unus ex lapidibus qui in ima basi collocabatur, suo loco demotus, ostium antri cujusdam aperuit, quod in rupe excavatum erat. Sed cum ob profunditatem ea quæ intus erant cernere difficile esset, curatores operum rei cognoscendæ cupidi, quemdam ex operariis prolixo funi astrictum demiserunt. Hic demissus, aquam in antro residem ad media usque crura reperit, et cum undique locum circuisset, et parietes contrectasset, antrum quadratum esse deprehendit. Reversus deinde, cum in medio constitisset, columnam quamdam offendit quæ paululum supra aquam exstabat. Quam cum manu apprehendisset, librum ei impositum reperit, tenuissimo ac purissimo linteo involutum. Cumque eum uti invenerat sustulisset, signum dedit ut ipsum retraherent. Retractus igitur ostendit librum, et universos admiratione perculit, ob id maxime quod recens adhuc atque intactus videbatur, et quod in eo loco repertus fuisset. Hic igitur liber, quod gentilibus ac Judæis majori adhuc admirationi fuit, confestim apertus, in capite, hoc habebat scriptum grandioribus litteris: *In principio erat Verbum, et Verbum erat apud Deum, et Deus erat Verbum.* Prorsusque hic liber integrum illud continebat Evangelium, quod sacra discipuli virginisque lingua annuntiaverat. Porro hoc miraculum una cum aliis prodigiis quæ tunc cœlitus ostensa sunt, perspicue indicabat, nunquam in irritum casuram esse sententiam Domini, quæ templi vastationem perpetuo mansuram prædixerat. Liber enim ille, eum qui ista multo

A λήνων δὲ μέχρι τοῦ καθυποβαλεῖν αὐτὸν τῇ πλάνῃ μόνον αὐτὸν ἐγνωκότων. Ἀλλ' ὁ μὲν Ἥρων πικρῶς οὕτω καὶ παναθλίως τῆς ζωῆς ἀπελήλαται. Καὶ Θεότεκνος δέ τις πρὸς τὸν Ἑλληνισμὸν ἀποῤῥυείς, πᾶσαν ἀθρόως τὴν σάρκα διασαπεὶς καὶ σκωλήκων ὕλη γεγονώς, καὶ δὴ καὶ τοὺς ὀφθαλμοὺς ὑπ' αὐτῶν ἐξορυχθείς, τελευτῶν εἰς μανίαν ἐτράπη, καὶ τὴν ἑαυτοῦ γλῶτταν καταφαγών, ἐκ πικρῶν βασάνων εἰς πολὺ χαλεπώτερα παρεπέμφθη κολαστήρια. Καὶ πολλὰ τοιαῦτα τὸ Θεῖον ἐτερατούργει, ἀντιῤῥόπους τὰς ποινὰς παρὰ τῶν ἀναίδην ἀσεβούντων εἰσπραττόμενον.

ιδ'. Ὅτι προστάξας, φησὶν, Ἰουλιανὸς τὰ Ἱεροσόλυμα ἀνοικοδομεῖσθαι, ὡς ἂν τὰς περὶ αὐτῶν δεσποB τικὰς προῤῥήσεις ἀκύρους ἐλέγξῃ, τοὐναντίον ἅπαν ὧν ἐσπούδασεν, ἐξειργάσατο. Ἄλλα τε γὰρ τέρατα ὑπερφυῆ τὸ ἔργον κατασκήψαντα ἐπέσχε· καὶ δὴ καὶ τῶν θεμελίων εὐτρεπιζομένων, εἷς τῶν λίθων, εἰς τὴν ἐσχάτην κρηπῖδα τεταγμένων κινηθείς, στόμιον ἄντρου τινὸς παρέδειξεν, ἐνειργασμένου τῇ πέτρᾳ. Ὡς δ' ἄπορος ἦν (77) διὰ τὸ βάθος ἰδεῖν τὰ ἔνδον, βουλόμενοι γνῶναι τὸ σαφὲς οἱ τοῖς ἔργοις ἐφεστῶτες, καθιῶσί τινα τῶν ἐργατῶν σχοίνου μακρᾶς ἐκδησάμενοι. Ὁ δὲ καθιμηθείς, ὕδωρ μὲν εὗρεν εἰς μέσας κνήμας κατὰ τὸ ἄντρον συνεστηκός· πανταχοῖ δὲ περιελθὼν καὶ τῶν τοίχων ἐφαψάμενος, τετράγωνον μὲν τὸ ἄντρον ἔγνω. Ἀναστρέφων δὲ καὶ κατὰ τὸ μέσον γεγονὼς, ἐντυγχάνει στήλῃ τινὶ, βραχὺ C διεχούσῃ τοῦ ὕδατος· ᾗ τὴν χεῖρα ἐπιβαλὼν εὑρίσκει βιβλίον αὐτῇ ἐπικείμενον, λεπτοτάτῳ καὶ καθαροτάτῳ περιειλημένον ἡμιτυβίῳ (a)· ἀνελόμενος δὲ ὡς εὗρε τὸ βιβλίον, σημαίνει δεῖν αὐτὸν ἀνακομίζειν. Ἀνακομισθεὶς δὴ ἐπιδείκνυσι τὸ βιβλίον, καὶ εἰς θάμβος ἅπαντας ἄγει, μάλιστα δ' ὅτι καὶ νεουργὸν καὶ ἀθιγῆ (78) παρεῖχε τὴν θέαν, καὶ ὡς ἐν ἐκείνῳ ἂν εὑρεθὲν τῷ χωρίῳ. Τὸ δὲ ἄρα τὸ βιβλίον, ὃ καὶ πλέον Ἑλληνιστὰς καὶ Ἰουδαίους κατέπληξεν, εὐθὺς κατ' ἀρχὰς ἀναπτυχθὲν, μεγάλοις ἔλεγε γράμμασιν, *Ἐν ἀρχῇ ἦν ὁ Λόγος, καὶ ὁ Λόγος ἦν πρὸς τὸν Θεὸν, καὶ Θεὸς ἦν ὁ Λόγος.* Καὶ ἁπλῶς ὁλόκληρον ἡ γραφὴ τὸ Εὐαγγέλιον ἐδείκνυ, ὅπερ ἡ θεολόγος τοῦ μαθητοῦ καὶ παρθένου εὐηγγελίσατο γλῶσσα. Ἐδήλου δὲ ἄρα μετὰ τῶν ἄλλων παραδόξων ἔργων ἃ D κατ' ἐκεῖνο καιροῦ οὐρανόθεν ἐπεδείχθη, μὴ ἂν ποτε διαπεσεῖν δεσποτικὴν ἀπόφασιν, ἥτις τὴν εἰς τέλος ἐρήμωσιν τοῦ νεὼ προανεῖπε. Καὶ γὰρ Θεόν τε ἐθεολόγει τὸ βιβλίον τὸν ταῦτα προτεθεσπικότα καὶ δημιουργὸν ἁπάντων· καὶ ἔλεγχος ἦν τοῦ μάτην ἐκείνους περὶ τὴν οἰκοδομὴν ποιεῖσθαι (79), τῆς θείας

VALESII ANNOTATIONES.

(76) Supra, c. 9.

(77) *Ἄπορος ἦν.* Scribendum est procul dubio ἄπορον ἦν.

(78) *Νεουργὸν καὶ ἀθιγῆ.* Ex codice Bocharti emendavi, καὶ ἀθιγῆ.

(79) *Μάτην ἐκείνους περὶ τὴν οἰκοδομὴν ποιεῖσθαι.* Scribendum videtur πονεῖσθαι.

VARIORUM.

(a) *Ἡμιτυβίῳ.* Hæc vox occurrit infra, lib. II, cap. 1. Est autem ἡμιτύβιον linteum, sudarium, fascia, sindon. Hac voce jam olim usi sunt Aristophanes, Hippocrates, Plutarchus, *Jac. Gothofred. in loc.*

καὶ ἀμεταθέτου ψήφου τὸν εἰς τέλος τοῦ νεὼ ἀφανισμὸν καταψηφισαμένης. Τὰ μέντοι Ἱεροσόλυμα, Ἰεβοὺς πρότερον ἐκαλεῖτο, τῶν τῆς Βενιαμίτιδος φυλῆς ταύτην ἐνοικούντων, πρὶν ἢ Δαβὶδ ὁ βασιλεὺς ὑποσχέσει στρατηγίας ἑλὼν αὐτὴν διὰ τοῦ Ἰοάβου. Ἐκείνῳ τε τὴν ὑπόσχεσιν ὡς ὑπεδέξατο δίδωσι, καὶ αὐτὸς πόλιν ἐν αὐτῇ δειμάμενος, μητρόπολιν τοῦ παντὸς ἔθνους τῶν Ἑβραίων ἀπειργάσατο.

A ante pronuntiaverat, Deum et universi conditorem esse prædicabat. Certissimumque erat indicium, frustra eos in ædificando laborare, cum immutabilis Dei sententia templum perpetua subversione damnasset. Ipsa quidem urbs Hierosolyma antea Jebus vocabatur, tribulibus Benjamiticæ tribus eam incolentibus, priusquam rex David, opera Joabi, eam cepisset. Cui cum exercitus imperium promisisset, si ea urbe potiretur, urbe capta, id quod ei promiserat tradidit. Ipse in eodem loco urbem ædificans, universæ gentis Hebræorum metropolim eam esse voluit.

ιε'. Ὅτι τοῖς παντάχοθεν χρησμοῖς τῶν Ἑλλήνων ὁ Παραβάτης ἀναπεισθεὶς ὡς ἄμαχον ἕξει τὸ κράτος, κατὰ Περσῶν ἐκστρατεύει. Γέρων δέ τις τῶν παρὰ Πέρσαις τῆς στρατείας ἀφειμένων ἤδη ἀπέστη (80) μετέρχεται τὸν Παραβάτην ἐν Περσίδι στρατευόμενον· καὶ ἐρημίαις ἐν τόποις καὶ ἀμηχάνοις συγκλείσας ἀπορίαις, ἐν οἷς τὸ πλεῖστον τοῦ λαοῦ διεφθάρη, ἕτοιμον θήραμα τοὺς πολεμίους τοῖς ὁμοφύλοις παρέχεται. Τὸ δὲ Περσικὸν ἐπελαύνει (81) κατ' αὐτῶν, συνεπαγόμενον καὶ τοὺς ὑποσπόνδους κοντοφόρους Σαρακηνούς· ὧν εἷς ἐπὶ τὸν Ἰουλιανὸν τὸ δόρυ ἐκτείνας, πλήττει μὲν αὐτὸν ἐν ἰσχύϊ κατὰ τὸ περιτόναιον. Ἅμα δὲ τῇ αἰχμῇ ἐξελκομένῃ, καὶ κόπρος τις ἐπηκολούθησε συνεπισπωμένη τῷ αἵματι. Εἶτα τὸν μὲν βαλόντα Σαρακηνὸν εἷς τῶν δορυφόρων ἐπελθὼν, τῆς κεφαλῆς ἀποτέμνει. Τρωθέντα δὲ καιρίαν τὸν Ἰουλιανὸν, οἱ οἰκεῖοι διὰ τάχους ἀναλαβόντες ἐπ' ἀσπίδος, εἰς τὴν σκηνὴν ἀνεχώρουν. Καὶ τοῖς πολλοῖς διὰ τὸ ἀθρόον καὶ δι' ὀλίγου συμβῆναι τὴν πληγὴν, καὶ μηδ' ὅθεν ἰδεῖν ἠνέχθη, παρὰ τῶν οἰκείων ἐνομίσθη τὸ πάθος προελθεῖν. Ἀλλ' ὅ γε δείλαιος Ἰουλιανὸς, τοῦ τραύματος ταῖς χερσὶν ὑποδεχόμενος τὸ αἷμα, πρὸς τὸν ἥλιον ἀπέῤῥαινε, διαῤῥήδην πρὸς αὐτὸν λέγων· *Κορέσθητι*. Ναὶ δὴ καὶ τοὺς ἄλλους θεοὺς κακούς τε καὶ ὀλετῆρας ἐκάλει. Ἰατρῶν μέντοι γε ἄριστος ὁ Λυδὸς Ὀριβάσιος αὐτῷ συνῆν ὁ ἐκ Σάρδεων· ἀλλ' ἡ πληγὴ πᾶσαν χλευάζουσα θεραπείαν, διὰ τριῶν ἡμερῶν τὸν Ἰουλιανὸν ἀπαλλάττει τοῦ βίου, ἐν μὲν τῷ τοῦ Καίσαρος σχήματι πέντε ἐνιαυτοὺς, ἐν δὲ τῷ διαδήματι μετὰ τὸν Κωνσταντίου θάνατον, δύο καὶ ἥμισυ διανύσαντα ἔτη. Καὶ οὗτος μὲν εἰς τὸν ἥλιον ἀπορῥαίνειν τὸ αἷμα, καὶ τοὺς αὐτοῦ θεοὺς κακολογεῖν· οἱ δὲ πλεῖστοι τῶν ἱστορούντων εἰς τὸν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν, τὸν ἀληθινὸν Θεὸν, ἑκάτερον γράφουσιν ἐναπορῥῖψαι.

13. *Julianus imp. Persidem invadens perit.* — Apostata Julianus cunctis undique gentilium oraculis confisus, quod invictam vim esset habiturus, adversus Persas expeditionem suscepit. Senex vero quidam qui jampridem missione donatus fuerat apud Persas, dolo ac perfidia circumvenit Apostatam in Perside bellum gerentem (82). Qui cum Romanos in inviam quamdam solitudinem, et in maximas difficultates conjecisset, in quibus maxima pars exercitus periit, hostes velut prædam venaticam popularibus suis tradidit. Persæ enim in Romanos irruerunt, adjectis sibi fœderatis equitibus Saracenis qui contos gestabant. Quorum unus cum hastam in Julianum intorsisset, eum in femore circa peritonæum percussit. Et cum cuspis extraheretur, stercus quoque una cum sanguine secutum profluxit. Ac percussori quidem Saraceno, unus ex imperatoris protectoribus in eum irruens, caput abscidit. Julianum vero letali vulnere percussum, Romani confestim scuto impositum in tabernaculum asportarunt. Multique a Romanis id facinus admissum esse existimarunt, eo quod repente ac momento temporis id vulnus inflictum fuerat, nec unde inflictum erat quisquam sciebat. At vero miser Julianus cruorem ex vulnere manibus suis excipiens, ad solem projecit, elata voce dicens : *Satiare*. Sed et alios deos malos atque exitiales appellavit. Erat in ejus comitatu præstantissimus medicorum Oribasius, oriundus ex Sardibus Lydiæ. Sed vulnus omni medicinæ arte superius, Juliano intra triduum vitam ademit, cum Cæsaris quidem dignitatem quinquennio, Augustum autem imperium post mortem Constantii duobus annis ac dimidio gessisset. Et Philostorgius quidem hoc loco scribit, Julianum haustum sanguinem in solem projecisse, et diis suis conviciatum esse. Plerique tamen historiæ scriptores, utrumque horum a Juliano factum esse tradunt adversus Dominum nostrum ac Deum verum Jesum Christum.

ΕΚ ΤΗΣ ΟΓΔΟΗΣ ΙΣΤΟΡΙΑΣ.

α'. Ὅτι τῇ ἐπαύριον τοῦ διαφθαρῆναι τὸν Ἀποστά-

EX LIBRO OCTAVO HISTORIÆ.

1. *Jovianus imp.* — Post obitum Juliani, exer-

VALESII ANNOTATIONES.

(80) *Ἤδη ἀπέστη.* In codice manuscripto Samuelis Bocharti ad vocem ἀπέστη asteriscus notatus est, et ad marginem ascripta sunt hæc verba : *locus non sanus*. Deinde emendationes aliquæ apponuntur adeo infelices, ut eas conjector ipse deleverit. Ego vero antequam codicem illum nactus essem, hunc locum ita emendaveram : Γέρων δέ τις τῶν παρὰ Πέρσαις τῆς στρατείας ἀφειμένων ἤδη, ἀπιστίᾳ μετέρχεται τὸν Παραβάτην.

(81) *Τὸ δὲ Περσικὸν ἀπελαύνει.* Rectius in codice Samuelis Bocharti scribitur hic locus in hunc modum : τὸ δὲ Περσικὸν ἐπελαύνει κατ' αὐτῶν, etc. quod quidem miror ab Holstenio animadversum non fuisse. Paulo post ubi legitur, πλήττει μὲν αὐτὸν ἐν ἰσχύϊ, idem codex scriptum habet ἐν ἰσχίῳ. Atque ita fere codex Scoriacensis. Ego tamen scribendum puto ἰσχίῳ, id est, *in lumbis*. Ita glossæ veteres exponunt ἰσχίον, lumbi.

(82) Theodorit. l. III c. 21, 25.

citus postero die Jovianum imperatorem renuntiavit. At ille (neque enim alia ratio expediendæ salutis supererat, cum universus exercitus ad decimam partem redactus esset) tricennales inducias pactus est cum Persis, Nisibi ipsa eis tradita, et castellis, quæcunque propugnaculi instar adversus Persas a Romanis objecta erant ad Armeniam usque. Porro cadaver Juliani, Merobaudes et qui cum illo erant, cum in Ciliciam deportassent, non consulto, sed casu quodam e regione sepulcri in quo Maximini ossa erant condita, deposuerunt, via publica duntaxat loculos eorum a se invicem separante.

2. Euzoius et qui cum illo erant episcopi, libellum quidem pro Aetio (83) ejusque doctrina conscripserunt: operam tamen non dederunt ut res ad exitum perduceretur. Proinde Aetius et Eunomius qui Constantinopoli morabantur, sua negotia per se ipsi administrarunt. Et cum alia pro arbitrio suo constituerant prout ipsis commodissimum videbatur, tum episcopos sibi ordinarunt: ex quorum numero, Candidus quidem et Arrianus Ecclesiis Lydiæ et Ioniæ præpositi sunt. Palæstinæ vero episcopus factus est Theodulus ex episcopo Chæretaporum. Jam vero Constantinopoli (multi enim in ea urbe ab Eudoxio aliisque sectis deficientes, Aetii atque Eunomii adauxerant partem) primum Ecclesiæ suæ episcopum ordinarunt Pœmenium. Quod quidem factum, Eudoxium qui unitatis cum illis ineundæ spem hactenus foverat, prorsus ipsis adversarium reddidit. Pœmenio autem non multo post mortuo, Florentium in ejus locum substituerunt. Lesbi præterea, cum ejus loci episcopus mortuus esset, an-

A την, ἀνίστησιν ὁ στρατὸς Ἰωβιανὸν βασιλέα. Ὁ δὲ (οὐ γὰρ ἦν ἄλλως διασωθῆναι, εἰς δέκατον μέρος τῆς ὅλης στρατιᾶς ἀπολεπτυνθείσης) τριακοντούτεις τίθεται πρὸς τὸν Πέρσην σπονδὰς, τῆς τε Νισίβεως αὐτῆς ὑπεκστὰς, καὶ τῶν φρουρίων ὅσα Ῥωμαίοις ἐπὶ Πέρσας ἄχρι τῆς Ἀρμενίας οἱονεὶ τεῖχος προύβέβλητο. Τὸν δὲ νεκρὸν Ἰουλιανοῦ Μεροβαύδης (a) καὶ οἱ σὺν αὐτῷ ἐν Κιλικίᾳ κομίσαντες, οὐ κατὰ πρόνοιαν, κατὰ δέ τινα περιφορὰν, ἀντικρὺ τοῦ τάφου ὃς τὰ Μαξιμίνου συνεῖχεν ὀστᾶ, κατέθεντο, λεωφόρου μόνης ἀπ' ἀλλήλων τὰς θήκας αὐτῶν διατειχιζούσης.

β'. Ὅτι Εὐζώϊος, φησὶ, καὶ οἱ σὺν αὐτῷ, τὸν μὲν ὑπὲρ Ἀετίου καὶ τοῦ δόγματος τόμον ἐξέθεσαν· οὐ μὴν γε περαίνειν ταῦτα διανέστησαν (84). Διὸ οἱ B περὶ Ἀέτιον καὶ Εὐνόμιον ἐν Κωνσταντινουπόλει διατρίβοντες, καθ' ἑαυτοὺς ἤδη τῶν πραγμάτων προῖσταντο. Τά τε ἄλλα ὡς αὐτοῖς ἐδόκει πρὸς τὸ ἄριστον τιθέμενοι· καὶ δὴ καὶ ἐπισκόπους καθίστασαν· ὧν Κάνδιδος (b) μὲν καὶ Ἀρριανὸς ταῖς κατὰ Λυδίαν καὶ Ἰωνίαν Ἐκκλησίαις ἐφίστανται· Παλαιστίνης δὲ ὁ ἀπὸ Χαιρατόπων Θεόδουλος ἐπεσκόπησεν. Ἐν δὲ Κωνσταντινουπόλει (καὶ γὰρ Εὐδοξίου καί τινων ἄλλων αἱρέσεων ἀπορρυὲν οὐκ ὀλίγον πλῆθος τὴν περὶ Ἀέτιον καὶ Εὐνόμιον μοῖραν ἐπηύξησε) χειροτονοῦσι πρῶτον τῆς καθ' ἑαυτοὺς Ἐκκλησίας, Ποιμένιον ὄνομα. Ὃ καὶ τὸν Εὐδόξιον, μέχρι τότε τὰς πρὸς αὐτοὺς τῆς ἑνώσεως ἐλπίδας ὑποστρέφοντα (85), εἰς τὸ βεβαίως ἀντίπαλον μετεστήσατο. Ποιμενίου δὲ μετ' οὐ πολὺν ἀποβιώσαντος χρόνον, ἀντικαθιστῶσι Φλω- C ρέντιον. Εἰς δὲ τὴν Λέσβον, τοῦ ταύτης ἀποιχομένου ποιμένος, χειροτονοῦσι (86) Θάλλον. Τῇ δὲ πρὸς τῷ

VALESII ANNOTATIONES.

(83) De Aetio supr. l. VII, c. 5, 6.

(84) *Οὐ μήν γε περαίνειν ταῦτα διανέστησαν.* Pessime hunc locum vertit Gothofredus hoc modo: *Non ideo tamen suadere hæc, seu ad hæc hortari sustinuisse.* Quasi παραινεῖν legeretur. Atqui tum in textu, tum in annotationibus suis, Gothofredus παραίνειν constanter posuit. Quare non dubito, quin in ms. codice quo usus est, scriptum sit περαίνειν, quomodo habent nostri codices, Scoriacensis videlicet et Bochartianus. Est autem hic hujus loci sensus. Cum Euzoius et Antiochena synodus, regnante Juliano collecta, epistolam synodicam de restitutione Aetii et consortium ejus scripsisset; ob persecutionem Christianorum quæ tunc maxime flagrabat, eum ad Eudoxium et reliquos episcopos mittere supersedit, ut scribit Philostorgius in lib. VII. Post mortem vero Juliani, reddita jam Ecclesiis pace, epistolam quidem illam synodicam ad Eudoxium et ad alios episcopos transmisit, operam tamen non dedit ut res ad exitum perduceretur. Quare Aetius et Eunomius qui tum Constantinopoli morabantur, cum segnitiem Euzoii animadverterent, Theophilum Indum miserunt Antiochiam: præcipue quidem eo consilio ut Euzoium urgeret atque excitaret, quo rem illam ad exitum perducere, et synodi suæ sententiam exsecutioni mandare vellet; sin minus, ut Aetianis illic degentibus præesset. Sic enim scribit Philostorgius infra: Ἀφικνεῖται Θεόφιλος ὁ Ἰνδὸς, ἐφ' ᾧ τὸν Εὐζώϊον μὲν κατὰ τὸ προηγούμενον ἀναστῆσαι, εἰς τέλος ἀγαγεῖν τὰ ὑπὲρ Ἀετίου ἐγνωσμένα. Περαίνειν igitur idem valet quod εἰς τέλος ἀγαγεῖν.

(85) *Τῆς ἑνώσεως ἐλπίδας ὑποστρέφοντα.* Longe rectius in ms. codice Samuelis Bocharti scribitur ὑποτρέφοντα. Eudoxius enim CP. episcopus, ad D id usque temporis sem fecerat Aetio et Eunomio, societatis atque unitatis cum illis ineundæ. Sed postquam vidit Eudoxius, Aetium eo temeritatis erupisse, ut episcopum sectæ suæ Constantinopoli ordinaret, sese ab Aetii partibus penitus abrupit.

(86) *Χειροτονοῦσι.* Post verbum χειροτονοῦσι asteriscus appositus, quidpiam hic deesse significat. Desideratur autem nomen episcopi quem Aetiani seu Anomœi in insula Lesbo constituerunt. Ejus

VARIORUM.

(a) *Τὸν δὲ νεκρὸν Ἰουλιανοῦ Μεροβαύδης.* At Am. Marcellinus id a Procopio factum scribit, lib. XXV, cap. 9: *Cum Juliani supremis Procopius mittitur, ea, ut superstes ille mandaverat, humaturus in suburbano Tarsensi* in Cilicia. Hoc cæteri omnes historici testantur. Tarsi etiam Maximinus imperator et sævus Christianorum persecutor exstinctus est. Eutrop. l. X, Zos. l. II, p. 677, et Lactant. *De mortibus persecut.* cap 49, quem vid. ap. Euseb. p. 458, not. 2.

(b) *Κάνδιδος.* De Candido et Arriano mox cap. 4, 6, 7, et lib. IX, cap. 1. Hic est ille Candidus qui scripsit ad Marium Victorinum librum *De generatione divina.* De Theodulo supra, lib. VII, c. 6, et infra lib. IX, cap. 18. De reliquis item lib. IX, cap. 1, et 18.

Ποντίῳ Γαλατίᾳ (87) καὶ Καππαδοκίᾳ Εὐφραίνιον (88) προχειρίζονται· τὴν δὲ Κιλικίαν Ἰουλιανὸς ἐγχειρίζεται. Πρὸς δὲ τὴν ἐν τῇ κοίλῃ Συρίᾳ Ἀντιόχειαν μετ' οὐ πολὺν χρόνον ἐθελοντὴς ἀφικνεῖται Θεόφιλος ὁ Ἰνδός· ἐφ' ᾧ τὸν Εὐζώϊον μὲν, κατὰ τὸ προηγούμενον, ἀναστῆσαι εἰς τέλος ἀγαγεῖν τὰ ὑπὲρ Ἀετίου ἐγνωσμένα· εἰ δὲ μὴ, αὐτός γε καθηγήσεσθαι τοῦ ἐκεῖσε πλήθους, ὅσον τὴν ἐκείνου γνώμην ἠσπάζετο. Ἑκατέρας δὲ Λιβύης καὶ ὅσον ἐν τῇ Αἰγύπτῳ τὸ αὐτῶν διέσωζε φρόνημα, τοῖς ἀμφὶ Σέρραν τε καὶ Στέφανον καὶ Ἡλιόδωρον ἔμελεν (89). Τούτους μὲν οὖν ἅπαντας ὁ Φιλοστόργιος ἐπαίνοις οὐκ ἔχει κόρον διακοσμεῖν, τήν τε δύναμιν τῶν λόγων ἀνυμνῶν, καὶ τὸν βίον ἀποθειάζων.

γ'. Ὅτι Θεοδόσιόν (*a*) τινα τῶν ἐπισκόπων, θερμὸν ἐραστὴν τῆς αὐτοῦ αἱρέσεως εἰσάγει, καὶ τὰς διὰ τῶν γυναικῶν ἡδονὰς ἀποκλίναι (90), καὶ ἄλλα τε δυσσεβῆ τῇ ἀρχαίᾳ δόξῃ συνάψαι, καὶ δὴ ὡς ὁ Χριστὸς τρεπτὸς μὲν τῇ γε φύσει τῇ οἰκείᾳ, ἐπιμελείᾳ δὲ τῶν ἀρετῶν ἀνυπερβλήτῳ εἰς τὸ ἄτρεπτον ἀνυψωθῆναι· καὶ ὅτι μηδὲ φθέγγοιτο μηδ' ἀκούοιτο τὸ Θεῖον, ἐπεὶ χεῖρες ἂν αὐτῷ καὶ ἀκοαὶ συμπλασθήσονται· καὶ ἄλλα δὲ τοιουτότροπά φησι αὐτὸν δυσσεβῆσαι.

δ'. Ὅτι ὁ Ἀέτιος μὲν πρὸς τὴν Λυδίαν ἀφίκετο, τὸν Κάνδιδον καὶ Ἀρριανὸν ταῖς ἐκκλησίαις ἐνιδρύσαι· ὁ δὲ προειρημένος Θεοδόσιος τῶν ἀνδρῶν ἐκείνων τὸν βίον ἔλεγχον τοῦ οἰκείου ὑπειδόμενος, δι' ἔχθρας καθίσταται τῷ Ἀετίῳ, καίτοι γε μὴ ἀνασχόμενος πρὶν εἰς τὸν κατ' αὐτοῦ τόμον χειρογραφῆσαι (91). Ἀλλὰ

A tistitem ordinarunt Thallum. Galatiæ item quæ est juxta Pontum, et Cappadociæ episcopum præfecerunt Euphronium, et Ciliciæ Julianum. Antiochiam vero Cœlesyriæ haud multo post sua sponte se contulit Theophilus Indus : præcipue quidem ut Euzoium excitaret ad ea quæ pro Aetio decreta fuerant, adimplenda; sin minus, ut plebi quæ illic doctrinam ipsius amplectebatur, præesset. Utriusque autem Libyæ, et quotquot per universam Ægyptum dogmati ipsorum adhærebant, cura penes Serram et Stephanum atque Heliodorum stetit. In his omnibus prædicandis nullum modum servat Philostorgius, tum eloquentiam eorum, tum vitæ sanctitatem miris laudibus efferens.

3. *Theodosius ep. Eunomianus.* Theodosium B quemdam episcopum memorat Philostorgius, ardentissimum amatorem dogmatis Eunomianorum; qui tamen ad lascivos mulierum amores descivit, et cum alia quædam impia prisco dogmati adjecit, tum illud, Christum suapte quidem natura esse mutabilem, sed eximio quodam studio virtutum ad immutabilem statum evectum fuisse; et quod Deus neque loquatur neque audiat : alioqui manus ei auresque affingerentur. Alia quoque ejusdem modi ab illo impie asserta esse dicit.

4. *Theodosii episcopi adversus Candidum, etc., gesta.* Aetius quidem in Lydiam perrexit, ut Candidum et Arrianum Ecclesiis ejus provinciæ præficeret. Prædictus autem Theodosius vitam hominum illorum suæ ipsius reprehensionem fore veritus, C adversus Aetium inimicitias suscepit, tametsi antea

VALESII ANNOTATIONES.

nomen nobis servavit optimus codex Samuelis Bochartii, in quo diserte scriptum invenimus χειροτονοῦσι Θάλλον· τῇ δέ, etc. In authentico quidem exemplari Bocharti scriptum erat χειροτονοῦσι· ἄλλον. Unde vir doctus ad oram codicis Bochartiani annotavit ; legendum esse Θάλλον potius quam Γάλλον.

(87) *Τῇ δε πρὸς τῷ Ποντίῳ Γαλατίᾳ.* Lucas Holstenius in margine sui codicis hæc adnotavit. *Lego* Πόντῳ. Intelligit Ponticam regionem, in duas provincias divisam, Helenopontum, et Pontum Polemoniacum. Idem fere annotarat vir doctus ad latus manuscripti codicis Bocharti : vel scilicet scribendum esse πρὸς τῷ Πόντῳ, vel unica voce προσποντίῳ. Sed prior emendatio magis placet.

(88) *Ἐφράνιον.* Codex Scoriacensis scriptum habet Εὐφράνιον. Bochartianus vero Εὐφραίνιον. Sed non dubito quin scribendum sit Εὐφρόνιον. Sic enim nominatur a Philostorgio in libro IX, cap. 18.

(89) *Ἔμελλεν.* Procul dubio scribendum est ἔμελεν. Quam quidem conjecturam in margine codicis Bocharti ascriptam inveni.

(90) *Ἡδονὰς ἀποκλίναι.* Non probo interpretationem Gothofredi, qui hunc locum ita vertit : *Et muliebres voluptates abhorruisse.* Ego vero ita vertendum esse existimo : *Ad lascivos mulierum amores descivisse.* Primum quia Philostorgius semper hoc sensu usurpat vocem ἀποκλίναι, ut superius observare memini. Deinde eo quod Philostorgius hoc loco vituperat Theodosium. Nullum autem esset probrum, si diceret episcopum concubitus mulierum aversatum esse. Quare scribendum puto πρὸς τὰς διὰ τῶν γυναικῶν ἡδονὰς ἀποκλίναι. Postremo Philostorgius ipse interpretationem nostram confirmat. Scribit enim in sequenti capite, cum Aetius in Lydiam venisset, ut Candidum et Arrianum episcopos illic constitueret. Theodosium istum de quo nunc loquitur, veritum ne vivendi ratio illorum, suæ reprehensio atque objurgatio esset, adversus Aetium inimicitias suscepisse. Theodosii igitur vita dissoluta erat ac flagitiosa. Illi enim, Arrianus scilicet et Candidus, ob vitæ sanctitatem a cunctis suspiciebantur, si Philostorgio credimus. Adde quod D Philostorgius τὴν ἔκθεσμον πολιτείαν tribuit Theodosio, id est, *irregularem conversationem.*

(91) *Εἰς τὸν κατ' αὐτοῦ τόμον χειρογραφῆσαι.* Jam pridem conjeceram scribendum esse τὸν κατ' αὐτοῦ τόμον. Postea vero codex Samuelis Bocharti, quem absoluta interpretatione mea nactus sum, conjecturam meam confirmavit. In eo enim diserte scribitur τόμον, sicuti legendum conjeceram. Per tomum vero intelligit Philostorgius epistolam synodicam concilii CP. de damnatione ac depositione Aetii, quam refert Theodoritus in lib. II *Historiæ ecclesiasticæ.* Ejusdem mentionem facit Philostorgius supra in lib. IV, et in lib. VII cap. 2 ubi τὸν

VARIORUM.

(*a*) *Θεοδόσιον.* Hujus Theodosii, Philadelphiæ in Lydia episcopi, meminerunt etiam Socrates lib. II, cap. 40 ; Athanasius *De synodis*, pag. 679 edit. Commelin. ; Epiphanius hæresi 73, num. 26. *Jac. Gothofred. in loc.*

epistolæ synodicæ contra Aetium subscribere recusasset; sed tunc communicato consilio cum Phœbo, qui et ipse unus erat ex numero eorum qui Aetium condemnare noluerant; amicum vero illum Theodosii effecerat, tum vetus consuetudo, tum similitudo vitæ flagitiosæ: ambo igitur adjuncto sibi Auxidiano, qui et ipse episcopus erat perinde ac illi; adversus Aetium et Candidum insidias struunt. Aliisque præterea sex episcopis in unum congregatis, facta synodo, litteras communi consilio ad Eudoxium et Marim direxerunt. In quibus ordinationem Aetii velut illegitime factam incusabant, et præcipue quod ille post depositionem a diaconatu, cum illi qui eum deposuerant, sententiam suam minime revocassent, ex eo gradu exturbatus, ad superiorem nihilominus gradum prosiluisset. Sed et Candidi atque Arriani ordinationes improbabant, utpote quæ citra communem consensum temere præsumptæ fuissent; alias item quas Aetius celebraverat. Eudoxius vero cum hanc epistolam libentissime accepisset, sacramenta quidem quibus Eunomio sese obstrinxerat, et litteras quas ad Euzoium scripserat, multasque et varias pollicitationes quibus fidem suam obligaverat, nullatenus in memoriam suam revocavit. Ad Theodosium autem eosque qui cum illo erant rescripsit, incitans illos ad rem strenue exsequendam, monensque ut in eos potius qui ordinationes fecerant, quam in illos qui susceperant, animadverterent.

A τῷ γε Φόβῳ κοινωσάμενος (92) (εἷς δὲ καὶ οὗτος ἦν τῶν οὐχ ἑλομένων καταψηφίσασθαι Ἀετίου· φίλον δ' αὐτὸν παλαιά τε συνήθεια ἐποίει, καὶ τῆς ἐκθέσμου πολιτείας τὸ ἀπαράλλακτον), οὗτοι δὴ καὶ Αὐξιδιανὸν ἑταιρισάμενοι (ἐπίσκοπος δ' ἦν καὶ οὗτος ὥσπερ κἀκεῖνοι), κατὰ δὴ τοῦ Ἀετίου καὶ τῶν περὶ Κάνδιδον συσκευάζονται. Καὶ δὴ καὶ ἑτέρους (93) ἓξ τῶν ἐπισκόπων συναγειράμενοι, καὶ συνέδριον καθίσαντες, κοινῇ ψήφῳ γράμμα τοῖς περὶ Εὐδόξιον καὶ Μάριν διαπέμπονται. Τὸ δὲ γράμμα τήν τε χειροτονίαν Ἀετίῳ ἐπεκάλει ὥσπερ θεσμὸν γεγενημένην (94), μάλιστά γε καὶ ὅτι μετὰ τὴν καθαίρεσιν τῆς διακονίας, τῶν καθελόντων οὐ λυσαμένων τὴν ψῆφον, ὁ δὲ καθελκόμενος (95) ἐκεῖθεν ὅμως καὶ πρὸς βαθμὸν ἀνεπήδησε μείζονα. Καὶ μὴν καὶ τὰς περὶ Κάνδιδον B χειροτονίας ἀπεδοκίμαζεν, ὡς παρὰ τὴν κοινὴν (96) νεωτερισθείσας γνώμην· ἀλλὰ γὰρ καὶ τὰς ἄλλας ὅς οἱ περὶ Ἀέτιον ἐτελέσαντο. Δεξάμενος δὲ τὴν ἐπιστολὴν ἅσμενος ὁ Εὐδόξιος, τῶν μὲν ὅρκων οὓς Εὐνομίῳ ὁμώμοστο, καὶ τῶν πρὸς Εὐζώϊον γραμμάτων, καὶ τῶν πολλῶν αὐτοῦ καὶ ποικίλων ὑποσχέσεων, τούτων οὐδὲν ἐπὶ νοῦν ἐλάμβανεν, ἀντιγράφει δὲ πρὸς τοὺς περὶ Θεοδόσιον, ἐποτρύνων αὐτοὺς εἰς τὴν πρᾶξιν, μᾶλλον δὲ ὑποτιθέμενος χωρεῖν κατὰ τῶν παρασχόντων, ἢ τῶν δεξαμένων τὰς χειροτονίας.

5. *Jovianus imp. ecclesias restituit.* — Imperator Jovianus pristinum cultum restituit ecclesiis, omni eas vexatione liberans quam Apostata Julianus ipsis intulerat. Revocavit etiam ab exsilio quoscunque ille relegaverat, propterea quod pietatem prodere noluissent: quorum ex numero fuit Valentinianus, qui tum a Thebis Ægyptiis reversus est.

ε'. Ὅτι ὁ βασιλεὺς Ἰωβιανὸς τὸν ἀρχαῖον κόσμον (*a*) ἀποκαθίστησι ταῖς Ἐκκλησίαις, πάσης αὐτὰς ἀπαλλάξας ἐπηρείας, ὅσην αὐταῖς ὁ Ἀποστάτης ἐπήνεγκεν. C Ἀνακαλεῖται δὲ καὶ οὓς ἐκεῖνος τῆς εὐσεβείας οὐ μεθιεμένους ἐφυγάδευσε· τούτων καὶ Οὐαλεντινιανὸς ἦν, ἀπὸ Θηβῶν τῶν Αἰγυπτίων ἀνακομιζόμενος.

VALESII ANNOTATIONES.

κατὰ Ἀετίου τόμον nominat; perinde ac in hoc loco. Τόμον enim vocare solebant epistolam. Sic in concilio Chalcedonensi epistola Leonis papæ passim tomus appellatur. Et in canonibus synodi primæ CP. tomus Occidentalium nihil aliud est quam epistola Damasi papæ, ut jam monui in Annotationibus ad Theodoritum.

(92) *Φόβῳ κοινωσάμενος.* Assentior Gothofredo, qui Φοίβῳ emendavit, et Phœbum hunc episcopum fuisse Poluchalandi urbis Lydiæ monuit ex Epiphanio. Sed quod idem Gothofredus addit in Annotationibus, Phœbum hunc amicum fuisse Aetii, errat toto cœlo. Neque enim Aetii, sed Theodosii amicum illum fuisse dicit Philostorgius, tum ob veterem consuetudinem, tum ob vitæ ac morum similitudinem. Id enim significant hæc verba, καὶ τῆς ἐκθέσμου πολιτείας τὸ ἀπαράλλακτον. Quæ Philostorgii verba Gothofredus in prodigiosum quemdam sensum detorsit, ut videre est in ejus Annotationibus.

(93) *Καὶ δὴ καὶ ἑτέρους δέ.* Hunc locum ex manuscriptis codicibus, Scoriacensi videlicet et Bochartiano, emendavi in hunc modum: καὶ δὴ καὶ ἑτέρους ἓξ τῶν ἐπισκόπων συναγειράμενοι, etc. Fuit igitur hæc synodus episcoporum novem provinciæ Lydiæ. Nam Theodosius una cum Phœbo et Auxidiano sex alios episcopos ex Lydia, aut ex finitimis provinciis in unum collegerant.

(94) *Ὥσπερ θεσμὸν γεγενημένην.* Scribendum est procul dubio ὡς παρὰ θεσμὸν γεγενημένην. Ita Philostorgius loquitur paulo post de ordinationibus Candidi et Arriani: ὡς παρὰ τὴν κοινὴν νεωτερισθείσας γνώμην.

(95) *Ὁ δέον καθελκόμενος.* In manuscriptis codicibus Scoriacensi et Bochartiano hic locus ita scribitur: ὁ δὲ καθελκόμενος, etc., magis tamen probo vulgatam scripturam, quam sic interpretor. Episcopi Lydiæ ordinationem Aetii incusabant, tum quod contra canones facta esset, tum præcipue eo quod Aetius post depositionis sententiam in ipsum prolatam, antequam episcopi qui eum diaconatu exuerant, ipsum restituissent, sicuti fieri oportebat, nihilominus ad majorem gradum promotus fuisset. Ὁ δέον igitur idem valet ac, ὅπερ ἔδει.

(96) *Ὡς περὶ τὴν κοινήν.* In manuscripto codice Samuelis Bocharti ad marginem notantur hæc verba, ἴσως παρά. Quæ quidem emendatio prorsus necessaria est.

VARIORUM.

(*a*) *Τὸν ἀρχαῖον κόσμον.* Intelligit non modo *veterem ornatum* in Ecclesias collatum; sed et annonæ præbitionem et immunitates; quæ omnia Julianus ab Ecclesiis abstulerat. Vid. Zoz. lib. VI, cap. 3. De Valentiniano supra, lib. VII, cap. 7, et Soz. lib. VI, cap. 6, *Jac. Gothofred. in loc.*

ς'. Ὅτι, φησὶν, οἱ περὶ Κάνδιδον καὶ Ἀρριανὸν προσγενεῖς ὄντες τῷ βασιλεῖ, πρὸς αὐτὸν ἐν Ἐδέσῃ παραγίνονται, καὶ τῷ Ἀθανασίῳ ἐξοικειώσασθαι τὸν βασιλέα σπουδάζοντι ἐμποδὼν ἵστανται. Πλὴν ὅ γε βασιλεὺς, εἰς δίαιταν κοινὴν τὰ παρ' ἑκατέρου μέρους λεγόμενα ἀναθέμενος, ῥοπὴν οὐδετέροις τέως παρέσχεν ἐπίδηλον.

A 6. *Candidus et Arrianus Athanasio obsistunt.* — Candidus et Arrianus, qui propinqui erant imperatoris Joviani, eum Edessæ morantem adierunt, et Athanasio imperatoris benevolentiam sibi conciliare studenti obstiterunt. Imperator vero, ea quæ ab utraque parte dicta fuerant, ad commune judicium rejecit, nullo manifesto indicio interim dato, utram in partem propenderet.

ζ'. Ὅτι Εὐδόξιος κατὰ Κανδίδου καὶ Ἀρριανοῦ πρὸς Εὐζώϊον γράφει. Ὁ δὲ ἠχθέσθη μὲν, συμπαραλαβὼν δὲ καὶ Ἐλπίδιον ἀντιγράφει, μεμφόμενός τε τὴν συμβουλὴν, ἀποσχέσθαι δὲ κἀκεῖνον μᾶλλον ἀντιπαραινῶν τῆς τοιαύτης γνώμης· ἐν ταυτῷ δ' ἠρέμα πως ἐπῃτιᾶτο τὴν μακρὰν ἀναβολὴν τῶν διομολογηθέντων ὑπὲρ Ἀετίου Εὐνομίῳ.

7. *Adversus hos Eudoxius scribit.* — Eudoxius adversus Candidum et Arrianum litteras scripsit ad Euzoium. Euzoius vero id quidem graviter tulit, et adjuncto sibi Elpidio, rescripsit Eudoxio, partim reprehendens ejus consilium, partim eum contra exhortans, ut ipse potius ab ejusmodi sententia recederet; simul etiam leniter eum incusabat, B ob nimis diuturnam dilationem eorum quæ in gratiam Aetii Eunomio jamdudum promiserat.

η'. Ὅτι Ἰωβιανὸς ὁ βασιλεὺς πρὸς τὴν Κωνσταντινούπολιν ἀπαίρων, καὶ γεγονὼς ἐν Ἀγκύρᾳ, θάτερον τῶν ἑαυτοῦ παίδων Οὐαρονιανὸν, κομιδῇ νέον ὄντα, ἐπιφανέστατον, ὃ παρὰ Ῥωμαίοις τὸν νωβελίσιμον δύναται, ἀναγορεύει. Ἐκεῖθεν δὲ σφοδροτάτου χειμῶνος ἐπικειμένου, σὺν τῷ στρατῷ χωρεῖ ἐπὶ τὰ πρόσω. Καὶ πολλοὶ μὲν κατὰ τὴν ὁδὸν διαφθείρονται. Αὐτὸς δὲ μετὰ τοὺς ὑπολειφθέντας (98) καταλαμβάνει τὰ Δαδάστανα. Ἔν τινι δὲ καταλύσας σταθμῷ, καὶ τροφῆς μετασχὼν, ἐν οἰκήματί τινι ἄρτι κεκονιαμένῳ κατακλίνεται πρὸς ὕπνον. Πυρὸς δ' ἀναφθέντος, ὥστε ἀλέαν ἐγγενέσθαι τῷ οἰκήματι, νοτὶς μὲν τῶν νεοχρίστων τοίχων ἀνεδίδοτο· ἠρέμα δὲ διὰ τῶν ῥινῶν παραδυομένη, καὶ τοὺς ἀναπνευστικοὺς πόρους ἐπιφράττουσα καὶ ἀποπνίγουσα, διαφθείρει τὸν βασιλέα, διανύσαντα ἐν τῇ βασιλείᾳ μῆνας ἐγγὺς δέκα. Ἀλλ' ὁ μὲν τούτου νεκρὸς εἰς τὴν Κωνσταντινούπολιν ἄγεται· ὁ δὲ στρατὸς κατὰ Νίκαιαν γεγονὼς, ἡμερῶν διαγενομένων δώδεκα, τὸν Οὐαλεντινιανὸν ἀναγορεύει βασιλέα. Δατιανοῦ μὲν τοῦ πατρικίου ἐκ Γαλατίας τὴν βουλὴν γράμμασιν εἰσηγησαμένου (ἐν αὐτῇ γὰρ διά τε χῆρας καὶ τὸ τοῦ χειμῶνος ὑπελέλειπτο μέγεθος), συνεφαψαμένου δὲ τῇ πράξει Σεκούνδου τε τοῦ ἐπάρχου (99) καὶ Ἀρινθαίου τοῦ στρατηγοῦ, καὶ Γλαΐφου, τῶν δομεστίκων οὗτος ἡγεῖτο. Τοῦ δὲ στρατοῦ κατ' αὐτὴν τὴν ἀναγόρευσιν, ἐπὶ τῆς ἀσπίδος ἐποχούμενον (*a*) τὸν βασιλέα προσλαβεῖν κοινωνὸν εἰς τὴν βασιλείαν ἀξιοῦντος, τῇ

8. *Joviani obitus. Valentinianus imp. Valens imp.* — Imperator Jovianus Constantinopolim proficiscens, cum Ancyram venisset, alterum ex filiis suis, Varronianum nomine, admodum puerum, nobilissimum designavit. Exinde asperrimo hiemis tempore ulterius cum exercitu profectus est, multis in itinere amissis. (97) Ipse vero una cum iis qui superfuerant, venit Dadastana. Cumque in statione quadam diversaretur, sumpto cibo, in cubiculo quodam recens calce illito decubuit, somni capiendi causa. Porro cum ignis accensus esset, ut tepor per cubiculum dispergeretur, humor quidam ex parietibus recens illitis exspirare cœpit. Qui sensim per C nares subingressus, respirandi meatus obstruens ac præfocans, imperatorem exstinxit, post exactos in imperio menses circiter decem. Et hujus quidem cadaver Constantinopolim delatum est. Exercitus vero cum Nicæam venisset, duodecim diebus elapsis Valentinianum imperatorem renuntiavit. Cum Datianus quidem patricius id consilium per litteras suggessisset ex Galatia; illic enim, partim ob senectutem, partim ob hiemis asperitatem relictus fuerat, Secundus vero præfectus prætorio, et Arinthæus magister militum, cum Dagalaifo comite domesticorum operam suam ad id perficiendum contulissent; cumque exercitus statim post nuncupationem Augustam rogasset imperatorem scuto im-

VALESII ANNOTATIONES.

(97) Theodorit. lib. IV, c. 5.

(98) *Μετὰ τοὺς ὑπολειφθέντας.* Sic etiam legitur in scriptis codicibus. Leges tamen grammaticæ postulant ut scribamus μετὰ τῶν ὑπολειφθέντων.

(99) *Σεκούνδου τε τοῦ ἐπάρχου.* Gothofredus in Annotationibus ad hunc locum, notat hunc Secundum præfectum prætorio eumdem esse cum Salustio. Et olim quidem ita senseram in Annotationibus ad librum XXII Ammiani Marcellini pag. 266, meamque opinionem secutus est Gothofredus in dicto D loco. Verum postea re attentius examinata, hunc Secundum præfectum prætorio deprehendi alium esse a Salustio, ut ostendi in Annotationibus ad lib. VI Sozomeni, pag. 222. Hujus Secundi præfecti prætorio mentionem facit Libanius in epistola 122, lib. IV, quæ scripta est ad Jovinum de Petronio quodam, qui primum advocatus fuerat, postea præses Euphratensis provinciæ: εἶδε μὲν ὁ κράτιστος Σεκοῦνδος.

VARIORUM.

(*a*) *Ἐπὶ τῆς ἀσπίδος ἐποχούμενον.* Mos erat solemnis tunc temporis, ut is quem milites imperatorem renuntiarent, protinus scuto impositus circumferretur. Unde et passim in Fastis Idacianis legas *imperatorem levatum* pro renuntiato, etiam Valentinianum hoc ipso anno 364. *Gothofr. in loc.* Quod mox ait Philostorgius, Gratianum adhuc adolescentem, a patre ad imperium *non multo post* evectum, id anno 367 consignant chronologi, dum Gratianus adhuc puer esset, octo aut novem annos natus.

positum, ut consortem imperii sibi adjungeret, imperator, sublata manu, silere eos jussit, nec ullatenus conterritus, imperiali constantia sic eos allocutus est : Vestri quidem arbitrii ac suffragii fuit, ut me ex privato imperatorem crearetis ; deinceps vero quid faciendum sit dispicere ac disponere, non eorum qui imperio subjecti sunt, sed imperatoris officium est. Ingressus autem Constantinopolim, fratrem suum Valentem in consortium imperii ascivit, assumptoque eo Sirmium usque, in Occidentis partes perrexit. Sirmii vero omnibus ornamentis imperii, et quæcunque ad reliquum cultum ac satellitium spectant, cum fratre divisis, eum quidem Constantinopolim remisit, Orientis partem ei tradens quæcunque sub ditione fuerat Constantii ; ipse vero reliquas duas ad occasum sitas sortitus, totius Occidentis imperium obtinuit. Nec multo post Gratianum filium suum, adhuc adolescentem, cum ad imperium promovisset, ad morum suorum similitudinem formavit.

A χειρὶ μὲν σιγᾶν αὐτοὺς ἐπιτρέπει, ἀτρέμα δὲ καὶ βασιλικῷ τῷ φρονήματι ἔφη· Βασιλέα μὲν ἐμὲ ποιεῖν ἐξ ἰδιώτου ἡ ὑμετέρα ψῆφος τὸ κῦρος ἐπεῖχεν· ἐκεῖθεν δὲ τὸ πρακτέον σκοπεῖν καὶ διευθετεῖν, οὐχὶ τῶν βασιλευομένων, τοῦ δὲ βασιλεύοντος ἡ κρίσις ὑπάρχει. Ἐπιβὰς δὲ τῇ Κωνσταντινουπόλει, κοινωνὸν μὲν τῆς βασιλείας τὸν ἀδελφὸν Οὐάλεντα ποιεῖται· συμπαραλαβὼν δ' αὐτὸν μέχρι Σερμίου ἐπὶ τὴν Ἑσπέραν ἀπαίρει. Ἐν δὲ τῷ Σερμίῳ τὰ τῆς βασιλείας πρὸς αὐτὸν διανειμάμενος (1), ὁπόσα εἰς κόσμον καὶ τὴν ἄλλην ἐτέλει θεραπείαν, τὸν μὲν εἰς Κωνσταντίνου πόλιν ἀποπέμπει, τῆς ἑῴας μοῖραν ἐγχειρίσας ὅσης ὁ Κωστάντιος ἐπῆρχεν· αὐτὸς δὲ τὰς λοιπὰς δύο τὰς κατὰ δύσιν ἀποκληρωσάμενος τῆς Ἑσπέρας ἐβασίλευε πάσης. Μετ' οὐ πολὺ δὲ παῖδα Γρατιανὸν ἔτι μειράκιον B ἐπιβιβάσας τῇ βασιλείᾳ εἰς τὸν ἑαυτοῦ συνήσκει τρόπον.

9. *Hypatia philosopha* (1*). — Hypatiam Theonis filiam ait Philostorgius in mathematicis disciplinis a patre institutam fuisse, sed longe præstantiorem magistro suo exstitisse, præsertim in astronomia, etmultis mathematicas disciplinas tradidisse. Eeamdem tamen principatu Theodosii Junioris ab homousianis discerptam esse impius iste affirmat.

θ'. Ὅτι οὗτος Ὑπατίαν τὴν Θέωνος θυγατέρα παρὰ μὲν τοῦ πατρὸς ἐξασκῆσαι λέγει τὰ μαθήματα· πολλῷ δὲ κρείττω γενέσθαι τοῦ διδασκάλου, καὶ μάλιστά γε περὶ τὴν ἀστροθεάμονα τέχνην, καὶ καθηγήσασθαι δὲ πολλῶν ἐν τοῖς μαθήμασι. Λέγει δ' ὁ δυσσεβὴς, Θεοδοσίου τοῦ Νέου βασιλεύοντος, διασπασθῆναι τὸ γύναιον ὑπὸ τῶν τὸ ὁμοούσιον πρεσβευόντων.

10. *Philostorgius et filii, medici.* — Valentis ac Valentiniani temporibus Philostorgium vixisse refert hic scriptor, qui medicorum omnium præstantissimus fuit ; filios autem habuit Philagrium et Posidonium : ex quibus Posidonium ab se visum esse testatur, in arte medica excellentem. Hic tamen Posidonius falso asserebat, homines non dæmonum impulsu bacchari ; sed malorum quorumdam humorum redundantia id fieri ; neque enim dæmonum vim ullam esse, quæ hominum genus vexaret. Floruit etiam iisdem temporibus Alexandriæ Magnus, qui eamdem artem profitebatur.

ι'. Ὅτι κατὰ Οὐάλεντα καὶ Οὐαλεντινιανὸν ἱστορεῖ τὸν Φιλοστόργιον γενέσθαι, ὃς ἄριστος ἰατρῶν ὑπῆρχε, καὶ παῖδας φῦσαι Φιλάγριόν τε καὶ Ποσειδώνιον· θεάσασθαι δὲ τὸν Ποσειδώνιον ἐν ἰατρικῇ διαπρέποντα. Λέγειν δ' αὐτὸν ὅμως οὐκ ὀρθῶς, οὐχὶ δαιμόνων ἐπιθέσει τοὺς ἀνθρώπους ἐκβακχεύεσθαι, ὑγρῶν δέ τινων κακοχυμίαν τὸ πάθος ἐργάζεσθαι· μηδὲ γὰρ εἶναι τὸ παράπαν ἰσχὺν δαιμόνων, ἀνθρώπων φύσιν ἐπηρεάζουσαν. Εὐδοκιμεῖν δὲ καὶ Μάγνον ἐν Ἀλεξανδρείᾳ, τὴν αὐτὴν τέχνην μεταχειριζόμενον.

11. *Basil. Greg. Naz. Apollinaris.* — Impius iste scriptor, licet invitus, Basilium Magnum et Gregorium Theologum sapientiæ causa admiratur. Nazianzum vero patriam Gregorii, Nadiandum etiam nominat. Apollinarem tamen Laodicenum, quod qui-

ια'. Ὅτι καὶ ἄκων ὁ δυσσεβὴς, Βασίλειόν τε τὸν μέγαν, καὶ τὸν Θεολόγον Γρηγόριον, ἐπὶ σοφίᾳ θαυμάζει. Ναδιανδὸν δὲ καὶ Ναζιανζὸν ἐξονομάζει. Τὸν μέντοι γε Λαοδικείας Ἀπολλινάριον, ὅσα γε εἰς τὴν ἱερὰν μάθησιν (2) ἑκατέρου προτάττει. Φησὶ δὲ ὡς

VALESII ANNOTATIONES.

(1) *Τὰ τῆς βασιλείας πρὸς αὐτὸν διανειμάμενος.* Hunc locum non intellexit Gothofredus, ut ex interpretatione ejus apparet Sic enim vertit. *Sirmii vero iis quæ ad imperium pertinebant, dispositis, quæcunque scilicet ad ornatum et reliquum ministerium spectabant.* Ego vero de officiis palatii et de comitibus hunc locum accipiendum esse aio, quos Valentinianus cum fratre suo Valente partitus est. Idque testatur Ammianus Marcellinus in lib. xxvi, pag. 315, *Næssum advenerunt, ubi in suburbano quod appellatur Mediana, a civitate tertio lapide disparatum, quasi mox separandi, partiti sunt comites.* Et paulo post : *Quibus ita digestis, et militares partiti numeri. Et post hæc eum ambo fratres Sirmium introissent, diviso palatio, ut potiori placuerat ; Valentinianus Mediolanum, Constantinopolim Valens discessit.* Ubi vides triplicem divisionem inter Valentinianum ac Valentem imperatores factam esse : prima est divisio comitum, quæ facta est Naisi, quod est oppidum Daciæ ; secunda fuit divisio legionum D et auxiliorum : postrema fuit divisio palatii facta in urbe Sirmio. Per palatium vero intelligo officia palatina quæ erant sub dispositione magistri officiorum, et sub Castrensi sacri palatii : quod confirmat Philostorgius his verbis : ὁπόσα εἰς κόσμον, καὶ τὴν ἄλλην ἐτέλει θεραπείαν.

(1*) Socrat. vii, 15.

(2) *Ὅσα γε τὴν εἰς τὴν ἱερὰν μάθησιν.* Prius τὴν deest in ms. codice Samuelis Bocharti. In Scoriacensi autem codice scriptum habetur, ὅσα γε τοῖς εἰς τήν, etc. Quare scribendum videtur, ὅσα γέ τοι εἰς τὴν ἱερὰν μάθησιν. Id est, *quantum quidem ad sacræ Scripturæ intelligentiam pertinet, Apollinarem utroque præstantiorem fuisse ait Philostorgius.* Verba ipsa Philostorgii exstant apud Suidam in voce Ἀπολλινάριος. Ex quibus discimus cur Philostorgius dixerit, in Apollinare majorem fuisse scientiam Scripturarum quam in Basilio ac in Gregorio, eo quod videlicet Apollinaris Hebraicam linguam calleba.

Βασίλειος μὲν Ἀπολλιναρίου λαμπρότερος (3) ἦν. Τῷ δὲ Γρηγορίῳ, καὶ παρ' ἀμφοτέροις ἐξεταζομένῳ, μείζω βάσιν εἰς συγγραφὰς (4) εἶχεν ὁ λόγος· καὶ ἦν εἰπεῖν Ἀπολλιναρίου μὲν ἀδρότερος, Βασιλείου δὲ σταθερώτερος.

A dem ad sacras litteras pertinet, utrique anteponit. Ac Basilium quidem Apollinare splendidiorem fuisse dicit in panegyricis. Gregorii vero, si cum utroque comparetur, magis fundata ad scribendum fuit oratio; et Apollinare quidem uberior fuit in dicendo; Basilio autem firmior.

[Placet aliud Philostorgii fragmentum Græce hic collocare, quod Morellius in quinto Nicetæ libro fol. 309 Latine tantummodo posuit, Græce autem nonnisi carptim apud Suidam voc. Ἀπολινάριος, et in excerptis Photianis libri octavi legitur. Sic igitur se habet Philostorgii locus a Niceta nobis exhibitus in cod. Vat. pag. 133 b: Ὁ δυσσεβέστατος Φιλοστόργιος ἐν τῷ ὀγδόῳ τῆς ἱστορίας λόγῳ τὸν δυσσεβέστατον τοῦτον Εὐνόμιον ἐπαινῶν φησιν, ὡς ὁ Ἀπολλινάριος τὸ ὑπομνηματικὸν εἶδος τῆς λέξεως ἄριστα εἶχε· Βασίλειος δὲ πανηγυρίσαι μόνον λαμπρότατος ἦν· τῷ δὲ Γρηγορίῳ ἑκάτερα παρ' ἀμφοτέρους ἐξεταζομένῳ μείζω βάσιν εἰς συγγραφὴν εἶχεν ὁ λόγος· καὶ ἦν εἰπεῖν Ἀπολλιναρίου μὲν ἀδρότερος, Βασιλείου δὲ σταθηρότερος· ὁ μὲν οὖν Ἀπολλινάριος καὶ ὁ Βασίλειος κατὰ τῆς ἀπολογίας ἧς Εὐνόμιος ἐξήνεγκεν, ἐγραψάτην· τοῦ δὲ Γρηγορίου (καὶ τοῦτό τις εἰς συνέσεως ἀπόδειξιν οὐχ ἥκιστα λάβοι) διαγνόντος ὁπόσον αὐτῷ πρὸς ἐκεῖνον ἦν τὸ τῆς δυνάμεως μέσον, καὶ τὴν ἡσυχίαν ἀσπασαμένου, μόνον δέ τινα τῶν Εὐνομίου κεφαλαίων ἐν τῷ *Περὶ Υἱοῦ* λόγῳ ἀνατρέψαντος, ὡς ἐν εἴδει τοῦ πρὸς Ἀνομοίους ἀντιῤῥήσεως· ὁ δὲ Εὐνόμιος Ἀπολλινάριον μὲν οὐδὲ ἀντιῤῥήσεως ἠξίωσε· καὶ γὰρ τῷ ὄντι πλαδαρὸς εἰς ταῦτα ἀπήντησε καὶ ἀσυστρεφής· Βασιλείῳ δὲ ἀντεῖπεν ἐν πέντε λόγοις, ὧν τοὺς προεκδοθέντας δεξάμενος Βασίλειος, ὑπὸ τῆς δυσθυμίας τὸν βίον ἀπέλιπε. — Mai, *Spicileg. Rom.*, tom. IV, p. 424.]

ιβ'. Ὅτι οὐ μόνον τὸν μέγαν Βασίλειον, ἀλλὰ καὶ τὸν Ἀπολλινάριον λέγει πρὸς τὴν Ἀπολογίαν Εὐνομίου ἀντιγράψαι. Εἶτα πάλιν Εὐνομίου ἐν πέντε λόγοις συμπλακέντος Βασιλείῳ, ἐντυχεῖν ἐκεῖνον τῷ πρώτῳ, καὶ βαρυθυμήσαντα λιπεῖν τὸν βίον. Οὕτως αὐτῷ τὸ ψεῦδος (*a*) ἐπὶ πολλῷ τῆς ἀληθείας τετίμηται.

B 12. *Eorum scripta in Eunomii Apologeticum.* — Ait Philostorgius, non solum Basilium Magnum, verum etiam Apollinarem, scripsisse *adversus Apologeticum* Eunomii; postea vero Eunomium quinque libris adversus Basilium decertasse; hunc vero, cum primum duntaxat librum legisset, gravi dolore perculsum ex hac vita migrasse. Adeo hic scriptor mendacium pluris facit quam veritatem.

ιγ'. Ὅτι τῶν εἰρημένων ἁγίων ἀνδρῶν, Βασιλείου καὶ Γρηγορίου, περιφανῶς καὶ ἀναίδην καταψεύδεται· μὴ γὰρ λέγειν αὐτοὺς ἄνθρωπον γεγενῆσθαι τὸν Υἱόν, ἀλλὰ ἐνοικῆσαι ἀνθρώπῳ, καὶ ταύτῃ διαζυγῆναι τὸν Ἀπολλινάριον τῆς μοίρας αὐτῶν. Αἰτιᾶται δὲ κἀκεῖνον, οὐκ ἐφ' οἷς τοῖς εὐσεβέσι παρέσχεν αἰτίαν, ἀλλ' εἰς ἑτέραν αὐτὸν κατασύρειν εἰπάγει σπουδήν. Λέγει δὲ μετὰ τῶν ἄλλων, ὅτι τὴν τῶν C σωμάτων ἀνάστασιν ἀπεκήρυξεν (*b*).

13. *In eosdem calumniæ.* Eosdem sanctissimos viros, Basilium scilicet et Gregorium, aperte et impudenter calumniatur: neque enim eos dicere Filium hominem factum esse, sed in homine inhabitasse; eamque ob causam Apollinarem ab eorum partibus sese abjunxisse. Istum vero etiam accusat, non ob ea quorum causa a piis omnibus merito reprehensus est, sed in aliud quoddam studium abreptum esse tradit. Inter alia autem dicit, eum resurrectionem corporum negavisse.

ιδ'. Ὅτι, φησὶ, Ἀπολλινάριος κατὰ Πορφυρίου γράψας ἐπὶ πολὺ κρατεῖ τῶν ἠγωνισμένων Εὐσεβίῳ

14. *Apollinaris in Porphyrium scripta.* — Apollinaris in libris quos contra Porphyrium scripsit,

VALESII ANNOTATIONES.

(3) Ἀπολλιναρίου λαμπρότερος. Apud Suidam additur verbum πανηγυρίσαι, quod nescio cur Photius prætermisit, cum in eo pene tota vis consistat sententiæ. Ait enim Philostorgius hos quidem tres, Apollinarem scilicet, Basilium atque Gregorium, omnium sui temporis disertissimos fuisse. Singulos tamen proprium ac peculiarem dicendi characterem habuisse. Nam Apollinaris quidem stylum fuisse ad D scribendos commentarios aptissimum. Basilium vero in panegyrico dicendi genere excelluisse. Gregorii vero orationem magis fundatam fuisse, id est, ut vulgo loqui solemus, magis periodicam.

(4) Μείζων εἰς συγγραφάς. Hunc locum emendavi ex codice Samuelis Bocharti, in quo ita legitur, μείζω βάσιν εἰς συγγραφὰς εἶχεν ὁ λόγος. Quam scripturam confirmat Suidas in voce Ἀπολινάριος.

VARIORUM.

(*a*) Οὕτως αὐτῷ τὸ ψεῦδος. Jure hoc *epiphonema* narrationi isti subjunxit Photius. Eunomius enim libros istos non nisi post obitum Basilii in lucem edidit, teste eodem Photio, cod. 136. *W. Lowth.*

(*b*) Τὴν τῶν σωμάτων ἀνάστασιν ἀπεκήρυξεν. Apollinaris resurrectionem non negavit, verum circa resurrectionem ineptivit; mortuos enim reversuros dixit ad legem et circumcisionem, ritus, sacrificia, templum per mille annos; ut testantur Basilius epist. 74; Epiphanius hæresi 77; Hieronymus *in cap.* XXXVI *Ezechielis.* De peculiari ejus hæresi vid. Socr. lib. II, cap. ult., not. a.

ea quæ ab Eusebio adversus eumdem Porphyrium scripta sunt, longo intervallo superavit: Methodii quoque libros ejusdem argumenti infra se reliquit.

15. Ait præterea, quod quidem nescio unde hauserit, Apollinarem episcopum fuisse, et Novatum ex Phrygum gente originem duxisse.

16. Scribit Philostorgius, Valentiniano ac Valenti patriam fuisse Cibalim.

17. *Ὁμοιουσίου præcones.* — Inter eos qui similem secundum substantiam Filium asseruerunt, celeberrimum ait fuisse Theodorum, episcopum Heracleæ quæ est in Thracia, et Georgium episcopum Laodiceæ in Syria, Alexandrinum genere, qui prius philosophiæ operam dederat. Ab his secundi fuerunt et ætate posteriores, Eustathius senex, apud vulgus venerabilis et ad persuadendum idoneus. Basilius item et Macedonius Constantinopolis episcopus, et Eleusius Cyzici. Cumque his Marathonius et Maximinus, Constantinopolitanæ Ecclesiæ presbyteri.

18. *Eunomius Aetio collatus.* — Eunomium cum Aetio comparans Philostorgius, quod quidem spectat ad vim demonstrationum et ad singula respondendi promptam facultatem, Aetium anteponit. Prorsus enim in primore ejus lingua cuncta simul conserta jacere videbantur. Quantum vero ad perspicuitatem in docendo et ad concinnitatem, et ad dicendi genus discentibus aptissimum, Eunomium præfert.

EX LIBRO NONO HISTORIÆ.

1. *Hæretici θαυματοποιοί.* — Nonus historiæ liber stupenda quædam Aetii et Eunomii ac Leontii miracula continet, a Philostorgio conficta; Candidi item et Evagrii et Arriani atque Florentii, præcipue vero Theophili Indi, et aliorum quorumdam, quos ejusdem impietatis furor fervidiores cæteris ostentabat. Atque hæc cum fingeret Philostorgius, nullus eum sensus subiit absurditatis qui ipsum reprimeret.

2. *Jannes et Jambres.* — Moses, ut ait Philostorgius, cum Jannem et Jambrem ulceribus divinitus invectis puniisset, matrem quoque alterius eorum morti tradidit.

3. *Eudoxius et Euzoius Eunomio adversantur.* — Valens, ut scribit Philostorgius, cum ex Illyrico Constantinopolim reversus esset, Eudoxium præcipuo honore coluit. Cumque Eudoxius ea quæ Eunomio promiserat, facile posset implere, voluntas ta-

A κατ' αὐτοῦ· ἀλλὰ καὶ τῶν Μεθοδίου κατὰ τῆς αὐτῆς ὑποθέσεως σπουδασμάτων.

ιε'. Λέγει δ' οὖν, οὐκ οἶδ' ὅθεν λαβὼν, τὸν Ἀπολλινάριον ἐπίσκοπον (6) εἶναι, καὶ τὸν Οὐάτον ἐκ φυλῆς ὁρμᾶσθαι τῶν Φρυγῶν.

ις'. Ὅτι Οὐαλεντινιανὸν καὶ Οὐάλεντα τὴν Κίβαλιν λαχεῖν ἀναγράφει πατρίδα.

ιζ'. Ὅτι τῶν τὸ ὁμοούσιον (*a*) δοξαζόντων Θεόδωρος μὲν, φησὶν, ἐκδηλότατος ἐγεγόνει, τῆς ἐν Θράκῃ ἐφορεύων Ἡρακλείας, καὶ Γεώργιος δὲ, Ἀλεξανδρεὺς μὲν τὸ γένος, καὶ τῶν ἐκ φιλοσοφίας ὁρμωμένων, τῆς δὲ κατὰ Συρίαν Λαοδικείας ἐπιστατῶν. Δεύτεροι μετ' αὐτοὺς τῷ χρόνῳ Εὐστάθιος γηραιὸς ἀνὴρ, καὶ τῷ πλήθει αἰδοῖός τε καὶ πιθανὸς, καὶ δὴ B καὶ Βασίλειος, ἀλλὰ γὰρ καὶ Μακεδόνιος ὁ Κωνσταντινουπόλεως, καὶ ὁ Κυζίκου ἐπίσκοπος Ἐλεύσιος· μεθ' ὧν Μαραθώνιος καὶ Μαξιμῖνος τῆς ἐν Κωνσταντινουπόλει Ἐκκλησίας πρεσβύτεροι.

ιη'. Ὅτι παραβάλλων τὸν Εὐνόμιον Ἀετίῳ, εἰς μὲν ἰσχὺν ἀποδείξεων καὶ ἑτοιμότητα τῶν πρὸς ἕκαστα ἀπαντήσεων, προτάττει Ἀέτιον· ἀτεχνῶς γάρ φησιν ἐπὶ τῆς γλώττης ἄκρας αὐτοῦ ἅπαντα δοκεῖν ἀθρόα κεῖσθαι· σαφηνείᾳ δὲ διδασκαλίας καὶ συμμετρίᾳ, καὶ τῷ πρὸς τοὺς μαθησομένους μάλιστα ἁρμοδιωτάτῳ τὸν Εὐνόμιον.

ΕΚ ΤΗΣ ΕΝΝΑΤΗΣ ΙΣΤΟΡΙΑΣ.

C α'. Ὅτι τῷ Φιλοστοργίῳ ὁ ἔννατος λόγος Ἀετίου χειρῶν ὑπερφυῆ ἔργα, Εὐνομίου τε καὶ Λεοντίου διαπλάττει· καὶ δὴ καὶ Κανδίδου καὶ Εὐαγρίου καὶ Ἀρριανοῦ καὶ Φλωρεντίου, καὶ μάλιστά γε Θεοφίλου τοῦ Ἰνδοῦ, καί τινων ἄλλων, οὓς ἡ αὐτὴ τῆς ἀσεβείας λύσσα θερμοτέρους ἐπεδείκνυ. Καὶ ταῦτα κατὰ τὸ ἀπιθανώτατον ἀναπλάττοντι οὐδεμία παρῆν αἴσθησις τῆς ἀτοπίας ἀνακουφίζουσα.

β'. Ὅτι Μωσῆς, φησὶ, τοὺς περὶ Ἰαννῆν καὶ Ἰαμβρῆν ἐν ἕλκεσι κολασάμενος, καὶ τὴν θατέρου τούτων μητέρα τῷ θανάτῳ περεπέμψατο.

D γ'. Ὅτι Οὐάλης, φησὶν, ἐκ τῶν Ἰλλυριῶν ἐπὶ τὴν Κωνσταντινούπολιν ἀφικόμενος, διὰ τιμῆς εἶχεν Εὐδόξιον· καὶ δυνάμενος μάλιστα ταῖς πρὸς Εὐνόμιον ὑποσχέσεσι πέρας ἐπιθεῖναι, τὴν γνώμην οὐκ εἶχε συντρέχουσαν ὁ Εὐδόξιος (*b*)· ἀλλὰ καὶ Εὐζωΐῳ παρῆν

VALESII ANNOTATIONES.

(6) *Ἀπολλινάριον ἐπίσκοπον.* Gothofredus in Annotationibus unicum profert testimonium beati Hieronymi, qui Apollinarem Laodicenum episcopum vocat. Verum ante Hieronymum Athanasius in *Epistola synodica ad Eusebium et Luciferum*, diserte Apollinarem episcopum appellat pag. 580: Παρῆσαν δὲ καί τινες Ἀπολλιναρίου τοῦ ἐπισκόπου μονάζοντες, παρ' αὐτοῦ εἰς τοῦτο πεμφθέντες.

VARIORUM.

(*a*) *Τὸ ὁμοούσιον.* Legendum ὁμοιούσιον. Ita legendum infra, lib. x, cap. 3, ubi in impressis ὁμοούσιον legitur, ut observavit Valesius. *W. Lowth.*

(*b*) *Τὴν γνώμην οὐκ εἶχε συντρέχουσαν ὁ Εὐδόξιος.* De Eudoxii et Euzoii dictis factisque in Aetium et Eunomium toties tamque operose agit

ὁ αὐτὸς καιρὸς (8), ἄδειαν διδοὺς πράττειν ἅπερ ἐν Ἀντιοχείᾳ ὑπὲρ τῶν αὐτῶν συνοδικῶς διεπράξατο. Τοσοῦτον δὲ αὐτῶν ἑκάτερος ἐδέησε μνήμην ἔχειν ἐκείνων· ὥστε ὁ μὲν Εὐζώϊος εἰς τὸ κακολογεῖν τοὺς ἄνδρας ὧν ὑπερήσπισεν, ἀπετρέπετο, οὐρανοβάστας (9) ἐπ' ἐκκλησίας εἰρωνευόμενος τοὺς ἀμφὶ τὸν Ἀέτιον, Αἰθίοπά τε τὸν Θεόφιλον (10) ἐξυβρίζειν, ὥσπερ οὐκ εὐσεβείας καὶ πίστεως τῶν ἀγώνων ὄντων, ἀλλὰ χρωμάτων ἐκλογῆς καὶ γένους. Ὁ δὲ Εὐδόξιος ἄλλα τε κατ' αὐτῶν ἀπερρίπτει, καὶ ἐπ' ἐκκλησίας· Ἀσεβεῖς μὲν αὐτοὺς, φησὶν, οὐ λέγω, ὅπερ θέλουσιν ἀκούειν, ἵνα μὴ δόξῃ εὐπρόσωπος αὐτῶν ἡ ἀπόστασις εἶναι· λοιμοὺς μέντοι αὐτοὺς λέγω.

men ei defuit (7). Sed et Euzoio opportunum similiter tempus aderat, quo executioni mandaret ea quæ in synodo Antiochiæ pro iisdem gesserat. Verum uterque illorum tantum abfuit ut memor esset pollicitationum : quin potius Euzoius quidem conviciari cœpit iis quorum patrocinium susceperat, οὐρανοβάτας in ecclesia per ludibrium appellans sectatores Aetii, et Theophilum Æthiopem, prorsus quasi non de religione ac fide ageretur, sed de colorum ac generis delectu. Eudoxius vero, tum alia in eos convicia intorsit, tum hæc nominatim in ecclesia dixit : Equidem illos impios non voco, quod tamen illi cupiunt audire, ne eorum defectio speciosum prætextum nacta esse videatur, sed pestes eos appello.

δ'. Ὅτι κατὰ τὸ χαρτερὸν οἱ περὶ Ἀέτιον καὶ Εὐνόμιον, τῶν περὶ Εὐδόξιον διαστάντες καὶ Εὐζώϊον, τὴν μὲν Κωνσταντίνου πόλιν Φλωρεντίῳ (a) ἐφεῖσαν. Αὐτῶν δὲ ὁ μὲν Ἀέτιος ἐπὶ τὴν Λέσβον ἀποπλεῖ, κἀκεῖ περὶ Μιτυλήνην ἐν ἀγρῷ τινι διέτριβε, τοὺς ἀφικνουμένους λόγοις δεξιούμενος· δῶρον δ' ἦν ὁ ἀγρὸς Ἰουλιανοῦ τοῦ βασιλέως τῆς πρὸς αὐτὸν διαθέσεως σύμβολον. Ὁ δὲ Εὐνόμιος ἐπὶ τὴν Καλχηδόνα διάρας, ἐν αὐτῇ κατά τινα κῆπον, οἰκεῖον κτῆμα, πλησιάζον τοῖς ἐπιθαλαττίοις τείχεσιν, ἐποιεῖτο τὴν δίαιταν, οὐδ' αὐτὸς τῶν προσιόντων τὴν πρόνοιαν ἐλάττων συνεισάγων (11). Οὐδ' ἕτερος δ' αὐτῶν ἐκκλησίας ἦρχεν ἀποτεταγμένης (12), ἀλλὰ κοινοὺς αὐτοὺς οἱ ὁμόδοξοι πατέρας ἦγον καὶ ἡγεμόνας. Ὁ δέ γε Εὐνόμιος οὐδὲ ἱερουργίας ἐξ οὗ τῆς Κυζίκου μετέστη (13). οὐ μὲν οὖν εἰς ὅσον ἐνεβίω χρό-

4. *Ab Eudoxio et Euzoio Aetius et Eunomius discedunt.* — Aetius et Eunomius ab Eudoxio atque Euzoio penitus sese abrumpentes, Constantinopolim Florentio commiserunt. Et Aetius quidem relicta Constantinopoli in Lesbum navigavit : ubi in agro quodam circa Mitylenem urbem vixit, eos qui ipsum adibant blandis sermonibus excipiens. Hunc autem agrum Julianus imperator Aetio donaverat, suæ erga illum benevolentiæ monumentum. Eunomius vero Chalcedonem trajiciens, illic in horto quodam muris maritimis proximo, quæ propria ipsius erat possessio, vitam egit, eorum qui ad ipsum accessissent, perinde ac Aetius, curam gerens. Neuter porro eorum peculiarem Ecclesiam rexit, verum hi qui ejusdem sectæ erant, eos velut communes patres atque antistites ducebant. Eunomius certe ex

VALESII ANNOTATIONES.

(7) Supra. l. VII, cap. 6.

(8) *Παρῆν ὁ αὐτὸς καιρός.* Non dubito quin scribendum sit ὡσαύτως. Paulo post pro ὑπερήσπιζεν, emendavi ὑπερήσπισεν, ut legitur in codice Bocharti.

(9) *Οὐνοβάστας.* In manuscriptis codicibus οὐρανοβάστας scriptum habetur. Quare suspicor legendum esse οὐρανοβάτας. Sic autem Euzoius Aetium et Eunomium per ludibrium appellabat ob audaciam ac dementiam, quod instar gigantum in cœlum conscendere tentarent, et de Divinitate temere garrire præsumerent.

(10) *Αἰθίοπά τε τὸν Θεόφιλον.* Codex Bocharti habet Αἰθίοπόν τε, etc., sed omnino scribendum est Αἰθίοπα. Hoc autem cognomentum Euzoius idcirco tribuebat Theophilo, quod esset oriundus ex Æthiopia. Erat enim Blemmys, ut ex Gregorio Nysseno superius observavi.

(11) *Πρόνοιαν ἐλαττων συνεισάγων.* Nemo non videt scribendum esse ἐλάττω. Sic in superiore libro μείζων βάσιν legebatur pro μείζω. In margine codicis Bochartiani scriptum erat eadem manu : *Lego* πρόνοιαν ἐλάττονα.

(12) *Ἐκκλησίας ἦρχεν ἀποτεταγμένος.* Rectius in codice Scoriacensi et Bochartiano, legitur ἀποτεταγμένης. Idque miror a Gothofredo animadversum non fuisse, cum sequentia Philostorgii verba hanc emendationem confirment. Itaque Holstenius interpretationem Gothofredi correxit hoc modo : *Neuter vero eorum Ecclesiam sibi peculiariter destinatam rexit.*

(13) *Ἐξὸν τῆς Κυζίκου μετέστη.* Hunc locum emendavi ex manuscripto codice Bocharti, in quo scribitur ἐξ οὗ τῆς Κυζίκου. Valeat itaque conjectura Lucæ Holstenii, qui in margine sui codicis ad hunc locum hæc annotat : *Lego* ἐξ ὧν, et versionem Gothofredi ita emendaverat. *Imo Eunomius ne sacrum quidem ministerium ex quo Cyzico demigravit, quin nec reliquo tempore quoad vixit, contigit.* Verum in hac emendatione, multa sunt quæ probare non possum. Primum enim ἐξ ὧν Græcum non est pro *ex quo tempore.* Nam Græci semper dicunt ἐξ οὗ. Deinde non placet quod verba illa Philostorgii τῆς ἱερουργίας ἥψατο, cum Gothofredo interpretatur, *sacrum ministerium contigit.* Quasi Philostorgius de sacris vasis hic loquatur. Atqui ἱερουργία est sacrificium missæ ; a quo Eunomium, ex quo Cyzicum

VARIORUM.

Philostorgius, eo fine ut perfidiam eorum magis magisque arguat, et schismatis culpam penes illos collocet, quæ revera penes hos ab aliis collocata est, nempe quod ideo ab Eudoxio Eunomius secesserit, quod Eudoxius magistrum suum Aetium non reciperet, ut notavit Jac. Gothofredus. De Aetio vid. Socr. lib. II, c. 35, Soz. lib. IV, cap. 15, Theodorit. *Hist.* lib. II, cap. 27. Mox idem Gothofredus de voce Οὐνοβάστας (quemadmodum in mss. depictam reperit) agens, hæc habet : *Putet quis legendum* Οὐρανοβάτας. *Verum alia mihi stat sententia, nempe* Οὐρανοβόσκας *hic legendum putem ; allusione videlicet ad Aetianorum Ecclesias facta, quasi* pascua cœlestia *incolerent haberentque :* pari ironia qua μετεωρολέσχαι, *infra* lib. X, cap. 1.

(a) *Φλωρεντίῳ.* Vide lib. VIII, cap. 2. *W. Lowth.*

quo ab urbe Cyzico migraverat, toto deinceps vitæ suæ tempore, ne sacra quidem mysteria unquam celebravit, quamvis episcoporum ejusdem sectæ nullus esset, qui absque ejus sententia quidquam ex rebus ecclesiasticis perageret.

νον (14), ἥψατο· καίτοι τῶν ὁμοδόξων ἐπισκόπων οὐδεὶς ἦν, ὃς τῆς ἐκείνου γνώμης χωρὶς οὐδὲν τῶν ἐκκλησιαστικῶν διεπράττετο.

5. *Procopius tyrannus.* — Valens tertium imperii sui annum ingressus, expeditionem adversus Persas suscepit; quo quidem tempore Procopius quoque Constantinopoli tyrannidem arripuit. Porro hic Procopius propinquitate generis conjunctus erat Juliano, multaque hominum judicia de illo fiebant, quibus imperium ei deferebatur. Quæ quidem judicia crebris sermonibus evulgabantur. Quam ob rem Joviano ad imperium evecto, Procopius arrepta fuga Mesopotamiam reliquit, et una cum uxore sese occultans, variisque subinde commutatis locis non sine ingenti difficultate ac miseria, errorum ac latebrarum pertæsus, tandem extremam, ut aiunt, aleam jecit. Chalcedonem igitur profectus, in Eunomii agro qui extra urbem situs erat, absente tunc domino, delituit. Unde cum trajecisset Constantinopolim, absque ulla cæde imperium occupavit. Nec multo post prælio cum Valente congressus, ducum suorum, Gomarii et Agilonis, proditione superatus est : arreptaque fuga Nicæam se recepit. Postridie vero cum inde discedere meditaretur, a Florentio, cui urbis illius custodiam commiserat, comprehenditur, vinctusque ad Valentem perducitur. Et Procopius quidem mox capite truncatus est, cum sex mensium spatio tyrannidem exercuisset; Florentio vero, ne ad vitam quidem ipsius servandam suffecit proditio, sed milites eum incendio tradiderunt, ob veterem simultatem ei infensi, propterea quod missus a Procopio ad custodiendam Nicæam, multos ipsorum male multasset, utpote qui Valentis partibus faverent.

ε'. Ὅτι τρίτου τῆς βασιλείας ἔτους Οὐάλης ἐπιβὰς, ἐπὶ Πέρσας ἐστράτευσε· καθ' ὃν καιρὸν (*a*) καὶ Προκόπιος τὴν τυραννίδα κατὰ Κωνσταντινούπολιν ἐσκευάσατο. Ὁ δὲ Προκόπιος οὗτος εἰς τὸ τοῦ Ἰουλιανοῦ γένος ἀνεφέρετο· καὶ πολλοὶ ἀνεκινοῦντο λογισμοὶ, τὴν βασιλείαν αὐτῷ περιάπτοντες. Καὶ τοὺς λογισμοὺς καὶ λόγοι διέφερον. Διὰ τοῦτο Ἰωβιανοῦ βασιλεύσαντος τῆς Μεσοποταμίας οὗτος ἀποδρὰς, καὶ πολλοὺς ἐν ταλαιπωρίᾳ τόπους ἀμείψας, φεύγων τε μετὰ τῆς γυναικὸς καὶ κρυπτόμενος, ὡς ἀπείρηκε πλανώμενος, τὸν ἔσχατον, φησὶν, ἀναῤῥίπτει κύβον. Καὶ τὴν Καλχηδόνα καταλαβὼν, ἐν τῷ τοῦ Εὐνομίου ἀγρῷ, τῆς πόλεως ἔξωθεν διακειμένῳ, οὐδ' ἐπιδημοῦντος τοῦ δεσπότου, ἑαυτὸν κατακρύπτει· ἐκεῖθεν δὲ εἰς τὴν πόλιν διάρας, ἐγκρατὴς ἀναιμωτὶ τῆς βασιλείας γίνεται. Εἶτα μετ' οὐ πολὺν χρόνον πολέμῳ συῤῥαγεὶς Οὐάλεντι, προδοσίᾳ τῶν αὐτοῦ στρατηγῶν Γομαρίου καὶ Ἀγελίου, ἡττᾶται· καὶ φεύγων καταλαμβάνει τὴν Νίκαιαν. Τῇ δὲ ἐπαύριον διανοηθεὶς ἐκεῖθεν ἀπαίρειν, ὑπὸ Φλωρεντίου, ὃς φρούραρχος ὑπ' αὐτοῦ τῆς πόλεως κατέστη, συλλαμβάνεται, καὶ δεσμώτην αὐτὸν ὁ συλλαβὼν πρὸς Οὐάλην ἄγει. Καὶ Προκόπιος μὲν τῆς κεφαλῆς ἀποτέμνεται, ἐπὶ μῆνας ἓξ μετεωρισθεὶς τῇ τυραννίδι· Φλωρεντίῳ δὲ οὐδὲ ἦρκεσεν ἡ σωτήριος προδοσία (15), ἀλλὰ πυρὶ διδόασιν αὐτὸν ὁ στρατὸς κατ' ὀργὴν παλαιὰν, διότι φρουρῶν ἐκεῖνος ὑπὸ Προκοπίου τὴν Νίκαιαν πολλοὺς αὐτῶν ἐκάκωσεν αἰρουμένους τὰ Οὐάλεντος.

6. *Aetii obitus.* — Quo tempore Procopius adhuc tyrannidem exercebat, Eunomius ad eum Cyzici tum degentem venit. Porro adventus Eunomii, liberationem postulabat eorum qui a Procopio in vinculis detinebantur; conjecti autem erant in vincula eo quod Valentis partes amplexi essent; horum propinqui Eunomium coegerant, ut hanc legationem

ς'. Ὅτι Προκοπίῳ ἔτι τῆς τυραννίδος ἐποχουμένῳ, Εὐνόμιος πρὸς αὐτὸν ἐν Κυζίκῳ διάγοντα παραγίνεται. Ἡ δὲ ἄφιξις λύσιν ἔπραττε τῶν ἐν δεσμοῖς ὑπ' αὐτοῦ κατεχομένων· ὁ δεσμὸς δὲ τούτους ἐπίεζεν, ὅτιπερ ἔστεργον τὰ Οὐάλεντος· καὶ οἱ τῶν δεσμίων συγγενεῖς ἐξεβιάσαντο τὸν Εὐνόμιον τὴν πρεσβείαν ὑπελθεῖν. Ὁ δὲ, ὑπελθὼν καὶ τοὺς ἄνδρας

VALESII ANNOTATIONES.

reliquerat, perpetuo abstinuisse testatur Philostorgius. Sic Eusebius noster eam vocem usurpat in libro IV *De vita Constantini* cap. 45, θυσίαις ἀναίμοις καὶ μυστικαῖς ἱερουργίαις τὸ θεῖον ἱλάσκοντο. Verum sacrificii nomen potuit fortasse displicere Gothofredo, quippe qui Calvini hæresim sectaretur. Holstenius vero, utpote catholicus, retinere illud debuit. Fatendum tamen est ἱερουργίαν generaliter sumi posse pro officio sacerdotali. Sic enim Philostorgius in cap. 10, eam vocem usurpat pro ordinatione.

alius quoque afferri sensus horum verborum, quasi dicat Eunomium non modo post abdicationem episcopatus Cyziceni, verum etiam antea toto vitæ suæ tempore, sacra mysteria nunquam celebrasse. Qui quidem sensus verbis Philostorgii aptius convenit. Certe Holstenius hunc locum ita videtur intellexisse.

(14) *Ὅσον ἐπεβίω χρόνον.* Olim quidem existimavi scribendum hic esse ἐπεβίω, quomodo etiam hunc locum intellexit Gothofredus. Potest tamen

(15) *Ἡ σωτήριος προδοσία.* Jam pridem conjeceram scribendum esse Φλωρεντίῳ δὲ οὐδὲ ἦρκεσεν εἰς σωτηρίαν ἡ προδοσία. Postea vero nactus codicem manuscriptum Samuelis Bocharti, eam emendationem in margine ascriptam inveni. In textu vero ita scriptum habet idem codex, ἡ σωτηρία προδοσία.

VARIORUM.

(*a*) *Καθ' ὃν καιρόν.* Contra hanc Philostorgii chronologiam statuunt Pagius et Gothofredus Procopianam tyrannidem contigisse anno 365. De Procopio vid. Socr. lib. IV, cap. 3; et Soz. lib. VI, cap. 8.

λύσας, θᾶττον ἐπανῆκεν. Ὑπὸ δὲ τοὺς αὐτοὺς χρόνους καὶ Ἀέτιον ὁ τῆς νήσου (a) παρὰ τοῦ Προκοπίου σταλεὶς ἄρχειν, διαβληθέντα παρὰ τῶν ἐπιχωρίων τὰ Οὐάλεντος αἱρεῖσθαι, εἰς κρίσιν εἶλκε· καὶ θάνατος ἂν βίαιος διεδέξατο τὴν διαβολήν, εἰ μή τις ἀφικόμενος κατ' ἐκεῖνο καιροῦ τῶν παραδυναστευόντων Προκοπίῳ, τὸν Ἀέτιον τοῦ ξίφους ἁρπάζει. Καὶ γὰρ πρὸς γένους ὢν ὁ καταπεμφθεὶς ἐκ Προκοπίου Ἐρρενιανοῦ καὶ Γερρεσιανοῦ· ἀδελφοὶ δὲ ἦστην οὗτοι, καὶ τῷ Εὐνομίῳ συνῆσάν τε καὶ συνδιεβέβλητο. Οὕτως (16) κατὰ πολλὴν ἐξουσίαν καὶ τὸν καταδικασάμενον αὐτοὺς ἀπειλήσας, καὶ τὴν ἐπ' αὐτοὺς θανατηφόρον ἀνασωσάμενος ψῆφον, καθαροὺς ἀπολύει τῶν ἐπικληθέντων. Ὁ δὲ Ἀέτιος, τοὺς (17) μεθ' ἑαυτοῦ συναναλαβὼν, ἐπὶ τὴν Κωνσταντίνου πόλιν ἀπαίρει, κἀκεῖ συνῆν Εὐνομίῳ τε καὶ Φλωρεντίῳ. Καὶ μετ' οὐ πολὺν χρόνον τελευτᾷ, Εὐνομίου τό τε στόμα συνελόντος (18), καὶ τοὺς ὀφθαλμοὺς τοῖ; δακτύλοις περιστείλαντος, καί γε καὶ τὴν ἄλλην κηδείαν μετὰ τῶν ὁμοφρόνων τελεσαμένου πρὸς τὸ λαμπρότατον.

A obiret. Eunomius igitur hac legatione suscepta, cum viros illos custodia liberasset, statim reversus est. Sub idem tempus is qui a Procopio missus fuerat ut insulam administraret, Aetium quoque in judicium traxit, accusatum ab incolis quod Valentis partibus faveret; et violenta mors calumniam haud dubie subsecuta esset, nisi quidam ex iis qui in aula Procopii plurimum poterant, eo ipso tempore superveniens, Aetium gladio subtraxisset. Etenim is qui missus fuerat a Procopio, cognatus erat Herenniani et Gerresiani: hi autem fratres erant, et cum Eunomio versati fuerant, et una cum illo accusati. Hic igitur pro ea qua præditus erat potestate, cum et judici qui eos condemnaverat minatus esset, et capitalem sententiam quæ in illos lata fuerat rescidisset, eos a criminibus objectis puros atque integros dimisit. Aetius vero istis secum assumptis, Constantinopolim navigavit, atque ibi cum Eunomio ac Florentio vixit. Nec multo post discessit e vita, Eunomio os ei occludente, et oculos digitis suis comprimente, et reliqua quæ ad funus pertinent, una cum ejusdem opinionis sectatoribus splendidissime procurante.

B

ζ. Ὅτι κατὰ Μαρκιανούπολιν Εὐδοξίου συνδιατρίβοντος τῷ Οὐάλεντι, ὁ ἐν Κωνσταντινουπόλει κλῆρος ψηφίζονται ταύτης ἀπελαύνεσθαι τὸν Ἀέτιον (b). Ὁ δὲ τὴν Καλχηδόνα καταλαβὼν, γράφει τὸ συνεχθὲν Εὐδοξίῳ. Ὁ δὲ οὐ μόνον οὐκ ἀπεστράφη τοῖς γεγραμμένοις (19), ἀλλ' ὅτι μὴ καὶ μεῖζω πάθοι ὠσχεραίνων ἐπεδείκνυτο (20).

7. *Eunomius Constantinopoli pulsus.* — Dum Eudoxius Marcianopoli moraretur una cum Valente, clerus Ecclesiæ Constantinopolitanæ Eunomium ex urbe regia pellendum esse decrevit. Eunomius igitur Chalcedonem profectus, Eudoxio id quod acciderat, per litteras significavit. Ille vero iis quæ scripta fuerant non modo commotus non est, verum etiam palam ostendit, ægre ferre se quod graviora perpessus non fuisset.

C

η'. Ὅτι συκοφαντοῦσι, φησὶν, Εὐνόμιον, ἐν τῷ οἰκείῳ ἀγρῷ κατακρύψαι τὸν Προκόπιον τὴν τυραννίδα παλαμώμενον. Καὶ μόλις αὐτὸς τὰς διαβολὰς καὶ τὸν ἐκεῖθεν διεκρούσατο θάνατον. Ὑπερόριος δ' οὖν εἰς τὴν Μαυρουσίδα γῆν ἐκπέμπεται, Αὐξονίου τοῦ τῶν πραιτωρίων ἐπάρχου τὴν φυγὴν αὐτῷ ἐπιβαλόντος. Ἀλλ' ὁ μὲν χειμῶνος ὄντος ἐπήγετο (21)·

8. *Eunomii exsilium. Eudoxius moritur.*—Quidam, ut ait Philostorgius, Eunomium calumniati sunt, quod in agro suo Procopium occultasset, tyrannidem arripere meditantem. Quam calumniam, mortemque ob id intentatam, ægre admodum effugit Eunomius. Exsul tamen missus est in Mauritaniam, Auxonio præfecto prætorii hanc ei pœnam irrogante. Et Eunomius

VALESII ANNOTATIONES.

(16) *Οὕτως δὲ οὗτος.* Scribendum puto οὗτος δὲ οὖν κατὰ πολλὴν ἐξουσίαν. Sed et paulo ante ubi legitur καὶ τῷ Εὐνομίῳ συνῆσάν τε καὶ συνδιεβέβλητο, melius, ut opinor, scriberetur τῷ Ἀετίῳ. Accusatus enim, licet falso, apud Procopium fuerat Aetius, quod partes Valentis foveret, ut paulo ante retulit Philostorgius. Eunomio vero id crimen objectum non fuerat. Quo enim modo id objici potuisset Eunomio, qui Procopium in agro suo Chalcedonensi occultaverat, et qui Cyzicum profectus fuerat ad Procopium, pro captivis intercessurus.

(17) *Ὁ δὲ Ἀέτιος, τούς.* Scribendum procul dubio τούτους, id est, *Herrenianum et Gerresianum*, qui una cum ipso accusati fuerant Aetio.

(18) *Τό τε στόμα συνελθόντος.* Rectius in manuscripto codice Samuelis Bocharti scribitur συνελόντος.

(19). *Οὐκ ἀπεστράφη τοῖς γεγραμμένοις.* Non dubito quin scribendum sit οὐκ ἐπεστράφη. Id est, *Eudoxius vero ea quæ ab Aetio ad ipsum scripta fuerant, non modo non attendit, vel non curavit.* Id enim significat verbum ἐπιστρέφεσθαι, ut docet Suidas.

D

(20) *Μεῖζω πάθος δυσχεραίνων ἀπεδείκνυτο.* Hujus loci emendatio debetur codici Samuelis Bocharti. Quem ego antequam nactus essem, πάθοι emendaveram. Ita enim legendum esse ipsa syntaxis docet.

(21) *Χειμῶνος ὄντος ἐπήγετο*, Scribendum procul dubio est ἀπήγετο, id est, *in exsilium abducebatur.*

VARIORUM.

(a) *Τῆς νήσου.* Insula hæc erat Lesbos, quo Aetius, relicta Constantinopoli, navigasset, ut supra narratur cap. 4.

(b) *Τὸν Ἀέτιον.* Non video cur Valesius hic in sua interpretatione *Eunomium* pro Aetio posuerit, de quo nihil monuit in notis, imo illic de Aetio (æque ac Gothofredus) hæc accepit.

quidem, dum hiemis tempestas sæviret, abductus est in exsilium; sed cum Mursam Illyrici urbem venisset, cujus urbis episcopus erat Valens quidam, humaniter admodum exceptus est, et ab exsilio revocatus, cum Valens imperatorem adiisset una cum Domnino Marcianopolis episcopo, et Eunomii causam multo cum affectu exposuissent. Cæterum imperator post revocationem Eunomii eum in conspectum suum admittere cupiebat: verum Eudoxius quibusdam artibus hunc congressum inhibuit. Post hæc vero Nicæam profectus ut episcopum illic ordinaret (mortuus enim erat Eugenius urbis illius episcopus): priusquam huic negotio finem imposuisset, abiit e vita. Demophilus vero a Berrœa translatus est Constantinopolim, imperatore sententiam synodi comprobante.

A κατὰ Μοῦρσαν δὲ τῆς Ἰλλυρίδος (*a*) φθάσας, ἧς ἐπίσκοπος ἐτύγχανέ τις Οὐάλης, δεξιώσεώς τε πολλῆς ἀπολαύει, καὶ τῆς ὑπεροχίας ἀνακομίζεται, πρὸς τὸν βασιλέα παραγεγονότως (*b*) τοῦ Οὐάλεντος σὺν Δομνίνῳ (τῆς Μαρκιανουπόλεως δὲ ἐπίσκοπος οὗτος ἦν) καὶ τὰ κατ' αὐτὸν δεινοπαθῶς ἀναδιδαξάντων (22). Ὥρμησε δὲ ὁ βασιλεὺς εἰς ὄψιν μετὰ τὴν ἀνάκλησιν Εὐνομίῳ ἐλθεῖν· ἀλλ' ὁ Εὐδόξιος τέχναις τὴν θέαν ἐπέχει. Μετὰ τοῦτο δὲ εἰς Νίκαιαν ἀφικόμενος ἐπίσκοπον αὐτῇ καθιδρύσαι (ἐτεθνήκει γὰρ Εὐγένιος ὁ ταύτην ἐφορεύων), πρὶν ἢ πέρας ἐπιθεῖναι τῇ βουλῇ, τὸν βίον ἐκλείπει. Καὶ μετάγεται Δημόφιλος ἀπὸ Βερροίας ἐν Κωνσταντινουπόλει, Οὐάλεντος τοῦ βασιλέως συνοδικὴν ὑποκριναμένου ψῆφον (23).

B

9. *Philostorgii parentes.* — Ait Philostorgius Borissi, qui vicus est secundæ Cappadociæ, Anysium quemdam presbyterum vixisse, qui quatuor habebat filios, filiam vero unicam quæ Eulampia dicebatur, ex qua natus est Philostorgius hujus *Historiæ* scriptor. Ejus autem vir Carterius nomine, Eunomii sectam sequebatur. Is uxori suæ persuasit, ut ad opinionem suam descisceret; illa enim tam ex paterno, quam materno genere, consubstantialem Patri Filium profitebatur. Mulier vero mariti persuasionibus inducta, fratres primum, exinde patrem ac reliquos paulatim propinquos suos in eamdem sententiam pertraxit.

θ'. Ὅτι, φησὶν, ἐν Βορισσῷ (κώμη δὲ τῆς δευτέρας Καππαδοκίας τὸ χωρίον) πρεσβύτερος Ἀνύσιος ᾤκει, υἱοὺς μὲν τέσσαρας ἔχων (*c*), θυγατέρα δὲ μίαν, ἧς Εὐλάμπιος μὲν ἡ ὀνομασία (24), Φιλοστόργιον δὲ ἐγείνατο τὸν ταῦτα γεγραφότα. Ὁ δὲ ταύτης ἀνὴρ, Καρτέριος ὄνομα, τὴν Εὐνομίου δόξαν ἐτίμα. Καὶ πείθει τὴν γυναῖκα πρὸς τὴν αὐτοῦ μετατάξασθαι γνώμην· καὶ γὰρ ἐκ πατρὸς καὶ μητρὸς αὕτη τὸ ὁμοούσιον ἔστεργεν. Ἡ δὲ πεισθεῖσα τοὺς ἀδελφοὺς συνεφέλκεται, εἶτα κατὰ μέρος καὶ τὸν πατέρα καὶ τοὺς ἄλλους οἰκείους.

10. *Demophilus episc. C P.* — Demophilum, ut ait Philostorgius, in sede Constantinopolitana præcipue collocavit Theodorus episcopus Heracleæ. Hic enim præ cæteris consecrationis hujus privilegium habere videbatur. Porro dum Demophilus in episcopali sede collocaretur, multi ex populo qui tum aderant, non *dignus* acclamarunt, sed *indignus*.

C

ι'. Ὅτι Δημόφιλος, φησὶν, ἐγκαθίσταται τῇ Κωνσταντινουπόλει ὑπὸ Θεοδώρου μάλιστα τοῦ Ἡρακλείας ἐπισκόπου. Ἐδόκει γὰρ τὸ προνόμιον οὗτος ἔχειν τῆς τοιαύτης ἱερουργικῆς ἐνεργείας. Πολλοὶ δὲ τοῦ παρόντος ὄχλου, ἐν τῇ τοῦ Δημοφίλου καθιδρύσει, ἀντὶ τοῦ *ἄξιος* (*d*), ἀνεβόων τὸ *ἀνάξιος* (*e*).

VALESII ANNOTATIONES.

(22) *Δεινοπαθῶς ἀναδιδαξάντων.* In codice Samuelis Bocharti scriptum inveni ἀναδειξάντων. Vulgatam tamen scripturam magis probo.

(23) *Ὑποκριναμένου ψῆφον.* Scribendo puto ἐπικριναμένου, id est, *comprobante, et confirmante.* Id enim significat vox ἐπικρίνειν, ut testantur grammatici. Porro notandum est electionem episcoporum, præcipue patriarchalium sedium, ab imperatoribus confirmatam fuisse. Cujus rei illustre exemplum est in libro primo *Historiæ* Philostorgii, ubi agit de electione Athanasii: συνοδικὴν autem ψῆφον ideo vocat, quod in synodo facta fuisset hæc electio. Certe patriarchas in synodo episcoporum electos et ordinatos fuisse, ostendi in libro in *Observationum ecclesiasticarum*, capite ultimo.

(24) *Ἧς Εὐλάμπιος μὲν ἡ ὀνομασία.* Non dubito quin scribendum sit Εὐλάμπιον. Nam feminarum nomina neutro interdum genere efferebantur. Sic Eustochium, et similia prope infinita.

VARIORUM.

(*a*) *Κατὰ Μοῦρσαν τῆς Ἰλλυρίδος.* Sive Pannoniæ, quæ Illyrici provincia erat, urbs illustris profligatione Magnentii tyranni, Sozom. l. IV, cap. 7, n. a, et Valente hoc episcopo Mursensi Ariano, infensissimo Athanasii hoste: de quo cum multa occurrant passim sub Constantio, illud de eo modo notandum est: eum eodem hoc tempore, anno Chr. 369, in Occidente damnatum, Damaso episcopatum Romanum gerente, ut discere licet ex Athanasio *ad Epictetum episcopum Corinthium. Gothofred. in loc.* De Eugenio ep. Nic. Vid. Soz. pag. 139, not. 1. De tempore obitus Eudoxii, Socr. pag. 250, not. 2.

(*b*) *Παραγεγονότως.* Legendum παραγεγονότος. *W. Lowth.*

(*c*) *Πρεσβύτερος. . υἱοὺς... ἔχων.* Nempe hac ad huc tempestate alicubi, et quidem in Cappadocia, presbyteri uxorati fuere, liberosque suscepere; quod etiam testatur Epiphanius hæresi Catharorum 59, n. 4 (etsi id ipse improbet), et Hieronymus *Epist. ad Demetriadem;* et lib. I *adversus Jovinianum. Gothofred. in locum.* Poterat tamen Anysius uxorem morte amisisse ante ordines susceptos, quod sæpius factum.

(*d*) *Ἀντὶ τοῦ ἄξιος.* Solemnis acclamatio in electione episcopi. Vid. Eusebium lib. VI, cap. 29, de electione Fabiani in episcopum Romanum. *W. Lowth.*

(*e*) *Ἀνεβόων τὸ ἀνάξιος.* Ita milites de Galba in imperatorem electo, clamaverunt οὐκ ἄξιος. Plutarchus in *Vita Galbæ. W. Lowth.*

ια'. Ὅτι μετὰ Αὐξόνιον Μόδεστος (a) ἔπαρχος κατεστάς, καὶ ἀπεχθῶς, φησὶν, ἔχων πρὸς Εὐνόμιον, ἐρήμην αὐτοῦ κατεδικάσατο, ὡς τὰς Ἐκκλησίας καὶ τὰς πόλεις ἐκταράσσοντος, καὶ εἰς Ἀξίαν αὐτὸν φυγαδεύει τὴν νῆσον (25).

A 11. *Eunomius Naxum relegatus.* — Post Auxonium Modestus promotus præfectus prætorii, cum Eunomio infensus esset, ut ait Philostorgius, indicta causa eum damnavit, ut qui Ecclesias ac civitates perturbaret; et in insulam Naxum eum relegavit.

ιβ'. Ὅτι Μάζακα τὸ πρῶτον (26) ἐκαλεῖτο ἡ Καισάρεια, ἀπὸ Μοσὸχ τοῦ Καππαδοκῶν γενάρχου ἑλκυσαμένη τὸ ὄνομα· τοῦ χρόνου δὲ πορευομένου, κατὰ παρέγκλισιν ἤδη Μάζακα προσωνόμασται.

12. *Cæsarea olim Mazoca dicta.* — Cæsarea prius Mazoca nominata est, a Mosoch gentis Cappadocum principe id nomen trahens; progressu vero temporis per inflexionem Mazaca appellata est.

ιγ'. Ὅτιπερ Εὐνομίου, φησὶ, λιπόντος τὴν Κύζικον, οὐδεὶς τέως ἀντικατέστη ἐπίσκοπος. Δημόφιλος δὲ, σὺν Δωροθέῳ (27) καί τισιν ἄλλοις ἀφικόμενος ἐγκαταστῆσαι, οὐδὲν περαίνειν ἠδύνατο, διὰ τὸ τοὺς ἐν αὐτῇ, τὸ κατ' οὐσίαν ὅμοιον ἐκ τῶν Ἐλευσίου διδαγμάτων, τὴν δόξαν κρατύναντας (28), πρεσβεύειν εἰς τὸ ἀμετάθετον. Δημοφίλου δὲ καὶ τῶν σὺν αὐτῷ τὴν τῶν Κυζικηνῶν ἀναδεξαμένων πρόκλησιν (29), καὶ τὸν Ἀέτιον καὶ Εὐνόμιον ἀναθεματισάντων (τοῦτο γὰρ ἡ πρόκλησις), ἀνόμοιόν τε τὸν Εὐνόμιον (30) δημοσίοις καὶ λόγοις καὶ γράμμασιν ἀνακηρυξάντων, καὶ τὴν πίστιν αὐτῶν, καὶ δὴ καὶ τοὺς παραδεχομέ-

B 13. *Cyzicenorum episcopus homousiastes.* — Ex quo Eunomius Cyzicum reliquerat, nullus adhuc episcopus, ut scribit Philostorgius, in ejus locum fuerat subrogatus. Demophilus vero, cum episcopi ordinandi causa, una cum Dorotheo aliisque Cyzicum venisset, nihil perficere potuit, propterea quod incolæ illius urbis similem secundum substantiam constantissime profiterentur, ex doctrina atque institutione Eleusii, qui hanc opinionem confirmaverat. Sed cum Demophilus et qui cum illo erant, Cyzicenorum protestationem admisissent, et Aetium Eunomiumque anathemate damnassent:

VALESII ANNOTATIONES.

(25) *Εἰς Ἀξίαν... τὴν νῆσον.* In manuscripto codice Samuelis Bocharti scriptum inveni εἰς Ναυξίαν, corrupte pro Ναξίαν. Sic recentiores videntur nominasse insulam maris Ægæi, quæ prius Naxus vocabatur.

(26) *Ὅτι Μάζα κατὰ πρῶτον.* Rectius in manuscripto codice Samuelis Bocharti scriptum est Μάζακα τὸ πρῶτον ἐκαλεῖτο ἡ Καισάρεια. Idem error occurrit apud Sozomenum in libro v, cap. 4. Apud Hieronymum quoque in libro *De scriptoribus ecclesiasticis* Μάζα dicitur. Sic enim habet vetus Lugdunensis editio, quæ penes me est. *Basilius Cæsareæ Cappadociæ quæ prius Maza vocabatur, episcopus*, etc. Videtur tamen in Philostorgio scribendum esse Μάζοκα τὸ πρῶτον, etc.

(27) *Σὺν Δωροθέῳ.* Hic Dorotheus episcopus erat Heracleæ in Thracia, qui Demophilum Constantinopolitanum episcopum consecrarat, ut supra retulit Philostorgius in cap. 10 hujus libri, ubi Theodorus perperam nominatur. Qui locus Gothofredum in gravissimum errorem induxit. Putavit enim Theodorum hunc a quo Demophilus est ordinatus, et qui postea Antiochenus et Constantinopolitanus episcopus fuit, eumdem esse cum Theodoro illo Heracleota, Arianorum principe, qui in synodo Sardicensi condemnatus est, et cujus mentionem facit Hieronymus inter scriptores ecclesiasticos. Atqui Theodorus Heracleotes, cujus meminit Hieronymus, et qui synodi Sardicensis sententia damnatus est, obiit regnante Constantio, circa annum Christi 358, eique in episcopatu successit Hypatianus, ut notavi ad librum secundum *Historiæ* Socratis Scholastici cap. 29. Mortuo demum Hypatiano, principatu Valentis Augusti, successit Dorotheus, is qui Demophilum Constantinopolitanum episcopum consecravit. Sic enim eum appellat Socrates et Sozomenus et Philostorgius infra, in hoc libro. Sed et ipse Philostorgius, quod non animadvertit Gothofredus, Theodorum Heracleotem perspicue distinguit a Dorotheo Heracleote; nam in libro octavo capite 17, enumerans episcopos qui inter Homœusianos celeberrimi exstiterant, primo quidem loco nominat Theodorum episcopum Heracleæ, et Georgium Laodiceæ. Alios deinde recenset, qui post illos vixerunt, Eustathium Sebastenum, Basilium Ancyranum, Macedonium Constantinopolitanum, et Eleusium Cyzicenum. Vides Theodorum hoc loco longe differre a Dorotheo; neque enim Dorotheus Eustathium, et Macedonium, atque Eleusium ætate antecessit.

(28) *Τὴν δόξαν κρατύναντας.* In manuscripto codice Samuelis Bocharti scriptum inveni κρατύνοντας. Posset etiam scribi κρατύναντος, supple Ἐλευσίου. Quam scripturam in interpretatione mea sum secutus.

(29) *Κυζικηνῶν... πρόκλησιν.* Hunc locum non intellexit Gothofredus, ut ex interpretatione, et Annotationibus ejus apparet. Cujus interpretationem recte Lucas Holstenius correxit, hoc modo: *Cum igitur Cyzicenorum provocationem Demophilus, iique qui cum eo erant, admisissent, et Aetium Eunomiumque anathemate perculissent*, etc. Πρόκλησις est provocatio, ut exponitur in glossis Græco-Latinis. Malim tamen hoc loco vertere, *protestationem*. Neque enim Cyziceni appellationem tunc ullam interposuerunt, sed potius obstiterunt Demophilo, qui episcopum ipsis ordinaturus advenerat, protestatique sunt nunquam se passuros, ut episcopum ipsis ordinaret, nisi prius Aetium et Eunomium sub anathemate damnasset. Quam conditionem cum admisisset Demophilus, et Aetio atque Eunomio anathema dixisset, postea episcopum Cyzicenis consecravit eum, quem Cyziceni suffragio suo nominaverant.

(30) *Ἀνόμοιόν τε τὸν Εὐνόμιον.* Ferri quidem potest vulgata scriptura, cum Eunomius ἀνόμοιον, id est, *dissimilem Patri Filium palam asseruerit*, ejusque sectatores Anomœi sint appellati. Non displicet tamen conjectura, quam in margine codicis Bochartiani eadem manu ascriptam inveni ad vocem ἀνόμοιον, ἴσως ἀνόμιον: est enim elegans paronomasia, ut Anomius dicatur pro Eunomio.

VARIORUM.

(a) *Μόδεστος.* De hoc Modesto vid. Socr. p. 231, not. a.

id enim erat protestatio; et Eunomium tum orationibus, tum scriptis publice Anomœum appellassent, fidemque eorum et cunctos qui eorum doctrinam amplecterentur, eidem anathemati subjecissent, tandem Cyziceni ordinationem admiserunt, neminem alium ad episcopatum promoveri passi, nisi quem ordinatus est, illico consubstantialem Filium palam

A νους αὐτῶν τὰ μαθήματα, ὑπὸ τὴν αὐτὴν ἀρὰν ποιησαμένων, ὑφίστανται τὴν χειροτονίαν· οὐ ἕτερόν τινα ταύτην ἐλθεῖν (31) ἀνασχόμενοι, ἀλλ' ὃν αὐτῶν αἱ ψῆφοι προσέταττον. Ὁ δέ γε χειροτονηθεὶς, εὐθὺς λαμπρῶς ἐκήρυττε τὸ (32) ὁμοούσιον.

ipsorum suffragia prætulissent. Cæterum is qui ordinatus est, illico consubstantialem Filium palam prædicavit.

14. *Dorotheus ep. Antioch.* — Mortuo Euzoio Antiochensi episcopo, Dorotheus ex Heraclea Thraciæ in ejus sedem translatus est. Utrumque porro, tam Demophilum, quam Dorotheum perstringit Philostorgius, hunc quidem vanissimum appellans, Demophilum vero miscere omnia et confundere solitum, ac præcipue ecclesiastica dogmata : adeo ut quodam tempore, dum sermonem haberet ad populum Constantinopoli, dixerit corpus Christi permistum divinitati penitus evanuisse, eo modo quo lactis sextarius in universum maris elementum conjectus evanescit. Cæterum Demophilus ortus fuit ex urbe Thessalonica, genere haud ignobili. Idem Eunomianis admodum infensus gravissimis malis eos affecit.

ιδ'. Ὅτι τελευτήσαντος Εὐζωΐου τοῦ Ἀντιοχείας, ὁ Δωρόθεος (*a*) ἐξ Ἡρακλείας τῆς Θρᾴκης πρὸς μὲν τὸν ἐκείνου μεθίσταται θρόνον, διασύρει δὲ τόν τε Δημόφιλον καὶ Δωρόθεον ὁ συγγραφεὺς, τὸν μὲν ἀλαζονέστατον λέγων, τὸν δὲ Δημόφιλον φύρειν τε πάντα καὶ συγχεῖν ἀκρατέστατον, καὶ μάλιστά γε τὰ ἐκκλησιαστικὰ δόγματα· ὥστε ποτὲ καὶ κατὰ Κωνσταντινούπολιν ἐκκλησιάζοντα φάναι, τὸ σῶμα τοῦ Υἱοῦ, ἀνακραθὲν τῇ θεότητι, εἰς τὸ ἀδηλότατον κεχωρηκέναι, ὃν τρόπον καὶ γάλακτος ξέστης τῷ παντὶ τῆς θαλάσσης ἐπιβληθεὶς συστήματι. Πατρὶς δ' ἦν ἡ Θεσσαλονίκη τῷ Δημοφίλῳ (*b*), καὶ τὸ ἄλλο γένος οὐκ ἄσημον. Κατὰ δὲ τῶν λεγομένων Εὐνομιανῶν πολὺς ἐρρέι ταῖς κακώσεσιν ὁ Δημόφιλος.

15. *De Valentis successore oracula.* — Valentis temporibus, gentilium oracula iis qui ipsa consuluerant, calculos quosdam dederunt certis litteris insignitos. Litteræ inter se junctæ, aliis Theodosium, aliis Theodulum aut Theodorum, sive alium quempiam designare videbantur (33). Nam figuræ litterarum ad δ usque progrediebantur, dæmonibus obliqua, ut solent, responsa dantibus, in perniciem eorum qui fidem illis habent, et ad effugium mali eventus. Unde et Theodorus quidam apud Syros in fraudem inductus, cum tyrannidem invadere cœpisset, statim cum iis qui ipsum secuti fuerant, exstinctus est; cum illis vero multos quoque innocentes Valens supplicio affecit, eo quod ipsorum nomina ab his litteris incipiebant.

ιε'. Ὅτι, κατὰ τοὺς Οὐάλεντος χρόνους, τῶν Ἑλληνικῶν χρηστηρίων τοῖς προσιοῦσιν ἀνεδίδοντο ψῆφοι κατάστικτοι γράμμασιν. Ἃ συντιθέμενα τοῖς μὲν τὸν Θεοδόσιον ἐδόκει δηλοῦν, τοῖς δὲ τὸν Θεόδουλον, ἢ τὸν Θεόδωρον, ἢ τινα ἄλλον παραπλήσιον. Μέχρι γὰρ τοῦ δέλτα τῶν γραμμάτων οἱ τύποι προήγοντο, λοξὰς τῶν δαιμόνων, ὡς εἰώθασιν, ἐπ' ὀλέθρῳ τῶν πειθομένων καὶ ἀναχωρήσει τῆς ἀποτυχίας τὰς ἀναῤῥήσεις ποιουμένων. Διὸ καὶ Θεόδωρός τις παρασυρεὶς τῇ ἀπάτῃ, καὶ τυραννίδος ἐπιβαίνειν ἀρξάμενος, θᾶττον σὺν τοῖς ἑπομένοις ἀπώλετο· μεθ' ὧν καὶ τῶν ἀναιτίων οὐκ ὀλίγους (34) δίκας Οὐάλης ἀπῄτησεν, ὅτιπερ αὐτοῖς ἡ ἀρχὴ τοῦ ὀνόματος δι' ἐκείνων τῶν γραμμάτων ἀνεγινώσκετο.

16. *Valentinianus Sen. obiit, Junior ei succedit.* — Valentinianus imperator moritur, cum annos duodecim imperasset, et Gratianum filium hæredem imperii reliquit. Reliquit etiam duos alios liberos, Gallam scilicet filiam, et Valentinianum Juniorem

ις'. Ὅτι Οὐαλεντινιανὸς τελευτᾷ, βασιλεύσας ἔτη δυοκαίδεκα, καὶ κληρονόμον τῆς ἀρχῆς Γρατιανὸν τὸν παῖδα καταλείπει. Κατέλιπε δὲ καὶ ἑτέρους δύο παῖδας, Γάλλαν τε θυγατέρα, καὶ Οὐαλεντινιανὸν, τέτταρά που γεγονότα ἔτη (35), ὃν αὐτίκα ἥ τε μήτηρ

VALESII ANNOTATIONES.

(31) *Οὐχ ἕτερόν τινα ταύτην ἐλθεῖν.* Deesse videtur præpositio, quæ suppleri potest hoc modo : Οὐχ ἕτερόν τινα πρὸς ταύτην ἐλθεῖν ἀνασχόμενοι.

(32) *Λαμπρῶς ἐκηρύττετο.* Codex Bocharti auctior hic est et emendatior. Sic enim habet, εὐθὺς ἐκήρυττε τὸ ὁμοούσιον.

(33) Socr. lib. IV, cap. 19; Soz. lib. VI, cap. 35.

(34) *Καὶ τῶν ἐναντίων οὐκ ὀλίγους.* Non dubito quin scribendum sit hoc loco, τῶν ἀναιτίων. Id est, *Una cum illis multos quoque innocentes Valens supplicio affecit.* Emendationem nostram confirmat ms. codex Bocharti, in quo scriptum est τῶν ἀναιτίων, prout legendum esse conieceram.

(35) *Τέτταρά που... ἔτη.* In ms. codice Samuelis Bocharti scriptum inveni, τέτταρά πω ἔτη, quod licet exiguum sit, haud quaquam tamen negligendum putavi. Cæterum de ætate Valentiniani Junioris, consentit etiam Ammianus Marcellinus in libro tricesimo, sub finem; et Victoris Epitome, et Zosimus ac Zonaras. Natus est igitur Valentinianus Junior anno Christi 371. Cæterum ab hoc Valentiniano Juniore, qui filius fuit majoris Valentiniani, distinguendus est Valentinianus alter, filius Valentis Augusti, ut jam pridem observavi, tum in Annotationibus ad Ammianum Marcellinum, tum in Annotationibus ad Socratem.

VARIORUM.

(*a*) *Ὁ Δωρόθεος.* Idem qui Theodorus, inverso nomine promiscue, ut supra, cap. 10, et 13 hujus lib. et apud Socr. lib. IV, cap. 35, et Sozom. lib. VI, cap. 37, in fin., et lib. VII, cap. 14. Mortem Euzoii refert Socrates loc. cit. ann. Chr. 377. *Gothofred.*

(*b*) *Πατρὶς δὲ ἦν ἡ Θεσσαλονίκη τῷ Δημοφίλῳ.* Berrœa prope Thessalonicam locus erat aut nativitatis, aut saltem episcopatus Demophili, ut patet ex capp. 8 et 19 hujus lib. De Demophilo vid. plura mox in Fragmento e Suida.

Ἰουστῖνα, καὶ ὁ κατὰ Παιονίαν στρατὸς βασιλέα ποιεῖ. Γρατιανὸς μέντοι γε τὴν ἀναγόρευσιν μαθὼν, ὅτι μὴ διὰ γνώμης αὐτοῦ γέγονεν, οὐκ ἐπῄνεσεν. Ἀλλὰ καί τινας τῶν αὐτοῦ νεωτερισάντων (35*) ἐκολάσατο (*a*). Ὅμως ἔστερξε τὸν ἀδελφὸν ἔχειν βασιλεύοντα (36), καὶ πατρὸς αὐτῷ τάξιν ἀποπληροῦν.

A quatuor circiter annos natum. Quem illico tum mater Justina, tum exercitus qui in Pannonia erat, imperatorem crearunt. Et Gratianus quidem hanc nuncupationem cum didicisset, eo quod absque consensu ipsius facta fuerat, non probavit. Quosdam etiam qui id tentare ausi fuerant, supplicio affecit. Fratrem nihilominus consortem imperii habere non renuit, et patris erga eum vicem implevit.

ιζ'. Ὅτι οἱ πέραν τοῦ Ἴστρου Σκύθαι (*b*), τῶν Οὔννων αὐτοῖς ἐπιστρατευσάντων, ἀνάστατοι γεγόνασι, καὶ πρὸς τὴν Ῥωμαίων γῆν πρὸς φιλίαν ἐπεραιώθησαν. Εἶεν δ' ἂν οἱ Οὖννοι, οὓς οἱ παλαιοὶ Νεβροὺς ἐπωνόμαζον, καὶ παρὰ τὰ Ῥιπαῖα κατῳκημένοι ὄρη, ἐξ ὧν ὁ Τάναϊς εἰς τὴν Μαιώτιδα λίμνην κατασυρόμενος τὸ ῥεῖθρον ἐκδίδωσιν. Οἱ δέ γε Σκύθαι μεταναστάντες, ἀπὸ τοῦ μέτριοι τὰ πρῶτα εἶναι τοῖς Ῥωμαίοις, εἰς τὸ λῃστεύειν ἐτράποντο· εἶτα καὶ πόλεμον ἀκήρυκτον εἵλοντο. Οὐάλης δὲ ταῦτα πεπυσμένος, ἐξ Ἀντιοχείας ἀπαίρει. Καὶ κατὰ Κωνσταντινούπολιν γεγονὼς ἐπὶ Θράκην ἐλαύνει. Καὶ μάχῃ συμπλακεὶς τοῖς βαρβάροις, καὶ πολλοὺς ἀποβαλὼν, ἀνὰ κράτος φεύγει. Καὶ πάσῃ συσχεθεὶς ἀμηχανίᾳ καὶ ἀπορίᾳ, ἔν τινι τῶν κατὰ ἀγροὺς οἰκημάτων χόρτον φέροντι, σὺν ὀλίγοις τοῖς ἑπομένοις κατακρύπτει ἑαυτόν. Οἱ δὲ βάρβαροι καταδιώκοντες, ὥσπερ τὰ ἄλλα τῶν ἐν ποσὶν, οὕτω καὶ τὸ οἴκημα πυρὸς δαπάνην ἐτίθεντο, οὐδεμίαν παρὰ τοῦ βασιλέως (37) λαβόντες ὑπόνοιαν. Ἀλλ' ὁ μὲν οὕτως ἠφάνισται, τὸ πλεῖστόν τε καὶ κράτιστον τῆς Ῥωμαϊκῆς ἀρχῆς συναποχειράμενος· οἱ δὲ βάρβαροι πᾶσαν ἀδεῶς τὴν Θράκην ἐληΐζοντο, Φριτιγέρνους αὐτοὺς ἄγοντος. Ὁ δὲ Γρατιανὸς ἐκόψατο μὲν τὸν θεῖον, ἐθρήνησε δὲ τὴν Ῥωμαίων συμφοράν· Θεοδόσιον δὲ βασιλέα χειροτονήσας, εἰς τὴν τοῦ θείου βασιλείαν ἀναπέμπει. Ὁ δὲ Θεοδόσιος τὰς Ἱσπανίας μὲν εἶχε πατρίδα, ἃς νῦν Ἰβηρίας καλοῦσι, τοῦ δι' αὐτῶν ῥέοντος Ἴβηρος ποταμοῦ, τὴν προτέραν ἐκνικήσαντος ὀνομασίαν.

B Scythæ qui trans Istrum positi sunt, ab Hunnis bello appetiti, et sedibus suis expulsi, in Romanorum ditionem specie amicitiæ trajecerunt. Porro Hunni iidem videntur esse qui ab antiquis Neuri vocabantur, ad Ripæos montes siti, ex quibus ortus Tanais fluvius, in Mæotidem paludem aquas suas evolvit. Scythæ vero in Romanorum solum transgressi, cum initio moderate se gessissent erga Romanos, tandem ad latrocinandum conversi sunt, ac deinde bellum iis intulerunt, nullo prius misso qui bellum indiceret. Quæ cum accepisset Valens, statim Antiochia digressus est. Cumque venisset Constantinopolim, in Thraciam perrexit. Ubi prælio congressus cum barbaris, multisque suorum amissis, contento cursu fugam arripuit. Ultima tandem necessitate oppressus, et ad inopiam consilii redactus, in agresti quadam casa qua fenum conditum erat, una cum paucis qui ipsum sequebantur, sese occultavit. At barbari qui eum persequebantur, tum obvia quæque, tum tugurium illud incenderunt, nihil penitus de imperatore suspicati. Et Valens quidem hunc in modum sublatus est, numerosissima ac fortissima Romani imperii parte simul amissa; barbari vero universam Thraciam absque ullo deinceps metu pervastarunt, duce Fritigerno. Porro Gratianus patruum quidem suum luxit, et Romanorum calamitatem deflevit; Theodosium vero cum imperatorem renuntiasset ad regendum patrui imperium misit. Hic Theodosius patriam habuit Hispaniam, quæ nunc Iberia appellatur; Ibero scilicet fluvio qui per eam fluit, priorem appellationem abolente.

C

ιη'. Ὅτι, τελευτήσαντος Θεοδούλου τοῦ ἀπὸ Χαιρετάπων (τῆς Παλαιστίνης δ' οὗτος ἐπεσκόπει), οἱ ἀμφὶ τὸν Εὐνόμιον Καρτέριον αὐτοῦ χειροτονοῦσι. Τοῦ δὲ θᾶττον τελειωθέντος, Ἰωάννην ἀντικαθιστῶσι· καὶ σὺν αὐτῷ ἀπὸ Κωνσταντινουπόλεως αὐτός τε Εὐνόμιος καὶ Ἀρριανὸς καὶ Εὐφρόνιος ἐπὶ τὴν ἑῴαν ἀφικνοῦνται, ὡς ἐκεῖσε τόν τε Ἰουλιανὸν ἐκ τῆς

18. *Eunomiani episcopi.* — Mortuo Theodulo Chæretapensi, qui Palæstinæ erat episcopus, Eunomius Carterium in ejus locum ordinavit. Qui cum brevi postea ex hac luce migrasset, Joannes in ejus locum subrogatus est. Cum hoc Joanne idem Eunomius et Arrianus atque Euphronius, relicta Constantinopoli, in Orientem profecti sunt, ut et Julianum ex Cilicia

VALESII ANNOTATIONES.

(35*) *Τινὰς τῶν αὐτοῦ νεωτερισάντων.* Gothofredus legisse videtur, τῶν τοῦτο νεωτερισάντων· sic enim vertit: *Sed et quosdam, qui id aggressi fuerant, punivit.* Videtur aliquod mendum hic latere, ac fortasse scribendum est, κατ' αὐτοῦ νεωτερισάντων, etc., nisi αὐτοῦ sumatur adverbialiter pro *illic*, id est, *in Pannonia*.

(36) *Ἔχειν βασιλεύοντα.* Melius scriberetur ἔχειν συμβασιλεύοντα.

(37) *Οὐδεμίαν παρὰ τοῦ βασιλέως.* Scribendum est procul dubio οὐδεμίαν περὶ τοῦ βασιλέως λαβόντες ὑπόνοιαν.

VARIORUM.

(*a*) *Τινας — ἐκολάσατο.* Hoc unus Philostorgius habet. Quare hæc inter alias ejus in Gratianum calumnias censenda est; in quem cæteroquin iniquior fuit ob rationes dictas lib. VIII cap. 8, et lib. X, cap. 5. *Gothofred.* De obitu Valentiniani Senioris vid. Socr. lib. IV, cap. 31, et Soz. lib. VI, cap. 36.

(*b*) *Σκύθαι.* De Scythis seu Gothis ab Hunnis devictis, et ad Romanos confugientibus vid. Socr. lib. IV, cap. 33, 34, Soz. lib. VI, cap. 37; de Valentis adversus eos profectione et interitu, Socr. lib. IV, c. 38; Soz. lib. VI, cap. 39, 40; de Theodosio in consortium imperii a Gratiano ascito Socr. lib. V, cap. 2, Soz. lib. VII, cap. 2.

illuc adducerent, et Theophilum Indum Antiochiæ convenirent, et totius Orientis statum ordinarent.

19. *Theodosius, victis barbaris, Homousianos restituit.* — Theodosius imperator juxta urbem Sirmium congressus cum barbaris : eo enim simul atque imperium accepisset, utilitate publica id exigente, profectus fuerat : victis prælio barbaris exinde Constantinopolitanam urbem cum ingenti pompa ingressus est. Et Homousianis quidem Ecclesiarum curam commisit; Arianos vero et Eunomianos urbe expulit. Ex quorum numero fuit etiam Demophilus : qui cum ejectus fuisset, ad civitatem suam Berrœam se contulit. Hypatius quoque Nicæa expulsus, Cyrum Syriæ ex qua erat oriundus se recepit. Sed et Dorotheus Antiochia ejectus, in Thraciam unde originem ducebat, demigravit. Alii denique in alia dispersi sunt loca.

A Κιλικίας ἄξοντες, καὶ Θεόφιλον τὸν Ἰνδὸν ἐν τῇ Ἀντιοχείᾳ καταληψόμενοι, καὶ τὰ τῆς ἄλλης ἑῴας καταστησόμενοι.

ιθ'. Ὅτι Θεοδόσιος ὁ βασιλεὺς κατὰ Σίρμιον τοῖς βαρβάροις συμβαλὼν (*a*) (ἐκεῖ γὰρ αὐτίκα τοῦ λαβεῖν τὴν ἀρχὴν, τῆς χρείας ἀπαιτούσης, παρεγένετο), καὶ νικήσας μάχῃ, ἐκεῖθεν λαμπρῶς ἐπὶ τὴν Κωνσταντινούπολιν ἄνεισι. Καὶ τοῖς μὲν τὸ ὁμοούσιον φρονοῦσι τῶν ἐκκλησιῶν ἐπιτρέπει τὴν ἐπιμέλειαν· Ἀρειανοὺς δὲ καὶ Εὐνομιανοὺς ἀπελαύνει τῆς πόλεως. Ὧν εἷς ἦν καὶ ὁ Δημόφιλος· ἀπελαθεὶς δὲ, τὴν ἑαυτοῦ πόλιν καταλαμβάνει τὴν Βέρροιαν. Καὶ Ὑπάτιος δὲ τῆς Νικαίας ἀποδιωχθεὶς, πρὸς τὴν γεννησαμένην Κῦρον τὴν ἐν Συρίᾳ παραγίνεται. Ἀλλὰ καὶ Δωρόθεος τῆς Ἀντιοχείας ἀπελαθεὶς, τὴν Θρᾴκην, ὅθεν B ἐγεγόνει, κατέλαβεν. Καὶ ἄλλοι δὲ ἀλλαχόθι διεσπάρησαν.

EX LIBRO DECIMO HISTORIÆ.

1. *Cleri Antiocheni ad Eunomium legatio.* — Dorotheus quidem, uti supra dictum est, Antiochia est expulsus; presbyteri vero ejusdem urbis Asterius et Crispinus, et reliquus clerus, collecto concilio, cui nonnulli etiam ex vicinis episcopis interfuerunt, ad Eunomium eosque qui cum illo erant miserunt, communionem eorum postulantes. Hi vero per litteras responderunt, non alia conditione sese illos suscepturos esse, quam si damnationis sententiam in Aetium ejusque scripta olim latam rescidissent, sed et vitæ eorum emendationem requirebant; qui- C busdam enim haud puris actibus erant contaminati. At illi, tum quidem conditionem oblatam non admiserunt; postea vero eo usque progressi sunt, ut et Eunomium et eos qui cum illo erant, in Ecclesia proscinderent, μετεωρολέσχας eos vocantes, plerosque desperationis ac vesaniæ, eo quod scilicet hujusmodi conditionem ipsis ferre ausi fuissent.

2. *Arii dogmata.* — Arium impietatis ipsorum antesignanum accusat Philostorgius, quod hujus universi Deum ex multis partibus compositum esse dixerit. Ait enim Arium asseruisse, cum non quantus est comprehendi posse, sed in quantum uniuscujusque vis comprehendere valet; eumdem quoque sensisse, Deum neque substantiam esse, neque hypostasin, neque aliud quidquam eorum quæ de illo dicuntur (40); D sed et Ariminensem synodum et Constantinopolitanam

ΕΚ ΤΗΣ ΔΕΚΑΤΗΣ ΙΣΤΟΡΙΑΣ.

α'. Ὅτι Δωρόθεος μὲν, ὡς ἐῤῥήθη, τῆς Ἀντιοχείας ἠλάθη· οἱ δὲ ταύτης πρεσβύτεροι Ἀστέριος καὶ Κρισπῖνος, καὶ τὸ ἄλλο πλήρωμα συνεδριάσαντες, συμπρόντων αὐτοῖς καί τινων τῶν πέριξ πόλεων ἐπισκόπων, πέμπουσι πρὸς τοὺς ἀμφὶ τὸν Εὐνόμιον, τὴν κοινωνίαν αὐτῶν ἐπιζητοῦντες. Οἱ δὲ ἀντιπιστέλλουσι, μὴ ἄλλως αὐτοὺς παραδέξασθαι, εἰ μὴ τὴν ἐπ' Ἀετίῳ καὶ τοῖς αὐτοῦ συγγράμμασι καταχειροτονίαν ἀποψηφίσωνται· ἔτι δὲ καὶ διακάθαρσιν (38) ἀπῄτουν τοῦ βίου· συνεφύροντο γὰρ καί τισιν οὐ καθαροῖς διαιτήμασιν. Οἱ δὲ τότε μὲν τὴν πρόκλησιν οὐ προσήκαντο (39)· χρόνῳ δ' ὕστερον καὶ εἰς τὸ κακίζειν ἐπ' ἐκκλησίας τόν τε Εὐνόμιον καὶ τοὺς σὺν αὐτῷ προελθόντας, μετεωρολέσχας αὐτοὺς καλοῦντες, καὶ πλήρεις ἀπονοίας καὶ σκαιότητος, ἀνθ' ὧν αὐτοῖς τοιαῦτα προτείνειν ἔγνωσαν.

β'. Ὅτι τὸν ἀρχηγὸν αὐτῶν τῆς ἀσεβείας Ἄρειον ὁ συγγραφεὺς διαβάλλει, ὡς πολυμερῆ καὶ πολυσύνθετον λέγοντα τὸν Θεὸν τῶν ὅλων. Οὐ γὰρ ὅσον ἐστὶν ὁ Θεὸς καταλαμβάνεσθαι, κηρύσσειν, ἀλλ' ὅσον ἡ ἑκάστου δύναμις πρὸς κατάληψιν ἐῤῥωται· καὶ μήτε δὲ οὐσίαν αὐτὸν εἶναι δογματίζειν, μήτε ὑπόστασιν, μήτε ἄλλο μηδὲν ὧν ὀνομάζεται· καὶ τὴν ἐν Ἀριμίνῳ δὲ σύνοδον καὶ τὴν ἐν Κωνσταντινουπόλει τὰ αὐτὰ δοξάζειν, ἥτις τὴν τοῦ Μονογενοῦς γέννησιν

VALESII ANNOTATIONES.

(38) *Διακάθαρσιν.* In manuscripto codice Bocharti legitur distinctis vocibus, διὰ κάθαρσιν. Unde quis suspicari possit scribendum esse, ἰδίᾳ κάθαρσιν ἀπῄτουν τοῦ βίου.

(39) *Τὴν πρόκλησιν οὐ προσήκαντο.* Laudo versionem Gothofredi, qui sic interpretatur hunc locum : *Conditionem non admiserunt.* Vide, si placet, quæ de hac voce notavi ad librum nonum hujus *Historiæ*.

(40) Soz. lib. IV, cap. 24.

VARIORUM.

(*a*) *Κατὰ Σίρμιον τοῖς βαρβάροις συμβαλών.* Errat hic Philostorgius. Nam Theodosius Sirmii quidem imperator factus fuit, at idem in Macedonia constitutus Thessalonicæ Gothos devicit. Illud recte Philostorgius cum cæteris, quod Theodosii de Gothis victoriam ad tempus refert, quo jam imperator renuntiatus erat. Male enim Theodoritus, qui lib. V, cap. 5, ante ejus imperium id factum memorat. Profligatis barbaris venit Theodosius Constantinopolim, statimque Ecclesias restituit Homousianis, sub finem anni 380, inquit *Jac. Gothofredus in locum.*

ἀγνωστοτάτην πᾶσιν ἀπέφηνε, τῶν γινομένων μόνην (41) τὴν γνῶσιν αὐτῆς περιστείλασα. Αὕτη δ' ἦν ἡ καταδικασαμένη καὶ τὸν Ἀέτιον.

γ'. Ὅτι οἱ ἐξ Ἀρείου τὴν πρὸς τὸν Πατέρα τοῦ Μονογενοῦς ὁμοιότητα εἰς πολλὰς αἱρέσεις διεσχίσαντο. Οἱ μὲν γὰρ κατὰ τὸ προγινώσκειν ἑκάτερον ἔφασαν· οἱ δὲ τὸ τὴν φύσιν Θεός· ἄλλοι δὲ διότι ἐκ μὴ ὄντων ἑκάτερος αὐτῶν πέφυκε δημιουργεῖν. Ἀλλὰ ταῦτα, φησὶ, κἂν διαφέρειν δοκῇ, εἰς ἓν καταλήγει, τὸ ὁξάζειν ὁμοούσιον(42) τὸν Υἱὸν τῷ Πατρί. Τούτους δέ φησι μετὰ τὸ κατατμηθῆναι ταῖς ὁξαις, καὶ εἰς πολλὴν ἄλλην ἀσχημοσύνην ἐκδιαιτηθῆναί φησι· χρημάτων τε τὰς ἱερωσύνας (*a*) καὶ διδόντας καὶ λαμβάνοντας, καὶ τὰς ὑπευθύνους καὶ σωματικὰς ἡδονὰς μεταδιώκοντας.

δ'. Ὅτι, φησὶν, οἱ περὶ Εὐνόμιον τοσοῦτον τῶν εἰρημένων αἱρέσεων ἀπεκρίθησαν, ὡς μήτε βάπτισμα αὐτῶν, μήτε χειροτονίαν προσίεσθαι. Ἐβάπτιζον δὲ οἱ περὶ Εὐνόμιον οὐκ εἰς τρεῖς καταδύσεις, ἀλλ' εἰς μίαν, εἰς τὸν θάνατον, ὡς ἔφασκον, τοῦ Κυρίου βαπτίζοντες· ὃν ἅπαξ μὲν, ἀλλ' οὐχὶ δὶς ἢ τρὶς ὑπὲρ ἡμῶν ἀνεδέξατο.

ε'. Ὅτι, φησὶν, ὁ βασιλεὺς Θεοδόσιος Ἀρκάδιον τὸν υἱὸν, νέον ὄντα κομιδῇ, τὸ τῆς βασιλείας ἀξίωμα παρατίθεται (43). Καὶ μετ' οὐ πολὺ Γρατιανὸς (*b*) ὁ βασιλεὺς περὶ τὰς ἄνω Γαλατίας τῇ τοῦ τυράννου Μαξίμου συσκευῇ ἀναιρεῖται. Πολλὰς δὲ καὶ διαβολὰς ὁ συγγραφεὺς κατὰ Γρατιανοῦ ἀναπλάττει, ὡς καὶ τῷ Νέρωνι παρεικάζειν αὐτόν· οὐ γὰρ ἤρεσεν (44) αὐτῷ, ὡς ἔοικε, τῆς ἐκείνου πίστεως τὸ ὀρθόδοξον.

ς'. Ὅτι Θεοδόσιος ὁ βασιλεὺς, εὑρών τινας τῶν ἐν τῷ κοιτῶνι αὐτοῦ τὰ Εὐνομίου στέργοντας, τούτους μὲν τοῦ παλατίου ἠλαύνει· τὸν δὲ Εὐνόμιον ἐκ τῆς Καλχηδόνος τὴν ταχίστην τοὺς ἁρπασαμένους ἐκπέμπει (45), καὶ πρὸς τὴν Ἀλμυρίδα (46) φυγάδα

A eadem asserere, quæ unigeniti generationem omnibus ignotissimam esse definivit, ei soli qui generavit, cognitionem ejus generationis attribuens. Hæc est autem ipsa synodus quæ Aetium condemnavit.

3. *Arianorum sectæ.* Ariani similitudinem Unigeniti cum Patre, in varias sententias distraxerunt. Alii enim eam constituerunt in eo, quod uterque præscientiam habeat futurorum; alii in eo, quod uterque natura est Deus; nonnulli vero in eo, quod uterque creare potest ex nihilo. Verum hæc, inquit Philostorgius, licet differre inter se videantur, in unum tamen idemque recidunt, ut scilicet Filium Patri ὁμοούσιον prædicent. Hos porro ait Philostorgius, postquam in varias sententias discissi fuissent,

B multa quoque alia indecora ac turpia perpetrasse: quippe qui sacerdotia pretio emerint ac vendiderint, et flagitiosas corporis voluptates consectati sint.

4. *Eunomianorum baptismus.* — Eunomiani, ut scribit Philostorgius, ab hæresibus supra memoratis tantopere abhorruerunt, ut nec baptismum earum, nec ordinationem admitterent. (47) Baptizabant porro Eunomiani, non trina mersione, sed unica, in mortem Domini, sicut aiebant, baptizantes: quam ille semel tantum, non autem bis terve sustinuit pro nobis.

5. *Gratiani cædes.* — Theodosius imperator Arcadium filium suum admodum puerum imperiali dignitate ornavit. Nec multo post Gratianus imperator in

C Galliis Maximi tyranni fraude perimitur. Multas porro calumnias adversus Gratianum confingit Philostorgius, adeo ut Neroni eum comparet. Neque enim placebat Philostorgio rectæ fidei doctrina, quam Gratianus profitebatur.

6. *Eunomius in varia loca relegatus.* — Theodosius imperator cum quosdam cubicularios suos Eunomii doctrinam sequi deprehendisset, eos quidem palatio ejecit. Ipsum vero Eunomium statim ex Chalcedonensi urbe abripiendum curavit, et Halmyridem

VALESII ANNOTATIONES.

(41) *Τῶν γινομένων μόνην.* Ad hæc verba Lucas Holstenius in suo codice hæc annotarat: legendum τῷ γεννήσαντι μόνῳ. Sic enim formula Ariminensis apud Theodoretum in *Hist. eccles.* lib. II, cap. 21: Οὗ τὴν γέννησιν οὐδεὶς οἶδε, εἰ μὴ μόνος ὁ γεννήσας αὐτὸν Πατήρ. Et apud Hieronymum *Contra Lucifer.* *Cujus nativitatem nullus novit, nisi solus qui eum genuit Pater.* Sed scripturæ huic inhærendo legendum est, τῷ γειναμένῳ μόνῳ. In ms. Scoriacensi, non τῶν, sed τῷ expresse legitur, cujus doctissimi viri sententiæ libens subscribo.

(42) *Τὸ ὁξάζειν ὁμοούσιον.* Non dubito quin Philostorgius scripserit ὁμοιούσιον· neque enim Ariani consubstantiale unquam admiserunt. Porro in hoc capite Gothofredum nihil vidisse, ex ejus annotationibus perspicue apparet.

(43) *Ἀξίωμα παρατίθεται.* Scribendum est procul dubio περιτίθεται. Quo modo etiam in margine codicis Bochartiani scriptum inveni eadem manu: ἴσως περιτίθεται.

D (44) *Οὐ γὰρ ἤρεσεν.* Holstenius ad latus sui codicis adnotavit: lego ἤρεσεν. In manuscripto autem codice Samuelis Bocharti ita scriptum est in margine; *malim* ἤρεσκεν.

(45) *Τοὺς ἁρπασαμένους ἐκπέμπει.* Scribendum est procul dubio ἁρπασομένους. Sed hic solemnis est error librariorum, ut sciunt qui mss. evolverunt.

(46) *Πρὸς τὴν Ἀλμυρίδα.* Hujus urbis meminit Hierocles in συνεκδήμῳ, quem olim manuscriptum vidi in *Bibliotheca* doctissimi viri Jacobi Sirmondi. Ἐπαρχία Σκυθίας ὑφ' ἡγεμόνα πόλεις ιδ'. Τόμις, etc. Ultima urbs nominatur Ἀλμυρίς. Citatur hic Hieroclis

(47) Soz. pag. 252, n. *a*.

VARIORUM.

(*a*) *Χρημάτων τε τας ἱερωσύνας.* Quod ordinationum nundinationem attinet, jam olim quoque Athanasius id de Arianis prædicavit. *Epistola ad Orthodoxos*; et *Epistola ad solitariam vitam agentes.*

(*b*) *Ἀρκάδιον — Γρατιανός.* Arcadius renuntiatus est Augustus anno Chr. 383. Socr. pag. 272, n. b. Occisus est Gratianus eodem anno. Socr. pag. 277, n. b.

relegari jussit. (48) Est autem Halmyris locus in Mœsia, ad Danubium situs. Verum Halmyris quidem a barbaris Danubium glacie constrictum transgressis, brevi post capta est; Eunomius vero inde Cæsaream Cappadociæ relegatur. Sed cum invisus esset Cæsariensibus, eo quod adversus Basilium ipsorum episcopum libros olim conscripserat, permissum est ei ut in agris suis degeret; qui Dacoroeni vocabantur. Cæterum hoc loco Philostorgius scribit, se viginti annos natum cum venisset Constantinopolim, Eunomium vidisse; eum vero divinis laudibus extollit, et prudentiam ejus et virtutem incomparabilem fuisse affirmans. Sed et oris formam et reliqua corporis membra plena decoris ac venustatis describit; sermones quoque qui ex ejus ore profluebant, margaritis comparat; quamvis paulo post balbum illum fuisse vel invitus fateatur. Nec illum pudet, balbutiem ad summam gratiam atque elegantiam extollere. Ad hæc vitiliginem quæ faciem ejus quasi notis quibusdam ac vibicibus distinxerat, ornamentum quoddam corpori attulisse asserit. Porro, etsi libros ejus omnes divinis efferat laudibus, epistolas tamen reliquis ejusdem operibus multum præstare affirmat.

7. *Galla Aug.* — Mortua Placidia conjuge, Theodosius imperator uxorem duxit Gallam, sororem quidem Valentiniani junioris, filiam vero magni Valentiniani et Justinæ Augustæ (49). Porro hæc Justina Arianam hæresim sequebatur. Ex Galla Theodosius filiam suscepit, nomine Placidiam.

A ποιεῖν ἐγκελεύεται. Τὸ δὲ χωρίον τῆς ἐν Εὐρώπῃ Μυσίας ἐστὶν, ἐν χώρᾳ τοῦ Ἴστρου διακείμενον. Ἀλλ' ἡ μὲν Ἀλμυρὶς, κρυσταλλωθέντος τοῦ Ἴστρου, ὑπὸ τῶν διαβάντων αὐτὸν βαρβάρων ἁλίσκεται· ὁ δὲ Εὐνόμιος ἐκεῖθεν εἰς Καισάρειαν τῆς Καππαδοκίας ὑπερορίζεται. Μισητὸς ὢν τοῖς ἐκεῖσε, διότι λόγους κατὰ Βασιλείου τοῦ ταύτης ἐπισκόπου συνετάξατο. Ἐκεῖθεν δὲ εἰς τοὺς ἑαυτοῦ διάγειν ἀγροὺς ἀφείθη· Δακοροηνοὶ (50) δὲ τοῖς ἀγροῖς τὸ ὄνομα. Ἐνταῦθα δὲ αὐτόν φησι καὶ Φιλοστόργιος εἰκοστὸν ἔτος ἄγων, ἐν Κωνσταντινουπόλει παραγεγονὼς, θεάσασθαι, ὑπερθειάζων τὸν Εὐνόμιον· τήν τε σύνεσιν λέγων αὐτὸν εἶναι καὶ τὴν ἀρετὴν ἀπαράβλητον. Ἀλλὰ καὶ τοῦ προσώπου τὸ σχῆμα καὶ τὰ μέρη εἰς τὸ εὐπρεπέστατον τοῖς λόγοις ἐξωραΐζει· καὶ τοὺς ἐκ τοῦ B στόματος λόγους μαργαρίσιν ἐοικέναι· καίτοι πρόῤῥην τραυλὴν αὐτοῦ τὴν γλῶτταν καὶ μὴ θέλων συνομολογεῖ. Οὐδὲ τὴν τραυλότητα ἀπαισχυνθεὶς (51) εἰς πολλὴν ἀποσεμνύνειν γλαφυρότητα. Ἀλλὰ καὶ τοὺς ἀλφοὺς (52) οἳ τὸ πρόσωπον αὐτοῦ κατεμάστιζόν τε καὶ κατέστιζον, κόσμον ἐμποιεῖν τῷ σώματι διατείνεται. Τοὺς δὲ λόγους αὐτοῦ πάντας ἀποθειάζων, διαφέρειν τῶν ἄλλων ἐπὶ μᾶλλον λέγει τὰς ἐπιστολάς.

Ζ. Ὅτι Πλακιδίας (53) ἀποδιούσης, ὁ βασιλεὺς Θεοδόσιος ὁ ταύτης ἀνὴρ Γάλλαν ἄγεται γυναῖκα, ἀδελφὴν μὲν τοῦ νεωτέρου Οὐαλεντινιανοῦ τοῦ βασιλέως, θυγατέρα δὲ τοῦ μεγάλου, ἣν αὐτῷ Ἰουστῖνα ἐγείνατο. Αὕτη δὲ τὰ Ἀρείου ἔστεργεν. Ἐξ αὐτῆς δὲ τῷ Θεοδοσίῳ καὶ ἡ θυγάτηρ Πλακιδία τίκτεται.

VALESII ANNOTATIONES.

roclis locus a Constantino Porphyrogenito, in libro II *De thematibus;* sed corrupte; nam provincia Mœsia pro Scythia illic scribitur. Ejusdem urbis mentionem facit Stephanus Byzantius : Κορκυρὶς, inquit, πόλις Αἰγύπτου· ὡς Ἀργυρὶς, Ἀλμυρίς. Cæterum assentior Morello, qui in Annotationibus ad dictum locum Constantini Porphyrogeniti, Ἀλμυρίδα eamdem esse dicit cum Salmuride, cujus mentio fit in *Itinerario* Antonini. Certe ut Latini Sexantapristin dicunt, quam Græci Ἑξανταπρίστιν, et Salmydessum pro Ἀλμυδέσσῳ· sic etiam Salmuridem dixere, quam Græci Ἀλμυρίδα. Solent enim Latinis ponere pro aspiratione in nominibus quæ sunt Græcæ originis, quod multis exemplis demonstrari potest. Neminem porro turbare debet, quod Philostorgius Salmuridem Mœsiæ attribuit, quam Hierocles ponit in Scythia. Id enim factum est ob vicinam harum provinciarum.

(48) Socr. lib. v, cap. 20; Soz. VII, cap. 17.

(49) Theodorit. lib. v, c. 19.

(50) *Δακοροηνοί.* In manuscripto exemplari Samuelis Bocharti scriptum est Δακοροννοί. Apud Nicephorum vero Δακορηνοί. Cæterum non assentior Gothofredo, qui in Annotationibus ad hunc locum scribit Philostorgium, dum Constantinopolim proficisceretur, vidisse Eunomium in agro Dacoreno, juxta Cæsaream Cappadociæ. Atqui non hoc dicit Philostorgius; sed se annum agentem vicesimum, cum venisset Constantinopolim, vidisse Eunomium, in supra dicta scilicet urbe Constantinopoli; nam cum Salmuridem urbem cepissent barbari, illinc extractus Eunomius, per Constantinopolim transiit, ut Cæsaream in exsilium duceretur. Illic ergo Eunomius dum transiret, videri potuit a Philostorgio.

(51) *Οὐδὲ τὴν τραυλότητα ἀπαισχυνθείς.* In C ms. codice Samuelis Bocharti scriptum inveni, ἀπασχυνθείς, longe rectius, meo quidem judicio. Porro interpretationem Gothofredi Holstenius in suo codice ita correxit : *Neque balbutiem eam sermonis elegantia cohonestare eum pudeat.*

(52) *Ἀλλὰ καὶ τοὺς ἀλφούς.* Eunomium leprosum fuisse, his verbis indicat Philostorgius. Ἀλφὸς enim lepram significat, ut docet Auctor Etymologici, in voce ἀλφός. Certe Rufinus Eunomium leprosum fuisse diserte testatur in libro decimo cap. 25 : *Vir corpore et anima leprosus, et interius exteriusque morbo regio corruptus.* Idem quoque de Eunomio scribit Gregorius Nyssenus in libro I, contra Eunomium, pagina 307 his verbis : Ὁ εἰσδύνων εἰς τὰς οἰκίας αὐτόκλητος, οὐδὲ τὴν ἐκ τοῦ πάθους ἀηδίαν τῇ καθ' ἑαυτὴν διαγωγῇ περιστέλλων, οὐδὲ τὴν φυσικὴν τῶν ὑγιαινόντων πρὸς τοὺς τοιούτους ἀποστροφὴν λογιζόμενος. Et hæc quidem de Eunomii lepra jamdudum a me observata sunt in Annotationibus Eu- D sebianis. Nunc ad vocem ἀλφούς redeamus, quam Latini fere vitiliginem interpretantur. Glossæ veteres vituliginem vocant : sic enim habent. Vituligo ἀλφός, ἀλωπεκία. Inquirendum itaque est, utrum vituligo rectius scribatur, quam vitiligo. Neque enim vitiligo formari potest a vitio. An igitur vituligo dicta esse videtur a vitulis, eo quod leprosi vitulinæ carnis albedinem referant? Certe ut Ophiasis, Alopecia, et Elephantiasis, quæ sunt leprarum species, ab animalibus nominatæ sunt, ita et vituligo nominari potuit a vitulis.

(53) *Ὅτι Πλακιδίας.* Scribendum est procul dubio, Πλακίλλας, vel potius Φλακίλλας. Sic enim dicta est uxor Theodosii, ut docent nummi veteres, et Greg. Nyssenus.

η'. Ὅτι Θεοδόσιος κατὰ Θεσσαλονίκην τῷ Οὐαλεν- A
τινιανῷ συναφθεὶς, στρατεύει κατὰ Μαξίμου τοῦ τυ-
ράννου. Καὶ γὰρ ὁ τύραννος, τὴν Γρατιανοῦ κατέχων
ἀρχὴν, διενοεῖτο προσλαβεῖν καὶ τὴν Οὐαλεντινιανοῦ.
Ἐκπέμπουσι δὲ οἱ βασιλεῖς κατ' αὐτοῦ Τιμάσιον, καὶ
Ῥυχόμηριν, καὶ Πρόμοτον, καὶ Ἀρβογάστην, τοὺς
στρατηγούς. Οἱ δὲ παραστάντες αὐτὸν ἐξαπιναίως (54)
τοῦ τε θρόνου κατασπῶσι, καὶ τῶν τῆς βασιλείας
ἐπισήμων ἀποδύουσι, καὶ τοῖς βασιλεῦσι κατὰ ἰδιώ-
την προσάγουσι· κἀνταῦθα Μάξιμος τῆς κεφαλῆς
ἀποτέμνεται, τυραννήσας πέντε τὰ σύμπαντα ἔτη.

8. *Maximus tyrannus.* — Theodosius apud Thessalonicam copiis suis cum Valentiniano conjunctis, contra Maximum tyrannum profectus est. Maximus enim cum Gratiani imperium occupasset, Valentiniani quoque ditionem sibi adjungere conabatur. (58) Mittunt igitur imperatores contra tyrannum, magistros militum Timasium et Richomerem; Promotum item et Arbogastem. Qui cum ex improviso supervenissent, eum repente ex solio deturbant, et imperii insignibus exuunt, ac privato habitu indutum imperatoribus obtulerunt; tunc Maximus capite truncatus est, cum per annos quinque tyrannidem exercuisset.

θ'. Ὅτι μετὰ τὴν κατὰ Μαξίμου νίκην, καὶ τὴν ἐπὶ
Ῥώμην ἐπάνοδον (*a*), ἐξελαύνειν αὐτῆς μέλλοντος
τοῦ βασιλέως, ἀστὴρ κατὰ τὸν οὐρανὸν ὤφθη παράδο- B
ξος καὶ ἀήθης· μεγάλων δὲ ἄρα κακῶν ἄγγελος τῇ
οἰκουμένῃ γενήσεσθαι ἔμελλεν. Ἐξέλαμψε δὲ πρῶτον
κατὰ μέσας νύκτας πλησίον τοῦ ἑωσφόρου, κατ' αὐτὸν
δὴ τὸν καλούμενον Ζωδιακὸν κύκλον, μέγας δὲ καὶ
ἐκφεγγὴς ταῖς μαρμαρυγαῖς, οὐ πολλῷ τοῦ ἑωσφόρου
λειπόμενος. Ἔπειτα συνδρομὴ πανταχόθεν ἀστέρων
ἐπ' αὐτὸν ἀθροιζομένων ἐγίνετο· εἰκάσαις ἂν σμήνῃ (55)
μελιττῶν παρὰ τὸν ἡγούμενον σφαιρουμένων τὸ θέαμα·
κἀντεῦθεν οἱονεὶ τῆς πρὸς ἀλλήλους συνελίψεως (56)
βιασαμένης, τὸ τῶν ἁπάντων φῶς εἰς μίαν τινὰ
συγκραθὲν ἀνέλαμπε φλόγα. Καὶ μαχαίρας ἄντικρυς
ἀμφήκους (57) μεγάλης καὶ φοβερᾶς ἀπετέλεσαν εἶ-
δος, πληκτικῆς ἐξαυγαζομένης, τῶν μὲν ἄλλων ἁπάν-
των ἀστέρων εἰς τοῦτο μεταπεσόντων, τῆς θέας·
ἑνὸς δὲ καὶ μόνου τοῦ πρώτου θεωρηθέντος, ἐν τάξει C
ῥίζης τινὸς ἢ λαβὶς (*b*) τῷ παντὶ σχήματι ὑποφαινο-
μένου, καὶ οἷον τὸ πᾶν τοῦ δειχθέντος ἀστέρος ἀπο-
τίκτοντος σέλας· ὡς ἂν ἐκ λύχνου τινὸς θρυαλλίδος
τῆς φλογὸς πρὸς ὕψος ἐξαιρομένης· τὸ μὲν φανὲν
οὕτω παράδοξον παρεῖχε τὴν θέαν. Καὶ ἡ κίνησις δὲ
πρὸς πάντα παρήλλαττεν ἀστέρος δρόμον· τὴν γὰρ
ἀρχὴν ὄθεν εἴρηται φανῆναι, καὶ τῆς κινήσεως ποιη-
σάμενος, συνανίσχετο μὲν τὰ πρῶτα τῷ ἑωσφόρῳ,
καὶ συγκατεδύετο. Ἔπειτα δὲ, κατ' ὀλίγον διιστά-
μενος, ἐπὶ τὰς ἄρκτους ἀνῄει σχολῇ τε καὶ βάδην
κινούμενος, καὶ ἐγκαρσίως, ὡς ἐπ' ἀριστερᾶς πρὸς

9. *Sidus novum.* — Post victoriam de Maximo relatam, et post adventum Theodosii in urbem Romam, cum imperator illinc digressurus esset, sidus quoddam novum atque inusitatum in cœlo visum est: quod quidem maximas calamitates orbi terrarum nuntiabat. Apparuit vero primum media nocte, juxta luciferum, in ipso circulo qui Zodiacus dicitur; magnum porro erat ac splendidum id sidus, nec multo inferius lucifero. Postea vero concursus astrorum undique ad illud factus est: instar apum examinis quæ circa regem suum in orbem densantur; exinde, veluti mutua collisione cogente, omnium astrorum lux in unam flammam commista effulsit, et ancipitis gladii, magni ac terribilis figuram expressit. Et ex aliis quidem sideribus quæ in illud astrum conflata erant, lux emicans, ensis speciem præferebat; unus vero ille qui primus apparuerat, instar capuli supradictæ figuræ videbatur, aut instar radicis cujusdam quæ universam apparentis astri lucem ex se gignebat; flamma, velut ex ellychnio cujusdam lucernæ, sursum provolante: et astrum quidem quod tunc apparuit, adeo novum atque admirabile spectaculum præbuit. Motus vero a reliquo stellarum cursu longe diversus fuit; nam cum inde unde diximus, apparere ac moveri cœpisset, initio quidem oriebatur et occidebat una cum lucifero. Postea vero paulatim recedens, ad septentrionem ascendebat, sensim ac lente progrediens, et oblique tanquam ad lævam, respectu quidem intuentium,

VALESII ANNOTATIONES.

(54) *Παραστάντες αὐτὸν ἐξαπίναιαν.* Rectius in manuscriptis codicibus scribitur ἐξαπιναίως. Sed præterea corrigendus videtur locus hoc modo, οἱ δὲ ἐπιστάντες αὐτῷ ἐξαπιναίως, etc. Καὶ τῶν τῆς βασιλείας παρασήμων ἀποδύουσι. D

(55) *Εἰκάσας ἂν σμήνῃ.* Rectius in manuscriptis codicibus Scoriacensi et Bochartiano scribitur, εἰκάσαις, sed et σμήνει scribendum est pro σμήνῃ, et περὶ τὸν ἡγούμενον, non παρά, ut edidit Gothofredus.

(56) *Συνελίψεως.* Holstenius ad latus sui cod. annotavit legendum esse συνθλίψεως, quomodo etiam in margine codicis Bochartiani adnotatum inveni.

(57) *Καὶ μαχαίρας ἄντικρυς ἀμφήκας.* Jam pridem conjeceram scribendum esse ἀμφήκους. Postea vero manuscriptum Bocharti codicem nactus, ita prorsus in eo scriptum inveni, uti conjeceram. Est autem ἀμφήκης μάχαιρα, ἡ ἑκατέρωθεν ἠκονημένη, id est, *utrinque acuta*, ut exposuit Suidas in voce ἀμφήκης. At Lucas Holstenius ad latus sui codicis emendat ἄμφηκος ex codice Scoriacensi, ut opinor. Verum hæc scriptura tolerari non potest.

(58) Theodorit. lib. v, cap. 12, 15.

VARIORUM.

(*a*) *Τὴν ἐπὶ Ῥώμην ἐπάνοδον.* De hoc Theodosii adventu in urbem Romam vid. Socr. lib. v, cap. 14; Soz. lib. VII, cap. 14. De sidere novo, Philostorg. infra, cap. 11, et lib. II, cap. 7. Id ad consulatum Timasii et Promoti (qui fuit annus Chr. 589) referunt Marcellinus in *Chronico*, *Fasti Idaciani*, et *Chronicon Alexandrinum*. *Gothofred.*

(*b*) *Ἡ λαβίς.* Legendum videtur ἢ λαβίδος. *W. Lowth.*

proprium cursum instituens; communem vero circuitionem eamdem habuit quam reliquæ stellæ juxta quas ambulabat. Cæterum cum proprium cursum quadraginta dierum spatio complevisset, in mediam majorem ursam se conjecit; et in ipso ejus meditullio postremum visum, ibidem exstinctum est. Neque vero hoc solum, sed multa quoque alia admiranda de hoc sidere gladii speciem referente scribit Philostorgius.

10. Ait Philostorgius, se quoque contra Porphyrium scripsisse pro Christianis.

11. *Homines portentosi.* — Eodem tempore quo sidus illud ensiferum apparuit, visa sunt etiam duo corpora humana, alterum quidem in Syria, humanæ staturæ proceritatem multum excedens; alterum vero in Ægypto incredibilis brevitatis. Syrus quidem statura erat quinque cubitorum altitudinis, adjecto insuper palmo, quamvis pedes reliquæ totius corporis proceritati minime responderent; sed introrsum retorti varique essent: nomen huic erat Antonio. Ægyptius vero in tantam contractus erat brevitatem, ut inclusas in caveis perdices non invenuste imitaretur, utque perdices cum illo ad rixam usque colluderent. Quod vero admirabilius est, inerat ei prudentia, brevitate corporis nullatenus imminuta; nam neque voce erat rudi, et sermones vim intelligendi qua præstabat, satis declarabant. Uterque porro eorum hominum vixit temporibus Philostorgii, nec ita cito ex hac luce migravit. Nam procerus quidem ille, post annum ætatis quintum ac vicesimum abiit e vita, minimus alter, ab hoc vitæ spatio non multum abfuit. Multa quoque alia prodigia hoc loco refert Philostorgius, quæ vel iisdem temporibus quibus supra memorata prodigia, vel superiori memoria acciderant.

12. *Eudoxius jejunator.* — (59) Jejunium quartæ et sextæ feriæ, non in sola carnium abstinentia positum esse ait Philostorgius, sed canonibus definitum esse, ne quidquam omnino cibi ad vesperam usque sumatur. Nam de Eudoxio quodam ejusdem hæresis sectatore, qui gradu quidem presbyter erat, orbatus autem genitalibus, ita scribit: adeo Autem jejunandi studiosus fuit, ut toto vitæ tempore non modo eos dies qui ex præcepto memoriam passionis Dominicæ servant. . . . .

τοὺς θεωμένους εἰπεῖν, τὴν ἰδίαν πορείαν ποιούμενος· τὴν μέντοιγε κοινὴν περίοδον τὴν αὐτὴν εἶχε τοῖς ἄλλοις καθ' οὓς ἂν γένοιτο πορευόμενος. Ἐπὶ τεσσαράκοντα δὲ ἡμέρας τῆς ἰδίας αὐτοῦ πορείας ἐπιτελουμένης, εἰς μέσην τὴν μεγάλην ἄρκτον ἐνέβαλε, κἀν τῷ μεσαιτάτῳ αὐτῆς τὰ τελευταῖα φανεὶς αὐτοῦ που ἀπέσβη. Οὐ ταῦτα δὲ μόνον, ἀλλὰ καὶ ἄλλα πολλὰ παράδοξα περὶ τοῦ ξιφοειδοῦς τούτου δίειρεν ἀστέρος (60).

ι'. Ὅτι κατὰ Πορφυρίου φησὶ καὶ οὗτος ὁ συγγραφεὺς ὑπὲρ Χριστιανῶν ἀγῶνας καταθέσθαι.

ια'. Ὅτι καθ' οὓς χρόνους ὁ μαχαιροφόρος ἀστὴρ ἐφάνη, καὶ σώματα ἀνθρώπων ὤφθη δύο· ἓν μὲν ἐν τῇ Συρίᾳ, τὴν ἀνθρωπίνην φύσιν εἰς μέγεθος ἐκβαῖνον· θάτερον δὲ ἐν Αἰγύπτῳ, εἰς ἄπιστον βραχύτητα καταλῆγον. Ὁ μὲν οὖν Σύρος πεντάπηχυς ἦν τὸ μέγεθος καὶ σπιθαμὴν ἔφερε προσθήκην, καίτοι τῶν ποδῶν αὐτοῦ πρὸς τὸ ἄλλο τοῦ σώματος μὴ συνομολογούντων τὸ ὕψος· ἀλλ' εἶσω καὶ πρὸς τὸ βλαισὸν (61) ὑποκαμπτομένων· Ἀντώνιος ἦν τῷ ἀνθρώπῳ τὸ ὄνομα. Ὁ δὲ Αἰγύπτιος οὕτω κατεβραχύνετο, ὥστε μηδ' ἀχαρίστως (62) τοὺς ἐν τοῖς κλουβοῖς πέρδικας ἐκμιμεῖσθαι, καὶ συναθύρειν αὐτῷ πρὸς ἔριν ἐκείνους. Τὸ δὲ παραδοξότερον, ὅτι καὶ ἡ φρόνησις ἐνῆν τῷ ἀνθρώπῳ, οὐδὲν ὑπὸ τῆς βραχύτητος καταβλαπτομένη· καὶ γὰρ καὶ τὸ φθέγμα οὐκ ἄμουσος ἦν, καὶ οἱ λόγῳ τοῦ νοῦ παρεῖχον ὁρᾶσθαι τὴν γενναιότητα. Ἑκάτερος δὲ τῶν εἰρημένων τοῖς τοῦ συγγραφέως χρόνοις ἐνήκμασε, καὶ οὐ θᾶττον μετῆλθε τὸν βίον. Ὁ μὲν γὰρ μέγιστος τὰ εἴκοσι πέντε διεξιὼν ἔτη ἀπεβίω· ὁ δ' ἐλάχιστος οὐκ ὀλίγῳ καὶ τούτων λειπόμενος. Πολλὰ δὲ καὶ ἕτερα τέρατα, τὰ μὲν τοῖς εἰρημένοις ὁμόχρονα, τὰ δὲ καὶ προγεγενημένα, ταῖς ἱστορίαις αὐτοῦ καταστρώννυσιν.

ιβ'. Ὅτι τῆς τετράδος καὶ παρασκευῆς τὴν νηστείαν ὁ Φιλοστόργιός φησιν οὐκ ἐν μόνῃ τῶν κρεῶν ἀποχῇ περιορίζεσθαι, ἀλλὰ καὶ τὸ μηδὲ τροφῆς ὅλως ἅπτεσθαι μέχρι τῆς ἑσπέρας, κανονίζεσθαι. Λέγει γὰρ περί τινος Εὐδοξίου, συναιρεσιώτου μὲν, πρεσβυτέρου δὲ τὴν τάξιν, ἐψιλωμένου δὲ τῶν δι' ὧν (63) ἡ διαδοχὴ τοῦ γένους, τοιάδε· Νηστευτικός τε οὕτως ἦν, ὡς καὶ παρ' ὅλον μὲν τὸν χρόνον μὴ μόνον τὰς κατὰ διάταξιν τὴν μνήμην τοῦ Κυριακοῦ πάθους φερούσας (64). . . .

VALESII ANNOTATIONES.

(59) Socr. pag. 295, n. *b*.

(60) *Παρὰ τοῦ ξιφοειδοῦς δίειρειν ἀστέρος.* Scribendum est procul dubio περὶ τοῦ, quod miror ab Holstenio animadversum non fuisse. Δίειρειν positum est pro διέξειρειν.

(61) *Ἀλλ' εἶσω καὶ πρὸς τὸ βλ....* Hunc locum ex manuscriptis codicibus Scoriacensi et Bochartiano supplevimus hoc modo: πρὸς τὸ βλαισὸν ὑποκαμπτομένων. Glossæ veteres Græco-Latinæ hanc vocem ita interpretantur, βλαισήπους, scaurus. In aliis glossis Latino-Græcis valgus exponitur βλαισός.

(62) *Μηδ' ἀχαρίστους.* In manuscripto codice Samuelis Bocharti, ad marginem ascriptum est eadem manu, ἴσως ἀχαρίστως. Ita quoque Holstenius legendum esse adnotavit ad latus sui codicis.

(63) *Ἐψιλωμένου δὲ τῶν διῶν.* Hunc locum ex manuscriptis codicibus emendavi, hoc modo: Τῶν δι' ὧν ἡ διαδοχὴ τοῦ γένους· id est, *qui orbatus erat iis corporis partibus, quibus liberi procreantur.* Quibus verbis spado, sive eunuchus designatur. Miror tamen Lucam Holstenium hæc verba non intellexisse. Sic enim ille hunc locum interpretatus est: *Orbatus cognatis, et successione generis.*

(64) *Τοῦ Κυριακοῦ πάθους φερούσας.* Post hæc verba in ms. cod. Scoriacensi lacuna est, et notatur deesse quatuor folia, λείπει τέτταρα φύλλα, ut testatur Lucas Holstenius. In exemplari autem Samuelis Bocharti notatur ad marginem, deesse hic ultra dimidiam paginam, quæ nostri codicis tres fere pagellas continet, in qua erat undecimi libri principium.

A

ΕΚ ΤΗΣ ΕΝΔΕΚΑΤΗΣ ΙΣΤΟΡΙΑΣ.

Λείπει ἡ ἀρχή.

. . . . . .

ἄρκτων καὶ λεόντων χρήσασθαι. Αὐτοῦ τε τοῦ ζῆν καὶ τῆς ἀρχῆς καὶ τῶν ἐπὶ τοῖς θηρίοις ἄθλων, εἰκοστὸν ἀπὸ γενέσεως διανύων ἔτος, ἀπεφθάρη. Ἦν δὲ καὶ τὸν θυμὸν ἀκράτωρ, ὅ καὶ μάλιστα τοῦ ζῆν αὐτὸν ἐξεδίσκευεν. Διαλεγόμενος γάρ ποτε κατὰ τὸ παλάτιον τῷ Ἀρβαγάστῃ, ἐπείπερ αὐτὸν οἱ λόγοι πρὸς ὀργὴν ἀνέσειον, ξίφος ὥρμησε κατὰ στρατηγοῦ σπάσασθαι· κωλυθεὶς δὲ (ὁ γὰρ δορυφόρος ἐπέσχεν, οὗ τὸ ξίφος ἕλκειν ἐπεβάλλετο [65]), κατὰ τὸ παρὸν λόγοις μὲν ἐπειρᾶτο τῆς ὑπονοίας τὸν Ἀρβαγάστην ἀπάγειν. Ὁ δὲ διὰ τῶν λόγων τὴν ὑπόνοιαν αὐτοῦ μᾶλλον B εὗρεν εἰς ἀκρίβειαν μεθισταμένην γνώσεως. Καὶ γὰρ ἐπερωτήσαντι τῆς τοσαύτης ὁρμῆς τὴν αἰτίαν, ἑαυτὸν διαχρήσασθαι Οὐαλεντινιανὸς ὑπεκρίνατο (66), διότι βασιλεύων οὐδὲν ὧν ἂν βούλοιτο πράττει. Ὁ δὲ Ἀρβαγάστης οὐδὲν πλέον τότε πολυπραγμονήσας. Ὕστερον ἐν Βιέννῃ τῆς Γαλλίας ἡριστηκότα τὸν βασιλέα, καὶ μεσούσης ἡμέρας κατὰ τὰ ἔρημα τῶν βασιλείων, ἐπὶ τὸν ποταμὸν τὸ χεῖλος (67) οἷς ἐματαιοσπούδει καλινδούμενον θεασάμενος, πέμπει τινὰς κατ' αὐτοῦ τῶν ὑπασπιστῶν. Οἱ δὲ τὸν δεῖλαιον χειρῶν ἰσχύι καὶ γνώμης ἀποπνίγουσιν ἀγριότησιν, οὐδὲ τῶν ὑπηρετουμένων τῷ βασιλεῖ τινος παρόντος. Ὁ γὰρ καιρὸς αὐτοὺς ἀριστᾷν· μετεπέμπετο. Οἱ μέντοι γε τοῦτον ἀποπνίξαντες, ἵνα μὴ τὸ παραυτίκα πρὸς ζήτησίν τινες χωρήσωσι τῶν ἐργασαμένων, τὸ ἡμιτύβιον αὐ- C τοῦ τῷ τραχήλῳ βρόχου τρόπον περιελίξαντες ἀναρτῶσιν, ὡς δι' αὐτοῦ γε τῇ οἰκείᾳ γνώμῃ ἀπαγξαμένου.

β'. Ὅτι Ἀρβαγάστης τὸν Οὐαλεντινιανὸν ἀνελὼν, ἐπεὶ τὸ γένος αὐτὸν βασιλεύειν ἀπεκώλυσε (68) (βάρβαρος γὰρ ἦν αὐτὸν ὁ φυσάμενος), Εὐγένιόν τινα, μάγιστρον τὴν ἀξίαν, Ἕλληνα δὲ τὸ σέβας, βασιλέα Ῥωμαίων καθίστησι. Μαθὼν δὲ ταῦτα Θεοδόσιος θατέρῳ μὲν τῶν παίδων Ὀνωρίῳ τὸν βασίλειον παρατίθησι στέφανον (69)· ἐν ὅλῳ δὲ τῷ χειμῶνι τὰ

EX LIBRO UNDECIMO HISTORIÆ.

Deest initium.

. . . . . *Valentiniani jun. cædes.*— ursis ac leonibus uteretur: annum ætatis agens vicesimum, vita simul atque imperio et ferarum venationibus privatus est. Porro iracundiæ erat immodicæ, idque præcipue causam ei mortis præbuit. Nam cum aliquando in palatio cum Arbogaste colloqueretur, verbisque illius ad iram excitatus esset, adversus magistrum militum gladium stringere aggressus est; prohibitus vero, nam satelles cujus gladium extrahere conatus fuerat, eum repressit, tum quidem Arbogastem ab ea suspicione removere verbis conatus est. Verum ille ex verbis principis consilium ipsius certius deprehendit, in apertam lucem prolatum. Interroganti enim quænam fuisset tanti impetus causa, respondit Valentinianus, manus sibimetipsi illaturum se esse, propterea quod imperator cum esset, nihil eorum quæ volebat, agere sineretur. Arbogastes vero, tum quidem nihil amplius curiose percontatus est. Postea vero Viennæ in Gallia cum eum pransum, et meridiano tempore in deserto quodam palatii loco cum quibusdam scurris labra in fluvium mergentem vidisset, satellites quosdam in eum misit. Qui manuum vi ac mentis feritate miserum strangularunt, cum nullus ex ministris imperatoris adesset. Eo enim tempore universi ad prandium perrexerant. Cæterum ne quis illico cædis auctores requireret, hi qui eum strangulaverant (70), sudarium ipsius, instar laquei, colla ejus circumligantes, eum suspenderunt, ut sua sponte gulam sibi ipse fregisse videretur.

2. *Arbogastes et Eugenius cæsi. Theodosius moritur.* — (71) Occiso Valentiniano Arbogastes, cum genus ab imperio ipsum excluderet (patre enim barbaro natus erat), Eugenium quemdam, dignitate quidem magistrum, religione autem paganum, imperatorem renuntiavit. Quibus compertis Theodosius, alteri quidem ex filiis Honorio imperatoriam

VALESII ANNOTATIONES.

(65) *Τὸ ξίφος ἕλκειν ἐπεβάλλετο.* Rectius in Nicephoro scribitur ἐπεβάλετο. Paulo post, ubi legitur, τῆς ἐπινοίας τὸν Ἀρβαγάστην ἀπάγειν, in ms. codice Bocharti ascriptum est ad marginem, ἴσως ὑπονοίας.

(66) *Οὐαλεντινιανὸς ὑπεκρίνατο.* Procul dubio scribendum est ἀπεκρίνατο, ut legitur apud Nicephorum in lib. XII. Et paulo post, ubi excusum erat, διότι βασιλεύς, etc., emendavi διότι βασιλεύων, etc., ut scriptum est in codice Bochartiano, et apud Nicephorum.

(67) *Τὸ χεῖλος.* Hujus loci sensus admodum obscurus est. Nicephorus quidem in libro XII, cap. 28, hunc Philostorgii locum ita interpolavit, Περὶ τὸ τοῦ ποταμοῦ χεῖλος μεσούσης ἡμέρας παιγνίοις τισὶ σχολάζοντα, etc. Id est, ut vertit Langus, *Cum eum pransum in abditiore regiæ loco ad fluminis ripam meridiano tempore ludicro cuidam vacantem vidisset*, etc. Verum Philostorgii verba aliud sonant. Non enim dicit Philostorgius, περὶ τὸ τοῦ ποταμοῦ χεῖλος, sed ἐπὶ τὸν ποταμὸν τὸ χεῖλος καλινδούμενον. Quæ Latino sermone interpretata significant, *Labra in fluvio mergentem.* Sic igitur hunc locum intelligo, Valentinianum Juniorem post prandium oblectamenti causa, una cum paucis quos secum habebat scurris, ad fluvium se contulisse, qui Viennense palatium alluebat, et in eo labra mersisse ac volutasse, ad bullas in aqua excitandas. Lego igitur, σὺν οἷς ἐματαιοσπούδει, id est, *una cum iis, quibuscum hujusmodi ludicris vacare consueverat.*

(68) *Βασιλέα ἀπεκώλυσε.* Holstenius ad oram sui codicis emendavit βασιλεύειν, ex codice Scoriacensi, ut opinari licet. Nullam enim notam adjecit, qua significaret emendationem hanc ex ipsius conjectura profectam esse.

(69) *Βασίλειον παρατίθησι στέφανον.* Non dubito quin scribendum sit περιτίθησι. Eumdem errorem jam supra observare memini.

(70) Socr. lib. V, cap. 25. Soz. lib. VII, cap. 22.

(71) Theodorit. lib. V, cap. 24, 25

coronam imposuit. Ipse vero ea quæ ad bellum erant necessaria, tota hyeme præparavit. Appetente autem vere, adversus tyrannum expeditionem suscepit. Cumque ad Alpes venisset, eas proditione occupavit, et congressus cum tyranno juxta fluvium qui Frigidus cognominatur, acri prælio commisso, et quamplurimis utrinque cæsis, tandem victoria tyrannum aversata, legitimum imperatorem coronavit. Captus igitur tyrannus et capite truncatus est. Arbogastes vero omni spe abjecta, gladio suo incumbens, mortem sibi conscivit. Posthæc imperator Mediolanum ingressus, Honorium filium suum evocavit, eique totius Occidentis imperium tradidit. Post relatam autem de tyranno victoriam Theodosius aquæ intercutis morbo correptus, vitam finivit, cum regnasset annis sexdecim. Porro quandiu imperavit, ad summum humanæ felicitatis pervenit fastigium. Nam et ob victorias illustris, et totius imperii Romani monarchiam obtinens, et duorum imperatorum sese videns patrem, et imperium illis firmum ac seditionis expers relinquens, in suo denique lecto felicissima morte sublatus est; zeli sui quo adversus simulacrorum cultum exarsit, hanc mercedem, ut mihi quidem videtur, referens. Hæc cum de Theodosio dicat impius Philostorgius, ipsum tamen non pudet, ob intemperantiam vitæ et ob immodicas delicias eumdem traducere, eaque ex causa morbum aquæ intercutis contraxisse illum dicit.

A πρὸς τὸν πόλεμον αὐτὸς ἐξαρτύεται. Ἤρος δὲ ὑποφαίνοντος ἐκστρατεύει κατὰ τοῦ τυράννου. Καὶ ταῖς Ἄλπεσι προσβαλὼν ἐκράτησεν αὐτῶν προδοσίᾳ. Συμπλακέντος δὲ τῷ τυράννῳ κατὰ τὸν ποταμὸν (Ψυχρὸν ὕδωρ αὐτῷ τὴν ἐπωνυμίαν ποιοῦνται), καὶ μάχης καρτερᾶς γενομένης, καὶ πολλῶν ἑκατέρωθεν ἀπολυμένων, ὅμως ἡ νίκη, τὸν τύραννον μυσαχθεῖσα, τὴν ἔννομον βασιλείαν συνδιεκόσμει. Συλλαμβάνεται τοίνυν ὁ τύραννος καὶ τῆς κεφαλῆς ἀποτέμνεται. Ὁ μέντοι Ἀρβαγάστης ἀπογνοὺς, ἐπιπεσὼν ἀναιρεῖ ἑαυτὸν τῷ ξίφει. Μετὰ δὲ ταῦτα παραγεγονὼς ὁ βασιλεὺς ἐν Μεδιολάνῳ μεταπέμπεται τὸν ἑαυτοῦ παῖδα Ὀνώριον, καὶ τὴν Ἑσπέραν ἐγχειρίζει πᾶσαν. Μετὰ δὲ τὴν κατὰ τοῦ τυράννου νίκην, τῇ τοῦ ὑδέρου νόσῳ κρατηθεὶς, τελευτᾷ τὸν βίον, βασιλεύσας δέκα B καὶ ἓξ ἔτη· ἐν ὅλοις δὴ βασιλεύων (72) εἰς ὑψηλοὺς τοῦ βίου καταλήξας τέρμονας. Ἐπί τε γὰρ νίκαις λαμπραῖς, καὶ μοναρχήσας Ῥωμαίων, καὶ δυοῖν βασιλέων πατέρα ἑαυτὸν ἐπιδὼν, καὶ τούτοις ἀστασίαστον παραπέμψας τὴν βασιλείαν, κἀπὶ τῆς ἑαυτοῦ κλίνης εὐδαιμονέστατα προλείπει τὸν βίον, τοῦ θερμοῦ ὡσὶ δοκῶ κατὰ τῶν εἰδώλων ζήλου τοῦτο γέρας ἐξενεγκών. Ταῦτα λέγων ὁ δυσσεβὴς περὶ τοῦ εὐσεβεστάτου Θεοδοσίου, οὐκ αἰσχύνεται κωμῳδεῖν αὐτὸν ἐπ' ἀκρασίᾳ βίου καὶ τρυφῇς ἀμετρίᾳ, δι' ἣν αὐτὸν ἀλῶναι γράφει καὶ τῷ τοῦ ὑδέρου νοσήματι.

3. *Arcadius et Honorius impp. Rufinus et Stilicho.* — In Orientis quidem partibus Rufinus apud Arcadium summam potestatem obtinebat; in Occidente autem Stilicho apud Honorium eumdem obtinebat locum. Uterque enim istorum, imperii nomen ac speciem penes utrumque filiorum Theodosii remanere facile passus, robur imperii penes se retinuit, alter sub magistri militum, alter sub præfecti appellatione imperatori suo imperans. Neuter porro illorum eo loco quem apud principes suos obtinebat, contentus fuit. Nam Rufinus qui-

γ'. Ὅτι Ἀρκαδίῳ μὲν ἐπ' Ἀνατολῆς Ῥουφῖνος C παρεδυνάστευε· κατὰ δὲ τὴν Δύσιν τῷ Ὀνωρίῳ τὴν αὐτὴν ὁ Στελίχων τάξιν διέσωζεν. Ἑκάτερος γὰρ αὐτῶν, ἑκατέρῳ τῶν Θεοδοσίου παίδων τὸ τῆς βασιλείας σχῆμα καὶ τὸ ὄνομα νέμειν οὐ παραιτούμενος (73), τὸ κράτος τῆς ἀρχῆς διὰ χειρὸς καὶ γλώσσης εἶχεν (74), ἐν ὑπάρχου προσηγορίᾳ βασιλεύων τοῦ βασιλεύοντος. Οὐδέτερος δὲ αὐτῶν οἷς ὑπῆρχε τῶν βασιλέων ἔστεργεν. Ὁ μὲν γὰρ Ῥουφῖνος καὶ τὸ τῆς βασιλείας ὄνομα εἰς ἑαυτὸν μεθέλκειν ἐτέχναζεν· ὁ Στελίχων δὲ (75) τῷ ἑαυτοῦ παιδὶ Εὐχερίῳ περι-

VALESII ANNOTATIONES.

(72) *Ἐν ὅλοις δὴ βασιλεύων.* Corrupta sunt hæc verba; nec quomodo restitui possint equidem video. Certe Nicephorus hunc Philostorgii locum describens, ea prætermisit. Incipit enim ab his verbis: Εἰς ὑψηλοὺς τοῦ βίου καταλήξας τέρμονας. Quæ verba Joannes Langus perperam interpretatus est hoc modo: *Cum ad finem vitæ satis longum pervenisset.* Atqui non hoc dicit Philost. aut Niceph., sed Theodosium imperatorem, illustriss. ac beatissimum vitæ finem adeptum esse: quippe qui post tot victorias de tyrannis relatas, duobus filiis imperatoribus relictis, in suo lecto exspiravit.

(73) *Νέμειν οὐ παραιτούμενος.* Scribendum existimo μένειν οὐ παραιτούμενος· quam scripturam in versione mea sum secutus. In ms. codice Samuelis Bocharti scriptum inveni, νέμειν ἐπαραιτούμενος, et in margine ascriptum est eadem manu, ἴσως παραιτούμενος. Quam lectionem si sequamur, sensus erit, Rufinum et Stilichonem nomen quidem atque habitum imperii recusasse, nec voluisse illud tanquam hæreditatem cum imperatoribus suis sortito dividere; vim tamen ejus ac potestatem penes se retinuisse. Sed verba Græca, meo quidem judicio, hunc sensum non admittunt. Ait enim Philostorgius, ἑκατέρῳ τῶν βασιλέων νέμειν, quod significare non potest: *partiri cum utroque imperatore.* Dicendum enim esset νέμειν σὺν ἑκατέρῳ. Quare prior interpretatio magis placet: quam confirmat etiam Nicephorus in libro XIII, cap. 1, ubi pro verbis illis. νέμειν οὐ παραιτούμενος, ponit simpliciter χαριζόμενος. D

(74) *Διὰ χειρὸς καὶ γλώσσης εἶχεν.* In ms. codice Samuelis Bocharti desunt verba illa, καὶ γλώσσης. Quæ quidem otiosa prorsus mihi videntur ac superflua. Sed post verba illa, διὰ χειρὸς εἶχεν, desideratur integra pericope, quam nos ex conjectura restituimus hoc modo: Ὁ μὲν Στελίχων ἐν στρατηγοῦ, ὁ δὲ Ῥουφῖνος ἐν ὑπάρχου προσηγορίᾳ, etc. Qua quidem conjectura nihil certius esse existimo. De ambobus enim simul loquitur Philostorgius. Nicephorus tamen vulgatam scripturam secutus est in cap. 1. lib XIII.

(75) *Ὁ Στελίχων δέ.* Ante hæc verba deerat integra pericope, quam nos ex optimo codice Sa-

ἅπτειν ἠγωνίζετο. Ἀλλὰ τὸν μὲν Ῥουφῖνον ὁ ἀπὸ Ῥώμης ἀνακομισθεὶς στρατὸς, οἳ τῷ Θεοδοσίῳ κατὰ τοῦ τυράννου συνεστρατεύσαντο, ἐν τῷ λεγομένῳ τριβουναλίῳ (76), πρὸς αὐτοῖς τοῖς τοῦ βασιλέως ποσὶ, ταῖς μαχαίραις κατεκόψατο· τοῦτο μὲν ἔχοντες ἐντολὰς παρὰ Στελίχωνος ἐξεργάσασθαι, τοῦτο δὲ καὶ διότι μυκτηρίζων αὐτοὺς ἐπεφώρατο. Καὶ κατ' ἐκείνην ἀπερράγη τὴν ἡμέραν τῆς ζωῆς, καθ' ἣν οἱ στρατολόγοι (77) μονονουχὶ τὴν ἀλουργίδα αὐτῷ περιεβάλοντο. Εὐμήκης δὲ, φησὶ, ὁ Ῥουφῖνος ἦν καὶ ἀνδρώδης· καὶ τὴν σύνεσιν αἵ τε τῶν ὀφθαλμῶν κινήσεις ἐδήλουν, καὶ τῶν λόγων ἡ ἑτοιμότης. Ὁ δὲ Ἀρκάδιος βραχὺς τῷ μεγέθει, καὶ λεπτὸς τὴν ἕξιν, καὶ ἀδρανὴς τὴν ἰσχὺν, καὶ τὸ χρῶμα μέλας· καὶ τὴν τῆς ψυχῆς νωθείαν οἵ τε λόγοι διήγγελλον, καὶ τῶν ὀφθαλμῶν ἡ φύσις, ὑπνηλῶς τε καὶ δυσαναφόρως αὐτοὺς δεικνύουσα καθελκομένους. Ἃ καὶ τὸν Ῥουφῖνον ἠπάτα, ὡς ἐξ αὐτῆς μόνης τῆς ὄψεως ὁ στρατὸς αὐτὸν μὲν αἱρήσεται χαίρων βασιλέα, ἀποσκευάσεται δὲ τὸν Ἀρκάδιον. Τὴν μέντοι κεφαλὴν Ῥουφίνου τεμόντες τῷ στόματι λίθον ἐνέθεσαν, ἐπὶ καμάκου δ' ἀναρτήσαντες πανταχοῦ περιέθεον· καὶ τὴν δεξιὰν ὡσαύτως τεμόντες ἐν τοῖς ἐργαστηρίοις τῆς πόλεως περιῆγον, Δότε τῷ ἀπλήστῳ, λέγοντες. Καὶ πολὺ χρυσίον ἡ αἴτησις ἠρανίσατο· οἷα γὰρ ἐπὶ καταθυμίῳ θεάματι, προθύμως τὸ χρυσίον οἱ ὁρῶντες ἀντεδίδοσαν. Ἀλλ' ὁ μὲν Ῥουφίνου τῆς βασιλείας ἔρως εἰς τοῦτο περιέκοψε (78). Καὶ τὸν Στελίχωνα δὲ, ὡς οὗτος λέγει, ἐπιβουλὴν κατὰ τοῦ Ὀνωρίου συστησάμενον, αὐτόν τε καὶ τοὺς συστασιώτας ὁ τὸ σύνθημα παρὰ τοῦ βασιλέως δεξάμενος στρατὸς ἀποσφάττουσιν.

A dem etiam imperatorium nomen ad se ipsum trahere omni arte studebat; Stilicho vero filio suo Eucherio imperium vindicare nitebatur (80). Sed Rufinum milites qui una cum Theodosio ad bellum adversus tyrannum profecti erant, Roma reversi, in loco qui tribunal dicitur, ad ipsos imperatoris pedes gladiis contrucidarunt; tum quod ipsis id mandatum fuerat a Stilichone, tum quod derideri se a Rufino deprehenderant. Cæterum eo ipso die interfectus est, quo astrologi illum purpura tantum non induerant. Porro Rufinus procero corpore, et virilis animi fuit, ut scribit Philostorgius; solertiam vero ejus, tum oculorum motus, tum linguæ facundia declarabat. Contra vero Arcadius, brevis statura, et habitu corporis tenuis, et viribus infirB mus, et colore niger fuit: mentis quoque cocordia, tum ex ejus sermonibus, tum ex conniventibus oculis apparebat, qui, dormientium more, clausi, segre admodum aperiebantur. Quæ quidem res Rufinum deceperunt, quasi exercitus primo statim aspectu, ipsum quidem imperatorem libentissime creaturus, Arcadium vero abjecturus esset. Porro milites cum Rufino caput amputassent, lapidem ori ejus immiserunt, hastæque infixum circumferentes, quaquaversum discurrere cœperunt; dextram quoque ejusdem præcisam gestantes, per singulas officinas urbis circumtulerunt, hæc addentes: Date stipem insatiabili. Magnamque auri vim hujusmodi postulatione collegerunt; hi enim qui caput illud videbant, tanquam ob jucundum ipsis spectaculum C libenti animo aurum largiebantur. (81) Ac Rufini quidem ambitio et imperandi cupiditas hunc exitum structas, ut ait Philostorgius, exercitus, accepta ab sortita est. Stilichonem quoque ob insidias Honorio imperatore tessera, una cum conjurationis sociis interfecit.

δ'. Ὅτι Εὐτρόπιος, φησὶ, μετὰ Ῥουφῖνον, ἐκ δούλων εὐνοῦχος εἰς τὰ βασίλεια παρεισδὺς, καὶ τὴν τοῦ πραιποσίτου τιμὴν ἀναβὰς (79), τοῖς παροῦσιν οὐκ ἠγάπησεν. Ἀλλ' ἐπειδήπερ αὐτὸν ἡ ἐκτομὴ τῆς ἀλουργίδος ἀπεστέρει, πείθει βασιλέα, πατρίκιόν τε αὐτὸν καὶ ὕπατον ἀναγράφειν. Καὶ ἦν λοιπὸν πατὴρ ὁ εὐνοῦχος βασιλέως, ὁ μηδὲ τὸν τυχόντα παῖδα φῦναι (79*) δυνάμενος

4. *Eutropius eunuchus.* — Post cædem Rufini Eutropius eunuchus, servili genere ortus, cum in palatium irrepsisset, et ad dignitatem præpositi evectus esset, præsenti tamen fortuna minime contentus fuit. Sed quoniam genitalium abscissio eum imperio submovebat, persuasit imperatori, ut ipsum Patricium et consulem renuntiaret. Itaque eunuchus, qui ne vilem quidem filium gignere poterat, pater deinceps imperatoris fuit.

VALESII ANNOTATIONES.

muelis Bocharti adjecimus in hunc modum: Ὁ μὲν γὰρ Ῥουφῖνος καὶ τὸ τῆς βασιλείας ὄνομα εἰς ἑαυτὸν μεθέλκειν ἐτέχναζεν. Quam scripturam confirmat Nicephorus in capite primo libri XIII.

(76) *Ἐν τῷ λεγομένῳ τριβουναλίῳ.* De hoc tribunali quod erat in Septimo, multa notavi in Commentariis ad Ammianum Marcellinum pag. 346, quæ Jacobus Gothofredus in Annotationibus ad hunc Philostorgii locum magna ex parte descripsit.

(77) *Οἱ στρατολόγοι.* Quinam sint isti qui ad delectus militum agendos missi erant, non satis expressit Philostorgius. Videtur tamen fuisse principales milites, quorum maxima erat auctoritas in exercitu: quos Rufinus pecunia corruperat ut imperatorem ipsum proclamarent. Hæc vox tamen mihi valde suspecta est, nec video quomodo convenire possit huic loco; nam Philostorgius paulo ante dixit, universos milites infensos fuisse Rufino. D Cur ergo nunc στρατολόγοι isti Rufinum purpura induere conantur? omnino ἀστρολόγοι scribendum hic mihi videtur, non στρατολόγοι, Astrologi enim seu Mathematici Rufino imperium prædixerant. Occisus est autem Rufinus eo ipso die, quo Astrologi illum imperatorem fore pronuntiaverant.


(78) *Εἰς τοῦτο περιέκοψεν.* Melius, ni fallor, scriberetur προέκοψεν. In manuscripto codice Bocharti scriptum inveni παρέκοψεν. Sed Nicephorus emendationem nostram confirmat: προέδη enim posuit; quod idem est ac προέκοψε.

(79) *Καὶ τὴν τοῦ πραιποσίτου τιμὴν ἀναβάς.* Addenda videtur præpositio hoc modo, καὶ ἐς τὴν τοῦ πραιποσίτου, etc.

(79*) *Φῦναι.* F. φῦσαι. EDIT.

(80) Socr. lib. VI, cap. 1. Soz. lib. VIII, cap. 1.

(81) Soz. lib. IX, cap. 4.



5. *Eunomii corpus sepulcro motum, librique usti.* — Eutropius, ut ait Philostorgius, Cæsario qui post Rufinum præfecturam prætorii administrabat, mandavit, ut Eunomium ex agro Dacoroeno Tyana transferret, a monachis qui illic erant servandum. Invidens quippe Eunomii gloriæ, ne cadaver quidem ejus commune cum magistro sepulcrum sortiri permisit, idque licet plurimi id enixe flagitassent. Sed et libros ejusdem Eunomii, publicis edictis jussit aboleri.

ε'. Ὅτι, φησὶν, Εὐτρόπιος προστάττει Καισαρίῳ τὴν Ῥουφίνου διαδεξαμένῳ ἀρχὴν, Εὐνόμιον ἐκ τῶν Δακοροηνῶν ἐπὶ Τύανα μεταστῆσαι, ὑπὸ τῶν ἐκεῖ μοναστῶν τηρησόμενον. Βασκαίνων γὰρ αὐτῷ τοῦ κλέους, οὐδὲ τὸν νεκρὸν αὐτοῦ ταφῆς τυχεῖν τῆς μετὰ τοῦ διδασκάλου συνεχώρει, καίτοι πολλὰ πολλῶν δεηθέντων· ἀλλὰ καὶ τὰς βίβλους αὐτοῦ δημοσίοις γράμμασιν ἀφανίζεσθαι διετάξατο (*a*).

6. *Arcadii imp. uxor. Eutropius capite plexus.* — Arcadius imperator, post patris obitum, filiam Bautonis duxit uxorem. Erat autem Bauto natione barbarus, et magisterio militum in Occidentis partibus perfunctus fuerat. Porro mulier longe a viri desidia ac socordia distabat; inerat enim ei nonnihil barbaricæ audaciæ. Susceperat jam ex ea Arcadius filias duas, Pulcheriam et Arcadiam; postmodum vero Marinam quoque et Theodosium filium ex ea sustulit. Tunc igitur cum duorum tantum liberorum parens esset, ab Eutropio contumelia affecta, minatus enim ei fuerat Eutropius, se palatio eam propediem ejecturum esse, liberos suos ambabus ulnis complexa, sicut erat, ad maritum accessit, et lamentans simul ac liberos prætendens, lacrymarum imbrem profudit. Alia item adjecit, quæ mulieres iratæ muliebri arte facere solent, quibus mariti animum ad miserationem vehementius concitent. Tum vero Arcadius, et miseratione infantium commotus est, qui naturali quodam impulsu una cum matre ejulabant, et ira exarsit. Ac tum demum Arcadius, ira eum inflammante et verborum vigorem ei suggerente, imperator apparuit. (82) Statim igitur Eutropium omni dignitate exuit, opesque ei ademit, et in Cyprum insulam eum relegavit. Nec multo post, cum nonnulli eum accusassent, quod consul factus ornamentis iis usus esset, quibus nemini præter imperatorem uti licebat, ex Cypro revocatus

ς'. Ὅτι, φησὶν, Ἀρκάδιος ὁ βασιλεὺς, μετὰ θάνατον τοῦ πατρὸς, θυγατέρα Βαύδωνος ἄγεται γυναῖκα· ὁ δὲ βάρβαρος μὲν ἦν τὸ γένος, στρατηγίᾳ δὲ κατὰ τὴν ἑσπερίαν διαπρέψας. Τὸ δὲ γύναιον οὐ κατὰ τὴν τοῦ ἀνδρὸς διέκειτο νωθείαν, ἀλλ' ἐνῆν αὐτῇ τοῦ βαρβαρικοῦ θράσους οὐκ ὀλίγον. Αὕτη δὲ θυγατέρας ἤδη τῷ Ἀρκαδίῳ δύο, Πουλχερίαν καὶ Ἀρκαδίαν ἐγείνατο· ὕστερον δὲ καὶ Μαρῖναν, καὶ υἱὸν ἐπέτεκε Θεοδόσιον. Τότε δ' οὖν τῶν δύο παίδων μήτηρ οὖσα, παρὰ Εὐτροπίου περιυβρισθεῖσα, ὡς καὶ ἀπειλὴν αὐτῇ ἐπενεγκεῖν, τῶν βασιλείων θᾶττον ἀποπέμψασθαι· ὡς εἶχεν, ἀγκαλισαμένη τὰ παιδία διὰ χειρὸς ἑκατέρας, προσέρχεται τῷ ἀνδρί· καὶ κωκύουσά τε ἅμα, καὶ τὰ βρέφη προτεινομένη, δακρύων ἠφίει λιβάδας, καὶ τἄλλα ἐποίει ὅσα γυνὴ φλεγμαίνουσα, γυναικεῖα τέχνη πρὸς τὸ παθητικώτερον ἐφελκύσαιτο τὸν ἄνδρα. Τῷ δὲ Ἀρκαδίῳ οἰκτός τε τῶν παίδων εἰσῆει, ἐκ τῆς πρὸς τὴν μητέρα συμπαθείας βραυχανομένων (83), καὶ ὀργὴ ἀνήφθη. Καὶ δὴ τότε τοῖς τε θυμοῖς καὶ τῇ δι' αὐτῶν ἐμβριθείᾳ τῶν λόγων ὁ Ἀρκάδιος βασιλεὺς ἦν. Ὅθεν αὐτίκα τὸν Εὐτρόπιον τιμῆς τε ἁπάσης περιδύει, καὶ τὸν πλοῦτον ἀφαιρεῖται, καὶ εἰς Κύπρον τὴν νῆσον φυγαδεύει. Μετ' οὐ πολὺ δέ τινων ἀπενεγκάντων κατ' αὐτοῦ γραφὴν, ὡς ὁπόταν ὕπατος ἐγεγόνει, βοσκήμασιν ἀπεχρήσατο (84), οἷς οὐδενὶ τῶν ἄλλων ἐξῆν, μὴ ὅτι γε μόνῳ βασιλεῖ, μετάπεμπτος ἀπὸ Κύπρου γίνεται. Καὶ συνεδρίου κατὰ τὸ καλούμενον Παντίχιον (85) καθεσθέντος·

VALESII ANNOTATIONES.

(82) Socr. lib. VI, cap. 5; Soz. lib. VIII, cap. 7.

(83) *Βραυχανομένων.* In manuscripto codice Samuelis Bocharti legitur βραυκανομένων cum diphthongo. Et ad marginem ascriptum est eadem manu, ἕως κραυγαζομένων. Sed nihil opus est hac emendatione, cum βραυκανομένων Græca vox sit, ut testatur Hesychius his verbis: Βραυκανᾶσθαι, ἐπὶ τῶν κλαιόντων παιδίων λέγεται, ὡς μίμημα φωνῆς.

(84) *Βοσκήμασιν ἀπεχρήσατο.* Longe melius in codice Samuelis Bocharti scribitur κοσμήμασιν. Quam scripturam confirmat Nicephorus in cap. 4. libri XIII, ubi hunc Philostorgii locum ita expressit: Κόσμοις παρ' ἀξίαν ἐχρήσατο, οὓς μόνῳ ἔξεστι βασιλεῖ ἀμφιέννυσθαι. *Purpuram* igitur intelligo, qua Eutropius Kalendis Januarii, dum consul procederet, usus fuerat.

(85) *Κατὰ τὸ καλούμενον Παντυχίον.* Rectius in codice Bocharti scriptum est Παντίχιον, et ad marginem adnotatum eadem manu: vel Πανίχιον. *Nam prior quidem scriptura erat cum* τ; *sed postea medium inter* τ *et* ι *insertum est longiusculum.* Ex quo conjicere licet, scriptum fuisse in hoc codice Παντεῖχιον cum diphthongo, quemadmodum scribitur apud Sozomenum in libro VII, cap. 21. Dicta est autem ea statio Pantichium, eo quod nihil aliud haberet quam murum. Ab eadem causa Panormus olim nominata est, urbs Siciliæ. Cæterum non assentior Gothofredo, qui συνέδριον hoc loco interpretatur consistorium. Atqui συνέδριον nunquam consistorium significat, nisi aliquid amplius addi-

VARIORUM.

(*a*) *Τὰς βίβλους αὐτοῦ δημοσίοις γράμμασιν ἀφανίζεσθαι διετάξατο.* Hoc ipsum constitutione sua Arcadius ad Eutychianum Cæsarii successorem missa anno Chr. 398 sancivit, lib. XXXIV, cod. Theod. *De hæreticis. Codices sane eorum* (Eunomianorum, etc.) *scelerum omnium doctrinam ac materiam continentes summa sagacitate mox quæri ac prodi exerta auctoritate mandamus, sub aspectibus eorum judicantium incendio mox cremandos. Ex quibus si quis forte aliquid qualibet occasione vel fraude occultasse nec prodidisse convincetur, sciat se velut noxiorum codicum et maleficii criminæ conscriptorum occultatorem capite esse plectendum.*

(Αὐρηλιανὸς δ' ὁ ὕπαρχος καὶ ἕτεροι τῶν ἐν ταῖς ἀρχαῖς ἐπιφανῶν ἀρχόντων διεσκόπουν τὰ κατηγορούμενα), αἰτίαις ὁ Εὐτρόπιος ἁλοὺς τὴν κεφαλὴν ἀφαιρεῖται. Ἀλλ' ὁ μὲν Φιλοστόργιος ταῦτα περὶ Εὐτροπίου λέγει. Ἕτεροι δὲ ἄλλας αἰτίας, καὶ τοῦ παραλυθῆναι τῆς ἀρχῆς, καὶ τῆς ὑπερορίας, καὶ δὴ καὶ τοῦ θανάτου ἀνιστοροῦσιν.

A est. Cumque judices in Pantichio consedissent, Aurelianus vero præfectus prætorio, et alii qui præcipuos magistratus gerebant, ad exercendam quæstionem constituti essent, Eutropius convictus criminis cujus accusabatur, capite pœnas dedit. Et Philostorgius quidem de Eutropio ista scribit. Alii vero alias causas referunt, ob quas Eutropius dignitate nudatus ac relegatus, et postremo capite multatus est.

ζ'. Ὅτι, φησὶ, καὶ τοὺς ἐπ' ἐμὲ γεγενημένους χρόνους τοσαύτη φθορὰ γέγονεν ἀνθρώπων, ὅσην οὐδεὶς χρόνος ἐξ αἰῶνος ἔγνω· καὶ ταύτην ἄρα καὶ τὸν ξιφίαν σημαίνειν ἀστέρα. Οὐ γὰρ μόνον τὸ μάχιμον, ὥσπερ πάλαι κατὰ τοὺς ἔμπροσθεν πολέμους, ἀπανηλώθη, οὐδ' ἐν μέρει γῆς τὰ πάθη συνέστη· ἀλλὰ πάντα μὲν διεφθείρετο γένη, πᾶσα δ' ἀπόλωλεν ἡ Εὐρώπη, καὶ τῆς Ἀσίας οὐκ ὀλίγη μοῖρα συνδιεφθάρη. Ἀλλὰ καὶ τῆς Λιβύης ἡ πολλὴ, καὶ μάλιστά γε ὅση Ῥωμαίοις ὑποτελεῖ. Βαρβαρικὴ μὲν γὰρ τὸ τῆς φθορᾶς πλῆθος εἰργάζετο μάχαιρα· λιμὸς δὲ καὶ λοιμὸς, καὶ θηρίων ἀγρίων ἀγέλαι συνεπετίθεντο. Σεισμοί τε ἐξαίσιοι, πόλεις καὶ οἰκίας ἀνασπῶντες ἐκ βάθρων, εἰς τὸ ἀφυκτότατον τὸν ὄλεθρον ἐναφίεσαν. Καὶ χάσματα δὲ γῆς ἐνιάχθι τοῖς οἰκήτορσιν ὑπορρήγνυμένης τάφος ἦν αὐτοσχέδιος· ἐπικλυσμοί τε τῶν ἐξ ἀέρος ὑδάτων, καὶ κατ' ἄλλους αὐχμοὶ φλογώδεις, πρηστῆρές τε ἔστιν οἷς ἐμβαλλόμενοι, ποικίλον τε τὸ δεινὸν ἐποίουν καὶ ἀφόρητον. Καὶ δὴ καὶ χάλαζα μείζων ἢ κατὰ χερμάδα πολλαχοῦ γῆς κατεφέρετο· ἄχρι γὰρ καὶ ὀκτὼ τῶν λεγομένων λιτρῶν ἕλκουσα βάρος ὤφθη κατασκήψασα. Χιόνος δὲ πλῆθος καὶ κρυμῶν ὑπερβολαὶ, οὓς ἄλλη πληγὴ οὐ προανήρπασε, τούτους καταλαμβάνουσαι τοῦ βίου ἐξήλαυνον, καὶ σαφῶς τὴν θείαν ἀνεκήρυττον ἀγανάκτησιν. Οὗ καθ' ἕκαστον ἐπεξελθεῖν (86), ὑπὲρ πᾶσαν ἀνθρωπίνην ἂν εἴη δύναμιν.

B

C

7. *Calamitates publicæ.* — Ait Philostorgius, sua adhuc ætate tantam hominum luem exstitisse, quanta nunquam superiori memoria exstiterat. Atque hoc ait portendisse stellam quæ instar gladii apparuerat. Neque enim militares copiæ tantum, ut superioribus bellis, consumptæ sunt, neque in parte aliqua orbis terrarum calamitates substiterunt; verum cujuscunque conditionis homines interierunt, et tum universa Europa, tum Asiæ non minima pars funditus periit; Africæ præterea magna pars, ac præcipue ea quæ Romanis parebat. Nam et barbaricus ensis maximam hominum multitudinem delevit; et pestilentia ac fames, et agrestium ferarum greges simul incubuerunt. Ad hæc terræmotus gravissimi, urbes ac domos a fundamentis ipsis evertentes, in exitium inevitabile projecerunt. Hiatus quoque terræ in quibusdam locis ruptæ ac dehiscentis, subitaneum sepulcrum incolis præbuit. Aquarum item e cœlo cadentium diluvia quibusdam in locis: alibi vero siccitates flammeæ, et ignis turbines cœlitus immissi, multiplicem atque intolerabilem intulerunt calamitatem. Sed et grando, lapide manum implente major, multis in locis decidit; deprehensa enim est alicubi, quæ octo librarum, ut vocant, pondus æquaret. Nivium præterea vis et frigoris immanitas, eos quos alia calamitas non præripuerat, corripiens, vita privavit, Dei indignationem manifeste denuntians. Verum singula commemorare, humanis viribus majus videtur.

η'. Ὅτι τῶν Οὔννων, φησὶν, οἱ μὲν, τῆς ἐντὸς Ἴστρου Σκυθίας τὴν πολλὴν χειρωσάμενοι καὶ διαφθείραντες πρότερον, ἔπειτα παγέντα τὸν ποταμὸν διαβάντες, ἀθρόως εἰς τὴν Ῥώμην εἰσῆλασαν· καὶ κατὰ πᾶσαν ἀταχθέντες τὴν Θράκην, ὅλην τὴν Εὐρώπην ἐλῃΐσαντο. Οἱ δὲ πρὸς ἥλιον ἀνίσχοντα, τὸν Τάναΐν ποταμὸν διαβάντες, καὶ τῇ ἐῴᾳ ἐπεισρυέντες, δι' Ἀρμενίας μεγάλης εἰς τὴν καλουμένην Μελιτινὴν κατερράγησαν. Ἐκ ταύτης δὲ Εὐφρατησίαν τε ἐπέδεσαν (87), καὶ μέχρι τῆς κοίλης Συρίας ἦλασαν, καὶ τὴν Κιλικίαν καταδραμόντες φόνον ἀνθρώπων

D

8. *Barbarorum motus. Tribigildus. Gaina. Fravita.* — (88) Hunni qui Scythiam quæ trans Istrum sita est occupaverant prius ac devastarant, postea, amnem gelu constrictum trajicientes, in Romanorum ditionem irruperunt; et per universam Thraciam diffusi, totam Europam depopulati sunt. Hunni autem orientales, trajecto amne Tanai, in Orientis provincias effusi, per majorem Armeniam in regionem quæ Melitine dicitur, irruerunt. Exinde Euphratensem aggressi, ad Cœlesyriam usque penetrarunt, et percursa Cilicia, incredibilem hominum cædem

VALESII ANNOTATIONES.

deris. Sic in Hesychii Lexico legitur κονσιστόριον, θεῖον συνέδριον. Consistorium porro dici non potest, nisi in quo princeps judicat, assidentibus judicibus consistorianis, ut alibi notavi.

(86) *Οὗ καθ' ἕκαστον ὑπεξελθεῖν.* Scribendum puto, ὧν τὸ καθ' ἕκαστον ἐπεξελθεῖν. Quam lectionem confirmat Nicephorus in cap. 36, libri XIII, ubi hunc Philostorgii locum ita expressit: Περὶ ὧν καθ' ἕκαστον ἐπεξελθεῖν, ὑπὲρ πᾶσαν ἀνθρωπίνην ἂν εἴη δύναμιν. Potest etiam scribi, ἃ καθ' ἕκαστον ἐπεξελθεῖν, etc. In ms. codice Bocharti καθέκαστον scribitur una voce, non male.

(87) *Εὐφρατησίαν τε ἐπέθεσαν.* Scribendum est procul dubio Εὐφρατησίᾳ, quemadmodum in ms. exemplari Samuelis Bocharti ad marginem emendatum inveni. De hac Hunnorum irruptione in orientales provincias imperii Romani, præter scriptores a Gothofredo laudatos, loquitur etiam Hieronymus in Epitaphio Fabiolæ.

(88) Soz. lib. VIII, cap. 1.

perpetrarunt. Mazices præterea et Ausoriani, qui inter Africam ac Libyam sedes habent, ab orientali quidem ipsorum plaga Libyam devastarunt, et Ægypti haud exiguam partem simul oppresserunt. Ab occidentali autem plaga Afros aggressi, simili clade affecerunt. (89) Præter hos omnes barbaros, Tribigildus quoque, vir natione Scytha, ex iis qui nunc Gothi nominantur; horum enim Scytharum gentes sunt numero plurimæ ac discrepantes : hic igitur cum barbarorum copias circa se haberet, et Nacoliæ in Phrygia resideret, comitis dignitate decoratus, ex amico repente hostis Romanorum efficitur. Et ab ipsa exorsus Nacolia, plurimas Phrygiæ urbes occupavit, magnamque hominum stragem fecit. Contra hunc missus Gaina magister militum, ipse quoque natione barbarus, victoriam prodidit, cum et ipse paria adversus Romanos moliretur. Exinde Tribigildus, quasi Gainam fugiens, in Pisidiam ac Pamphyliam invasit, easque depopulatus est; dein variis locorum difficultatibus et Isauricis prœliis attritus, tandem in Hellespontum evasit. Unde cum in Thraciam trajecisset, non multo post exstinctus est. At Gaina post proditionem cum magistri militum dignitate reversus Constantinopolim, eam occupare conatus est. Verum cœlestis quidam exercitus, conspectus ab iis qui rem exsecutioni mandare aggressi erant, cum eos perterruisset, urbem quidem expugnationis periculo liberavit; illos vero deprehensos, hominum vindictæ tradidit. Ingens itaque eorum cædes perpetrata est. Gaina vero tanto metu perculsus fuit, ut statim nocte superveniente, cum iis quos colligere potuit, portarum custodes vi facta perrumpens, ex urbe egressus sit. Quoniam vero Thracia penitus vastata erat, ac neque necessariorum quidquam præbere, neque aliam deprædationem sustinere jam poterat, Gaina in Chersonesum trajecit, ratibus inde in Asiam transfretare cogitans. Quod quidem ejus consilium cum imperator didicisset, missus est contra illum Fravita magister militiæ, Gothus quidem natione, sed religione paganus, fidus autem Romanis, et rei militaris peritissimus. Hic igitur, dum Gaina exercitum suum in oppositam continentem ratibus trajiceret, navibus armatis in eas invectus, levi negotio cunctos qui illis vehebantur confecit. Quare Gaina nullam sibi spem relictam videns, in superiora Thraciæ loca aufugit. Nec multo post Hunni quidam impetu facto eum interfecerunt, caputque ejus sale conditum Constantinopolim perlatum est. Præter has calamitates, Isaurorum gens varias clades intulit Romanis. Nam ad solis quidem ortum Ciliciam percursarunt, et finitimam Syriam, non eam solum quæ Cœle dicitur

A εἰργάσαντο ἀνιστόρητον. Οὐ μόνον δὲ, ἀλλὰ καὶ Μάζικες καὶ Αὐξωριανοὶ (μεταξὺ δὲ Λιβύης καὶ Ἄφρων οὗτοι νέμονται), κατὰ μὲν τὸ ἑωθινὸν αὐτῶν κλίμα τὴν Λιβύην ἐξηρήμωσαν, καὶ τῆς Αἰγύπτου μοῖραν οὐκ ἐλαχίστην συνδιώλεσαν, Ἄφροις τε ἐμβαλόντες κατὰ δυόμενον ἥλιον τὰ παραπλήσια ἔδρασαν. Ἀλλ' ἐπὶ τούτοις πᾶσι καὶ Τριγιβίλδος, ἀνὴρ Σκύθης μὲν γένος, τῶν νῦν ἐπικαλουμένων Γότθων· πλεῖστα γὰρ καὶ διάφορα τούτων ἐστὶ Σκυθῶν γένη· οὗτος δὴ δύναμιν βαρβαρικὴν ἔχων, καὶ τῆς Φρυγίας ἐν τῇ Νακωλείᾳ καθεζόμενος, καὶ κόμητος ἔχων τιμὴν, ἐκ φιλίας εἰς ἔχθραν Ῥωμαίων ἀποῤῥαγείς. Ἀπ' αὐτῆς Νακωλείας ἀρξάμενος, πλείστας τε πόλεις τῆς Φρυγίας εἶλε, καὶ πολὺν φόνον ἀνθρώπων εἰργάσατο. Ἐφ' ὃν Γαϊνᾶς ὁ στρατηγὸς ἐκπεμφθεὶς, βάρβαρος

B δ' οὖν καὶ αὐτὸς, προὔδωκε τὴν νίκην, τὰ ἴσα καὶ αὐτὸς Ῥωμαίοις δράσαι διανοούμενος. Ἐκεῖθεν ὁ Τριγιβίλδος, ὡς δῆθεν τὸν Γαϊνᾶν διαφυγὼν, τήν τε Πισιδίαν καὶ τὴν Παμφυλίαν ἐπιὼν κατελυμήνατο· εἶτα πολλαῖς καὶ αὐτὸς πρότερον δυσχωρίαις τε καὶ Ἰσαυρικαῖς μάχαις περιῤῥαυσθεὶς τὴν ἰσχὺν ἐπὶ τὸν Ἑλλήσποντον διασώζεται· καὶ περαιωθεὶς ἐπὶ τὴν Θρᾴκην οὐ μετὰ πολὺ διαφθείρεται. Γαϊνᾶς δὲ μετὰ τὴν προδοσίαν, ἐν τῷ τοῦ στρατηγοῦ σχήματι πρὸς τὴν Κωνσταντινούπολιν ἐπανελθὼν, εἰς μελέτην ἦκε ταύτην παραστήσασθαι. Οὐρανία δέ τις ἔνοπλος ἐπιφανεῖσα δύναμις, καὶ τοὺς ἐπιβαλεῖν ὁρμηθέντας τῇ πράξει δειματώσασα, τὴν μὲν πόλιν τῆς ἁλώσεως ῥύεται, ἐκείνους δὲ φωραθέντας ταῖς ἀνθρωπίναις δίκαις

C ἐκδίδωσι, καὶ φόνος αὐτῶν ἐῤῥύη πολύς. Ὁ δὲ Γαϊνᾶς εἰς τοσοῦτον κατέστη δέους, ὡς αὐτίκα νυκτὸς ἐπεχούσης, μεθ' ὅσων ἠδύνατο τοὺς ἐπὶ τῶν πυλῶν βιασάμενος, ἐξελαύνει τῆς πόλεως. Ἐπεὶ δὲ ἡ Θρᾴκη ἐξηρήμωτο, καὶ οὔτε παρέχειν τι τῶν ἐπιτηδείων ἦν δυνατὴ, οὔτε φθοράν ἄλλην ἐνεγκεῖν, ἐπὶ Χερρόνησον ὁ Γαϊνᾶς στέλλεται, σχεδίαις διανούμενος ἐπὶ τὴν Ἀσίαν διαπεραιοῦσθαι. Διαγνωσθείσης δὲ τῷ βασιλεῖ τῆς αὐτοῦ διανοίας, πέμπεται στρατηγὸς κατ' αὐτοῦ Φραυΐτας, Γότθος μὲν τὸ γένος, Ἕλλην δὲ τὴν δόξαν, πιστὸς δ' οὖν Ῥωμαίοις, καὶ τὰ πολέμια κράτιστος. Οὗτος, ἐν ᾧ Γαϊνᾶς προέπεμπε τὸν ὑπ' αὐτῷ στρατὸν ταῖς σχεδίαις διαπεραιοῦσθαι, νηῒτῃ στόλῳ συμπλέκεται ταύταις, καὶ ἐκ τοῦ ῥᾴστου πάντας τοὺς

D συμπλέοντας ταῖς σχεδίαις διαφθείρει. Ἐξ οὗ Γαϊνᾶς τὰ καθ' ἑαυτὸν ἀπογνοὺς, εἰς τὰ τῆς Θρᾴκης ἀνωτέρω φεύγει, καί τινες τῶν Οὔννων οὐ πολλοῦ διαῤῥυέντος χρόνου ἐπελθόντες αὐτὸν ἀναιροῦσι· καὶ ἡ κεφαλὴ ταριχευθεῖσα εἰς Κωνσταντινούπολιν ἐκομίσθη. Χωρὶς δὲ τῶν εἰρημένων κακῶν καὶ τὸ Ἰσαύρων γένος παντοδαποὺς ἐπήνεγκεν ὀλέθρους. Πρὸς μὲν γὰρ ἥλιον ἀνίσχοντα τήν τε Κιλικίαν κατέδραμον, καὶ τὴν ὅμορον Συρίαν, οὐ τὴν κοίλην μόνον, ἀλλὰ καὶ τὴν ἄλλην μέχρι Περσῶν αὐτῶν ἀφικομένην (90).

VALESII ANNOTATIONES.

(89) Soz. lib. VIII, cap. 4.

(90) *Μέχρι Περσῶν αὐτῶν ἀφικομένην.* Non dubito quin scribendum sit, ἀφικόμενοι, supple *Isauri*. Certe in ms. codice quo usus est Bochartus, scriptum erat ἀφικόμε, accentu in antepenultima, et supra ultimam litteram apponitur η, quæ nota indicare mihi videtur syllabam νοι.

Κατὰ δὲ Ἰάπυγα ἄνεμον καὶ (91) Θρασκίαν, Παμφυλίαν τε ἐπῆλθον, καὶ Λυκίους διέφθειρον· Κύπρον τε τὴν νῆσον καταστρεψάμενοι· Λυκάονάς τε καὶ Πισίδας ᾐχμαλώτισαν. Καὶ Καππαδόκας τὸ πλεῖστον ἀναστήσαντες (92), ἄχρι καὶ ἐπὶ τὸν πόντον διεκινδύνευσαν· καὶ τῶν ἄλλων βαρβάρων τὰ χείριστα τοὺς ἁλισκομένους οὗτοι διέθεντο.

tur, sed et eam quæ ad Persas usque pertingit. Ad Iapygem autem et Thrasciam ventos, Pamphyliam invaserunt, et Lyciam populati sunt. Cyprum quoque insulam vastarunt; Lycaonas item ac Pisidas in servitutem abduxerunt. Cumque Cappadocas sedibus suis expulissent et captivos egissent, ad Pontum usque progressi sunt, et atrocius quam reliqui barbari in captivos sævierunt.

ΕΚ ΤΗΣ ΔΩΔΕΚΑΤΗΣ ΙΣΤΟΡΙΑΣ.

α'. Ὅτι Φιλοστόργιος, καὶ ἐν ἄλλοις πολλοῖς Στελίχωνος κατατρέχων, καὶ τυραννίδος ἔνοχον γράφει. Καὶ ὡς Ὀλύμπιός τις τῶν μαγίστρων, φερόμενον κατὰ τοῦ βασιλέως ἐν τῷ παλατίῳ τὸ ξίφος ἀντιλαβὼν τῇ χειρὶ, ἑαυτὸν μὲν ἐλυμήνατο, τὸν βασιλέα δὲ διέσωσε, καὶ συνεργὸς αὐτῷ κατέστη πρὸς τὴν ἀναίρεσιν Στελίχωνος, κατὰ τὴν Ῥάβενναν διατρίβοντος. Ἄλλοι δὲ οὐκ Ὀλύμπιον, ἀλλ' Ὀλυμπιόδωρόν φασιν· οὐδ' ἐπαμῦναι τῷ βασιλεῖ, ἀλλ' ἐπιβουλεῦσαι τῷ εὐεργέτῃ Στελίχωνι, καὶ εἰς τυραννίδα συκοφαντῆσαι αὐτόν. Καὶ οὐδὲ μάγιστρον τηνικαῦτα εἶναι, ἀλλ' ὕστερον, μετὰ τὸν ἄδικον τοῦ Στελίχωνος φόνον, ἔπαθλον τὴν ἀξίαν λαβεῖν. Ἀλλ' οὐκ εἰς μακρὰν καὶ αὐτὸν ροπάλοις ἀναιρεθέντα τῆς μιαιφονίας τὴν δίκην ἀποτῖσαι τῷ Στελίχωνι.

EX LIBRO DUODECIMO HISTORIÆ.

1. *Stilichonis cædes.* — Philostorgius cum ob alia multa Stilichonem graviter perstringit, tum affectatæ tyrannidis reum fuisse scribit. Refert etiam quomodo Olympius quidam magister, gladium qui adversus imperatorem strictus erat in palatio, manu sua corripiens, seipsum quidem læserit, imperatorem vero servarit, eique ad occidendum Stilichonem qui tunc Ravennæ morabatur, operam ac ministerium suum commodaverit. Alii hunc non Olympium, sed Olympiodorum nominant; nec imperatori suppetias eum tulisse dicunt, sed Stilichoni bene de se merito insidias struxisse, eumque affectatæ tyrannidis falso accusasse. Nec magistrum eo tempore adhuc fuisse scribunt, sed post injustam Stilichonis cædem, eam dignitatem præmii loco accepisse. Eumdem tamen haud multo post fustibus interfectum, nefariæ cædis pœnas pependisse Stilichoni.

β'. Ὅτι κατὰ τοὺς προειρημένους χρόνους Ἀλάριχος Γότθος τὸ γένος, περὶ τὰ τῆς Θράκης ἄνω μέρη δύναμιν ἀθροίσας, ἐπῆλθε τῇ Ἑλλάδι, καὶ τὰς Ἀθήνας εἶλε, καὶ Μακεδόνας καὶ τοὺς προσεχεῖς Δαλμάτας ἐλῄσατο. Ἐπῆλθε δὲ καὶ τὴν Ἰλλυρίδα, καὶ τὰς Ἄλπεις διαβὰς ταῖς Ἰταλίαις ἐνέβαλε· Στελίχωνι δὲ, ὡς οὗτος λέγει, ζῶντι μετάπεμπτος (93) ἦν. Ὃς αὐτῷ καὶ τὰς τῶν Ἄλπεων πύλας διήνοιξε. Καὶ γὰρ ἐπιβουλὰς πάσας Στελίχωνα κατὰ βασιλέως παλαμᾶσθαι, καὶ μηδ' ὅτι γαμβρὸν αὐτὸν εἶχεν (*a*) ἐπὶ θυγατρὶ δυσωπεῖσθαι, ἀλλὰ καὶ φάρμακον αὐτῷ ἀγωνίας ἐγχεράσασθαι (94)· ἐλελήθει δὲ ἄρα ἑαυτὸν, ἐν τῷ σπουδάζειν τὸν υἱὸν Εὐχέριον ἀνακηρύξειν πα-

2. *Alaricus in Romanum orbem irrumpit.* — Iisdem temporibus Alaricus, natione Gothus, circa superiores Thraciæ partes collecto exercitu, in Achaiam irrupit, et Athenas cepit; Macedonas quoque et finitimos Dalmatas populatus est. (93) Illyricum præterea invasit, et Alpes transgressus in Italiam intravit, a Stilichone qui tunc adhuc superstes erat, evocatus, ut ait Philostorgius. Qui quidem Alpium etiam claustra ei reseravit. Omne enim insidiarum genus adversus imperatorem struxisse ait Stilichonem, nec ob id saltem reveritum esse quod generum illum haberet, data illi in matrimonium filia; sed potionem ei præbuisse, qua pro-

VALESII ANNOTATIONES.

(91) *Κατὰ δὲ Ἄπυτα ἄνεμον καὶ Θρασκίαν.* Longe rectius in ms. codice Samuelis Bocharti legitur hoc modo: Κατὰ δὲ Ἰάπυγα ἄνεμον καὶ Θρασκίαν. Sic etiam in Scoriacensi codice scriptum fuisse testatur Holstenius, qui Latinam Gothofredi interpretationem ita correxit: *Ad Iapygem autem et Thrasciam ventum:* hoc est, *ad occasum æquinoctialem, et septentrionem versus. Inde enim corus et cæcias spirant.*

(92) *Καὶ Καππαδόκας ἀναστήσαντες.* In ms. codice Samuelis Bocharti hic locus auctior habetur. Sic enim codex ille: καὶ Καππαδόκας τὸ πλεῖστον ἀναστήσαντες, etc. Id est, *Et Cappadocibus magna ex parte in servitutem abductis, ad Pontum usque progressi sunt.* Ἀναστήσαντες enim idem est quod ἀναστάτους ποιήσαντες. Quod cum non intelligeret Gothofredus, hunc locum pessime interpretatus est. Cujus versionem Holstenius ad latus sui codicis emendavit hoc modo: *Et Cappadocibus vastatis, ad Pontum usque progressi sunt: modisque pessimis, præ aliis barbaris captivos ipsi affixerunt.*

(93) *Ζῶντι μετάπεμπτος.* In ms. codice Samuelis Bocharti verbum additur hoc modo: μετάπεμπτος ἦν. Quod idcirco monui, ne quis forte existimaret, nos ex conjectura quidquam supplevisse.

(94) *Φάρμακον αὐτῷ ἀγωνίας ἐγχεράσασθαι.* Hunc locum correxi ex manuscriptis codicibus Scoriacensi et Bochartiano, in quibus ἀγονίας diserte scriptum habetur. Quare Holstenius interpretationem Gothofredi correxit hoc modo: *Sed et venenum quod prolis procreandæ facultatem exstingueret, potandum exhibuisse.* Melius medicamentum vertisset.

(95) Soz. lib. VIII, cap. 25, et lib. IX, cap. 4.

VARIORUM.

(*a*) *Ὅτι γαμβρὸν αὐτὸν εἶχεν.* Post Eudoxiam quippe defunctam, duxerat Honorius primo Mariam, deinde Thermantiam, Stilichonis filias. *Jac. Gothofred.*

creandæ sobolis facultas adimeretur : neque illud animadvertit, se, dum Eucherium filium imperatorem contra jus fasque renuntiare studeret, nepotem cui successionis jure imperium debebatur, ante adultum florem succidere ac perdere. Porro Stilichonem adeo manifeste ac sine ullo metu tyrannidem exercuisse scribit, ut etiam nummos percuteret, in quibus præter ipsius effigiem nihil deerat.

A ρανόμως βασιλέα (*a*), τὸν ἀπόγονον τῆ, κατὰ διαδοχὴν καὶ θεσμὸν βασιλείας προεκθερίζων καὶ ζημιούμενος. Οὕτω δὲ κατάφωρον καὶ ἀδεᾶ τὴν τυραννίδα προενεγκεῖν (96) τὸν Στελίχωνα λέγει, ὡς καὶ νόμισμα, μορφῆς λειπούσης μόνης, κόψασθαι.

3. *Barbari Romam petunt.— Eucherius. Alaricus. Attalus. Alaricus obit.* Interfecto Stilichone, barbari qui una cum illo erant, assumpto ejus filio statim abscesserunt. Cumque Romam appropinquassent, huic quidem permiserunt ut in templum quoddam quod jure asyli fruebatur, confugeret. Ipsi vero cuncta quæ circa urbem erant vastarunt, tum ut Stilichonem ulciscerentur, tum quod fame pressi erant. Ubi vero litteræ ab Honorio missæ jure asyli B potentiores, Eucherium morte multarunt, post hæc barbari Alarico juncti, eum ad expugnandam urbem Romam incitarunt. Hic vero confestim Portum occupavit : id autem est maximum navale urbis Romæ, tribus portubus constans, et in parvæ urbis magnitudinem extensum. Illic etiam annona publica juxta veterem consuetudinem erat recondita. Cum igitur Alaricus portum levi negotio occupasset, urbem Romam tum annonæ penuria, tum reliquis machinamentis expugnavit. Et Romanis decernentibus (id enim illis Alaricus permiserat), Attalum imperatorem renuntiavit. Ortus hic erat ex minore Asia : religione quidem paganus, dignitate vero præfectus urbis Romæ. Post nuncupationem imperatoris Attali, Alaricus permisit deinceps C reliquiis populi Romani, his scilicet quos fames et humanorum corporum comestio reliquos fecerat, ut annonam sibi ex portu conveherent. Assumpto deinde Attalo, magistri militum munere eidem fungens, Ravennam adversus Honorium cum exercitu proficiscitur. Inter hæc Attalus mandavit Honorio, ut privatam potius vitam eligeret, et extremorum membrorum abscissione totius corporis salutem

γ'. Ὅτι Στελίχωνος ἀνῃρημένου, οἱ συνόντες βάρβαροι, τὸν ἐκείνου παῖδα λαβόντες, τὴν ταχίστην ᾤχοντο. Καὶ τῇ Ῥώμῃ πλησιάσαντες, τὸν μὲν ἐφεῖσαν (*b*) εἴς τινα τῶν ἀσύλων ἱερὸν καταφυγεῖν. Οἱ δὲ τὰ τῆς πόλεως πέριξ ἐπόρθουν, τῶν μὲν τῷ Στελίχωνι τιμωροῦντες (97), τῶν δὲ λιμῷ πιεζόμενοι. Ἐπεὶ δὲ παρὰ Ὀνωρίου γράμμα, κρεῖττον τῆς ἀσυλίας γενόμενον, ἀναιρεῖ τὸν Εὐχέριον, διὰ ταῦτα συμμίξαντες οἱ βάρβαροι Ἀλαρίχῳ εἰς τὸν πρὸς Ῥωμαίους αὐτὸν ἐξορμῶσι πόλεμον. Ὁ δὲ θᾶττον καταλαμβάνει τὸν πόρτον· μέγιστον δὲ οὗτος νεώριον Ῥώμης, λιμέσι τρισὶ περιγραφόμενος, καὶ εἰς πόλεως μικρᾶς παρατεινόμενος μέγεθος. Ἐν τούτῳ δὲ ὁ δημόσιος ἅπας σῖτος κατὰ παλαιὸν ἔθος ἐταμιεύετο. Ἑλὼν δὲ ῥᾷον τὸν πόρτον, καὶ τῇ σιτοδείᾳ, ἣ ταῖς ἄλλαις μηχαναῖς (98) πολιορκήσας τὴν Ῥώμην κατὰ κράτος αἱρεῖ· καὶ ψηφισαμένων τῶν Ῥωμαίων (τοῦτο γὰρ αὐτοῖς Ἀλάριχος ἐνεδίδου) Ἄτταλον αὐτοῖς ἀναγορεύει βασιλέα. Οὗτος δὲ Ἴων μὲν ἦν τὸ γένος, Ἕλλην δὲ τὴν δόξαν, τῆς αὐτῆς δὲ πόλεως ἔπαρχος. Οὗτος δὲ λοιπὸν μετὰ τὴν ἀναγόρευσιν τὸ λείψανον τῶν Ῥωμαίων, ὅπερ ὁ λιμὸς αὐτὸς καὶ ἡ ἀλληλοφαγία ὑπελείπετο, τροφὴν αὐτοῖς κομίζειν ἀπὸ τοῦ πόρτου ἐφίησιν. Εἶτα τὸν Ἄτταλον λαβὼν, καὶ στρατηγοῦ σχῆμα πληρῶν αὐτῷ, ἐπὶ τὴν Ῥάβενναν καθ' Ὀνωρίου στρατεύει. Καὶ κελεύει Ἄτταλος τὸν Ὀνώριον, τὸν ἰδιώτην ἀνθελέσθαι βίον, καὶ τῶν τοῦ σώματος ἀκρωτηριῶν τῇ περιτομῇ τὴν τοῦ ὅλου σωτηρίαν ὠνήσασθαι. Σάρος δὲ, ὃς μετὰ Στελίχωνα τὴν στρατηγικὴν ἀρχὴν (99) Ὀνωρίου δεδωκότος εἶχε, συμβαλὼν Ἀλαρίχῳ, κρατεῖ τῇ μάχῃ, καὶ τῆς Ῥαβέννης ἀποδιώκει. Ὁ δὲ τὸν πόρτον καταλαβὼν (1-71),

VALESII ANNOTATIONES.

(96) *Tυραννίδα προσενεγκεῖν.* In codice Bocharti ad marginem adscriptum inveni, ἴσως προενεγκεῖν. Quæ conjectura certe non displicet. In textu autem scriptum erat προενέγκειν.

(97) *Τῶν μὲν τῷ Στελίχωνι τιμωρούντων.* In D manuscriptis codicibus legitur τιμωροῦντες. Quare non dubito quin totus locus ita restituendus sit, τὸ μὲν τῷ Στελίχωνι τιμωροῦντες, τὸ δέ, etc. Id est, *Tum ut Stilichonem ulciscerentur, tum quod fame oppressi erant.* Potest etiam scribi : τοῦτο μέν, etc. τοῦτο δέ, etc.

(98) *Σιτοδείᾳ, ἢ ταῖς ἄλλαις μηχαναῖς.* In ms. codice Samuelis Bocharti, ad vocem ἤ tria puncta notata sunt; et in margine leguntur hæc verba, ἴσως καί, quæ corruptio τοῦ καί, in ἤ occurrit. *In M. Aurel. Anto. libris :* id est *in Marci Aurelii Antonini libris de vita sua.*

(99) *Τὴν στρατιωτικὴν ἀρχήν.* Longe rectius in manuscripto Samuelis Bocharti legitur τὴν στρατηγικὴν ἀρχήν, id est, *Magistri militum dignitatem.* Atque ita legit Nicephorus in capite XXXV libri decimi tertii.

(1-71) *Ὁ δὲ τὸν πόρτον καταλαβών.* Non possum assentiri Jacobo Gothofredo, qui portum hic intelligi censet, non urbis Romæ, sed Ravennæ, qui classis vocabatur ; nam cum Philostorgius portum simpliciter dixerit, portum urbis Romæ intelligamus necesse est ; sic enim paulo ante portum urbis Romæ absolute vocavit. Quod si portum urbis Ravennæ nunc intelligeret, procul dubio nomen urbis

VARIORUM.

(*a*) *Εὐχέριον ἀνακηρύξειν βασιλέα.* Zosimus modestiam Stilichonis commendans ait, eum, cum unius filii pater esset, hanc ei dignitatis metam statuisse, ut ad officium tribuni notariorum provecto nullam aliam potestatem tribueret, lib. v.

(*b*) *Τὸν μὲν ἐφεῖναι.* De hac Eucherii fuga in ecclesiam quamdam urbis Romæ, consentit quoque Zosimus lib. v. De Alarico et Attalo vid. Socr. lib. VII, cap. 10, Soz. lib. IX, cap. 6, 7, etc.

ἀνοδύει μὲν τῆς βασιλείας τὸν Ἄτταλον· οἱ μέν φασι, μὴ εὔνουν εἶναι διαβληθέντα· οἱ δὲ, διότι σπονδὰς διενοεῖτο (72) πρὸς Ὀνώριον θέσθαι, καὶ τὸ δοκοῦν ἐμποδὼν ἐστάναι, δέον ἡγεῖτο προαποσκευάσασθαι. Μετὰ τοῦτο πρὸς Ῥάβενναν ὁ Ἀλάριχος ἐπανελθὼν, καὶ σπονδὰς προτείνων, ὑπὸ τοῦ προειρημένου διεκρούσθη Σάρου, φαμένου τὸν δίκας ὀφείλοντα τῶν τολμηθέντων, μὴ ἂν ἄξιον (73) εἶναι φίλοις συντάττεσθαι. Ἐκεῖθεν Ἀλάριχος ὀργισθεὶς μετὰ ἑαυτὸν τῆς προτέρας ἐπὶ τὸν πόρτον ἐφόδου, ὡς πολέμιον ἐπελαύνει (74) τῇ Ῥώμῃ. Καὶ τὸ ἐντεῦθεν τῆς τοσαύτης δόξης τὸ μέγεθος, καὶ τὸ τῆς δυνάμεως περιώνυμον, ἀλλόφυλον πῦρ καὶ ξίφος πολέμιον, καὶ αἰχμαλωσία κατεμερίζετο βάρβαρος. Ἐν ἐρειπίοις δὲ τῆς πόλεως κειμένης, Ἀλάριχος τὰ κατὰ Καμπανίαν ἐλῃΐζετο, κἀκεῖ νόσῳ φθείρεται.

redimeret. Sarus vero, cui post Stilichonis necem Honorius magisterium rei militaris contulerat, inito adversus Alaricum prœlio, eum superavit, et ab urbe Ravenna longius fugavit. Tum vero Alaricus, occupato portu, Attalum imperio exuit; sive quod accusatus fuerat quasi malevolo animo esset erga Alaricum, sive, ut alii dicunt, eo quod Alaricus in mente habebat fœdus cum Honorio inire, ac prius e medio tollendum esse ducebat eum qui impedimento esse videbatur. Post hæc Alaricus Ravennam reversus, cum fœdus obtulisset Honorio, a supra memorato Saro repulsus est, eum qui audaciæ suæ pœnas dare debuisset, indignum esse affirmante qui inter amicos numeraretur. Iratus ob hæc Alaricus, anno post primam irruptionem in portum urbis Romæ, tanquam hostis infestis signis Romam versus contendit. Exinde vero tantæ gloriæ magnitudinem ac potentiæ famam externus ignis, et hostilis gladius, et barbarica captivitas, quasi sortito inter se diviserunt. Dum urbs Roma in ruderibus esset, Alaricus Campaniam deprædatus est, atque illic morbo correptus occubuit.

δ'. Ὁ δὲ τῆς αὐτοῦ γυναικὸς ἀδελφός (75). . . .

Desunt hic duæ lineæ.

βαρβαρικοῦ γὰρ γένους τοῦ Σαυροματῶν (76) χρηματίζειν αὐτὴν, καὶ συναφθῆναι τότε τῷ ὀστρακίνῳ γένει (77) τὸν ἐκ σιδήρου τὴν γένεσιν ἔλκοντα. Οὐ τοῦτο

4. *Adaulfus Alarico succedit. — Constantius.* Uxoris autem ejus frater Adaulfus ei successit. Qui Placidiam Honorii sororem, quam Alaricus captivam ab urbe Roma secum abduxerat, sponsam accepit; repudiata priore uxore, quæ ex Sarmatarum gente erat oriunda. Ac tunc demum testaceo generi

VALESII ANNOTATIONES.

Ravennæ adjecisset. Sed et ipsa rerum gestarum series quæ hic a Philostorgio narrantur, satis ostendit portum urbis Romæ hic intelligi, non autem portum Ravennæ. Alaricus enim post Attalum imperio exutum, Ravennam venisse dicitur: quod quidem confirmant etiam Sozomenus ac Zosimus. Certe Sozomenus diserte scribit, Alaricum portum Ravennæ qui Classis dicitur, occupasse post exauctorationem Attali (*a*).

(72) *Σπονδὰς διενοεῖτο.* Fallitur hic Gothofredus, qui hæc Philostorgii verba de Attalo accepit, cum de Alarico intelligenda sint. Alaricus enim cum in animo haberet pacem inire cum Honorio imperatore, Attalum qui huic consilio impedimentum allaturus videbatur, e medio tollendum esse statuit. Neque enim pacem unquam initurus erat cum Alarico Honorius, nisi Attalo prius exauctorato.

(73) *Μὴ ἀνάξιον.* In manuscripto codice Samuelis Bocharti, ad marginem ascriptum est eadem manu; lego μὴ ἂν ἄξιον, vel μὴ ἄξιον. Prior quidem emendatio placuit Lucæ Holstenio. Eam enim ad latus sui codicis apposuit. Posteriorem tamen magis probo.

(74) *Ὡς πολέμιον ἐπελαύνει.* In ms. codice Bocharti scribitur ὑπολέμης ἐπελαύνει τῇ Ῥώμῃ. Forte scribendum est ὡς πολέμιος. Nec dubito quin Philostorgius ita scriptum reliquerit.

(75) *Ὁ δὲ τῆς αὐτοῦ γυναικὸς ἀδελφός.* Post hæc verba in ms. quidem codice Jacobi Gothofredi deerant novem lineæ, ut ipse Gothofredus testatur. Lucas tamen Holstenius in margine sui codicis notavit, in manuscripto codice Scoriacensi hic lacunam esse. Verum ex verbis quæ proxime sequuntur, satis apparet, multa hic desiderari. Certe in manuscripto codice Samuelis Bocharti vacuum spatium hic relictum est novem linearum, perinde atque in codice Gothofredi. Eam lacunam supplere conati sumus ex conjectura: de qua velim judicent eruditi.

(76) *Βαρβαρικοῦ γὰρ γένους τοῦ Σαυροματῶν.* Hæc de priore Adaulfi uxore intelligenda esse arbitror, quam Adaulfus repudiavit, ut Placidiam uxorem duceret. Causa autem repudii hic affertur a Philostorgio, quod ex barbara gente Sarmatarum oriunda esset. Porro ex hac priore conjuge Adaulfus liberos susceperat, quos Sigerichus postea ad regnum Gothorum evectus crudeliter interfecit, ut narrat Olympiodorus. Non dissimulabo tamen in manuscripto exemplari Bocharti scriptum esse χρηματίζειν αὐτούς. Quam lectionem si sequamur, non de uxore Adaulfi hæc erunt intelligenda, sed de ipso Adaulfo et de Gothis, quos origine Sarmatas fuisse scribit Philostorgius.

(77) *Καὶ συναφθῆναι τότε τῷ ὀστρακίνῳ γένει.* Alludit Philostorgius ad somnium illud regis Nabuchodonosor, quod refertur in capite secundo Danielis, ubi pedes statuæ illius quam in somnis viderat Nabuchodonosor, partim ex testa, partim ex ferro conflati fuisse dicuntur. Hanc igitur prophetiam Philostorgius Honorii temporibus bis completam esse dicit. Et primo quidem, quando completa fuerat, relatum erat in superiore lacuna. Iterum vero adimpletam esse subdit, tunc cum Adaulfus Gothorum rex Placidiam Honorii sororem matrimonio sibi sociavit. Jam igitur divinandum nobis est, quando primum completam esse hanc Danielis prophetiam scripserit Philostorgius. Olim quidem conjeceram, Philostorgium censuisse hanc prophetiam primum impletam esse, tunc cum Adaul-

VARIORUM.

(*a*) Gothofredo astipulatur Pagi ad ann. Chr. 410, n. 4, 5. Idem locus qui apud Sozomenum p. 375, Κλάσσεις appellatur, ut locum feliciter emendavit Cluverius, *Ital. Antiq.* lib. I, c. 28, ubi vulgo τὰς Ἄλπεις legitur, nullo sensu. Classis nimirum est oppidum in portu Ravennæ situm. In eodem Sozomeni loco pro ἑξήκοντα στάδια, idem legit εἴκοσι καὶ τρία στάδια. *W. Lowth.*

copulatum esse ait Philostorgius cum qui ex ferrea stirpe erat oriundus. Neque tunc solum, sed et rursus tunc cum Adaulfus matrimonii jure Placidiam sibi sociavit; tunc enim testacea natura conjuncta est ferreæ. Sed quoniam Scriptura dicit non diu permansuram esse eam conjunctionem, idcirco Constantius qui Placidiam adamabat, hanc spem animo conceperat, se, si Adaulfum bello superasset, Placidiam sibi sponsam accepturum esse. Nec multo post Adaulfus, cum multa gravia facinora iracundia ipsum impellente perpetrasset, a quodam domestico suo interficitur. Exinde barbari fœdus cum Honorio percusserunt, et Placidiam sororem atque Attalum imperatori Honorio tradiderunt, cum prius ipsi annonas ab imperatore, et partem Galliæ ad agros excolendos accepissent.

5. *Roma instaurata. — Attali pœna.* Post hæc autem Roma a gravissimis malis paululum respirans, incolis frequentari cœpit. Et imperator cum eo advenisset, manu simul et lingua ædificationem urbis comprobavit. Cumque supra tribunal ascendens Placidiam sibi despondit uxorem. Sed nunc, re attentius examinata, hæc conjectura non placet: nam sponsalia et nuptiæ, cum ad unam eamdemque rem spectent, pro duobus diversis unius prophetiæ complementis accipi non possunt. Aliud igitur inquiramus necesse est. Proinde existimo Philostorgium in priore illa lacuna scripsisse, prophetiam Danielis primum adimpletam esse, tunc cum Adaulfus Gothorum rex pacem fecit cum Honorio, et relicta Italia in Gallias se recepit. Quod quidem anno Christi 412, factum esse censet Sigonius in libro XI *De imperio occidentali*.

A δὲ μόνον, ἀλλὰ καὶ ἡνίκα πάλιν Ἀδαοῦλφος γαμικαῖς ὁμιλίαις τῇ Πλακιδίᾳ συνείπετο (78)· τὴν γὰρ ὀστρακίνην φύσιν (79) . . . . .

Desunt hic novem lineæ.

ἐλπίδας τρέφων, ὡς αὐτὸς καταπολεμήσας Ἀδαοῦλφον (80-90), τὴν Πλακιδίαν νυμφεύσαιτο. Οὐ πολὺ δὲ τὸ μέσον, καὶ πολλὰ δραματουργήσας, ἐξ ὀργῆς Ἀδαοῦλφος ὑπό τινος τῶν οἰκείων ἀποσφάττεται. Ἐκ τούτου τὸ βάρβαρον πρὸς Ὀνώριον σπένδεται, καὶ τὴν οἰκείαν ἀδελφὴν, καὶ τὸν Ἄτταλον τῷ βασιλεῖ παρατίθενται αὐτοὶ, σιτήσεσί τε δεξιωθέντες, καὶ μοῖράν τινα τῆς τῶν Γαλατῶν χώρας εἰς γεωργίαν ἀποκληρωσάμενοι.

B

ε'. Μετὰ ταῦτα δὲ καὶ ἡ Ῥώμη τῶν πολλῶν κακῶν ἀνασχοῦσα συνοικίζεται (*a*)· καὶ ὁ βασιλεὺς αὐτῇ παραγεγονὼς, χειρὶ καὶ γλώττῃ (91) τὸν συνοικισμὸν ἐπεκρότει. Ὑπὲρ δὲ τοῦ βήματος ἀναβὰς, ὁ τὴν πρώτην αὐτῷ βαθμίδα (92) τὸν Ἄτταλον δια-

VALESII ANNOTATIONES.

(78) *Τῇ Πλακιδίᾳ συνείπετο.* Scribendum videtur συνήπτετο. In manuscripto codice Samuelis Bocharti ad marginem ascriptum est, ἴσως συνῆπτο· in textu autem scriptum est συνήπετο. Porro de nuptiis Placidiæ et Adaulfi dissentiunt scriptores. Sigonius quidem scribit Adaulfum, cum in locum Alarici, rex Gothorum creatus esset, ante omnia Placidiam sibi despondisse, anno Christi 411; deinde subexitum ejusdem anni, apud Iorum Cornelii Æmiliæ civitatem nuptias cum Placidia celebrasse. In quo Jordanis sententiam sequitur, qui in rebus Geticis idem scribit. Sed Olympiodorus in libro undecimo *Historiæ*, et Idatius in *Chronico*, eas nuptias Narbone in Gallia celebratas esse tradunt, anno Christi quadringentesimo duodecimo. Quo quidem tempore alteram Danielis prophetiam impletam esse ait Idatius, qua prædictum erat, filiam regis austri sociandam esse regi aquilonis.

(79) *Τὴν γὰρ ὀστρακίνην φύσιν.* Post hæc verba duas lineas desiderari in suo codice monuit Gothofredus. Verum in nostris exemplaribus, Scoriacensi videlicet et Bochartiano, desunt octo circiter vel novem lineæ; quas quidem ita commode suppleri posse existimo, τὴν γὰρ ὀστρακίνην φύσιν εἶναι τὴν Ῥωμαίων ἀρχὴν, τὴν δὲ ἐκ σιδήρου τὸ τῶν Γότθων γένος, μετὰ δὲ ταῦτα Ἀδαούλφου τὰς πρὸς Ῥωμαίους σπονδὰς διαλύσαντος, Κωνστάντιος στρατηγὸς

C

D

(80-90) *Κατὰ πελέμιον Ἀδαοῦλφον.* Hunc locum emendavi ex manuscripto codice Scoriacensi, qui diserte scriptum habet καταπολεμήσας. In manusc. codice Samuelis Bocharti legitur κατὰ πολεμίας, et in margine ascriptum est eadem manu, *Lego* καταπολεμήσας.

(91) *Χειρὶ καὶ γλώττῃ.* Quæri merito potest quid significet quod ait Philostorgius, Honorium imperatorem Romam ingressum, manu et lingua instaurationem urbis comprobasse: an per manum intelligit signum ab Honorio datum protenta manu; an potius constitutionem Honorii intelligit, ejus manu subscriptam, qua cives Romanos ad instauranda urbis mœnia incitabat.

(92) *Ὁ τὴν πρώτην αὐτῷ βαθμίδα.* Holstenius in suo codice notavit, pro ὁ forte scribendum esse ὡς. Et corruptissimam Gothofredi interpretationem restituit hoc modo: *Tribunal vero conscensurus, primi gradus loco Attalum conscendendum supposuit.* Ego vero articulum ὁ expungendum censeo, utpote superfluum. Illud quoque in Holstenii versione reprehendi potest, quod verbum ἀναβὰς interpretatus est *Tribunal conscensurus*, cum tamen Græca vox

VARIORUM.

(*a*) *Ἡ Ῥώμη συνοικίζεται.* Ita etiam Olympiodorus: *Post Romam a Gothis captam, Albinus urbis præfectus, quod jam eadem ad pristinum rediret statum, scripsit non sufficere præbitam populo partem* (sc. frumenti publici quod viritim populo Romano distribuebatur), *multitudine jam aucta civitate*, additque uno die numerum initum esse civium qua tuordecim millium. Albinus autem hoc anno (414) præfectus urbis fuit, ut liquet ex leg. ult. cod. Theod. *De navicularis*, qua annonæ urbis Romæ Honorius consuluit, idque occasione suorum Vicennalium. Attali supplicium et exsilium refert Prosper in *Chronico* ad ann. Chr. 418, qui nobis est 416.

βαίνειν ὑπετίθει (93). . . . .

Desunt hic duæ lineæ.

δεξιᾶς χειρὸς ἀπέτεμε τοὺς δύο δακτύλους, ὧν ὁ μὲν (94) ἀντίχειρ·

ὁ δὲ λιχανὸς ἔχει τὴν κλῆσιν· καὶ εἰς Λίπαρα τὴν νῆσον τοῦτον φυγαδεύει (95), μηδενὸς ἄλλου κακοῦ πρὸς πεῖραν καταστήσας, ἀλλὰ καὶ τὰς εἰς τὸν βίον χρείας παρασχόμενος.

ς'. Κατὰ δὲ τοὺς αὐτοὺς χρόνους (*a*) Ἰωβιανός τε ἐπανέστη, εἰς φθορὰν ἀπέσβη (96). Καὶ Σεβαστιανὸς ἀδελφὸς αὐτοῦ τοῖς ἴσοις ἐποφθαλμήσας, τὴν ἴσην ἔδωκε δίκην (97). Ὁ δ' Ἡρακλειανὸς, μιμησάμενος τούτους, καὶ πλέῳ τῷ τῆς τύχης γέλῳ (98) ἐπιβὰς, εὐκλεεστέραν ἔσχε τὴν καταστροφὴν, τῆς θείας ἐμφανῶς ἐπικηρυττούσης (99). Οὐδὲ ἀκόσμητον ἐᾷ

A disset, ad primum ejus gradum transire Attalum jussit. Post hæc dextræ manus duos digitos ei abscidit, quorum alter quidem pollex, alter vero index vocatur; eumque in insulam Liparam relegavit, nullo alio supplicio eum afficiens, imo cuncta ad vitam necessaria ei subministrans.

6. *Jovianus, Sebastianus, Heraclianus, tyranni.* — Per idem tempus Jovianus adversus imperatorem rebellavit, ac brevi oppressus est. Sebastianus quoque ejus frater, cum paria affectasset, pares etiam pœnas persolvit. Heraclianus vero horum vesaniam imitatus, et ad majus adhuc fortunæ ludibrium evectus, illustriorem exitum sortitus est, divina Pro-

VALESII ANNOTATIONES.

non futurum tempus designet, sed præteritum. Denique verbum διαβαίνειν simpliciter positum, significare non potest, *Ad transeundum*, nisi addideris πρὸς τό. Porro ingressus Honorii in urbem Romam, et triumphus iste de Attalo contigit, Honorio undecimum, et Theodosio iterum coss. anno Christi quadringentesimo decimo septimo, ut scribit Prosper in *Chronico*.

(93) *Διαβαίνειν ἐπετίθει.* Holstenius in margine sui codicis annotavit, forte scribendum esse ὑπετίθει. Quam Holstenii emendationem laudo equidem ac probo; sed totum hunc locum longe aliter interpretor quam ille : sic enim verto : *Cumque tribunal conscendisset, ad primum ejus gradum transire Attalum jussit.* Honorius enim cum Romam ingressus esset, præeunte currum ipsius Attalo, recta in forum contendit : ubi cum tribunal purpureis gradibus structum conscendisset, Attalum ad primum tribunalis gradum adduci jussit. Illic duos dextræ manus digitos ei jussit abscindi. Lego igitur : Εἰς πρώτην αὐτοῦ βαθμίδα τὸν Ἄτταλον διαβαίνειν ὑπετίθει. Nicephorus in capite tricesimo quinto libri decimi tertii, hunc Philostorgii locum ita expressit : Ἄτταλος δὲ ὑπὸ πόδας βήματος προτεθέντος γεγονὼς Ὀνωρίου τοὺς δύο τῶν δακτύλων μόνους ἀφαιρεῖται. Quæ Nicephori verba male Langus interpretatus est hoc modo : *Attalus ad infima tribunalis subsellia positus, ubi se Honorii potestati permisit; postea duobus tantum digitis ei amputatis*, etc. Ego vero ita interpretor : *Exstructo tribunali, Attalus pedibus Honorii advolutus, duobus duntaxat digitis amputatis*, etc. Βαθμίδες sunt *subsellia*, ut docet Simeon Thessalonicensis. Primum igitur subsellium Honorius Attalo posuerat juxta tribunal suum.

B καὶ ταχὺ εἰς φθορὰν ἀπέσβη.

(97) *Ἔδωκε δίκην.* Post hæc verba duæ circiter voces deerant in manuscriptis codicibus Scoriacensi et Bochartiano. Et in codice quidem Bocharti hic locus ad marginem ita suppletur : Ὁ δὲ..... μιμησάμενος τούτους, etc. Holstenius vero ita supplet hunc locum : Ὁ δὲ Ἡρακλειανὸς μιμησάμενος, etc. Quæ fuit etiam conjectura Gothofredi, cui nos libenter accedimus. Hi enim tres tyranni uno eodemque anno aboliti sunt, Lucio solo consule, qui fuit annus Christi 413, ut scribunt Idatius in *Fastis*, et Prosper in *Chronico*. Heraclianus quidem initio ejus anni, consul processerat; sed postea hostis publicus declaratus, ejusque nomen e *Fastis* expunctum est, ut testatur Prosper. De Heracliani tyrannide loquitur Hieronymus in libro tertio *Adversus Pelagianos. Scripsit dudum vir sanctus — eloquens episcopus Augustinus ad Marcellinum, qui postea sub invidia tyrannidis Heraclianæ, ab hæreticis innocens cæsus est*, etc. De eodem Heracliano intelligenda C sunt ejusdem Hieronymi verba in epistola ad Demetriadem *De servanda virginitate*, ubi de Juliana Demetriadis matre loquitur : *Quæ de medio mari fumantem viderat patriam, et fragili cymbæ salutem suam suorumque commiserat, crudeliora invenit Africæ littora. Excipitur enim ab eo quem nescias utrum avarior an crudelior fuerit : cui nihil dulce præter vinum et pretium : et qui sub occasione partium clementissimi principis, sævissimus omnium exstitit tyrannorum*, etc. Et paulo post : *Et mirantur æmuli : virtus enim semper invidiæ patet, cur tantarum secum pudicitiam tacita proscriptione mercata sit, cum et ille partem dignatus sit accipere, qui totum potuit auferre, et hæc quasi comiti negare non ausa sit, quæ se intelligebat sub nomine privatæ dignitatis tyranno servientem.* Heraclianum intelligit comitem rei militaris per Africam, qui sub nomine comitis diu tyrannidem in Africa exercuit.

(94) *Ὧν ὁ μέν.* Post hæc verba lineam hic deesse monet Gothofredus. Sed Lucas Holstenius in suo codice hæc ad marginem ascripsit : *In manuscripto Scoriacensi unum tantum vel alterum verbum deesse puto*, ἀντίχειρ. Ita quoque in manuscripto D exemplari Samuelis Bocharti.

(98) *Καὶ πλέῳ τῷ τῆς τύχης γέλῳ.* Non placet hæc scriptura. Mallem omnino scribere, καὶ πλέον, id est, *Longius quam illi, Jovinus scilicet ac Sebastianus, progressus.* Vel, si mavis, *altius sublatus.*

(95) *Τούτους φυγαδεύει.* Holstenius in suo codice ad marginem hæc notavit : Τοῦτον *ex Nicephoro legendum apparet. De solo enim Attalo hic loquitur.*

(99) *Τῆς θείας ἐμφανῶς ἐπικηρυττούσης.* Non assentior Jacobo Gothofredo, qui Philostorgium hic loqui censet de divina Scriptura. Atqui fatetur ipsemet Gothofredus, nusquam legi in sacris libris id quod hic dicitur a Philostorgio. Ego vero de divina

(96) *Ἐπανέστη, εἰς φθορὰν ἀπέσβη.* In manuscripto codice Samuelis Bocharti, hic locus ad marginem suppletur hoc modo : Ἐπανέστη τῷ βασιλεῖ,

VARIORUM.

(*a*) *Κατὰ δὲ τοὺς αὐτοὺς χρόνους.* Oppressi sunt hi tres tyranni anno Chr. 413, ut Pagius asserit : *Jovinus et Sebastianus ab Honorii ducibus Narbonæ. Heraclianus movens exercitum de Africa adversus Honorium, Utriculæ in Italia in conflictu superatus effugit in Africam, cæsis in loco supradicto quinquaginta millibus armatorum, Ipse post Carthagine in æde Memoriæ per Honorium percussoribus missis occiditur*, inquit Idacius in *Fastis*.

videntia aperte proclamante, nihil se inordinatum relinquere, nec tyrannis delectari; sed qui legitimum imperatorem defendunt, iis se quoque auxilium præbere.

7. (1) *Theodosius jun. et Pulcheria.* — Mortuo Arcadio, Theodosius ejus filius, admodum puer, orientalis imperii successor declaratur. Degebat cum eo in palatio Pulcheria ejus soror, imperiales subscriptiones administrans ac dirigens.

8. *Sol deficit. Siccitas. Fulgor.* — Cum Theodosius adolescentiæ annos jam ingressus esset, die XIX mensis Julii, circa octavam diei horam, sol tantopere defecit, ut stellæ quoque visæ fuerint, tantaque siccitas hunc solis defectum secuta est, ut multorum hominum ac brutorum animalium insueta mortalitas ubique terrarum grassata sit. Porro eo tempore quo sol defecit, fulgor quidam in cœlo apparuit, coni similitudinem referens : quem nonnulli præ imperitia cometam vocarunt. In iis enim quæ fulgor ille nobis ostendit, nihil erat simile cometæ; nam neque in comam desinebat lux illa, neque ullam omnino stellæ speciem præferebat; sed velut lampadis cujusdam ingens flamma per se ipsam subsistens videbatur, nulla subtus stella ellychnii speciem præferente. Sed et motus ejus longe diversus fuit a motu cometarum; motu enim primum ab ortu solis æquinoctiali, inde ultimam stellam in

A (2), οὐδὲ χαίρει τοῖς τυραννοῦσιν· ἀλλ' οἷς ὁ κατὰ θεσμὸν βασιλεὺς ἁρμόζει, τούτῳ καὶ αὐτὴ συμπαρατάττεται (3).

ζ'. Ὅτι τελευτήσαντος Ἀρκαδίου, διάδοχος τῆς ἐφ' ἁρχῆς κομιδῇ νέος ὢν Θεοδόσιος ὁ παῖς, ἀναδείκνυται. Συνῆν δ' αὐτῷ καὶ Πουλχερία ἡ ἀδελφὴ, τὰς βασιλικὰς σημειώσεις (4) ὑπηρετουμένη καὶ διευθύνουσα.

η'. Ὅτι Θεοδοσίου τῆς τῶν μειραχίων ἡλικίας (*a*) ἐπιβεβηκότος, καὶ τοῦ μηνὸς Ἰουλίου εἰς ἐννέα ἐπὶ δεκάτῃ διαβαίνοντος, περὶ ὀγδόην τῆς ἡμέρας ὥραν, ὁ ἥλιος οὕτω βαθέως ἐκλείπει, ὡς καὶ ἀστέρας ἀναλάμψαι· καὶ αὐχμὸς οὕτω τῷ πάθει (5) συνείπετο, ὡς πολλῶν ἀνθρώπων καὶ τῶν ἄλλων ζώων ἀσυνήθη

B φθορὰν πανταχοῦ φέρεσθαι. Ἐκλείποντι δὲ τῷ ἡλίῳ, φέγγος τι κατὰ τὸν οὐρανὸν συνανεφάνη, κώνου σχῆμα παραδυόμενον (6), ὅ τινες ἐξ ἀμαθίας ἀστέρα κομήτην ἐκάλουν. Καὶ γὰρ ὧν ἐκεῖνος ἐδείκνυ, οὐδὲν ἦν κομήτας παράσημον (7)· οὔτε γὰρ τὸ φέγγος εἰς κόμην ἀπέβαινεν, οὔτε ἀστέρι ὅλως ἐῴκει· ἀλλ' οἷον λύχνου τις μεγάλη φλὸξ ὑπῆρχε καθ' ἑαυτὴν ὁρωμένη, μηδενὸς ἀστέρος θρυαλλίδος αὐτῷ τινος μορφὴν (8) ὑποτρέχοντος. Ἀλλὰ γὰρ καὶ τῇ κινήσει παρήλλαττε· καὶ γὰρ κινηθεὶς ὅθεν ὁ ἥλιος κατὰ ἰσημερίαν ἀνίσχει, ἐκεῖθεν τὸν κατὰ τῆς οὐρᾶς ἄρκτου τεταγμένον ἕσχατον ἀστέρα ὑπερενεγκὼν ἠρέμα

VALESII ANNOTATIONES.

justitia ac providentia hunc locum intelligendum esse affirmo, ut ex sequentibus manifeste colligitur. Itaque post vocem ἐπικηρυττούσης, addendum est omnino προνοίας, vel potius δίκης.

(1) Soz. l. IX, c. 1.

(2) *Οὐδὲ ἀκόσμητον ἐᾷ.* In manuscripto codice Samuelis Bocharti, ad marginem ascriptum est eadem manu : *Deest* ὅτι τὴν ἔννομον βασιλείαν οὐδέ, etc. Id est, *Divina providentia clare pronuntiante, se legitimum imperium, ne quidem male ordinatum, deserere.* Quæ conjectura, sive Bocharti sive alterius cujuspiam, profecto non displicet. Posset etiam emendari ac suppleri locus hoc modo : Ὅτι οὐδὲν ἀκόσμητον ἐᾷ.

(3) *Τούτῳ καὶ αὐτὴ συμπαρατάττεται.* Scribendum est τούτοις, ut patet ex præcedentibus. Atque ita in margine codicis Bochartiani ex conjectura emendatum inveni.

(4) *Τὰς βασιλικὰς σημειώσεις.* Jacobus Gothofredus *imperiales dispositiones* interpretatur. Ego vero *adnotationes* malim vertere. Nam σημείωσις proprie adnotationem significat, ut jampridem monui in adnotationibus Eusebianis. Porro Annotationes dicebantur olim rescripta principum et jussiones. Interdum etiam a sacris pragmaticis et edictis distinguuntur, ut docet Brissonius in Lexico. Sic in Notitia imperii Romani, ubi officium Consularis Palæstinæ describitur : *Exceptores*, inquit, *habet et cæteros cohortalinos, quibus non licet ad aliam transire militiam, sine adnotatione clementiæ principalis.* Ita quoque in officio præsidis Thebaidos, in actione prima Chalcedonensis concilii, pag. 98, hæc leguntur : *Idem devotissimus exceptor dixit: Est in recitata prece etiam divina adnotatio sacratissimi et piissimi imperatoris.* In Græco θεία ὑποσημείωσις. Post hæc recitatur adnotatio principis, quæ subjecta erat libello precum Eutychis his verbis : *Deponant apud reverendissimos episcopos*, etc.; in pag. autem 116 actionis primæ ejusdem concilii, sacra subnotatio dicitur ἡ θεία ὑποσημείωσις.

(5) *Αὐχμὸς οὕτω τῷ πάθει.* Lego αὐχμὸς τοσοῦτος τῷ πάθει συνείπετο, ut scribitur apud Nicephorum, in cap. 36 libri XIII.

(6) *Κώνου σχῆμα παραδυόμενον.* Sic etiam scribitur apud Nicephorum in loco supra citato, ubi Langus interpretatur, *coni seu metæ similitudinem gerens.* Certe hoc verbum raro admodum legere memini. Vide Suidam in παραδύομαι.

(7) *Οὐδὲν ἦν κομήτας παράσημον.* In manuscripto Scoriacensi legitur κομήτης, quemadmodum etiam legitur in Nicephoro. Melius tamen scriberetur οὐδὲν ἦν κομήταις παραπλήσιον.

(8) *Θρυαλλίδος αὐτῷ τινος μορφήν.* Male hunc locum Langus interpretatus est hoc modo : *Nec radii ejus aliqui stellæ cujusquam formam subiere.* Interpretationem Langi compilavit, ut solet, Jacobus Gothofredus. Atqui non id dicit Philostorgius. Sed ait flammam illam instar cujusdam magnæ lampadis per se solam apparuisse, nullo subtus astro, instar ellychnii, subsistente. Quid sit θρυαλλὶς docent glossæ Græco-Latinæ : Θρυαλλὶς, flumus. Ubi *flumus*, idem est quod Græce φλῶμος. Suidas Φλῶμος, inquit, βοτάνη ᾗ καὶ ἀντὶ ἐλλυχνίου χρῶνται. Eadem fere habet Hesychius : Φλῶμος, ait, πόα τις ᾗ καὶ ἀντὶ ἐλλυχνίου χρῶνται. Ἡ αὐτὴ δὲ καὶ θρυαλλίς.

VARIORUM.

(*a*) *Θεοδοσίου τῆς τῶν μειραχίων ἡλικίας.* Omnes consentiunt solis eclipsin mox memoratam contigisse, Honorio XII et Theodosio VIII coss. qui fuit annus Domini 418. Ergo Theodosius, qui natus fuit a. D. 401, ingressus est annum ætatis decimum octavum. *Gothofred.*

προῤῥάϊνε πορευόμενος ἐπὶ δυσμάς. Ἐπεὶ δὲ διεμέ- A
τρει τὸν οὐρανὸν, ἀφανὴς ἦν, πλείους τεσσάρων μη-
νῶν ἐξανυσθείσης αὐτῷ τῆς πορείας. Ἡ δὲ κορυφὴ
τοῦ φέγγους, νῦν μὲν εἰς μῆκος μέγα ὠξύνετο, ὡς
ἐκβαίνειν τοὺς τοῦ κώνου λόγους· νῦν δὲ πρὸς τὸ
ἐκείνου μέτρον συνεστέλλετο. Καὶ ἄλλα δὲ παρεῖχε
τερατώδη θεάματα, δι' ὧν τῆς τῶν συνήθων φασμά-
των ἐξηλλάττετο φύσεως. Ἤρξατο δὲ ἀπὸ μέσου θέ-
ρους σχεδόν τι μέχρι τῆς τοῦ μετοπώρου τελευτῆς.
Γέγονε δὲ ἄρα καὶ τοῦτο σημεῖον πολέμων μεγάλων,
καὶ φθορᾶς ἀνθρώπων οὐ ῥητῆς. Τῷ δὲ ἑξῆς ἔτει
ἤρξαντο σεισμοὶ, οὐ ῥᾴους ὄντες τοῖς προλαβοῦσι πα-
ραβαλεῖν. Τοῖς δὲ σεισμοῖς καὶ πῦρ οὐρανόθεν συγκα-
ταῤῥηγνύμενον, πᾶσαν ἐλπίδα σωτηρίας περιέκοπτε·
πλήν γε φθορὰν ἀνθρώπων οὐκ ἐνειργάσατο. Ἀλλ' B
ἡ θεία εὐμένεια πνεῦμα σφοδρὸν καθιεῖσα, καὶ τὸ
πῦρ πανταχόθεν περιελάσασα, κατὰ τῆς θαλάσσης
ἀπέῤῥιψε. Καὶ ἦν ἰδεῖν ξένην θέαν, τῶν κυμάτων ἐπὶ
πλεῖστον (9) ὥσπερ τινῶν λασίων χωρίων τῷ πυρὶ
καταφλεγομένων, ἄχρι τελείως τὸ φλέγον ἐναπέσβη
τῷ πελάγει.

θ'. Ὅτι κατὰ πολλοὺς τόπους τῶν σεισμῶν γενομέ-
νων, ὤφθησαν ὀροφαὶ οἰκιῶν ἀπ' ἀλλήλων μετὰ μεγά-
λων πατάγων καὶ ἀῤῥαγμῶν (10-1) διαστᾶσαι, ὡς καὶ
τοὺς ἔνδον παρατυχόντας καθαρῶς τῇ ὄψει τὸν οὐρα-
νὸν ὑποβάλλειν. Καὶ μετὰ τὴν τοσαύτην διάστασιν,
οὕτω πάλιν ἁρμοθεῖσαί τε καὶ συναφθεῖσαι, ὡς μη-
δεμίαν αἴσθησιν τοῦ νεωτερισθέντος μηδενὶ παρα- C
σχεῖν. Τὸ αὐτὸ δὲ τοῦτο πάθος, καὶ περὶ τὰ ἐδάφη
πολλαχοῦ συνηνέχθη. Καὶ γὰρ σιτοβόλων (2) τοὺς
κάτωθεν οἰκοῦντας ἀπέπνιξαν, τὸν σῖτον αὐτοῖς ἀθρόον
ἐπιχεάμενοι διὰ τῶν πάλων (3)· καὶ πάλιν οὕτω πα-
ρέσχον τὸ ἔδαφος ἡρμοσμένον, ὡς ἐξαπορεῖν ἅπαντας
πόθεν ὁ φονεὺς ἀπερῥύη σῖτος (4). Καὶ ἄλλα δὲ τοιου-
τότροπα πάθη τηνικαῦτα ἐνεωχμώθη, δεικνύντα μὴ
φυσικῇ τινι ταῦτα προελθεῖν ἀκολουθίᾳ, ὡς Ἑλλή-
νων παῖδες ληροῦσιν, ἀλλὰ θείας ἀγανακτήσεως μά-
στιγας ἐπαφεθῆναι.

cauda Ursæ sitam transgressa, paulatim ad occa-
sum processit. Postquam vero universum cœlum
permensa est, tandem disparuit, cum cursus ejus
plus quam quatuor menses durasset. Porro ejus
vertex, nunc quidem in magnam longitudinem
acuebatur, adeo ut coni modum ac mensuram exce-
deret; nunc vero ad coni mensuram redibat. Alias
præterea prodigiosas species oculis subjecit, quæ a
vulgarium signorum natura illam differre ostende-
bant. Cœpit autem a media æstate, et ad exitum
ferme autumni perseveravit. Fuitque signum gra-
vium bellorum et mortalitatis hominum incredibi-
lis. Insequenti anno terræ motus cœpere, qui cum
superioribus haud facile conferri possint. Simul
autem cum terræ motibus ignis quoque e cœlo de-
missus, omnem salutis spem præclusit; nullam
tamen hominibus cladem intulit. Divina enim be-
nignitas, immisso vehementi vento cum ignem undi-
que fugasset, in mare tandem projecit. Et videre
erat novum quoddam spectaculum, maris videlicet
fluctus quasi saltus quosdam ac silvas, diuturno
tempore conflagrare, donec flamma penitus in mari
exstincta esset.

9. Porro multis in locis cum terra movisset, visa
sunt ædium culmina magno cum fragore ac sonitu
disrumpi, adeo ut ii qui intra domos erant, cœlum
ipsum oculis suis cernerent. Post hujusmodi autem
divulsionem ita rursus juncta et compaginata sunt,
ut nullum ejus rei quæ acciderat, indicium relin-
queretur. Idem quoque pavimentis ædium accidit
diversis in locis. Nam et horrea eos qui sub ipsis
habitabant oppresserunt, frumenti acervum ipsis
superfundentia per subitos hiatus: ac rursus solum
ita coaluit, ut cuncti ambigerent undenam frumen-
tum illud lethale defluxisset. Alii præterea hujusmodi
casus novi atque insueti eo tempore contigerunt,
qui quidem manifestissime ostendebant, non natu-
rali modo atque ordine ista evenire, ut gentiles falso
opinantur; sed divinæ indignationis flagella in ho-
mines immissa esse.

VALESII ANNOTATIONES.

(9) *Ἐπὶ πλεῖστον*. Non probo interpretationem Langi, qui totum hunc locum ita vertit: *Et videre erat spectaculum novum, fluctus ipsos perinde ac regiones quasdam marinas plurimum igni ardere.* Gothofredus vero interpretationem Langi ita interpolavit: *Et videre erat mirum spectaculum, procellas ut plurimum velut regiones quasdam marinas igni ardentes.* Atqui ἐπὶ πλεῖστον significat *diuturno tempore*, vel certe, *per longissimum spatium.* Aut enim subauditur χρόνον, aut τόπον. Præterea verba illa ὥσπερ λασίων χωρίων, non sunt regiones marinæ, ut Langus interpretatus est; sed potius loca fruticosa, ut Holstenius ad latus sui codicis adnotavit.

(10-1) *Καὶ ἀῤῥαγμῶν*. Sic etiam excusum est apud Nicephorum: magis tamen placet scriptura codicis Bochartiani, ἀραγμῶν, per simplex ρ.

(2) *Καὶ γὰρ σιτοβολῶν*. Scribe meo periculo σιτοβολῶνες, id est, *horrea*. Hesychius: Σιτοβολῶνες ὄρια. Ubi ὄρια vox est Latina *horrea*. Σιτοβολῶνες leguntur etiam apud Suidam in voce Σιτοβολίοις. Ubi Suidas notat utrumque dici, σιτοβόλια scilicet et σιτοβολῶνας de horreis seu apothecis. Certe in Glossis Græco-Latinis legitur: Σιτοβόλιον, *granarium*.

Male igitur in Nicephoro excusum est καὶ τινες τῶν σιτοβόλων pro σιτοβολώνων. Auctor *Vitæ B. Athanasii* δημοσίους σιτοβολῶνας vocat publica horrea. Uti- D
tur etiam hac voce Palladius in *Lausiaca*, ubi de Severiano. Et Philo, in libro v *Mechanicorum*, ubi docet quomodo construendi sint σιτοβολῶνες, si materiæ copia desit.

(3) *Διὰ τῶν πάλων*. In Nicephoro legitur διὰ τῶν πάτων. Ubi Langus interpretatur per *rimas patentes*. Langi interpretationem secutus est suo more Gothofredus. Ego vero pabulata malim vertere, πάτος enim *pavimentum* significat, ut docent Glossæ Græco-Latinæ. Πάτοι igitur hoc loco sunt tabulata, quæ nos *plancaria* Gallice appellamus: quæ cum terræ motu divulsa fuissent, per ea frumentum quod erat in horreis, effundebatur in eos qui subtus habitabant. Certe quod Philostorgius hoc loco πάλων seu πάτων dixit, statim appellat ἔδαφος.

(4) *Ἀπερῥύη σῖτος*. In manuscripto codice Samuelis Bocharti legitur ἀπερῥύκει, et ad marginem hæc notata sunt: *In manuscripto obliteratum est* τὸ κει.

10. *Unde factum quod terra moveatur.*— Idem Philostorgius variis argumentis ostendere conatur, terræ motus neque ex inundatione aquarum fieri, neque ventorum vi intra sinus terræ inclusorum, nec rursus ex aliqua terræ inclinatione, sed sola Dei voluntate accidere ad conversionem et emendationem peccatorum. Aitque ista se constanter asseverare, propterea quod neutrum ex supradictis elementis ejusmodi casus vi naturali perficere potest. Quod si Deus ita voluerit, vel minima gutta e cœlo delapsa, vel nix levissima Olympum Macedoniæ, aut alium quempiam ex altissimis montibus, facillime movere possit : quando quidem videmus, Deum sæpenumero his rebus usum esse ad emendationem generis humani. Nam et Rubrum mare cum facile posset subito discindere, austro violento prius illud verberans atque impellens, ita demum divisit : non quod ulla hujusmodi virtus in austro insita sit a natura : sed quod divina vis ad voluntatem suam exsequendam eo usa fuerit. Sed et virga percutiens, fontes aquarum elicuit ex petra. Et Jordanis fluenta lepram sanarunt : non quod eorum natura ista operari valeat, sed quia Creator singulas creaturas ad eum quem voluerit usum transmutandi, plenam atque omnimodam habeat potestatem.

11. *Lucianus Constantinopoli novæ sectæ auctor.*— Post mortem Eudoxii, qui Constantinopoli Eunomianorum sectæ præfuerat, Lucianus sororis Eunomii filius in ejus locum substituitur. Hunc porro aiunt, cum in avaritiam et cognata vitia prolapsus esset, pœnamque ob id metueret, a reliquorum quidem Eunomianorum secta sese abrupisse ; propriæ vero factionis principem exstitisse, nec contemnendæ multitudini præfuisse, cum improbi omnes et diversis vitiis implicati ad eum confluxissent.

12. *Constantii breve imperium* (5). — Honorius imperator Constantium magistrum militum ob affinitatis honorem ad consortium imperii ascivit, cum Placidia Valentinianum ei filium jam peperisset : cui quidem Valentiniano Honorius nobilissimi dignitatem tribuit. Constantii igitur imagines, ut moris erat eorum qui recens ad imperium promoti erant, missæ sunt in Orientem. Sed Theodosius, cum nuncupationem augustam Constantii improbaret, imagines ejus non admisit. Cumque Constantius ob hanc contumeliam sese ad bellum pararet, mors superveniens, vita simul et curis eum liberavit, cum imperasset mensibus sex.

13. *Honorii obitus. Joannes tyrannus. Ardaburius. Aspar* (6). — Consulatu imperatoris Theodosii decimo et Honorii tertiodecimo, idem Honorius

ι'. Ὅτι διαφόροις ἐπιχειρήμασι κατασκευάζειν πειρᾶται, τοὺς σεισμοὺς μήτε διὰ πλημμύραν ὑδάτων συνίστασθαι, μήτε πνευμάτων ἐναπολαμβανομένων τοῖς κόλποις τῆς γῆς· ἀλλὰ μηδὲ γῆς τινος ὅλως παρεγκλίσει · μόνῃ δὲ τῇ θείᾳ γνώμῃ, πρὸς ἐπιστροφὴν καὶ διόρθωσιν τῶν ἁμαρτανομένων. Καὶ ταῦτά φησιν ἰσχυριζόμενον λέγειν, διότι τὰ τηλικαῦτα πάθη μὴ δύναται μηδέτερον τῶν εἰρημένων στοιχείων κατὰ φυσικὴν ἀποτελεῖν δύναμιν. Ἐπεὶ Θεοῦ γε βουληθέντος, καὶ ψεκὰς ἡ σμικροτάτη προσπεσοῦσα καὶ νιφὰς ἡ κουφοτάτη, τὸν Ὄλυμπον τῆς Μακεδονίας, ἤ τι ἄλλο τῶν μεγίστων ὀρῶν κινήσειεν ἂν ῥᾳδίως. Ἐπεὶ καὶ φαίνεται πολλάκις τὸ Θεῖον ἐπὶ παιδείᾳ τῶν ἀνθρώπων, τούτοις χρώμενον. Τήν τε γὰρ Ἐρυθρὰν θάλασσαν, ῥᾷον ὂν ἀθρόον διαστῆσαι, νότῳ βιαίῳ πρότερον μαστιγώσας καὶ συνωθίσας, οὕτω διέστησεν, τῇ τοῦ νότου φύσει μηδεμιᾶς δυνάμεως τοιαύτης ἐγκαθιδρυμένης, ἀλλὰ τῆς ἄνωθεν ῥοπῆς ὑπερφυῶς αὐτῷ χρησαμένης πρὸς τὸ οἰκεῖον βούλημα. Καὶ ῥάβδος δὲ πηγὰς ἐκ πέτρας ναμάτων πλήττουσα προχέει· καὶ Ἰορδάνου ῥεῖθρα καθαίρουσι λέπραν, οὐ τῆς φύσεως αὐτῶν ταῦτα δρᾶν ἐνδυναμούσης, τοῦ δὲ πλάστου μεταπλάττειν ἕκαστον τῶν δημιουργημάτων πρὸς ἣν ἂν ἐθέλοι χρείαν, πολλὴν καὶ ἀκώλυτον ἔχοντος τὴν ἐξουσίαν.

ια'. Ὅτι μετὰ θάνατον Εὐδοξίου (*a*), ὃς τῆς ἐν Κωνσταντινουπόλει Εὐνομιανῆς συναγωγῆς ὑπῆρχε (*b*), Λουκιανὸς ἀντικαθίσταται, παῖς ὢν ἀδελφῆς Εὐνομίου. Τοῦτον δή φασιν εἰς φιλαργυρίαν τε καὶ τὰ συγγενῆ κατολισθήσαντα πάθη, καὶ τὴν ἐπ' αὐτῆς ὑφορώμενον δίκην, ἀποσχίσαι μὲν τῆς ἄλλης Εὐνομιανῶν μοίρας· ἰδίας δὲ συμμορίας ἀρχηγὸν ἑαυτὸν ἀναδεῖξαι, καὶ συντάγματος οὐκ εὐκαταφρονήτου ἄρξαι· πάντων τῶν ἐπιῤῥήτων τε καὶ ποικίλοις πάθεσι καθωπλισμένων πρὸς αὐτὸν ἀπερῤῥυηκότων.

ιβ'. Ὅτι Ὀνώριος ὁ βασιλεὺς Κωνστάντιον τὸν στρατήγὸν κατὰ τιμὴν τοῦ κήδους εἰς τὸ τῆς βασιλείας προσλαμβάνεται σκῆπτρον· ἤδη καὶ παῖδα Οὐαλεντινιανὸν τῆς Πλακιδίας αὐτῷ γειναμένης· ᾧ καὶ τὴν τοῦ ἐπιφανεστάτου περιῆψεν ὁ Ὀνώριος ἀξίαν. Αἱ δὲ τοῦ Κωνσταντίου εἰκόνες, ὡς ἔθος ἦν τοῖς ἄρτι παρελθοῦσιν εἰς βασιλείαν πράττειν, ἀναπέμπονται πρὸς τὴν ἑῴαν. Ἀλλ' ὅ γε Θεοδόσιος οὐκ ἀρεσκόμενος τῇ ἀναῤῥήσει, οὐ προσίετο ταύτας. Καὶ δὴ Κωνσταντίῳ παρασκευαζομένῳ διὰ τὴν ὕβριν ἐπὶ πόλεμον, καὶ τῆς ζωῆς καὶ τῶν φροντίδων ἐπιστὰς ὁ θάνατος τὴν ἀπαλλαγὴν παρέχει, βασιλεύσαντι μῆνας ἕξ.

ιγ'. Ὅτι ἐν ὑπατείᾳ τοῦ βασιλέως Θεοδοσίου τὸ δέκατον, καὶ Ὀνωρίου τὸ τρισκαιδέκατον, αὐτὸς Ὀνώριος ὑδέρῳ τελευτᾷ. Καὶ Ἰωάννης τυραννίδι ἐπιθό-

VALESII ANNOTATIONES.

(5) Socr. lib. VII, cap. 24.

(6) Socr. lib. VII, cap. 23.

VARIORUM.

(*a*) *Μετὰ θάνατον Εὐδοξίου.* Hæc refert Gothofredus anno 420, quando Eunomiani procul Constantinopoli abacti sunt. Anno quippe 415, conventus eorum in urbe inhibuerat Theodosius sub pœna deportationis domusque proscriptionis. *d. lib.* LVIII, *Cod. Theod. de hæreticis* : quod observavit idem Gothofredus.

(*b*) *Ὑπῆρχε.* Legendum ἐπῆρχε. *W. Lowth.*

μενος, διαπρεσβεύεται πρὸς Θεοδόσιον· ἀπράκτου δὲ τῆς πρεσβείας γεγενημένης, καὶ οἱ πρέσβεις ὑβρισθέντες, ἄλλος ἀλλαχῆ κατὰ τὴν Προποντίδα φυγῇ προετιμήθησαν. Τὴν μέντοι Πλακιδίαν καὶ τὸν τρίτον Οὐαλεντινιανὸν (μετὰ γὰρ Κωνσταντίνου θάνατον, πρὸς τὸ Βυζάντιον ἀνεκομίσθησαν) ἀποστέλλει πρὸς Θεσσαλονίκην Θεοδόσιος. Κἀκεῖ τὴν τοῦ Καίσαρος ἀξίαν τῷ ἀνεψιῷ παρατίθησιν (7), Ἀρδαβουρίῳ τῷ στρατηγῷ, καὶ τῷ τούτου υἱῷ Ἄσπαρι τὴν κατὰ τοῦ τυράννου στρατηγίαν ἐγχειρίσας. Οἳ δὴ καὶ συνεπαγόμενοι Πλακιδίαν τε καὶ Οὐαλεντινιανὸν, καὶ τούς τε Παίονας καὶ τοὺς Ἰλλυριοὺς διελάσαντες, τὰς Σάλωνας, πόλιν τῆς Δαλματίας, ἀναιροῦσι κατὰ κράτος (8). Ἐντεῦθεν ὁ μὲν Ἀρδαβούριος νηΐτῃ στόλῳ κατὰ τοῦ τυράννου χωρεῖ. Ὁ δὲ Ἄσπαρ τὴν ἱππικὴν δύναμιν συλλαβών, καὶ τῷ τάχει τῆς ἐφόδου κλέψας τὰς αἰσθήσεις, τῆς Ἀκυληΐας μεγάλης πόλεως ἐγκρατὴς γίνεται, συνόντων αὐτῷ Οὐαλεντινιανοῦ καὶ Πλακιδίας. Ἀλλ' ὁ μὲν οὕτω τὴν μεγάλην ἀταλαιπώρως παρεστήσατο. Τὸν δὲ Ἀρδαβούριον βίαιον ἀπολαβὸν πνεῦμα, σὺν δυσὶν ἑτέραις τριήρεσιν εἰς χεῖρας ἄγει τοῦ τυράννου. Ὁ δὲ πρὸς σπονδὰς ἀφορῶν, φιλανθρώπως ἐκέχρητο τῷ Ἀρδαβουρίῳ. Καὶ πολλῆς οὔτος ἀπόλαυσιν τῆς ἀδείας, τοὺς ἀποστρατήγους (a) τοῦ τυράννου (9), ἤδη καὶ αὐτοὺς ὑποκεκινημένους, τὴν ἐπιβουλὴν κρατύνει τὴν κατὰ τοῦ τυράννου· καὶ σημαίνει Ἄσπαρι τῷ παιδὶ παραγενέσθαι, ὡς ἐφ' ἑτοίμῳ τῷ κατορθώματι. Τοῦ δὲ θᾶττον σὺν τῷ ἱππότῃ στρατῷ παραγεγονότος, καὶ μάχης τινὸς συῤῥαγείσης, συλλαμβάνεται ὁ Ἰωάννης τῇ τῶν ἀμφ' αὐτὸν προδοσίᾳ, καὶ πρὸς Πλακιδίαν καὶ Οὐαλεντινιανὸν εἰς Ἀκυληΐαν ἐκπέμπεται· κἀκεῖ τὴν δεξιὰν προδιατμηθεὶς (10), εἶτα καὶ τῆς κεφαλῆς ἀποτέμνεται, ἵνα τυραννήσας ἐπὶ τῷ ἡμίσει ἐνιαυτόν. Τότε καὶ βασιλέα ὁ Θεοδόσιος τὸν Οὐαλεντινιανὸν ἀποστέλλας ἀναγορεύει.

ιϑ'. Ὅτι Ἀέτιος ὁ ὑποστράτηγος Ἰωάννου τοῦ τυράννου, μετὰ τρεῖς ἡμέρας τῆς ἐκείνου τελευτῆς, βαρβάρους ἄγων μισθωτοὺς εἰς ξ' χιλιάδας παραγίνεται· καὶ συμπλοκῆς αὐτοῦ τε καὶ τῶν περὶ τὸν Ἄσπαρα γεγενημένης, φόνος ἑκατέρωθεν ἐῤῥύη πολύς. Ἔπειτα σπονδὰς ὁ Ἀέτιος τίθεται πρὸς Πλακιδίαν καὶ Οὐαλεντινιανὸν, καὶ τὴν τοῦ κόμητος ἀξίαν λαμβάνει· καὶ οἱ βάρβαροι χρυσίῳ καταθέμενοι τὴν

aquæ intercutis morbo interiit. Joannes vero cum tyrannidem arripuisset, legationem misit ad Theodosium; sed re infecta, legati insuper contumelia affecti, alius alio per Propontidem relegati sunt. Placidiam vero et Valentinianum tertium, qui post obitum Honorii Byzantium profugerant, Theodosius Thessalonicam misit. Illic patrueli suo Cæsaris dignitatem concessit, et Ardaburio magistro militum ejusque filio Aspari, belli adversus tyrannum administrationem commisit. Ili Placidiam et Valentinianum secum ducentes, cum Pannoniam et Illyricum pertransissent, Salonas urbem Dalmatiæ vi ceperunt. Post hæc Ardaburius quidem cum navalibus copiis contra tyrannum profectus est. Aspar vero, assumptis secum equestribus copiis, et impressionis inopinæ celeritate suspicionem præveniens, Aquileiam urbem maximam occupavit, Placidia et Valentiniano ipsum comitantibus. Et hic quidem maximam civitatem absque ullo negotio cepit. Ardaburium vero violentus quidam ventus excipiens, una cum duabus triremibus in manus tyranni detulit. Ille de fœdere ineundo cogitans, Ardaburium humaniter excepit. Qui cum maxima libertate frueretur, ductores tyranni, qui jam ad defectionem propensi erant, contra tyrannum animavit. Simul Aspari filio per litteras significavit, ut tanquam ad paratam victoriam adesset. Qui cum celeriter adventasset una cum equestribus copiis, conserto levi prœlio captus est Joannes, proditione eorum qui circa ipsum erant, et Aquileiam ad Placidiam et Valentinianum deducitur. Illic dextra manu prius amputata, postea etiam capite truncatus est, cum per unum ac dimidium annum tyrannidem exercuisset. Tum vero Theodosius Valentinianum Romam missum, imperatorem renuntiavit.

14. *Aetius comes factus.* — Aetius unus ex ducibus Joannis tyranni, tertio post ejus obitum die supervenit, barbaros adducens mercede conductos, ad sexaginta fere hominum millia; commissoque inter ipsum et Asparis exercitum prœlio, multi ex utraque parte ceciderunt. Posthæc Aetius fœdus iniit cum Placidia et Valentiniano, et comitis dignitatem accepit; barbari vero auro accepto, iram atque ar-

VALESII ANNOTATIONES.

(7) *Τῷ ἀνεψιῷ παρατίθησιν.* Scribendum est περιτίθησιν. Quem errorem jam supra non semel castigavi.

(8) *Σάλωνας...ἀναιροῦσι κατὰ κράτος.* Manuscripti quidem codices nihil variant. Nihilominus tamen scribendum est αἱροῦσι, quemadmodum legitur apud Nicephorum in lib. XIV, c. 7.

(9) *Τοὺς ἀποστρατήγους τοῦ τυράννου.* Gothofredus interpretatur exauctoratos a tyranno. Quod nullo modo probare possum. Neque enim Philostorgius hic loquitur de iis quos tyrannus exauctoravetrat; sed de ducibus qui sub illo militabant. Adde quod ἀποστράτηγος Græce non dicitur. Proinde non dubito quin scribendum sit hoc loco ὑποστρατήγους. In manuscripto codice Bocharti legitur ἀποστρατηγοὺς accentu in ultima. Et in margine ascriptum est eadem manu, ἴσως ὑποστρατηγούς.

(10) *Τὴν ... προδιατμηθεὶς.* Apud Nicephorum hic locus ita legitur, τὴν χεῖρα πρῶτον διατμηθείς, etc. In ms. codice Samuelis Bocharti ad marginem ita ascriptum inveni : *Deest vocabulum, forte* γλῶτταν.

VARIORUM.

(a) *Ὑποστρατήγους.* Deest vox ad sensum perficiendum. *W. Lowth.*

ma deposuerunt, et obsidibus datis fideque vicissim accepta in proprias sedes reversi sunt.

A ὀργὴν καὶ τὰ ὅπλα, ὁμήρους τε δόντες, καὶ τὰ πιστὰ λαβόντες, εἰς τὰ οἰκεῖα ἤθη (*a*) ἀπεχώρησαν.

Finis excerptorum Ecclesiasticæ Historiæ *Philostorgii.*

Τέλος τῶν ἐκλογῶν τοῦ παρόντος βιβλίου τῆς Ἐκκλησιαστικῆς Ἱστορίας *Φιλοστοργίου.*

(*a*) *Εἰς τὰ οἰκεῖα ἤθη.* Videtur legendum ἔθνη. *W. Lowth.*

SUPPLEMENTA PHILOSTORGIANA.

De Josepho, Phlegonte et Dione, *ex Suida in voce* Φλέγων.

Philostorgius ait ea, quæ circa Judæos acciderunt, pluribus et copiosius exsecutum esse Justum; Phlegontem vero et Dionem breviter meminisse, eaque velut obiter *Historiæ* suæ indidisse. Cæterum eorum quæ ad pietatem aliasque virtutes ducunt, neque ille curam ullo modo gessisse dignoscitur, quemadmodum neque hi. Contra vero Josephus et reformidanti similis est caventique, ne Græcos offendat.

B Τούτου Φλέγωνός φησι Φιλοστόργιος Ἰουστον (11) τὰ κατὰ τοὺς Ἰουδαίους συμπεσόντα διὰ πλείονος ἐπεξελθεῖν τοῦ πλάτους· Φλέγωνος καὶ Δίωνος βραχέως ἐπιμνησθέντων, καὶ παρενθήκην αὐτὰ τοῦ ἰδίου λόγου ποιησαμένων. Ἐπεὶ τῶν γε εἰς εὐσέβειαν καὶ τὴν ἄλλην ἀρετὴν ἐλκόντων, οὐδ' ὁτιοῦν οὐδ' οὗτος δείκνυται πεφροντικὼς, ὅνπερ οὐδ' ἐκεῖνοι τρόπον. Τοὐναντίον μὲν οὖν ὁ Ἰώσηπος, καὶ δεδοικότι ἔοικε καὶ εὐλαβουμένῳ ὡς μὴ προσκρούσειεν Ἕλλησι.

De Eusebio Nicomediensi, et Theophilo Indo. *Ex uno e sex prioribus libris, referente Photio in* Biblioth. *n.* 40.

Quod vero ad miracula attinet vitamque, Eusebium Nicomediæ (quem et Magnum appellat) et Theophilum Indum, aliosque plures extollit.

Ἐν τεραστίοις δὲ καὶ βίῳ Εὐσέβιον τῆς Νικομηδείας, ὃν καὶ μέγαν ἀποκαλεῖ, καὶ Θεόφιλον τὸν Ἰνδὸν καὶ ἄλλους πλείονας ἐξαίρει.

De his qui ab Ario *steterunt in* synodo Nicæna, *ex Niceta in* Thesauro orthodoxæ fidei, *lib.* v, *cap.* 7 *in fin.*

Cæterum (ut Philostorgius primo *Historiæ* suæ libro auctor est) ab Ario in synodo Nicæna steterunt hi, quorum nomina subsequuntur episcopi: ex superiore quidem Libya Sentianus Boræi, Dachius Beronices, Secundus Theuchirorum, Zopyrus Barces, Secundus alius Ptolemaidis, Theon Marmaricæ; ex Thebis Ægyptiis Melitius; ex Palæstina Patrophilus Scythopoleos, Eusebius Cæsariensis, qui Pamphili dictus est; ex Phœnicia Paulinus Tyri, Amphion Sigedonis; ex Cilicia Narcissus Irenopoleos, Athanasius Anazarbi, Tarcodimatus Ægon; ex Cappadocia Leontius, Longianus et Eulalius; ex Ponto, Basilius Amasiæ, Melitius Sebastopoleos; ex Bithynia, Theognis Nicææ, Maris Chalcedonis, Eusebius Nicomediæ, Magnus quidem cognomine, qui Luciano martyri familiaris fuerat, miraculisque clarus, ut qui vel maxime: ex quo etiam Magni cognomen adeptus erat.

De subscriptionum *varietate in concilio Nicæno, ex Niceta in* Thesauro orthodoxæ fidei, *lib.* v, *c.* 8.

Philostorgius, *sub finem libri primi*, auctor est, eorum qui Nicænæ fidei subscripserant, alios quidem e chirographorum suorum regione ὁμοούσιον dictionem ascripsisse, alios vero ab Eusebio instructos blasphemam ὁμοιούσιον vocem loco ὁμοούσιον supposuisse, præter Secundum et Theonam, qui etiam una cum Ario ejusque presbyteris in Illyricum relegati sunt.

De Pœnitentia *quorumdam Arianorum, quod concilio Nicæno subscripsissent: quod refert Nicetas in* Thesauro orthodoxæ fidei, *lib.* v, *c.* 8.

Philostorgius *initio libri secundi*, scribit Eusebium, Theognin et Marin, eorum quæ subscripserant pœnitudine ductos ad imperatorem venisse, hisque apud eum verbis usos: *Iniqui, imperator, in eo fuimus,*

VALESII ANNOTATIONES.

(11) *Ἰουστον.* Ita correxi ex conjectura. Nam in *Lexico* Suidæ, ex quo hic Philostorgii locus descriptus est, hodie legitur ὅσον. Certe scriptoris historici nomen prorsus hic desideratur. Aut igitur Justi nomen hic substituendum est, aut Josepi. Quæ sequuntur Philostorgii verba, id potius suadere nobis videntur, ut Josepi nomen substituamus. Sequitur enim, Τοὐναντίον μὲν οὖν ὁ Ἰώσηπος, etc. Ex quibus verbis colligitur, paulo antea sermonem fuisse de

C Josepo. Eligat itaque studiosus lector utrum voluerit. Porro hoc fragmentum Philostorgii depromptum est ex proœmio ejus *Historiarum*. Quo in loco Philostorgius scriptores omnes historiæ sacræ commemorabat. Ac primo quidem Mosem, deinde scriptorem historiæ Machabæorum recensebat: postremo loco Justum ac Josepum rerum Judaicarum scriptores referebat.

quod tui metu perculsi impietati subscripserimus. Ex quo factum sit, ut imperator exeandescens eos in Galatias seu Gallias occiduas relegarit, et Arianos sua quemque patria excedere jusserit.

De Paulino *ep. Antiocheno facto : quod refert Nicetas in* Thesauro orthod. fid., *lib.* v, *c.* 9.

Solus Philostorgius libro *Historiarum* secundo, Paulinum Tyro Antiochiam translatum (in locum Eustathii) auctor est.

De Aetio et Eunomio, *ex uno e sex prioribus ejus libris, referente Photio in* Biblioth. *n.* 40.

Ἐξαίρει δὲ ἐν μὲν λόγοις μάλιστα Ἀέτιον καὶ Εὐνόμιον, μόνους ἀνακαθάραι τὰ τῆς εὐσεβείας δόγματα τῷ χρόνῳ συγκεχωσμένα τερατευόμενος. A

Extollit vero in sermonibus maxime Aetium et Eunomium, falso asserens, eos solos repurgasse pietatis dogmata tempore contaminata.

De Acacio *Cæsareæ Pal. ep., apud Photium in* Biblioth. *n.* 40.

Κατηγορεῖ δὲ Ἀκακίου μάλιστα τοῦ Καισαρείας τῆς κατὰ Παλαιστίνην ἐπισκοπήσαντος δεινότητά τε ἀνυπέρβλητον καὶ κακουργίαν ἄμαχον, μεθ' ὧν καὶ πάντων φησὶ κατισχύσαι τῶν τε ὁμοφρόνων δοκούντων, εἰς ἔχθραν δέ τινα καταστάντων, καὶ τῶν τἀναντία θρησκευόντων.

Reprehendit vero Acacii maxime Cæsareæ Palæstinæ episcopi vim dicendi intolerabilem et versutiam inexpugnabilem, quibus eum artibus oppressisse ait præ omnibus tam eos qui idem sentire viderentur, odio tamen quodam divisos, quam contraria in religione sentientes.

De Aetio, *ex Photii* Biblioth. *n.* 40.

Ἱστορεῖ δὲ ἀπὸ τῆς Ἀρείου περὶ τὴν αἵρεσιν σπουδῆς τε καὶ κατάρξεως, μέχρι τῆς Ἀετίου τοῦ δυσσεβεστάτου ἀνακλήσεως. Οὗτος δὲ ὁ Ἀέτιος παρ' αὐτῶν μὲν τῶν συναιρεσιωτῶν, διὰ τὸ κἀκείνους ὑπερβάλλεσθαι τῇ δυσσεβείᾳ, ὡς αὐτὸς οὗτος καὶ μὴ βουλόμενος ἱστορεῖ, τῆς διακονίας καθῃρέθη· ὑπὸ δὲ τοῦ δυσσεβεστάτου Ἰουλιανοῦ ἀνεκλήθη τε καὶ φιλοφρόνως ἐδεξιώθη. B

Narrandi porro initium fecit ab Arii in hæresin studio et initio, ad Aetii impiissimi revocationem usque. Hic vero Aetius a cohæreticis ipsis, quod ipsos impietate superaret, ut hic ipsemet etiam invitus narrat, diaconatu submotus; ab impiissimo vero Juliano revocatus et humanissime exceptus fuit.

De Basilio, *ex Photii* Biblioth. *n.* 40.

Βασιλείου δὲ τοῦ μεγάλου ἐπεχείρησεν ὑφᾶναι μῶμον, δι' οὗ λαμπρότερον ἔδειξε. Τὴν μὲν γὰρ ἰσχὺν καὶ τὸ κάλλος τῆς ἐν τοῖς πανηγύρεσιν ὁμιλίας ὑπ' αὐτῆς τῆς τῶν πραγμάτων ἐνεργείας ἐδιάσθη συμφθέγξασθαι· θρασὺν δ' αὐτὸν ὁ δείλαιος ἀποκαλεῖ, καὶ ἀντιλογικῶν λόγων ἄπειρον, ὅτι, φησὶν, ἀπετόλμησεν Εὐνομίου ταῖς συγγραφαῖς ἀντιτάξασθαι. C

Basilio vero Magno calumniam texere ausus est qua illustriorem eum reddidit. Vim enim et venustatem sermonis in concionibus, ipsa rei evidentia fateri coactus est. Temerarium tamen ipsum homo futilis appellat, nec in refutando exercitatum, eo quod, ut ait, Eunomii libris respondere ausus est.

De Leontio *ep. Tripolis, apud Suidam in* Λεόντιος.

Τὸν τοιοῦτον Λεόντιον προσεταιρίζεται ὁ κακόφρων Φιλοστόργιος ἐν τῇ βίβλῳ ἀντὶ τοῦ, ὡς ὁμόφρονα τῆς Ἀρειανικῆς αὐτοῦ κακοφροσύνης.

Hunc vero Leontium sibi vindicat improbus Philostorgius in libro . . . velut consentientem Arianæ suæ improbitati.

De Jordane, *et de* Paneade, *quod habet Joannes Antiochensis* Περὶ ἀρχαιολογίας ἀπὸ τῆς ἱστορίας Φιλοστοργίου.

Ἐπ' ἐσχάτοις τῆς Παλαιστίνης τέρμασι, μεθ' ἣν ἡ τῶν Φοινίκων ἐκδέχεται, κεῖται πόλις Δὰν ὀνομασθεῖσα πρότερον ἐκ τῆς τοῦ Δὰν φυλῆς, ὁπηνίκα χρόνον ἐπ' οὐκ ὀλίγον οὗτοι δὴ μόνοι τοῦ παντὸς ἔθνους πλανώμενοι, τελευταῖον τὰ ταύτῃ κατασχόντες χωρία, μόγις ἱδρύνθησαν, καὶ πόλιν ἐπὶ τοῖς ἄκροις αὐτῶν ὅρεσι δειμάμενοι, τὴν τοῦ Φυλάρχου σφῶν ἐπέθηκαν κλῆσιν. Καὶ τοῦτο ἦν τῆς Ἰουδαίας ὁ ἔσχατος πρὸς Φοινίκην ὅρος. Ταύτην χρόνῳ ὕστερον Ἡρώδης ὁ μέγας οἰκοδομήσας, Καισάρειαν Φιλίππου μετωνόμασε· νῦν δὲ Πανεάς ἐστι καλουμένη. Τὸ γὰρ Πανὸς ἐν ταύτῃ βρέτας στησάμενοι, εἰς τοῦτο τὴν τῆς πόλεως ἔτρεψαν προσηγορίαν. Ἐν ταύτῃ τῇ Πανεάδι τῶν τοῦ Ἰορδάνου πηγῶν ἡ ἑτέρα τίκτεται, δυοῖν οὐσῶν, Δὰν ἐκ τοῦ παλαιοῦ ὀνόματος ἔτι καὶ νῦν ὀνομαζομένη· τὴν γὰρ ἑτέραν, ἥτις Ἰὸρ ἐπικαλεῖται, πόρ- D

Ad extremos Palæstinæ fines, postquam Phœnicia excipit, sita est urbs quæ Dan prius vocabatur de tribu Dan : quo tempore eoque haud parvo hi soli totius gentis errantes, tandem locis illis occupatis vix et ægre consederunt, urbemque ad extremos eorum fines ædificantes, Phylarchi ipsorum nomen indiderunt. Hicque ultimus erat Judææ Phœniciam versus terminus. Hanc cum Herodes Magnus posterioribus temporibus ædificasset, mutato nomine Cæsaream Philippi vocavit ; nunc vero Paneas vocatur. Cum enim Panis in ea simulacrum positum fuisset, nomen istud urbs illa accepit. In hac Paneade alter e duobus Jordanis fontibus oritur (duo enim fontes sunt) qui Dan etiamnum ex veteri nomine vocatur ; alterum vero qui Jor nominatur, procul ab illo stadiis circiter 160, collis quidam ex

eodem monte profundit. Ex utroque horum effundi- A tur fluvius hic quidem Jorates, sicut ille Danites vocatur. Qui per montem delati, ubi in plana descenderint, inde jam confluunt, maximumque fluvium efficiunt Jordanem. Qui exinde et aquas et nomen utriusque in unum commiscens, per lacum Tiberiadis transit, medium eum secans, perque totum eum proprio alveo fluens, quoad usque ad oppositam continentem perveniat; sibi ipsi æqualis semper ac similis. Inde jam per Palæstinam labens, totus in mare quod Mortuum dicitur illapsus exstinguitur.

ρωθεν αὐτῆς ὡς ἀπὸ σταδίων ῤς̓ʹ κολωνός τις τοῦ αὐτοῦ προϊησιν ὄρους. Ὧν ἐξ ἑκατέρας (12) προχεῖται ποταμὸς, ὁ μὲν Ἰοράτης, ὁ δὲ Δανίτης ἐπικαλούμενος· οἳ διὰ τοῦ ὄρους ἐνεχθέντες ἐπειδὴ καταβαῖεν εἰς τὸ πεδίον, ἐνταῦθα ἤδη ξυνίασιν, καὶ ἕνα μέγιστον ἀποτελοῦσι ποταμὸν, τὸν Ἰορδάνην. Ἐν ταυτῷ ἤδη τό τε ῥεῦμα καὶ τὴν προσηγορίαν κιρνάμενος, τὴν τῆς Τιβεριάδος διέξεισι λίμνην, μέσην τέμνων αὐτὴν, καὶ δι' ὅλης αὐτῆς ἐν τῷ οἰκείῳ ὁλκῷ ῥεόμενος (13) μέχρις ἂν ἐπὶ τὴν κατέναντι ἐκπεράσειε γῆν, ἴσος αὐτὸς ἑαυτῷ καὶ παραπλήσιος ὤν· κἀντεῦθεν ἤδη διὰ τῆς Παλαιστίνης ἐνεχθεὶς, ἅπας εἰς τὴν Νεκρὰν καλουμένην εἰσπεσὼν ἀφανίζεται θάλασσαν.

Thus per Palæstinam labens, totus in mare quod Mortuum dicitur illapsus exstinguitur.

De Apollinario, Basilio, et Gregorio Nazianzeno, *quod ipsissimis Philostorgii verbis recitatis habet Suidas tribus locis, in v.* Ἀπολλινάριος, Βασίλειος, Γρηγόριος.

Apollinarius enim illis temporibus floruit Laodi- B ceæ Syriæ, et Basilius Cæsareæ Cappadociæ, et Gregorius Nazianzi : est vero locus hic statio ejusdem Cappadociæ. Tres vero viri isti tunc homoousion propugnabant, adversus heteroousion, longe superantes omnes qui prius, quique deinceps ad meam ætatem usque illi hæresi præfuerunt; adeo ut præ iis Athanasius puer judicaretur : nam et in eo doctrinæ genere quod externum (seu profanum) dicitur, plurimum hi profecerant : et sacrarum Scripturarum, quæcunque ad lectionem et promptam memoriam conferebant, magnam notitiam habebant, et inter eos maxime Apollinarius : hic enim Hebraicam etiam linguam intelligere poterat. Quin et unusquisque eorum in suo singuli genere plurimum stylo valebant : Apollinarius scilicet dicendi C genere quod commentationibus est aptissimum, longe præstabat; Basilius vero in genere panegyrico splendidissimus erat. At Gregorii cum utroque comparati oratio, sublimiorem in scriptione locum obtinuit. Etenim Apollinario erat uberior in dicendo, Basilio vero gravior. Cum autem isti tanta dicendi et scribendi et facultate præditi essent, non minus etiam mores præ se tulerunt ad alliciendam ad sui spectaculum multitudinem aptos : adeo ut eos a quibus conspicerentur, et apud quos verba facerent, et quæcunque scripta ederent, omnino pertraherent in sui communionem, quotquot quavis istarum rationum facile capi poterant.

Ἀπολλινάριος γὰρ ἤκμαζε κατ' ἐκείνους τοὺς χρόνους ἐν τῇ Λαοδικείᾳ τῆς Συρίας, καὶ Βασίλειος ἐν Καισαρείᾳ τῆς Καππαδοκίας, καὶ Γρηγόριος ἐν τῇ Ναζιανζῷ· σταθμὸς δὲ οὗτος ὁ τόπος ἐστὶ τῆς αὐτῆς Καππαδοκίας. Τρεῖς δὲ οὗτοι ἄνδρες τότε τοῦ ὁμοουσίου προὐμάχουν κατὰ τοῦ ἑτεροουσίου, μακρῷ πάντας παρενεγκόντες τοὺς πρότερον καὶ ὕστερον ἄχρις ἐμοῦ τῆς αἱρέσεως προστάντας· ὡς παῖδα παρ' αὐτοῖς κριθῆναι τὸν Ἀθανάσιον. Τῆς τε γὰρ ἔξωθεν καλουμένης παιδεύσεως ἐπὶ πλεῖστον οὗτοι προεληλύθεισαν, καὶ τῶν ἱερῶν Γραφῶν ὁπόσα εἰς ἀνάγνωσιν καὶ τὴν πρόχειρον μνήμην ἐτέλει, πολλὴν εἶχον τὴν ἐμπειρίαν· καὶ μάλιστά γε αὐτῶν ὁ Ἀπολλινάριος· οὗτος γὰρ δὴ καὶ τῆς Ἑβραΐδος διαλέκτου ἐπαΐειν οἷός τε ἦν. Καὶ μὴν καὶ συγγράφειν ἕκαστος ἐς τὸν αὐτοῦ τρόπον ἦν ἱκανώτατος· τῷ μέν γε Ἀπολλιναρίῳ τὸ ὑπομνηματικὸν εἶδος τῆς λέξεως, μακρῷ ἄριστα εἶχε· Βασίλειος δὲ πανηγυρίσαι λαμπρότατος ἦν. Τῷ δέ γε Γρηγορίῳ, καὶ παρ' ἀμφοτέροις ἐξεταζομένῳ, μείζω βάσιν εἰς συγγραφὴν εἶχεν ὁ λόγος. Καὶ ἦν εἰπεῖν Ἀπολλιναρίου μὲν ἀδρότερος, Βασιλείου δὲ σταθερώτερος. Τοσαύτης δὲ αὐτοῖς ἐν τῷ λέγειν καὶ γράφειν δυνάμεως οὔσης, καὶ τὸ ἦθος οὐδὲν ἧττον οἱ ἄνδρες παρείχοντο πρὸς τὴν τῶν πολλῶν θέαν ἐπαγωγότατον· ὥστε καὶ οἷς ὠρῶντο, καὶ οἷς ἔλεγον, καὶ ὁπόσα γράφοντες διεδίδοσαν, διὰ πάντων ἦρουν εἰς τὴν ἑαυτῶν κοινωνίαν τοὺς καθ' ὁτιοῦν αὐτῶν εὐχερέστερον ἁλίσκεσθαι δυναμένους.

VALESII ANNOTATIONES.

(12) Ὧν ἐξ ἑκατέρας. Pessime hunc locum Joannis Antiocheni verterat Jacobus Gothofredus : cujus nos versionem hoc loco emendavimus. Sic enim interpretatus est : *E quo utrinque effunditur fluvius;* cum vertendum esset, *ex utroque horum fontium profluit amnis : alter Jorates, alter Danites dictus.* Non animadvertit scilicet Gothofredus subaudiendum hic esse nomen πηγῶν. D

(13) Ἐν τῷ... ὄρκῳ ῥεόμενος. Unius litteræ mutatione locum hunc sanavi hoc modo : τῷ οἰκείῳ ὁλκῷ. Emendationem nostram confirmant Suidas et Hesychius, qui ὁλκὸν *viam* et *tractum* seu *impetum fluminis* significare scribunt. Facessat igitur conjectura Gothofredi.

FRAGMENTA PHILOSTORGII.

Ex Suida in voce Ἀγαπητός.

Ἀγαπητὸς ἐπίσκοπος Συνάδων, ὃν ἐν ἐπαίνῳ πολλῷ A τίθεται Εὐσέβιος ὁ Παμφίλου (14), καὶ θαυμάτων αὐτοῦ ἐξαισίων μνήμην ποιεῖται, ὀρῶν μεταστάσεις καὶ ποταμῶν, καὶ νεκρῶν ἐγέρσεις· καὶ ὅτι στρατιώτην ὄντα ἐβουλήθη Μαξιμῖνος ὡς Χριστιανὸν ἀποκτεῖναι, διὰ τὸ πυνθάνεσθαι πολλοὺς τὰ παρ' αὐτοῦ τελούμενα ὑπεραγαμένους.

Agapetus Synadorum episcopus, quem multis laudibus exornat Eusebius Pamphili, et miracula ejus inusitata commemorat atque insolita; montes ac fluvios alium in locum translatos, mortuos ad vitam suscitatos. Ait etiam imperatorem Maximinum, eum adhuc militem, utpote Christianum, interficere voluisse, propterea quod comperisset multos, operum quæ ab Agapeto fiebant admiratione captos, relicto gentilium cultu ad Christianam fidem transire (15).

Ex Suida in voce Ἀέτιος.

Ἀέτιος ἐξ Ἀντιοχείας τῆς Συρίας, διδάσκαλος Εὐνομίου, ἀπὸ πενιχρῶν καὶ εὐτελῶν γονέων τυγχάνων. Ὁ δὲ πατὴρ αὐτῷ τῶν ἐν στρατιᾷ δυσπραγέστερος ἐνειλεγμένων γενόμενος, ἐτεθνήκει κομιδῇ παῖδα τοῦτον ἀφείς. Αὐτὸς δὲ εἰς ἔσχατον ἀπορίας ἦκων, ἐπὶ χρυσοχοΐαν ἐχώρησεν, ἀκρότατός τε ἐγένετο. Ἐπεὶ δὲ ἡ φύσις αὐτῷ μειζόνων ὠρέγετο μαθημάτων, πρὸς λογικὰς θεωρίας ἐτράπετο. Καὶ δῆτα συγγίνεται Παυλίνῳ, ἀρτίως ἀπὸ Τύρου εἰς Ἀντιόχειαν ἀφικομένῳ ἔτι κατὰ τοὺς Κωνσταντίνου χρόνους. Τούτου ἤκροᾶτο, πολλὴν ἐπιεικῶς φαίνων τῆς ἀσεβείας τὴν ῥώμην (a) εἰς τὰς πρὸς τοὺς διαφορουμένους ζητήσεις· καὶ οὐχ ὑπόστατος ἤδη τοῖς πολλοῖς ἦν. Ἐπεὶ δὲ Παυλῖνος ἐτεθνήκει, Εὐλαλίου τρίτου καὶ εἰκοστοῦ ἀπὸ τῶν ἀποστόλων ἔχοντος τὸν θρόνον, πολλοὶ τῶν ὑπὸ τοῦ Ἀετίου ἐλεγχομένων, δεινὸν ποιησάμενοι πρὸς ἀνδρὸς δημιουργοῦ καὶ νέου κατὰ κράτος ἐλαύνεσθαι, συστάντες ἐξήλασαν αὐτὸν τῆς Ἀντιοχείας. Ἐξελαθεὶς δὲ εἰς Ἀνάζαρβον ἀφικνεῖται. Ὁ δὲ, ἤδη τάχιστα δυνάμεως πάσης πιπλάμενος, μείζους ἀεὶ τῶν διδομένων ἀφορμῶν εἰσέφερε τοὺς καρπούς. Ὁ δὲ οὐδὲν ἐπαύετο, τοὺς μὲν διελέγχων, φαύλως δὲ ἀμπισχόμενος, καὶ ὡς ἔτυχε ζῶν.

Aetius magister Eunomii, ortus ex urbe Syriæ Antiochia, parentibus egenis ac vilissimis. Pater ejus cohortali militiæ ascriptus, cum adversa fortuna usus esset, fato functus est, relicto isto admodum puero. Qui ad summam egestatem redactus, aurificinam exercere instituit, et ad summam hujus artis perfectionem evasit. Sed quoniam ejus indoles ad altiores disciplinas aspirabat, ad logicæ studia animum applicuit. Ac primum quidem auditor fuit Paulini, qui paulo ante ex urbe Tyro Antiochiam translatus fuerat, Constantino etiam tum imperium gubernante. Hunc cum audiret Aetius, non mediocrem vim ingenii ostendebat, in quæstionibus adversus eos quibuscum disputabat; jamque ejus impetus a plerisque haudquaquam sustineri poterat. Mortuo deinde Paulino, cum Eulalius tertio ac vicesimo loco post apostolos sedem Antiochenam regendam suscepisset, multi ex iis qui ab Aetio convicti fuerant, ægre ferentes quod ab opifice et adolescente victi ac profligati essent, conspiratione facta, eum Antiochia expulerunt. Ejectus igitur Aetius Anazarbum se contulit. Cumque vim omnem ac facultatem brevi admodum tempore percepisset, majores semper edebat fructus, quam erant elementa atque institutiones quas ab aliis acceperat. Interim vero reprehendere alios et confutare non desistebat; ipse vili pallio tectus, et tenui ac paupertino utens victu (16).

Ex Suida in voce Αὐξέντιος.

Αὐξέντιος Μοψουεστίας ἐπίσκοπος· ὃς ἦν τῶν ὁμολογητῶν ὀνομαζομένων. Ἦν δὲ ἐκ τῶν ἐπιφανῶς τῷ βασιλεῖ Λικινίῳ στρατευσαμένων, τῶν ὑπογραφέων τούτου γενόμενος, οὓς δὴ Νοταρίους Ῥωμαῖοι κα- D

Auxentius episcopus Mopsuestiæ, unus ex confessoribus. Fuit hic ex numero eorum qui in palatio imperatoris Licinii splendide militabant, ejus scilicet exceptor quos Romani notarios vocant.

VALESII ANNOTATIONES.

(14) *Εὐσέβιος ὁ Παμφίλου.* Hic memoriæ vitio lapsus est Suidas, qui Eusebium posuit pro Philostorgio. Agapeti enim Synadorum episcopi in *Historia ecclesiastica* nusquam meminit Eusebius Cæsariensis. Ejus autem mentionem facit Philostorgius in libro II, capite 2, ubi eadem fere leguntur quæ apud Suidam.

(15) Vide Philost. lib. II, in cap. 2.

(16) Vide Philost. lib. III, cap. 15.

VARIORUM.

(a) *Πολλὴν — τῆς ἀσεβείας τὴν ῥώμην.* Vertendum, *non mediocrem impietatis vim.* W. Lowth.

Porro ejus confessio hujusmodi fuit. In quodam atrio imperialis palatii erat fons, et supra fontem Bacchi statua, et magna circumquaque vitis quæ universum illum locum tectum atque opacum efficiebat. Eo cum Licinius avocandi animi causa venisset, tum Auxentio ipso, tum aliis pluribus ex ejus palatio ipsum sectantibus; in vitem oculos conjiciens, uvam quamdam conspexit inusitatæ magnitudinis ac venustatis, ex palmitibus dependentem. Hanc Auxentio jussit ut abscinderet. Ille statim arrepto cultro quem feminalibus appensum gestabat, uvam exsecuit nihil suspicatus. Tunc Licinius ad eum conversus : Pone, inquit, hanc uvam ad pedes Bacchi. Ad hæc Auxentius : Nequaquam, o imperator, respondit; Christianus enim sum. Quo audito, Licinius dixit : Abi igitur solutus militia; duorum enim alterum abs te fieri necesse est. Tum vero Auxentius nihil cunctatus balteum deposuit, atque ut erat discinctus, libenti animo e palatio excessit. Nec multo post episcopi eum Mopsuestiæ antistitem ordinarunt. Hujus frater natu minor fuit Theodorus, vir qui Athenis rhetoricam didicerat. Qui quidem et ipse postea episcopatum Tarsensem sortitus est. Etenim Aetius cum antea ipse per se, et Eunomium ipsum et alios qui majoris meriti erant, docere solitus esset, postquam Eunomium ad docendi munus promovit, eum deinceps magistrum pro se ac doctorem esse voluit, tum aliorum, tum eorum præcipue qui perfectiore doctrina et institutione indigebant; nam ipse quidem ad principia atque elementa aliis tradenda præstantissimus erat. Eunomius vero ad elementa quæ tradita fuerant, excolenda ac promovenda, et ad interpretandum perspicue simul atque magnifice, longe illo præstantior habebatur (17).

A λοῦσι. Τὸ δὲ τῆς ὁμολογίας τοιόνδε γέγονεν εἶδος· Ἦν ἔν τινι τῆς βασιλικῆς ἑστίας αὐλῇ κρήνη τε ὕδατος, καὶ ἐπ' αὐτῇ Διονύσου ἄγαλμα, καὶ ἄμπελος μεγάλη περικειμένη, καὶ σκιερὸν ἐπιεικῶς καὶ συνηρεφῆ τὸν ἅπαντα τόπον ἐργαζομένη. Ἐνταῦθα ὁ Λικίνιος κατὰ πρόφασιν ἀπαγωγῆς ἀφικόμενος, τοῦ τε Αὐξεντίου αὐτῷ καὶ ἄλλων πολλῶν ἐκ τῆς θεραπείας παρεπομένων, εἰς τὴν ἄμπελον ἀνιδὼν, ἐθεάσατο βότρυν ὡραῖόν τινα καὶ μέγαν, τῶν κλημάτων ἀπαιωρούμενον. Τοῦτον προσέταξε τῷ Αὐξεντίῳ τεμεῖν. Ὁ δὲ αὐτίκα, τὸ προσηρτημένον ταῖς ἀναξυρίσιν αὐτοῦ μαχαίριον ἀφελόμενος, ἔτεμε μηδὲν ὑπειδόμενος. Ὁ οὖν Λικίνιος πρὸς αὐτὸν, Θὲς τοίνυν τὸν βότρυν, ἔφη, πρὸς τοῖς τοῦ Διονύσου ποσίν. Ὁ δὲ, Μὴ, ὦ βασιλεῦ, ἀπεκρίνατο· Χριστιανὸς γάρ εἰμι. Κἀκεῖνος· Οὐκοῦν B ἐκποδὼν οἰχήσῃ τῆς στρατείας ἀποπαυσάμενος· θάτερον γὰρ τοῖν δυοῖν ἀνάγκη ποιεῖν. Ὁ δὲ μηδὲν μελλήσας τήν τε ζώνην ἑαυτοῦ λύεται, καὶ ἄσμενος ἐξεχώρησεν ὡς εἶχε τῶν βασιλείων. Καὶ αὐτὸν οἱ ἔφοροι (19) μετά τινα χρόνον ὕστερον ἐπίσκοπον ἐστήσαντο τῆς Μοψουεστίας. Τούτου δὲ ἀδελφὸς νεώτερος Θεόδωρος ἦν, ἀνὴρ τῶν Ἀθήνῃσι παιδευθέντων. Ὃς καὶ αὐτὸς χρόνον ὕστερον ἐπισκοπὴν τῆς Ταρσοῦ ἐκλησίας ἔτυχε κληρωσάμενος. Ὁ γὰρ δὴ Ἀέτιος τὰ πρότερα δι' ἑαυτοῦ τόν τε Εὐδόξιον αὐτὸν (20) καὶ ἄλλους τοὺς πλείστου λόγου ἀξίους διδάσκων, ἐπειδὴ τὸν Εὐνόμιον εἰς τὸ τῆς διδασκαλίας προὐβίβασεν ἔργον, τούτῳ ἤδη κατὰ τὸ πλεῖστον ἀνθ' ἑαυτοῦ διδασκάλῳ ἐχρῆτο πρὸς τοὺς ἄλλους· καὶ τοὺς μάλιστα τελεωτέρας μαθήσεως δεομένους. Καὶ γὰρ ἐκεῖνος C μὲν ἦν ἀρχὰς παρασχεῖν ἄριστος, οὗτος δὲ τὰς δοθείσας ἐργάσασθαι, καὶ σαφῶς τε ἅμα καὶ μεγαλοπρεπῶς ἑρμηνεῦσαι παραπολὺ δυνατώτερος.

Ex Suida in voce Εὐδόξιος

Eudoxius episcopus Antiochiæ, ex Arabisso minoris Armeniæ oppido oriundus. Pater ejus Cæsarius, Maximino imperium administrante, martyrii coronam reportaverat, licet prius voluptatibus addictior visus fuisset. Verum prioris vitæ maculas martyrii sui cruore studuit eluere. Nam cum utrumque ei pedem sex maximis clavis carnifices transfixissent, eum in rogum conjecerunt; sed quoniam ad ignem properans confestim exspiraverat, cadaver ejus semiustum adhuc et integrum propinqui cum D e rogo sustulissent, in agro quodam qui Subel dicitur deposuerunt (18).

Εὐδόξιος ἐπίσκοπος Ἀντιοχείας ἐξ Ἀραβισσοῦ τῆς μικρᾶς Ἀρμενίας. Ὁ δὲ πατὴρ αὐτοῦ Καισάριος, ἐπὶ Μαξιμιανοῦ τὸν τοῦ μαρτυρίου στέφανον ἀνεδήσατο, καίτοι πρότερον ἡδονῶν ἥττων φανείς. Ἀλλ' ἐβουλήθη τὰς πρώτας κηλίδας διὰ τοῦ μαρτυρίου τοῦ αἵματος ἀπορρύψασθαι. Ἥλους γὰρ μεγάλους ἑκατέρου τῶν ποδῶν ἓξ τὸν ἀριθμὸν αὐτοῦ διαπερονήσαντες πυρὶ παρέδοσαν· καὶ ἐπειδὴ αὐτίκα πρὸς τὴν φλόγα χωρῶν ἀπέθανεν, ἡμίφλεκτον ἔτι καὶ σῶον οἱ προσήκοντες τὸν νεκρὸν ἀνελόμενοι, ἔν τινι ἀγρῷ Σουβὲλ λεγομένῳ κατέθεσαν.

VALESII ANNOTATIONES.

(17) Vide Philost. in lib. v, cap. 2.

(18) Vid. Philost. lib. iv, c. 4.

(19) *Καὶ αὐτὸν οἱ ἔφοροι.* Hoc insigne fragmentum, ex Philostorgii *Historia* descriptum esse, multis argumentis convinci potest. Nam et locutio plane Philostorgium redolet : verbi gratia, ἔφοροι hoc loco dicuntur episcopi. Quod quidem alibi quam apud Philostorgium difficile reperias. Præterea quæ sub finem adduntur de Aetio et de Eunomio, perspicue indicant fragmenti hujus auctorem esse Philostorgium. Quis enim alius hæreticorum illorum dotes ac laudes tam ambitiose commemoraret?

(20) *Τόν τε Εὐδόξιον αὐτόν.* Procul dubio scribendum est, τόν τε Εὐνόμιον. Neque enim Eudoxii magister fuit Aetius, sed Eunomii. Eudoxius quidem Antiochensis episcopus in divinis Litteris magistrum habuit Lucianum martyrem, ut tradit Philostorgius in libro ii, cap. 15. Ego tamen Eudoxium discipulorum Luciani auditorem potius fuisse crediderim : nam cum Eudoxius Valentis principatu extremum diem obierit, quomodo Luciani martyris, qui regnante Maximino passus est, auditor esse potuerit, equidem non video. Asterium quidem Cappadocem, qui unus fuit ex discipulis Luciani, magistrum habuisse videtur Eudoxius, ut indicat Philostorgius in lib. iv, cap. 4.

Ex eodem Suida in voce Θεόφιλος.

Θεόφιλος οὗτος ἀπὸ Ἰνδῶν ἐπανελθὼν ἐν Ἀντιοχείᾳ διῆγεν· ἐκκλησίαν μὲν ἀφωρισμένως οὐδεμίαν ἔχων αὐτός· κοινὸς δέ τις ὢν, ὡς πάσαις αὐτῷ μετ' ἀδείας ἐπιφοιτᾷν ὡς ἰδίαις ἐξὸν, βασιλέως αὐτὸν ἐς τὰ μάλιστα διὰ τιμῆς τε πάσης καὶ αἰδοῦς ἄγοντος· καὶ τῶν ἄλλων ἁπάντων, ὁπόσοις ἐπίσταιη, μετὰ πάσης προθυμίας αὐτὸν ὑποδεχομένων, καὶ τὸ τῆς ἀρετῆς αὐτοῦ μέγεθος καταπληττομένων. Ἦν γὰρ ὁ ἀνὴρ κρείσσων ἢ ὡς ἄν τις δηλώσειε λόγῳ· ὡς ἄν τις τῶν ἀποστόλων εἰκών. Λέγεταί γέ τοί ποτε καὶ νεκρὸν ἀναστῆσαι ἐν Ἀντιοχείᾳ Ἰουδαίας τινός. Θαλάσσιος δὲ τοῦτό φησι, τῶν ἐπ' οὐκ ὀλίγον τἀνδρὶ συγγενομένων χρόνον, καὶ ἥκιστα δὴ εἰς τὰ τοιαῦτα ψεύδεσθαι ὕποπτος ὤν· ἄλλως τε καὶ ἔχων οὐκ ὀλίγους τῶν κατὰ τὸν αὐτὸν αὐτῷ γενομένων χρόνον τοὺς ἐπιμαρτυροῦντας. A B

Theophilus ex India reversus, Antiochiæ domicilium fixit : propriam quidem ac peculiarem ecclesiam nullam habens; communis vero omnium antistes, adeo ut cunctas libere pro arbitratu suo tanquam proprias adire ei liceret, cum et imperator maximum ei honorem ac reverentiam exhiberet, et reliqui omnes ad quos accesserat, summa alacritate eum exciperent, virtutisque ejus præstantiam admirarentur. Quæ quidem talis ac tanta in eo fuit, ut eam nemo verbis explicare possit : quippe qui imago quædam fuerit apostolorum. Aiunt etiam eum aliquando Antiochiæ Judæam quamdam ex mortuis suscitasse. Id autem affirmat Thalassius, qui cum illo diutissime versatus est, et in hujusmodi rebus extra suspicionem est mendacii : et qui alioqui haud paucos habet hujus rei testes qui eodem tempore vixerunt.

Item ex Suida in voce Λεόντιος.

Λεόντιος Τριπόλεως τῆς Λυδίας ἐπίσκοπος, Μυσὸς τὸ γένος τῶν πρὸς τῷ Ἴστρῳ κατῳκημένων, οὓς ἀγχιμάχους Ὅμηρος καλεῖ. Τὸν τοιοῦτον Λεόντιον προσεταιρίζεται ὁ κακόφρων Φιλοστόργιος ἐν τῇ βίβλῳ ἀντὶ τοῦ (21), ὡς ὁμόφρονα τῆς Ἀρειανικῆς αὐτοῦ κακοφροσύνης. Ὡς οὖτος παῖδα ἕνα ἐσχηκὼς, ἐπειδὴ μὴ χρηστὰς ἐλπίδας αὐτὸν ὑποφαίνοντα πρὸς ἀρετὴν εἶδε, εὐξάμενος, ὥς φασιν, ἔτι μειράκιον ὄντα, ἐποίησεν ἀποθανεῖν· κάλλιστον ἡγησάμενος, τὸ πρὸ αἰσχροῦ τινος καταλύσασθαι τὸν βίον, τῶν σφαλερῶν κατὰ τὸν βίον ὀλίσθων ἔξω γενόμενον. Κανόνα δὲ αὐτὸν ἐκάλουν τῆς Ἐκκλησίας. Ἦν δὲ ἐλεύθερος τὴν γνώμην ἐπίσης εἰς πάντας καὶ παῤῥησιαστικός. Καί ποτε συνόδου γενομένης, Εὐσεβείας τῆς Κωνσταντίου γυναικὸς εἰς οἴδημα ἀρθείσης φρονήματος, καὶ ὑπὸ τῶν ἐπισκόπων προσκυνουμένης, μόνος οὗτος παρὰ φαῦλον αὐτὴν τιθέμενος, οἴκοι ἔμενεν. Ἡ δὲ διὰ τοῦτο ὑποθερμανθεῖσα τοῖς θυμοῖς, καὶ τὴν γνώμην φλεγμήνασα, πέμπει πρὸς αὐτὸν αἰτιωμένη, καὶ ὑποσχέσεσι κολακεύουσα, ὡς Ἐκκλησίαν σοι μεγίστην ἐγερῶ, καὶ χρήματα ἐπιδαψιλεύσομαι, εἰ ἀφίκοιτο πρὸς μέ. Ὁ δὲ ἀντεδήλωσε· Τούτων μὲν εἴ τι βουληθείης τελέσασθαι, ὦ βασίλεια, οὐκ ἐμοὶ μᾶλλον, ἢ τῇ σῇ ψυχῇ ἴσθι χαριουμένη. Εἰ δὲ θελήσειας ἀφικέσθαι πρὸς σὲ, ὡς τῆς τοῖς ἐπισκόποις πρεπούσης φυλαχθησομένης αἰδοῦς· ἵν' εἰσέλθοιμι μὲν ἐγὼ, σὺ δ' αὐτίκα τοῦ θρόνου τοῦ ὑψηλοῦ καταβᾶσα, μετ' αἰδοῦς ὑπαντήσειας ἐμοὶ, καὶ τὴν κεφαλὴν ὑπόσχῃς ταῖς ἐμαῖς χερσὶν, εὐλογιῶν ἀξιουμένη· κἄπειτα καθεσθείην μὲν ἂν ἐγὼ, σὺ δ' ἂν ἑστήκοις αἰδουμένη, ὁπόταν δὲ κελεύσαιμι, καθεδουμένη, ἡνίκα δοίην τὸ σύνθημα. Εἰ οὕτως αἰρήσῃ, ἀφικοίμην παρὰ σέ· εἰ δ' ἕτερον τρόπον, οὐχ οὕτω πολλὰ δώσεις, οὐδ' οὕτω μεγάλα δυνήσῃ, ὡς ἡμᾶς τῆς προσηκούσης τιμῆς τοῖς ἐπισκόποις καθυφιεμένους, εἰς τὸν θεῖον ἐξυβρίσαι τῆς ἱερωσύνης C D

Leontius episcopus Tripolis urbis Lydiæ, ortus ex Mœsis qui Istrum accolunt, quos Homerus ἀγχιμάχους appellat, id est, *cominus pugnantes*. Hunc Leontium suis partibus adjungit impius Philostorgius in lib. *Historiæ* suæ septimo, tanquam Arianæ sectæ quam ipse profitebatur, addictum. Hic cum unicum haberet filium, nec ullam in eo bonæ indolis notam animadverteret, orationibus a Deo impetravit, ut adhuc adolescens ex hac vita discederet, satius esse judicans ut ante ullum probrum ac flagitium admissum, mortem oppeteret, ex incertis ac periculosis hujus vitæ casibus subductus. Porro eum Ecclesiæ normam vulgo appellabant. Idem summa libertate, tam in sentiendo, quam in loquendo, erga omnes ex æquo utebatur. Cumque aliquando synodus episcoporum convenisset, et Eusebia Augusta uxor imp. Constantii fastu elata ab universis episcopis salutaretur, solus hic Augustam parvi pendens, domi mansit. Id factum Augusta ægre ferens, et ira excandescens, quemdam ex ministris suis ad eum misit, partim conquerens, partim blanditiis et pollicitationibus cum demereri studens. Maximam tibi, aiebat, ecclesiam ædificabo, et pecunias insuper largiar, si ad me visendam accesseris. Quibus Leontius ita respondit: Horum quæ mihi promittis, Augusta, si quidpiam perficere volueris, scias velim quod animæ tuæ potius quam mihi gratificaberis. Quod si me ad te salutandam cupis accedere, accedam quidem, dummodo ea quæ episcopis debetur, servetur reverentia, ita ut ingrediar quidem ego, tu vero statim e sublimi solio descendens, verecunde mihi occurras, et manibus meis caput tuum submittas, benedictionem a me postulans. Deinde ut sedeam quidem ego; tu vero stes cum reverentia; postquam jussero sessura,

VALESII ANNOTATIONES.

(21) Ἐν τῇ βίβλῳ ἀντὶ τοῦ. Scribendum videtur ἐν τῇ ζ' βίβλῳ αὐτοῦ, etc. Nam Philostorgius hujus Leontii mentionem facit in lib. VII, cap. 6.

ubi signum tibi dedero. Si quidem id elegeris, ad te accedam. Sin aliter, nunquam tot ac tanta mihi donare poteris, ut ego de honore qui episcopis debetur, aliquid remittens, divinas sacerdotii leges violare unquam velim. Hæc ubi nuntiata sunt, regina mirum in modum excanduit, hujusmodi responsum sibi a Leontio afferri haudquaquam patienter sustinens. Cumque multum intumuisset, et magnopere commota esset animo, et pro levitate atque impatientia muliebri minas intentasset, rem ad maritum retulit, ultionem flagitans. Hic vero laudandam potius esse duxit in Leontio animi libertatem, et uxoris iram sedavit, eamque ad cubiculum suum remisit. Quodam item tempore dum Constantius episcoporum cœtui præsideret, et Ecclesias pro arbitratu suo regere vellet : cunctis verba imperatoris cum plausu et admiratione excipientibus; et recte cuncta ab eo dicta esse affirmantibus, solus Leontius conticuit. Et cum imperator eum interrogasset, quam ob causam solus ex omnibus sileret, respondit Leontius : Miror, inquit, te qui aliis rebus administrandis præpositus sis, alias regendas suscipere : et cum militarium ac civilium negotiorum tibi mandata sit cura, episcopis tamen præcipere de rebus quæ ad solos episcopos pertinent. Quibus auditis, Constantius verecundia ac pudore suffusus, in ejusmodi negotiis deinceps pro imperio agere ac jubere destitit. Tanta in loquendo libertate præditus fuit Leontius (22).

A θεσμόν. Ταῦτα ὡς ἀπηγγέλθη, ἀναπίμπραται τὴν γνώμην, οὐκ ἀνασχετὸν ἡγουμένη πρὸς Λεοντίου τοιούτους δέξασθαι λόγους. Καὶ πολλὰ διοιδήσασα καὶ παθηναμένη, καὶ πολλὰ ἐκ γυναικείας ἀκροχόλου καὶ κούφης ἀπειλήσασα διανοίας, καὶ τἀνδρὶ διηγησαμένη, πρὸς τιμωρίαν ἐξώρμα. Ὁ δὲ μᾶλλον ἐπήνεσε τὴν ἐλευθερίαν τῆς γνώμης, καὶ τὴν γυναῖκα παρήνεγκε τῆς ὀργῆς, καὶ ἀποπέμπει εἰς τὴν γυναικωνῖτιν. Καί ποτε μεταξὺ προκαθημένου τοῦ βασιλέως Κωνσταντίου τῶν ἐπισκόπων, καὶ ἄρχειν τῶν ἐκκλησιῶν ἐθέλοντος, οἱ μὲν πολλοί, πᾶν ὅ τι φήσειεν, ἐκρότουν καὶ ἐθαύμαζον, ἄριστα εἰρῆσθαι διοριζόμενοι· ὁ δὲ ἐσιώπα. Ὡς δὲ ἤρετο αὐτὸν ὁ βασιλεὺς, Τί σιωπᾷς μόνος τῶν ἁπάντων; Θαυμάζω, ἔφη, ὅπως ἕτερα διέπειν ταχθεὶς, ἑτέροις ἐπιχειρεῖς, στρατιωτικῶν μὲν καὶ πολιτικῶν πραγμάτων προεστηκώς, ἐπισκόποις δὲ περὶ τῶν εἰς μόνους ἐπισκόπους ἡκόντων διατατόμενος. Τὸν δὲ βασιλέα καταιδεσθέντα παύσασθαι τῆς ἐν τοῖς τοιούτοις ἥδη διακελεύσεως. Τοιοῦτος ἦν ὁ Λεόντιος ἐλευθέριος.

B

Item ex Suida in voce Δημόφιλος.

Demophilus Constantinopolitanus episcopus, vir insano quodam impetu cuncta simul miscere solitus : et qui instar rapidi vagique torrentis, plurimum luti ac sordium in sermonibus suis convolveret, ut quivis facile deprehendet ex prima concione quam habuit Constantinopoli. Qua quidem in concione verisimile est eum accuratiorem ac diligentiorem fuisse : quippe cum hujusmodi sermones excipi soleant a notariis. Certe in ejus Commentariis qui etiamnum supersunt, multa disserit confusa atque indistincta, et de Patre ac Filio loquens, disertis verbis ita pronuntiat. Filius solius Patris voluntate genitus est, sine tempore ac sine medio, ut jussorum Patris minister sit et famulus. Nam cum præviderit Deus, ea quæ facturus erat, non posse consistere, quippe quæ puri atque impermisti ordinis futura essent, perinde ac Deus qui ipsa fecerat. Nam prorsus necesse erat, ut vel omnia dii essent juxta dignitatem ejus qui illa condiderat : ex quo eventurum erat ut plures dii essent. Vel certe necesse erat, ut postquam facta fuerant, statim dissolverentur, perinde ac cera ardentissimo igni admota. Idcirco Filius medius exstitit inter creaturas quæ condendæ erant, et inter Patrem ex quo genitus est, ut is sese demittens, seque adjun-

Δημόφιλος ἐπίσκοπος Κωνσταντίνου πόλεως, οἷος ἐμπεσὼν ὁμοῦ σύμπαντα φύρειν (23) ἀκόσμῳ φορᾷ, καθάπερ ἄτακτος χειμάρρους, ὅλον ἐν τοῖς λόγοις τὸν C συρφετὸν ἄγων, ὡς εἴσεταί τις ἐκ πρώτης ἐν γοῦν τοῖς ἔτι σωζομένοις ὑπομνήμασιν αὐτοῦ γεγονυίας δημηγορίας, ἔνθα καὶ μᾶλλον εἰκὸς ἦν ἀσφαλείας αὐτὸν φροντίδα θέσθαι τινά, ὡς ἐγγράφοις ἀναλαμβανομένων τῶν λεγομένων. Ἐν τούτοις γοῦν ἄλλα τε πολλὰ διείλεκται ἀνάρθρα, διαῤῥήδην τε ἐν τοῖς περὶ Πατρὸς καὶ Υἱοῦ λόγοις. Φησὶ γὰρ, Υἱὸς μὲν Πατρὸς θελήσει γεγέννηται μόνου, ἀχρόνως, ἀμεσιτεύτως· ἵνα διάκονος γένηται καὶ ὑπηρέτης βουλημάτων τοῦ Πατρός. Ἐπειδὴ γὰρ ὁ προγινώσκων Θεὸς ὅτι ὃ ἔμελλε ποάττειν, ἀδύνατα ἦν τῆς ἀκρατήτου τάξεως τοῦ μέλλοντος αὐτὰ ποιεῖν Θεοῦ ἐν τῷ γενέσθαι μέλλοντα· ἢ γὰρ ἔδει αὐτὰ πάντα θεοὺς γενέσθαι πρὸς ἀξίαν τοῦ ποιοῦντος, καὶ ἐκ τούτων ἔμελλον εἶναι D θεοί· ἢ ἔδει αὐτὰ γενόμενα (24) λύεσθαι, ὥσπερ κηρὸν πυρὶ θερμῷ προσαγόμενον. Γέγονε μὲν οὖν μεσίτης τῶν τε ἐσομένων, καὶ τοῦ γεγεννηκότος αὐτὸν Θεοῦ, ὁ Υἱὸς, ἵνα συντάξας ἑαυτὸν καὶ συγκαταβαίνων τοῖς γινομένοις, ἀποτελέσειε τὸ βούλημα τοῦ Πατρὸς, καὶ μεσίτης γένηται τοῦ Θεοῦ καὶ ἡμῶν τῶν δι' αὐτοῦ γενομένων. Ἐλάνθανε δὲ διὰ τούτων τοῦ Θεοῦ τῶν ὅλων ἀσθένειαν καὶ βασκανίαν καταψευδό-

VALESII ANNOTATIONES.

(22) Vide Philostorgium, lib. VII.

(23) *Ὁμοῦ σύμπαντα φύρειν.* Hic Philostorgii locus de Demophilo episcopo Constantinopolitano, descriptus est ex lib. IX ejus *Historiæ*. Certe in excerptis ejusdem libri capite 14, eadem fere verba leguntur de Demophilo, τὸν δὲ Δημόφιλον φύρειν τε πάντα καὶ συγχεῖν ἀκρατέστατον, καὶ μάλιστά γε τὰ ἐκκλησιαστικὰ δόγματα, etc.

(24) *Ἢ ἔδει αὐτὰ γενόμενα.* Primam vocem supplevi ex conjectura. Deest enim in vulgatis Suidæ editionibus.

μενος, καὶ τὸν Υἱὸν πάντων τῶν κτισμάτων ἀποφαίνων καταδεέστερον. Ὁ μὲν γὰρ ἀσθενὴς ἂν ἦν, κατὰ Δημόφιλον, εἰ βουληθεὶς, ἔπειτα ἀπόρως εἶχε τοῖς πᾶσι τὸ εἶναι δωρήσασθαι· φθόνου δ' οὐκ ἀπήλλακτο ἄν, εἰ ἐξὸν αὐτῷ θεοὺς τὰ πάντα ποιεῖν, ὁ δὲ ἐφαίνετο μηχανώμενος ὅπως μὴ ταύτης αὐτῷ τύχῃ τὰ γενησόμενα τῆς ἀξίας. Τοῦ δέ γ' αὖ Παιδὸς οὐκ ἦν τῶν κτισμάτων οὐδὲν, ὃ μὴ ἄμεινον ὑπάρχειν ἐδεῖχθη ἄν, εἴπερ γε μὴ δι' ἑαυτὸν ἐκεῖνος ἔτυχε γεγονὼς, ἀλλὰ διὰ σκοπὸν καὶ χρείαν τῆς τούτων γενέσεως. Ἅπαν γάρ τοι τὸ δι' ἑτέρων γινόμενον χρείαν, ἔλαττον ὑπάρχειν ἐκείνων ἀνάγκη, δι' ἃ τοῦ εἶναι τυγχάνει. Καὶ ἄλλα δὲ ἐληρῴδει πολλά.

A gens et socians iis quæ creanda erant, voluntatem Patris adimpleret, essetque mediator inter Deum atque inter nos qui per illum facti sumus. Sed non animadvertit Demophilus, se his verbis summo omnium Deo infirmitatem et invidiam falso affingere, et Filium deterioris conditionis facere quam reliquas omnes creaturas. Nam Pater quidem infirmus fuerit necesse est juxta Demophili sententiam, quippe qui cum voluisset cunctis essentiam largiri, id postea perficere non potuerit. Ab invidia autem nequaquam alienus fuerit, si cum ipsi liceret cunctas creaturas deos efficere, ipse studiose cavit ne B creaturæ ejusdem cum ipso conditionis ac dignitatis essent. Jam vero Filio, nulla est creatura quæ non potior ac beatior jure merito esse videatur : si quidem ille non propter semetipsum, sed ob contemplationem atque usum creaturarum factus est. Quidquid enim ob aliorum utilitatem fit, inferius sit necesse est iis quorum causa factum est. Multa quoque alia hujusmodi profert deliria (25).

VALESII ANNOTATIONES.

(25) Vide Philostorg. in lib. IX, cap. 14.

ANNO DOMINI CDXXV.

S. ATTICUS

CONSTANTINOPOLITANUS EPISCOPUS

NOTITIA

(*Acta SS. Bolland.*, Aug. tom. I, pag. 32*.)

1. Sozomenus, lib. VIII cap. 27, tempus ordinationis S Attici ita definit: « Sed et Arsacius cum Ecclesiam Constantinopolitanam brevi temporis spatio administrasset, ex hac luce migravit; cujus successionem cum multi essent qui ambirent, quarto post obitum illius mense ordinatus est Atticus, presbyter cleri Constantinopolitani, qui unus fuerat ex Joannis insidiatoribus. » Si Arsacius anno 405, die XI Novembris obiit, ut superius ex Socrate retulimus, et juxta Sozomenum « quarto post obitum illius mense ordinatus est Atticus, » debuit circa mensem Martium anni sequentis Arsacio Atticus successisse. Verum cum Socrates sedecim, et Palladius tantummodo quatuordecim gubernationis menses Arsacio tribuant, de determinato electionis illius mense aut die nihil certi statui potest : sed D solum sequitur, Atticum ineunte anno 406 cathedram Constantinopolitanam occupasse, ut ex supra dictis eruitur, et testimonio Socratis confirmatur, qui lib. VI cap. 20 annum ordinationis istius ita diserte exprimit: « Cum autem multi episcopatum C illum ambirent, eamque ob causam multum jam temporis elapsum esset, altero post anno, Arcadio sextum et Probo consulibus, » horum consulatus in annum 406 incidit? « ad episcopatum promotus est Atticus vir religiosus. »

2. Etsi Atticus a Socrate *vir religiosus* appelletur, non ideo inficiamur, religionem atiasque ipsius virtutes nævis quibusdam contaminatas fuisse : nam non modo Joannem Chrysostomum in conciliabulo ad Quercum accusavit, verum etiam sedem Constantinopolitanam illegitime invasit, sancto præsule adhuc vivente, et ipsius fautores indiscreto zelo persecutus est, ita ut a Palladio pag. 93 « omnium adversus Joannem molitionum artifex » vocetur. Sed videtur hanc culpam pœnitentia et revocatione eluisse, ut paulo post contra Tillemontium ostendere conabimur. Certe Atticus postea nomen S. Joannis Chrysostomi sacris tabulis inseruit, ut in *Historia tripartita*, lib. XII, cap. 2, traditur his verbis : « Atticus porro episcopus cau-

sas Ecclesiæ sapientia mirabiliter disponebat, doctrinisque populum ad virtutis studium provocabat : cumque videret divisam Ecclesiam, cum Joannitæ seorsum apud se ipsos sacra solemnia celebrarent, jussit, ut in orationibus memoria Joannis haberetur, sicut aliorum dormientium episcoporum fieri consuevit, per hoc sperans, plurimos ad Ecclesiam revocari. » Cæterum auctor *Historiæ tripartitæ* et alii antiqui scriptores pastoralem Attici vigilantiam, ferventem catholicæ fidei zelum, munificam erga pauperes misericordiam, aliasque illius virtutes magnis laudibus extollunt, ut videri potest in Opere nostro ad diem VIII Januarii, ubi Bollandus Acta ipsius illustravit.

3. Nos memores propositi nostri, quo chronologicam episcoporum Constantinopolitanorum seriem præcipue texendam suscepimus, omissis aliis Attici gestis, pergimus ad ejus mortem, quam Socrates lib. VII, cap. 25, ita refert : « Cæterum Atticus etiam tempus obitus sui præscivit ; nam cum Nicæa discessurus esset, Calliopio illius loci presbytero ita dixit : Cura, ut ante autumnum Constantinopolim venias, si me adhuc vivum videre cupis. Quod cum dixisset, a veritate non aberravit : anno quippe episcopatus sui primo et vicesimo, die sexto Idus Octobris, abiit e vita, consulatu Theodosii undecimo, et Valentiniani Cæsaris primo. » Hæc denotant annum Christi 425, et diem X Octobris. Ex his corrige errorem chronologicum Papebrochii nostri, qui tomo III Junii, pag. 307, mortem S. Attici obiter anno 428 consignavit. Haud dubie Socrates computando vicesimum primum episcopatus annum, hallucinatus est, aut error in ejus numerum irrepsit : cum enim Atticus primis mensibus anni 406 cathedram Constantinopolitanam ascenderit, ut supra dictum est, ab ineunte anno 406 usque ad mensem Octobrem anni 425 non nisi novemdecim anni efluxerant, et Atticus ante mortem nondum vicesimum episcopatus annum absolverat, ut Baronius, Pagius, aliique viri eruditi ante me observarunt. Quare in variis præsulum Constantinopolitanorum catalogis apud Bandurum tom. I *Imperii Orientalis* a pag. 188 melius viginti anni Attico rotunde tribuuntur.

4. Bollandus noster religioni sibi duxit, Atticum Constantinopolitanum episcopum, cujus nomen quibusdam Græcorum Latinorumque Menologiis inscriptum legerat, ex immemorabili cultus sui possessione deturbare. Hinc ad diem VIII Januarii Acta illius ex variis antiquis scriptoribus operose collegit, et Commentarium suum ita inchoavit : « Multi sanctum Chrysostomum acri studio impugnarunt, qui tamen errorem deinde suum agnoverunt, atque omni sanctitatis laude florueruut. In his S. Atticus episcopus Constantinopolitanus fuit, qui zelo immoderato et nequaquam secundum scientiam abreptus, non adversatus tantum est sancto Chrysostomo, sed post Arsacium in ejus, etiamnum superstitis, cathedram successit : quod crimen pœnitentia deinde ac recte factis egregie expiavit, et scriptis litteris auctor sancto Cyrillo Alexandrino fuit, ut Chrysostomi nomen diptychis inscriberet. »

5. Deinde Bollandus numero sequente exhibet honorifica quædam veterum scriptorum de S. Attico testimonia, quæ Actis ejus præmittenda censuit, « ne asperiore aliquorum in sanctum Atticum stylo, » inquit, « ejus fortassis in dubium sanctitas revocetur. » Præter alia, quæ Bollandus non vidit, aut videre non potuit, ad comprobandam hujus Attici sanctitatem, allegari potest fragmentum epistolæ « beati Attici Constantinopolitani episcopi, » quod in concilio Chalcedonensi apud Harduinum nostrum tomo II *Conciliorum* col. 654 citatur inter varia « testimonia sanctorum Patrum, qui et duas naturas in Christo confessi sunt, et consubstantialem Patri Deum Verbum, etiam nobis secundum carnem ex Maria consubstantialem factum, veraciter asseruerunt, » ut ibidem col. 651 legitur. His adde antiqua S. Dalmati Acta, quæ ad diem III Augusti illustranda sunt, et in quibus apud Anselmum Bandurum tomo II *Imperii Orientalis* pag. 699 præsul ille Constantinopolitanus merito sancti titulo ita decoratur : « Nec diu postea obiit sanctus episcopus Atticus, in cujus locum Sisinnius suffectus est, vir pius ac religiosus. »

6. Tillemontius tomo XII *Monument. eccles.* a pag. 416 hisce omnibus non acquiescit ; sed contra, citato ad marginem Bollando, famam Attici libere proscindit, et audacter pronuntiat, nulla ipsum pœnitentiæ signa unquam dedisse, et nihil fecisse, ut illegitimam suam ordinationem repararet. Imo plane laudabiles S. Attici actiones, puta misericordiam erga pauperes, in deteriorem partem interpretatur, et post explosa aut maligne explicata illius elogia tandem pag. 419 concludit, haud immerito timendum esse, ne desiderium sese extollendi ac in alios dominandi (sive per auctoritatem benevolentiamque, sive saltem per terrorem id posset assequi) in Attico fuerit præcipua animi propensio, aut « cupiditas cordis ejus dominatrix, » ut Gallicam Tillemontii phrasim fidelius Latine exprimam.

7. Non video, quo jure Tillemontius de internis S. Attici affectionibus tale tulerit judicium, quod soli Deo convenit, quodque supremo cordium scrutatori prudentius reliquisset. Nolo hic Tillemontio objicere vulgarem juris regulam, qua tandiu quispiam præsumitur bonus, donec probetur malus. Nolo ipsi opponere notissimam Christianæ charitatis legem, qua jubemur actiones proximi benigne explicare, quandiu manifestæ malitiæ non convincuntur. Nolo denique hic proferre varias S. Attici virtutes, quæ in Actis ejus ad diem VIII Januarii inveniri possunt. Hoc unice contendo, Atticum in immoderato suo contra S. Chrysostomum zelo atque in illegitima episcopatus possessione usque ad mortem non perseverasse. Id autem ostendere conabor duplici argumento, quorum unum erit a pos-

teriori, et aliud ad hominem, ut in scholis vulgo loquuntur. Nunc rem ipsam aggredior.

8. Theodoretus lib. v *Hist. eccles.*, cap. 35, primum opinionis nostræ fundamentum ita ponit : « Sed et defuncto orbis terrarum magistro, episcopi Occidentales non prius episcoporum Ægypti, Orientisque, et Bosphori ac Thraciæ communionem admisere, quam divini viri » (nempe sancti Joannis Chrysostomi) « nomen inter defunctos episcopos retulissent. Et Arsacium quidem, qui ei suffectus fuerat, nec salutatione dignati sunt : Atticum vero Arsacii successorem post multas legationes et pacis petitiones, tandem receperunt, cum tabulis nomen inscripsisset. » Audisne, hic « multas legationes et pacis petitiones » commemorari? Qua igitur fronte Tillemontius asserere potuit, Atticum nihil unquam fecisse, ut illegitimam suam ordinationem repararet? An nihil fecisse dicendus est, qui sæpe pacem petit ab illis, quos iniqua episcopatus Constantinopolitani occupatione offenderat, et multas mittit legationes, ut Ecclesiæ Romanæ reconcilietur? Equidem fatebor, tempore Innocentii I pontificis inutilem fuisse Maximiani episcopi intercessionem pro Attico, quia propositas ab Innocentio conditiones nondum impleverat. At ex hoc ipso colligo, postmodum omnia illa, quæ Innocentius exegerat, ab Attico fuisse facta, antequam in communionem Romanæ Ecclesiæ sit receptus.

9. Juverit de hac re audire epistolam ipsius Innocentii ad Maximianum, quæ apud Labbeum tomo II *Conciliorum* col. 1266 et sequente sic sonat : « Miramur, prudentiam tuam scripta ad Atticum, episcopum Constantinopolitanæ urbis, a nobis et prosecutione propria et dato libello, qui subter annexus est, postulare, a quo nec missas ullas saltem epistolas ad nos vel ad vestram synodum utique pertulisti; idque non petenti tribuendum existimes, quod vides deprecantibus discussa ratione, concessum; communio enim suspensa restituitur demonstranti, causas, quibus id acciderat, jam esse detersas, et profitenti conditiones pacis impletas. Quod neque apud vos, neque apud nos (ut prædixi) Atticus, missis aliquibus suorum, vel dicere voluit vel demonstrare completum, quemadmodum Antiochenæ Ecclesiæ frater et coepiscopus noster Alexander digna legatione et prosecutus est et probavit. Quibus omnibus utique interesse dignatus cognovisti, quemadmodum singulatim omnia scriptorum nostrorum antehac [al. *anteriorum*] de causa beatissimi Joannis quondam episcopi nostri discusserim, ut quæ illis in omnibus satis evidenter ostenderint, universa, quæ apud Antiochiam fieri debuerint, fuisse completa. Quorum amplexati pacem, utique fidem fecimus, et magno tramite omnibus eamdem postulaturis [al. *quæ præstolaris*] ostendimus; si modo, quæ discussa sunt atque completa, etiam ipsi se pro suo loco fecisse vel complesse, aliquando monstraverint, communionemque, ut isti, legatione solemniter destinata, sibi rogaverint redhiberi.

10. « Exspectamus ergo et professionem memorati de completis omnibus conditionibus, quas diversis temporibus prædiximus, et petitionem communionis, ut recte et petenti, et probanti se eamdem mereri, reddamus. » Quas vero conditiones Innocentius requisiverit, et quomodo eas exsecutioni mandari voluerit, ipse satis declarat in epistola, quam in eadem causa dedit ad Acacium Beroeæ episcopum, ubi apud Labbeum, tomo proxime citato col. 1270, post alia sic scribit : « Unde has ad præstantissimum fratrem et coepiscopum nostrum Alexandrum reddendas tuæ transmisimus unanimitati; videlicet ut, si omnes inimicitiæ, omnis æmulatio, tam de nomine sancti Joannis mirandi episcopi, quam de omnibus ejusdem communionis participibus, a tua animositate discessit, has nostræ societatis recipias litteras, frater charissime, modo, ut omnia quæ his [al. *hic* vel *de his*] actis firmata sunt, apud mediatorem nostrum amabilem Alexandum ore proprio, ut communicantem convenit, fatearis.. » Ex his Innocentii litteris infero sequentia : primo, Atticum necdum quidquam fecisse anno 415, quo videtur fuisse scripta prior epistola, ut communionem Ecclesiæ Romanæ obtineret; secundo, nullam hujus communionis spem Attico relictam fuisse, nisi propositas ab Innocentio conditiones impleret; tertio, Innocentium ab adversariis Chrysostomi non postulasse duntaxat, ut nomen sancti istius præsulis sacris tabulis inscriberent, sed etiam contra ejus fautores omnem inimicitiam ac æmulationem deponerent, atque hæc apud Alexandrum, aut alium a pontifice Romano designandum, ore proprio faterentur, ut communionis cupidos et errori suo renuntiantes decebat.

11. Cum igitur Atticus, teste Theodoreto, « post multas legationes et pacis petitiones, » tandem in communionem Romanæ Ecclesiæ receptus fuerit, probabilissime concludo, ipsum antea oblatas ab Innocentio conditiones omnino implevisse, adeoque sufficientia pœnitentiæ indicia dedisse; nam eminentissimus Baronius in *Annalibus* anno Christi 408, num. 41, ad priorem Innocentii epistolam recte observat, « non solere Romanum pontificem reddere communicationem, nisi propositis ante impletis conditionibus, et emendatis erroribus illis, quorum causa communicatione interdici meruerant. » Si itaque Atticus ob injustam S. Chrysostomi persecutionem et illegitimam cathedræ Constantinopolitanæ occupationem communione Ecclesiæ privatus fuerit, debuit prius exsequi omnia illa, quæ ad hos errores emendandos a Romanis pontificibus præscribebantur.

12. Neque multum refert, utrum Atticus sub ipso Innocentio, ut aliqui volunt, an sub egregiis illius successoribus Zosimo vel Bonifacio nomen S. Chrysostomi diptychis inseruerit : non enim mihi facile persuaderi patiar, strenuos hosce auctoritatis apostolicæ defensores in ea re molliores fuisse, præsertim cum Bonifacius in epistola ad

quosdam Macedoniæ episcopos apud Labbeum, tomo IV *Conciliorum*, col. 1708, innuat, Innocentium in admittendis ad communionem adversariis S. Chrysostomi non difficilem fuisse, atque ad propositum nostrum post alia sic loquatur : « Ante breve tempus, id est, sub prædecessore meo beatæ recordationis Innocentio, Orientalium Ecclesiarum pontifices dolentes, se a beati Petri communione sejunctos, per legatos pacem, sicut charitas vestra retinet, poposcerunt : quo tempore apostolica sedes omnia non difficulter indulsit. » Nunc adversarium propriis suis armis aggrediamur, et, ut vulgo dici solet, ad hominem argumentemur.

13. Tillemontius tomo XIV *Monum. eccles.* pag. 280 fatetur, S. Cyrillum Alexandrinum in suo immoderato contra S. Joannem Chrysostomum zelo diutius quam alios omnes perseverasse, ipsumque maluisse ab Ecclesia Romana et forte pluribus aliis separatum manere, quam nomen ejus diptychis inscribere. Sed deinde citans in margine Nicephorum Callistum lib. XIV *Hist. eccles.* cap. 28, erroneam S. Cyrilli persuasionem his Nicephori verbis excusat : « Quoniam vero dissidium hoc quidem ex æmulatione, quamvis non secundum scientiam, non autem ex invidia, neque diabolica contentione manavit, non oportere virum et doctrina et virtute præstantem, hac una in re claudicare, quo minus ad summam perfectionem perveniret, Deo visum est. Homines enim illi erant, et humanis affectionibus obnoxii. » Hæc excusatio etiam pro Attico afferri potest.

14. Denique Tillemontius ibidem pag. 281 ex eodem Nicephoro Callisto narrat, quomodo tandem S. Cyrillus nomen S. Chrysostomi sacris tabulis inseruerit, ut nos ad diem XXVIII Januarii in Actis S. Cyrilli § 6 retulimus. Sed Tillemontius ibidem de suo addit, Cyrillum haud difficulter obtinuisse communionem Ecclesiæ Romanæ, cui tunc præerat Zosimus, missa haud dubie Romam legatione. Sed nullos hujus legationis testes aut tabulas allegat, sicut tamen in aliis *Historiæ* suæ *ecclesiasticæ monumentis* ubique sedulo facere consuevit. Hoc silentio indicavit, sese Romanam Cyrilli legationem nusquam apud veteres scriptores invenisse, eamque duntaxat intulisse a posteriori, quia videlicet inter communionis et pacis conditiones a Romanis pontificibus requirebatur. Adversarius igitur non ægre ferat nos superius eodem argumenti genere usos esse, atque a posteriori collegisse, quod S. Atticus (cujus saltem Romanas legationes testatur Theodoretus) satisfecerit omnibus conditionibus, quæ ab Innocentio pontifice exigebantur.

15. Si Tillemontius in causa S. Cyrilli tantam auctoritatem tribuat Nicephoro Callisto, nobis etiam licet eumdem auctorem allegare, qui lib. XIV, cap. 24, Atticum ita laudat : « Atticus autem episcopus Constantinopolitanus, ut Ecclesia incrementa sua caperet, mirifice operam dedit : summa enim prudentia eam administrans, continua doctrina populum ad studium virtutis excitavit ; et ad misericordiam atque largitionem tam proclivis fuit, ut non modo eis, qui in parœciis ejus erant, egenis providendum duceret, sed etiam vicinis Constantinopoli Ecclesiis pecuniam multam ad pauperum consolationem mitteret. » Easdem S. Attici virtutes lib. VII, cap. 25, memorat Socrates, quem tamen Tillemontius explodit. Porro idem Nicephorus lib. XIV, cap. 25, innuit, Atticum vere cum S. Chrysostomo mortuo in gratiam rediisse, talemque fuisse illius emendationem ac pœnitentiam, « ut reprehensionem eam, qua expetitus est, quod Joannis sectatores male acceperit, a se amolitus, aliis obvelaverit bonis. » Quid ergo peccavit Bollandus, dum initio Commentarii sui dixit, S. Atticum crimina injustæ suæ persecutionis ac illegitimæ invasionis pœnitentia et recte factis expiasse?

16. Nicephorus denique citatum caput 25 ita concludit : « Cæterum cum Atticus quoque episcopus propter Joannitas Ecclesiam esse scissam videret, de principum sententia ipse quoque mentionem illius fieri in precationibus jussit, quemadmodum id et in aliis episcopis, qui vita excessissent, fieri solitum erat. Atque ex eo tempore pax exstitit, donec postea quoque reliquiæ ejus urbi imperanti illatæ sunt. Atticus invidiam, in quam propter divinum Joannem deciderat, hoc modo magnifice abolevit. Nec ille modo id fecit ; sed aliis quoque Joannis memoriam precibus inserere recusantibus, et Cyrillo maxime Alexandriæ præsuli, qui hostiliter Joannem oderat, quod ille a Theophilo patruo suo dissensisset, persuasit. » Tum Nicephorus sequentibus capitibus recitat litteras Attici et Cyrilli, ultro citroque in hac causa scriptas, ex quibus Tillemontius tomo XII *Monument. eccles.* pag. 416 infert, Atticum reliquis suis peccatis addidisse hypocrisim, si in animo habuerit sensa, quæ in istis litteris expressit. Durum enimvero judicium!

17. Ingenue fateor, ex duabus S. Attici epistolis nonnullam difficultatem moveri posse, cum in iis significet, se timore et necessitate potius quam amore aut pœnitentia inductum fuisse, ut memoriam S. Joannis Chrysostomi in diptychis celebraret. Præterea Atticus, in *Epistola ad Petrum et Ædesium diaconos* scripta, innuere videtur, depositionem Chrysostomi in pseudo-synodo Quercetana legitimam fuisse. Sed cum scripta et gesta illustrium aut sanctorum virorum semper in meliorem partem explicanda sint, imprimis suspicari possemus, Atticum initio existimasse, quod ad suam reconciliationem et Ecclesiarum pacem sufficeret, si nomen Chrysostomi quomodocunque sacris tabulis insereret. Sic potuit S. Cyrillo, quem Joanni Chrysostomo maxime adversari noverat, hanc molliorem pacis conditionem proponere, ut eam facilius amplecteretur. At quis asseret, illam Attici hypothesin ab Ecclesia Romana probatam fuisse? Forte hæc fuit prima pacis conditio, quam Atticus sedi Romanæ obtulit, et præter quam Ecclesia Romana ab ipso

alias exegit, quæ implendæ erant, antequam suæ communioni restitueretur : dum enim Theodoretus scribit, Atticum « post multas legationes ac pacis petitiones tandem » ab Occidentalibus ad communionem admissum fuisse, satis indicat, plures utrinque propositas fuisse conditiones, antequam inter Atticum et Romanam Ecclesiam conveniret.

18. Adde, quod ipsi Orientales Atticum exhortati fuerint, ut defensoribus Joannis Chrysostomi sese reconciliaret. Id manifeste colligimus ex Synesio, episcopo Cyrenæo et auctore synchrono, qui occasione cujusdam Alexandri, quem S. Joannes Chrysostomus Basinopolitanum episcopum consecraverat, epist. 66 *ad Theotimum*, post alia sic scribit : « Cum Joanne defuncto familiaritate conjunctus est ; honoretur enim a nobis memoria mortui, quia omnis malevolentia cum hac vita una deponitur. Cum eo familiaritate conjunctus, antequam Ecclesiæ seditione conflictarentur, ab illius manibus episcopus declaratus est Bithynorum Basinopolis. Posteaquam autem orta est dissensio, permansit ei, a quo designatus fuerat, amicus, et fuit ex illis qui in seditione ejus partes secuti sunt. Posteaquam autem concilii sententia vicit, aliquandiu quidem permansit seditio. Quid vero narrem scienti, imo ipsi, qui administravit conciliationem factam ? Præsertim cum quemdam libellum legerim doctum, quem ad beatum, ni fallor, Atticum scribebas, hortans illum ad receptionem illorum virorum, » qui videlicet partes Chrysostomi sequebantur. Forte Atticus, his aliisque Orientalium amicorum exhortationibus motus, postea sinceram cum fautoribus Chrysostomi amicitiam iniit, et plene satisfecit conditionibus, quas Romana Ecclesia ab ipso exigebat. Si hæc conjectura nostra non placet, alteram responsionem offero.

19. Atticus ex una parte per erroneam opinionem verebatur, ut colendo memoriam Joannis Chrysostomi ecclesiasticos canones satis exacte observaret ; ex altera vero videbat se a sede Romana separatum, et Ecclesiam magnis perturbationibus agitatam, eo quod memoriam Chrysostomi celebrare recusaret. Cum in hoc perplexo rerum statu diu dubitasset, quid sibi potius faciendum esset, tandem scrupulosæ canonum observationi obedientiam et communem Ecclesiæ pacem prætulit, ut ipsemet in *Epistola ad Cyrillum* his verbis declarat : « Cogitationibus nostris ad populi concordiam inclinati, canonibus quidem Patrum detrimentum nullum afferimus ; exactæ autem verborum observationi universi orbis pacem præferimus. » Deinde quibusdam exemplis probat, aliquando ob charitatem aut publicam utilitatem, de severitate ecclesiasticarum constitutionum aliquid remittendum esse.

20. Tota igitur S. Attici culpa in eo consistit, quod post restitutam S. Chrysostomi memoriam (si tamen hæc fuerit perfecta et ultima memoriæ Chrysostomianæ restitutio, de qua re paulo superius num. 17 disputavimus) nondum omnino convictus fuerit de injusta S. Chrysostomi depositione, et adhuc erronee putaverit canones ecclesiasticos possessioni suæ favere. At eo tempore S. Cyrillus in eodem errore versabatur, ut patet ex responsoria illius *ad Atticum Epistola*, quæ apud Nicephorum Callistum lib. XIV, cap. 27, sic incipit : « Lectis, quæ a pietate tua ad me missæ sunt, litteris, Joannis nomen sacris inscriptum esse tabulis intellexi. Ubi vero eos, qui inde ad nos venere, interrogavi, non in laicorum sed episcoporum catalogo ascriptum esse audivi. Porro despicienti mihi, atque in animo reputanti, an qui hoc fecere, Nicænorum Patrum decreta sequantur, et aliquantulum mentis luminibus in magnam illam synodum intendenti, universum sanctorum illorum Patrum collegium quibusdam veluti oculis renuere, et viribus omnibus, quo minus ad rem eam comprobandam accurram, obsistere videntur. Quomodo namque inter sacerdotes Dei censebitur, illorumve feret sortem, cui sacerdotalis dignitas abrogata est ? Quomodo vero in catalogo sacrorum ministrorum erit, qui ecclesiasticis mœnibus ejectus est ? » Omitto reliquam S. Cyrilli epistolam, quæ durissimis contra S. Chrysostomum expressionibus ac odiosis comparationibus plena est, ut etiam Facundus Hermianensis pro *Defensione trium capitulorum concilii Chalcedonensis* lib. IV, cap. 1, post allatum ejusdem epistolæ fragmentum, conqueritur.

21. Non est ullo modo verisimile, S. Atticum in ea opinione perseverasse, cum Ecclesia Romana plures ab ipso exegerit pacis conditiones, ut supra diximus. Imo etiamsi gratis concederem, illum incaute in eo errore permansisse, an propterea statim ex albo sanctorum expungendus erit ? Ut hic alia prætermittam, quomodo in sanctorum catalogo relinquetur S. Cyrillus, qui anno 431 vel 432, postquam jam diu nomen S. Chrysostomi diptychis inseruerat, tamen in *Epistola ad Acacium Beræensem* ita scribit : « Volo autem tuam sanctitatem utile [Lupus *ut ille*] aliquid commemorare, quod ad præsens pertinet tempus : quando enim in magna Constantinopoli sancta vestra synodus congregata est, tunc quando Joannes est accusatus, deinde gesta sunt super eo a multis in scripto commentaria, cum futurum esset, ut contra eum definitio proferretur, et essem ego unus astantium, scio, me audisse sanctitatem tuam sanctæ synodo sic dicentem : *Quia si scirem, quod nunc, si Joanni veniam largiremur, melior fieret semetipso, et recederet a duritia et asperitate, quæ in eo est, omnes vos rogassem pro eo.* Admirabilis ergo etiam circa hoc iterum judicata est sanctitas tua, quippe ut quæ dixerit veritatem. Quid igitur oportebat sanctam synodum facere, quæ impœnitentem et sic pertinacem reperit illum, qui rectæ fidei repugnavit ? » Hanc S. Cyrilli epistolam inter alias variorum Patrum, ad concilium Ephesinum spectantes, Christianus Lupus Lovanii anno 1682, cap. 56, a pag. 129 edidit, et Stephanus Baluzius in *Nova Conciliorum collectione*, seu *Supplemento ad collec-*

tionem Philippi Labbei, Parisiis anno 1707, a col. 758, recudit, ubi utrolibet loco integra legi potest.

22. Ex toto hujus epistolæ contextu apparet, quod Cyrillus Acacio persuadere cupiat, Nestorium hæresiarcham jure merito condemnatum fuisse. Ut autem id clarius probet, inter alia allegat exemplum Joannis Chrysostomi, atque a simili argumentatur in hunc fere modum : Joannes Chrysostomus in sancta synodo ad Quercum ab episcopatu depositus est ob duritiam et aspéritatem (sic adversantes sancto præsuli invictam ejus constantiam perperam appellabant) a qua ipsum nunquam recessurum Acacius vere prædixerat. Cur igitur sancta synodus Ephesina non deposuisset Nestorium ob hæresim, quam pertinaciter propugnabat? At videtur S. Cyrillus hoc ratiocinio innuere, quod tunc nondum de injustitia Chrysostomianæ depositionis convictus esset; si enim innocentiam S. Chrysostomi eo tempore agnovisset, quam vim haberet ejus argumentatio? Quomodo invidiosam inter Nestorium hæreticum et S. Joannem Chrysostomum comparationem institueret? Quomodo denique iniquissimum conciliabulum ad Quercum, in quo S. Chrysostomus falso accusatus ac damnatus fuerat, hic a Cyrillo « sancta synodus » vocaretur, et cum sancto concilio Ephesino compararetur?

23. Ex his secundum sententiam Tillemontianam inferre possem, nomen Cyrilli, æque ac Attici, ex ecclesiasticis tabulis delendum esse, cum Cyrillus in hac epistola nondum agnoscat injuriam, qua S. Joannem Chrysostomum affecerat, nec ullum hic præbeat pœnitentiæ indicium, ob quam causam Tillemontius tomo XII *Monument. eccles.* pag. 416 et 425 Atticum præcipue reprehendit, eumque e catalogo sanctorum expungit. Si igitur propterea Atticum albo sanctorum eradat, cur in eo Cyrillum relinquit? Ne his diutius immorer, unicum Tillemontio dilemma propono. Cyrillus erroneam suam de depositione S. Chrysostomi opinionem post datas ad Acacium litteras vel retractavit, vel in ea usque ad mortem permansit. Si velit primum, proferat auctores fide dignos, aut ipsa Cyrilli scripta in quibus ea retractatio expresse legatur. Saltem in Actis S. Cyrilli, quæ tomo XIV *Monument. eccles.* a pag. 267 usque ad 676 ex veteribus scriptoribus copiose illustravit, nullum hujus retractationis testem hactenus produxit. Si secundam dilemmatis partem eligat, sequitur, hunc innocuum Cyrilli errorem sanctitati ejus non officere.

24. Sed forte Tillemontius hoc dilemma declinare conabitur recurrendo ad regulam criticæ, quam tomo XIV *Monument. eccles.* pag. 798 sic tradit : « Historici tam frequenter omittunt res verissimas et aliquando maxime memorabiles, ut periculosum sit, ex eorum silentio certas conclusiones deducere. » Hinc inferet, S. Cyrillum postea verosimiliter errorem suum agnovisse ac retractasse, etiamsi apud ipsum S. Cyrillum aut alios antiquos scriptores id non legamus. Totum istud probe intelligo, atque etiam libenter admitto, ut S. Cyrillum de pertinacia erronei et iniqui sui judicii excusem. At vicissim exigo, ut eadem regula in S. Attico locum habeat. Si igitur Atticus nondum satis noverat injustitiam Chrysostomianæ exauctorationis, quando ad S. Cyrillum scribebat, dicatur secundum hanc Tillemontii regulam, quam probo et amplector, iniquitatem istius judicii postea agnovisse, quamvis antiqui scriptores eam notitiam clare ad posteros non transmiserint. Secundum ea, quæ superius diximus, forte eo tempore Atticus nondum sese omnino cum Romana Ecclesia reconciliaverat, quod tamen postmodum effecit, etsi perfectam illius reconciliationem antiquitas diserte non expresserit. Haud dubie prima aut præcipua pacis conditio fuit, ut nomen S. Chrysostomi diptychis inscriberetur, præter quam secundum supra dicta Atticus adhuc alias implere debuit, de quibus ab ipso impletis veteres historici non meminerunt. Cæterum duntaxat rogo, ut S. Cyrillus et S. Atticus juxta hanc Tillemontianam regulam æqualiter judicentur.

25. Non video, quomodo hinc evadere possit adversarius, nisi confugiat ad alteram regulam, quam tomo X *Monument. eccles.* pag. 541 sibi aliisque præscribit, et qua dubiam Flaviani Antiocheni sanctitatem ita vindicat : « Igitur dicendum est, quod Ecclesia Græca antiquam traditionem secuta sit, quando illum » (scilicet Flavianum, de quo ibi agit) « publico cultu veneratur. Quod si in ejus gestis occurrant aliqua, quæ ægre videntur conciliari posse cum spiritu charitatis, qui solus sanctos efficit, meminisse oportet, nos esse homines, nimis debili ac tenui lumine illustratos, ut de humanis actionibus earumque circumstantiis recte judicemus. » At nunquid hoc axioma æque favet Attico, quam Flaviano? Nonne etiam hic dici potest, quod Græci (addo quoque Latinos quosdam Martyrologos) antiquam traditionem secuti sint, dum Atticum sacris suis Fastis inseruerunt? Verbo uno, quidquid adversarius hic dixerit, nos eodem de Attico affirmabimus. Certe si Tillemontius traditas a se regulas observasset, tam durum ac temerarium judicium non tulisset de præclaro viro, quem antiquitas magnis exornavit laudibus, quarum hic nonnullas in gratiam adversarii breviter congeremus.

26. Imprimis S. Cyrillus Alexandrinus in *Epistola ad clericos Constantinopolitanos*, apud Labbeum tomo III *Conciliorum*, col. 383, de Nestorio ita interrogat : « Nunquid æqualis vel sapientior est beato Attico? » Cœlestinus papa, in litteris *ad Nestorium*, vigilantiam S. Attici contra Pelagianos ibidem, col. 353, sic laudat : « Denique sanctæ recordationis Atticus, catholicæ magister fidei, et vere beati Joannis etiam ad ista successor, eos ita persecutus est pro Rege communi, ut iis ne standi quidem illic copia præstaretur. Mansit nos post ejus exitum sollicitudo vel maxima, cum successor ipsius utrum etiam in ejus fide succederet, quæreremus, quia difficile est continuari, quæ bona sunt; nam sibi sæpe alternis vici-

bus adversa succedunt. » An Romanus pontifex Atticum appellaret verum S. Joannis Chrysostomi successorem, si Atticus nihil unquam fecisset ad reparandam illegitimam sedis Constantinopolitanæ invasionem, ut Tillemontius nimis temere affirmat? Adde, Cœlestinum papam in eadem *Epistola ad Nestorium* satis indicare, quod Atticus cum Romanis pontificibus amicitiam coluerit, dum ibidem col. 361 de nimia Nestorii erga Pelagianos indulgentia sic conqueritur : « Ejicerentur denique, si tibi quoque similiter displicerent. Cur tamen ea, quæ in hos tunc sunt acta, quæruntur, cum certum sit, illinc ad nos a catholico tunc antistite Attico gesta directa? Cur non sanctæ memoriæ Sisinnius ista quæsivit? Quia utique sub decessore suo probaverat eos jure damnatos. » Hinc satis liquet, S. Atticum amicam litterarum communionem cum Ecclesia Romana conservasse.

27. Idem pontifex in *Epistola ad clerum et populum Constantinopolitanum* tomo Labbei proxime citato, col. 365, post celebratas S. Chrysostomi laudes, de illius successore ita loquitur : « Rexit enim sanctæ memoriæ episcopus Atticus Christianum populum decessoris exemplo, et sacrilegos persecutus est hæreticorum furores. » Præterea Cœlestinus eodem tomo, col. 1073, S. Maximianum episcopum Constantinopolitanum, quia cum S. Attico conjunctissime vixerat, hoc elogio ornat : « Ita enim reverendissimæ memoriæ viro Attico, catholicæ fidei propugnatori fortissimo, mente pariter et officio cohærebat, ut jam tunc futuri in eodem episcopatus insignia prælucerent. » At ex hac ipsa S. Maximiani cum Attico conjunctione confirmatur opinio nostra: cum enim, juxta vulgare effatum, amor aut pares inveniat aut faciat, quis facile credat sanctissimum Maximianum tam firmo amicitiæ vinculo conjunctum fuisse huic præsuli, si Atticus manserit injustus cathedræ Constantinopolitanæ possessor, ac talis fuerit, qualem Tillemontius depinxit? Denique idem pontifex Romanus, columna sequente, hunc S. Maximianum ita hortatur : « Sequere priorum, a quibus eruditus es et nutritus, exempla pontificum ; beatissimi Joannis in prædicando scientiam, sancti Attici in repurgandis hæresibus vigilantiam, decessoris tui Sisinnii, cujus te successorem credimus, simplicem puritatem. »

28. Sanctus Prosper in carmine *De ingratis*, quod novissime Parisiis, anno 1711, inter ejus Opera a col. 115 editum est, zelum Attici contra Pelagianos ibidem col. 121 prædicat his versibus :

Quid loquar et curam, magna quam gessit in urbe
Constantinopoli, docto bonus ore sacerdos
Atticus, antiqua legatos hæreticorum
Confutando fide? De qua tunc impia corda,
Quamvis se obducta tegerent velamine forma
Judicii, et tacitæ tulerant tormenta repulsæ.

Prætereo hic quædam Orientis concilia, quæ antistitem illum tanti fecerunt, ut inter alios sanctos Patres scripta beati Attici adversus hæreticos citarint. Omitto etiam Theodoretum, Socratem, Leonem Magnum papam, qui omnes Atticum magnis laudibus extulerunt; nam hæc pauca sanctorum virorum testimonia, quæ de ipso produximus, omnibus Tillemontii conjecturis et cavillationibus longe præferenda censemus. Nunc tempus est, ut post hanc velitationem rursus filum historiæ nostræ arripturi, finiamus vindicias S. Attici, cui successit S. Sisinnius I.

S. ATTICI CP. EPISCOPI

EPISTOLA AD PATRES CONCILII AFRICANI.

Authentica concilii Nicæni per Marcellum subdiaconum transmittit.

(Labbe, *Concil.*, II, 1673.)

Dominis sanctis, merito beatissimis fratribus coepiscopis, Aurelio, Valentino, vel cæteris charissimis, in synodo apud Carthaginem habita constitutis, Atticus episcopus.

Per filium nostrum Marcellum subdiaconum vestrum scripta vestræ dilectionis cum omni gratiarum actione suscepi, Domino gratias agens, quod merui tantorum fratrum benedictione perfrui, domini beatissimi fratres. Scribitis sane ut verissimos canones, apud Nicæam civitatem metropolim Bithyniæ a Patribus constitutos, sub fidei astipulatione dirigam. Et quis est, qui communem fidem, vel statuta a Patribus firmata, suis fratribus deneget? Qua de re, per eumdem filium meum Marcellum subdiaconum vestrum, nimium festinantem, sicut statuti sunt in Nicæa civitate a Patribus canones in integro, ut jussistis, direxi ; petens, ut pro me plurimum vestra sancta congregatio orare jubeat. *Et alia manu :* Deus noster sanctitatem vestram custodiat, quod optamus, sancti fratres.

S. ATTICI EPISTOLA AD S. CYRILLUM ALEXANDRINUM EPISCOPUM

De S. Joannis Chrysostomi nomine diptychis inserendo.

Vide inter S. Cyrilli epistolas, Opp. tom. V, parte II, *p* 201-203.

EJUSDEM EPISTOLA AD PETRUM ET ÆDESIUM.

Exstat apud Nicephorum, *Hist. eccles.* lib. XIV, c. 27.

EJUSDEM EPISTOLA AD CALLIOPEN

Socrat. *Hist. eccles.* VII, 25.

ANNO DOMINI CDXLVI.

S. PROCLUS*

CONSTANTINOPOLITANUS EPISCOPUS.

NOTITIA.

(GALLAND., *Vet. Patr. Biblioth.* IX, Proleg., p. XXXIX.)

1. Proclum a primæva ætate litteris ac disciplinis excolendis sedulo incumbentem, ad lectoris gradum fuisse promotum, ex Socrate intelligimus (*a*). Deinde Attico episcopo Constantinopolitano operam dedit, cujus etiam notarius exstitit; atque ab eo diaconus et presbyter ordinatus fuisse perhibetur. Interea mortuo Cyzicenorum præsule, ut scribit idem Socrates (*b*), Sisinnius Attici successor, ad illam regendam Ecclesiam episcopum ordinavit. At eum prævertentes Cyziceni, alium, Dalmatium nomine, sibi episcopum constituendum curarunt. Constantinopolim itaque rediens Proclus, ibi frequenter concionando magnam sui nominis celebritatem consecutus est (*c*). Vir fuit, si quisquam alius, optimis moribus præditus. Quo nomine iterum, atque iterum ad sedem Constantinopolitanam occupandam populi votis expetitus, sive post mortem Attici et Sisinnii, sive post abdicationem Nestorii, ut auctor est subinde laudatus historicus (*d*); tandem, eodem teste (*e*), post Maximianum fato functum *Areobindo et Aspare coss., pridie Idus Apriles*, id est anno Christi 434, in illius Ecclesiæ pontificali throno est collocatus. Qui postquam multa pro fide catholica propugnanda præclare gessisset, exactis in Byzantina sede annis XIII, et aliquot mensibus, e vivis demum excessit anno 447 desinente. De hac tamen temporis notatione in annum et diem Procli emortualem, haud concors exstat virorum eruditorum sententia, ut videre est apud Pagium (*f*) ac Tillemontium (*g*), quos consulas velim.

(*a*) Socrat. *Hist. eccl.* lib. VII, cap. 41.
(*b*) Id. ibid. cap. 28.
(*c*) Id. ibid. cap. 41.
(*d*) Id. ibid. capp. 26, 29, 35.
(*e*) Id. ibid. cap. 40.
(*f*) Pagi. ad ann. 446, §§ 8 seqq.
(*g*) Tillem. tom. XVI, pagg. 717 et 799, not. 2 *sur S. Procle.*

* Attico CP. Proclum et Flavianum CP. jungimus quamvis ordine chronologico juniores. EDIT.

II. Doctrina et eloquentia plurimum valuisse sanctum Proclum, id vero ex veterum testimoniis quæ illius operibus præmisimus, plane compertum habemus. Complura scripsit beatus præsul, quæ tamen ad nos usque haud omnia pervenere. Quidquid autem ex ejus litterarum monimentis detegere licuit, homilias, epistolas, fragmenta, etc., ea post Elmenhorstium diligenter satis collegit Vincentius Riccardus, ac Latine reddita et uberrimis animadversionibus adornata anno 1630, Romanis typis commisit. Postmodum Procli Homilias sive Orationes XX ad mss. codices recensuit, denuo Latine vertit ac brevibus notis instruxit Franciscus Combefisius (*a*), de hujusmodi suo consilio lectorem ita monitum reddens (*b*): *Visum est sancti Procli Orationes, Vincentio Riccardo Romæ editas, aliis nostris quibus maxime Deipara Virgo hoc tomo celebratur, adjungere; multisque partibus nostras, codicum aliqua collatione ac nova versione (meliores), luci iterum publicæ dare: valere jussis spissis illis, nec raro parergis, aut etiam minus quandoque aptis Riccardi notis: uti nec instituti nostri ratio nostra hic plura præscribi sinit. — Quæ textui elucidando necessaria videbuntur, in singulis brevi orationibus expediam.* Hæc ille : cujus propterea editionem, ad homilias quod attinet, utpote præstantiorem, Riccardianæ anteferendam censuimus; et breves adnotationes quas editor ad calcem rejecit, lectoris commodo consulentes, ad oras paginarum subjiciendas duximus. Reliqua porro ex Riccardo desumpsimus. Quid autem operæ studio nostro, in Procli epistolis potissimum excudendis, præstitum sit, notulæ produnt quas ubique subdidimus. Cæterum haud fuerit otiosum, judicium perlegere quod de scriptis sancto Proclo tributis tulit cl. Tillemontius (*c*).

(*a*) Combef. Auctar. nov. ad *Biblioth. PP.*, tom. I, pagg. 301-496. Paris 1648.
(*b*) Id. ibid. pag. 467.
(*c*) Tillem. tom. XVI, pagg. 718 et 800 seq., not. 3 *sur S. Procle.*

NOTITIA ALTERA.

(Fessler, *Institutiones Patrologicæ* tomi duo, Œniponte 1851. — Tom. II, pag. 577.)

S. Proclus, adhuc adolescens S. Joanni Chrysostomo imprimis charus, per sacri ministerii gradus in Ecclesia Constantinopolitana ad presbyteri dignitatem ascendit. Is cum a. 426 a Sisinnio episcopo Constantinopolitano Cyzici episcopus ordinatus esset, cives ejus oppidi, priusquam Proclus illuc se conferret, alium sibi episcopum elegerunt. Quo comperto, Proclus pacis amans Constantinopoli permansit, ibique concionibus ad populum habitis plurimum inclaruit (*d*).

Postmodum ubi Nestorius errores suos Constantinopoli disseminare cœpit, Proclus adhucdum ibi degens, celeberrima oratione publice in ecclesia habita, strenue eos impugnavit. Vir fuit eximiæ benignitatis et mansuetudinis, nec minoris industriæ, qua, licet vim externam contra hæreticos adhiberi nollet, errantes tamen assidue pro veritate decertans victoriæque assuetus in viam veritatis reducere satagebat (*e*). Quapropter iterum atque iterum, ut sedem Constantinopolitanam occuparet, populi votis expetitus, tandem post Maximiani obitum (a. 434) in illius Ecclesiæ pontificali throno collocatus est (*f*); statimque synodicam *ad Cyrillum Alexandrinum, Joannem Antiochenum, aliosque Orientis episcopos* misit, qua de sua confirmatione eos certiores redderet (*g*). Biennio post (a. 436) exortæ sunt lites de Theodoro, Mopsuestiæ in Cilicia olim episcopo, ante plures jam annos defuncto, qui in libris suis longe lateque celebratis Nestorio facem prætulerat. Doctrinam ex istis libris excerptam Nestoriani, præsertim in Armenia et Persia, sub commendatione tanti nominis propagare conati sunt. Verum Acacius Melitinensis et Rabulas Edessenus episcopus, re cognita, Armenos monuerunt de cavendo errore magnis se nominibus tegente; Ciliciæ autem episcopi, patrocinio Theodori suscepto, litteris in Armeniam directis Acacii et Rabulæ monita nonnisi ex studio contentionis profecta asseverabant. Itaque oppositis utrinque vocibus in anceps redacti Armeniæ episcopi in concilio statuerunt, Proclum ea de re consulere, ad quem duos presbyteros legatos miserunt cum

(*d*) Socrat. *Histor. eccles.* lib. VII, c. 28, 41, 43; Nicephori *Histor. eccles.* lib. XIV, c. 38; Ephræmii Byzantini *Catalogus patriarcharum Constantinopol.*, v. 9714-19 in A.; Maii *Nova collect. veterum script.*, t. III, p. I, p. 229. Cf. Tillemont l. c., p. 604-6.
(*e*) Socrat. *Histor. eccles.* lib. VII, c. 41, 42; S. Leo M. epist. 135, c. 1; S. Cyrill. Alexandr. ep. 51 (Opp. t. V, p. II, p. 195); *Synodicon Casin.* c. 137. Cf. Tillemont l. c. p. 706-9.
(*f*) Socrat. *Hist. eccles.* lib. VII, c. 26, 29, 35, 40; *Synodicon Casin.*, c. 123.
(*g*) *Proœmium hujus synodicæ*, de qua haud infrequens apud veteres est mentio, exstat in *Synodico Casinensi*, c. 150 (ed. Schulze ep. 129), et in Opp. Procli ed. Galland., ep. 17. Vid. *Synodicon Casin.* c. 144, 145, 148, 149, 158. Cf. Tillemont t. XIV, *S. Cyrille*, art. 121 (p. 572, 573). — Alia quædam S. Procli synodica, cujus mentio habetur in Theodoreti epist. 86, posteriori tempore scripta videtur. Cf. P. Coustant in epistolis pontiff. Roman., Monitum in S. Xysti III ep. 10.

libellis rei statum exhibentibus (*a*) adjuncto volumine, continente excerpta ex Theodori libris, quæ in Armenia et Persia circumferebantur. Proclus, re in synodo diligenter examinata, celeberrimum illum tomum ad episcopos Armeniæ direxit, quo luculentum veræ fidei testimonium perhibuit. Eumdem tomum ad Joannem quoque Antiochenum misit, expetens ab eo pro communi fide servanda, ut cum suo concilio eum susciperet atque subscriberet. Quod revera Joannes et synodus Orientis apud ipsum congregata lubenter præstitit (*b*). Insuper Proclus consilio prudenti usus, tomo suo capitula hæresin Nestorianam continentia, quæ in Armenia circumferebantur, absque tamen auctoris Theodori nomine damnanda subjecerat, ut et Theodori nomini propter Orientalium offensionem parceretur, et prava ejus dogmata damnata excluderentur (*c*). Verum sapiens ejusmodi consilium imprudens monachorum quorumdam zelus fefellit, qui excerpta ista capitula cum ipso auctore Theodoro damnanda per omnem Orientem clamabant, sicque magnas turbas excitabant. Qua de re Joanni multum querenti (*d*) Proclus temperatam suam agendi rationem candide exposuit, legatis autem suis in arduo isto negotio summam denuo moderationem injunxit (*e*). Inter cæteros Orientis episcopos, qui cum catholicis communicabant, Rabulæ Edesseni mediis hisce litibus immortui successor Ibas ob animum Nestorianis erroribus propensiorem maxime infamabatur; quam ob rem Proclus, conservandæ puræ fidei pacisque genuinæ æque studiosus, egregiis litteris plurimum institit, ut Joannes eum ad tomum subscribendum subjectaque capitula damnanda permoveret (*f*). — Aliquot annis post (a. 444), Athanasio, extorri Perrhenorum episcopo, suffragatus, omni charitate et modestia Domnum, Antiochiæ episcopum, datis litteris rogavit, ut ejus causam denuo examinaret (*g*). Obiit Proclus sanctitatis fama ubique conspicuus a. 446 (*h*).

S. Procli hodie supersunt *Orationes* et *Epistolæ*.

I. Orationes viginti septem ejus nomine circumferuntur (*i*), quarum tamen nonnullæ citra dubium spuriæ, aliæ saltem suspectæ sunt (*j*).

Huc pertinent :

1. *Sermones in festis Domini* (*k*), seu de mysteriis vitæ Christi, scil. *De nativitate Domini* (A. Mai l. c., pp. 92, 93), *De incarnatione Domini nostri Jesu Christi*, altero post Christi natalem die (orat.

(*a*) Reperitur in concil. Constantinopolit. II (a. 553) collat. V (Mansi t. IX, col. 240-42) fragmentum *ex libellis porrectis a presbyteris et diaconis*, qui transmissi sunt ab episcopis, etc., *magnæ Armeniæ, Persidis et aliis gentibus ad Proclum* Constantinopolitanum (idem legitur in Opp. Procli ed. Riccardi tanquam epist. 1). Quod si tamen Facundus op. cit., lib. VIII, c. 2, Liberati *Breviar.*, c. 10, et ipsa tomi ad Armenios inscriptio cum isto fragmento conferantur, propius ad veritatem accedere videtur, si istos libellos vel serius ad Proclum scriptos credamus, vel saltem in isto fragmento quædam præsertim ab initio ex libellis Basilii diaconi ferventioris (vid. Liberati *Breviar.*, c. 10) admista contineri. Cf. Tillemont t. XIV, *S. Cyrille*, art. 142 (p. 633), cum nota 88 (p. 791).

(*b*) *Fragmentum epistolæ Procli ad Joannem et responsi Joannis ad Proclum*, servatum a Facundo Hermian. in *Defens. trium Capitul.*, lib. I, c. 1 (Galland, t. XI, pag. 666), habetur tanquam Procli, ep. 4 et 5. Aliud fortasse fragmentum *epistolæ Procli ad Joannem ejusque synodum* exhibent verba in S. Cyrilli Alex., ep. 47 (t. V, p. II, p. 189) ex Proclo allegata.

(*c*) S. Cyrilli Alex. *Epist. ad Acacium* in concil. Constantinopolit. II (a. 553), collat. V. (Mansi, t. IX, col. 245).

(*d*) Querelas Joannis Antiocheni exhibet epist. 6, in Opp. Procli ed. Riccardi, quæ revera non est nisi pars alia responsi Joannis *ad Proclum* (seu epistolæ 5), ut satis patet ex Facundi op. cit., lib. II, c. 2, et lib. VIII, c. 1 (Galland. t. XI, p. 680, et pag. 745-46), unde accepta est ep. 6 inter Procli epistolas.

(*e*) *Fragmentum hujus epistolæ Procli ad Joannem*, et aliud ejusdem *Procli epist. ad Maximum diaconum* suum, desumpta ex Facundi op. cit., lib. VIII, c. 2 et 5 (Galland. t. XI, p. 746-47, et p. 752), exstant in Opp. Procli ed. Riccardi tanquam ep. 10 et 11. Tota hæc causa accurate narratur in Liberati *Breviario*, c. 10 (Galland, t. XII, p. 133-35), quem refert et in nonnullis corrigit C. Baron., *Annal.*, ad a. 435, n. 31-4. Vid. etiam supra § 327, p. 528. Cf. Tillemont t. XIV, *S. Procle*, p. 709-10.

(*f*) *Epistola* hæc *Procli ad Joannem*, quæ in Opp. Procli ed. Riccardi est ep. 3, transsumpta est ex concilio Constantinopolit. II, collat. VI et V (Mansi t. IX, col. 301-4, 270-71). Cf. Tillemont t. XIV, *S. Cyrille*, art. 142 (p. 631-32), et *S. Procle* (ibid., p. 709).

(*g*) *Epistola* hæc *Procli ad Domnum*, ex concil. Chalcedon. act. XIV (Mansi t. VII, col. 321-26) accepta in Opp. Procli ed. Riccardi, est ep. 13. Cf. Tillemont, t. XIV, *S. Cyrille*, art 148 (p. 647-49).

(*h*) Insignia laudum præconia, quibus veteres sanctum hunc episcopum extulerunt. Vid. ap. Tillemont t. XIV, *S. Procle*, p. 717-18, et in fronte Opp. S. Procli (Galland. t. IX, p. 605-13).

(*i*) Harum *viginti duæ* in edit. Gallandii cæteris meliore deprehenduntur, quinque nuper ab A. Maio in *Spicileg Roman.* t. IV (Romæ 1840) p. 77, 98 e codd. antiquis erutæ fuere.

(*j*) Dubiæ sunt hæ orationes : *De incarnatione D. N. Jesu Christi et de infusoriis* (orat. II), item *In natalem diem D. N. Jesu Christi* (orat. IV), quæ idem plane initium habet cum oratione I Theodoti Ancyrani lecta in concilio Ephesino; et oratio altera *in S. Stephanum* (orat. XVIII). — Spuriæ sunt : *Laudatio Dei Genitricis Mariæ* (orat. VI), absurda quædam continens; et oratio prior *in S. Stephanum* (orat. XVII), quæ Asterium Amasenum auctorem habet. — *Oratio* hæc *in S. Stephanum* apud Gallandium inter scripta S. Procli prætermissa est; hinc *Oratio* altera *in S. Stephanum*, quæ in edit. Riccard., orat. XVIII numeratur, ap. Galland. locum orat. XVII obtinuit, et sic deinceps numerus *Orationum* ap. Riccard. et Galland. una semper discrepat, ut oratio XIX ed. Riccardi sit orat. XVIII ap. Galland., etc. — Cf. de singulis Procli orationibus tam genuinis, quam dubiis et spuriis Riccardi et Combefisii notas; Tillemont t. XIV, *S. Procle*, note 3 (p. 800-801); Ceillier l. c., n. 12-25. (p. 484-91); J. A. Fabricii *Biblioth. Græc.* vol. IX, p. 505-510. De stylo et charactere harum *Orationum* vid. Dupin t. IV, p. 73, et Tillemont l. c., p. 718-19.

(*k*) Festa Domini, quæ tempore S. Procli in Ecclesiæ usu erant, ipse enumerat orat. III n. 2.

m), et de ejusdem *circumcisione* octavo post nativitatem die (A. Mai l. c. p. LXXXIV—VII), in s. theophania sive in epiphania Domini (orat. VII); sermo *De incarnatione*, dictus in Sabbato ante Quadragesimam (A. Mai l. c. p. LXXXVIII—XCII); *In transfigurationem* (orat. VIII); *In ramos Palmarum* (orat. IX); in feriam quintam *De cœna Domini* (orat. X); in Parasceve *De passione Dominica* (orat. XI); unus *De resurrectione Domini* dictus in nocte paschali (orat. XII); tres *in S. Pascha* (orat. XIII, XIV et XV); unus *De ascensione Domini* (A. Mai l. c. p. LXXVII—LXXXIII); denique unus *In S. Pentecosten* (orat. XVI).

2. *Laudes sanctorum.* Has inter eminet celeberrima illa *laudatio in SS. Dei Genitricem Mariam*, Nestorio præsente habita, ab eoque frequenter impugnata (orat. I); et altera similis argumenti (orat. V). Accedunt laudatio S. Pauli apostoli fervidior (orat. XIX), S. Andreæ apostoli (orat. XX), et S. Joannis Chrysostomi (orat. XXI). His adjungendus venit sermo *De S. Clemente martyre*, Ancyræ in Galatia episcopo (A. Mai l. c. p. XCIV—VIII).

3. *Tractatus de traditione divinæ Missæ* (seu orat. XXII), alioquin nonnisi fragmentum, quo præcipui liturgiarum apud Græcos recensentur auctores, ac præsertim liturgiæ S. Basilii et Joannis Chrysostomi origo exponitur, a quibusdam in dubium vocatur (*a*).

II. Epistolæ S. Procli septem hodie exstant, quarum longe celeberrima est: *Tomus* (seu *Epistola de fide*) *ad Armenios*, quo mysterium Incarnationis Domini perquam accurate exponitur, adeo ut episcopi catholici per totum Orientem eidem subscriberent tanquam normæ rectæ fidei, ipsique Romani pontifices summis laudibus illum extollerent (*b*). Cæteræ epistolæ vel epistolarum fragmenta (scil. ep. 3, 4, 10, 11, 13, 17) ubique insignem ejus charitatem produnt, nec minus fidei zelum, quam pacis atque justitiæ amorem spirant (*c*).

Ex doctrina S. Procli illud maxime notatu dignum, quod sæpius in *Tomo ad Armenios*, et in celeberrima illa *Laudatione SS. Dei Genitricis* (orat. I) illibatam S. Mariæ virginitatem etiam post partum disertis verbis astruit.

Editiones: S. Procli Opuscula Gr. et Lat. ed. G. Elmenhorst, Lugduni Batav. 1617 in 8°. (Hæc editio continet tantum quatuor orationes et tres epistolas atque *Tractatum de traditione divinæ liturgiæ*, pleraque Gr. et Lat.; vid. de singulis Hoffmann *Lexicon bibliograph.* t. III, s. v. Proclus p. 473—74.) — S. Procli analecta (seu Opera collecta) a Vincentio Riccardo Gr. et Lat. cum commentar., Romæ 1630 in 4°. — P. Combefisius in *Auctario novo Bibliothecæ Patrum*, Paris. 1648, t. I, p. 502—496, homilias seu orationes viginti S. Procli (omissa tantum oratione Asterii Amaseni) iterum recensitas Gr. et Lat. cum notis edidit. — Denique omnia S. Procli opera, quæ hucusque reperta sunt, ex edit. Riccardi et Combefisii collecta optime exhibentur Gr. et Lat. in Galland *Biblioth. Patrum* t. IX, p. 601—704, ubi etiam (p. 703—4) fragmenta quædam ex orationibus deperditis et ex epistolis nonnullis Procli reperiuntur. Quibus nunc addere oportet sermones ab A. Mai repertos, quorum primus Gr. et Lat., reliqui Latine tantum exhibentur.

(*a*) Cf. Tillemont l. c. p. 801.; Ceillier l. c., n. 26 (p. 491—93), et t. I, cap. 2, art. , n. 8, (p. 510—11.); Eus. Renaudot *Liturg. Oriental. Collect.*, t. I, p. 22, et 26—7, J. A. Fabricii *Biblioth. Græc.* vol. IX, p. 510—11. Card. Bona *Rerum liturg.* lib. I, c. 9, n. 9, etiam liturgiam S. Procli memorat.

(*b*) De nomine *Tomi* vid. supra t. I, § 115, p. 403. — De *Tomi* hujus auctoritate cf. Tillemont t. XIV, *S. Cyrille*, art. 141 (p. 630—31); J. A. Fabricii *Biblioth. Græc.* vol. IX, p. 511—12.

(*c*) Riccardi editio sedecim epistolas habet, quibus Gallandius decimam septimam adjecit; sed pars major illustrandis rebus gestis S. Procli inservit, ac nonnisi *septem* de quibus supra in *Vita S. Procli* singillatim actum est, Proclum ipsum auctorem habent.

VETERUM TESTIMONIA DE S. PROCLO

EPISCOPO CONSTANTINOPOLITANO.

I.

CYRILLUS ALEX. *in* Exposit. Symboli. *Ex part.* III, Conc. *Ephes. cap.* 43, *sub fin.* — Conc. *edit. Ven. Labb., tom.* III, *pag.* 1721.

Ταῦτα φρονεῖ μεθ' ἡμῶν ὁ φιλόχριστος τῶν ἁγίων Πατέρων χορὸς, καὶ αὐτὸς δὲ ὁ νυνὶ τὸν τῆς ἁγίας Κωνσταντινουπολιτῶν Ἐκκλησίας κατακοσμήσας θρόνον, ὁσιώτατος καὶ θεοσεβέστατος ἀδελφὸς, καὶ συνεπίσκοπος Πρόκλος.

Hæc sentit nobiscum amantissimus Christi sanctorum Patrum chorus, et ipse qui nunc sanctæ Constantinopolitanæ Ecclesiæ thronum exornat, religiosissimus et sapientissimus frater et coepiscopus Proclus

IDEM *ibid.*, *pag.* 1727, ad Joannem Antioch. et synod.

Ἐν τῇ *πρὸς Ἀρμενίους Ἐπιστολῇ*, τὸν τῆς ἀληθείας λόγον ὀρθοτομῶν, διεκήρυξε σαφῶς ὁ ὁσιώτατος καὶ θεοσεβέστατος ἀδελφὸς ἡμῶν, καὶ συνεπίσκοπος

In *Epistola ad Armenios*, cum sermonem veritatis recte tractaret, diserte prædicavit sanctissimus et religiosissimus frater noster et coepiscopus Pro-

clus, vir pius, et ad certamen adversus eos qui quæ recta sunt, pervertunt, exercitatus, et ex veritatis assertione victoriam reportare assuetus.

Πρόκλος, ἀνὴρ εὐσεβὴς, καὶ τοῖς τὰ ὀρθὰ διαστρέφουσιν ἀνταποδύεσθαι μεμελετηκὼς, ὅτι καὶ νικᾷν ἔθος αὐτῷ πρεσβεύοντι τὴν ἀλήθειαν.

II.

SOCRATES Hist. eccl. *lib.* VII, *cap.* 26.

Orta est autem post obitum Attici multa circa ordinationem episcopi contentio, dum alii alios quærebant: nam quidam Philippum presbyterum, nonnulli vero Proclum ordinari cupiebant: erat autem et is presbyter. Communiter vero cunctus populus Sisinnium ordinari optabat.

Ἐγένετο δὲ μετὰ τὴν τελευτὴν Ἀττικοῦ πολλὴ φιλονεικία περὶ χειροτονίας ἐπισκόπου, ἄλλων ἄλλον ζητούντων· τινὲς μὲν γὰρ, φησὶ, Φίλιππον τὸν πρεσβύτερον ἐζήτουν, τινὲς δὲ Πρόκλον· καὶ οὗτος δὲ πρεσβύτερος ἦν. Κοινῇ δὲ πᾶς ὁ λαὸς ἐπόθει γίνεσθαι Σισίννιον.

IDEM *ibid.*, *cap.* 28.

Mortuo Cyzicenorum episcopo, Sisinnius Proclum Cyzici ordinavit episcopum. Cum itaque Proclus Cyzicum esset profecturus, prævenerunt eum Cyziceni, ac virum religiosum, nomine Dalmatium, ordinaverunt. Et hoc fecerunt neglecta lege quæ jubet, ne præter sententiam Constantinopolitani episcopi, ulla fiat episcopi ordinatio. Legem autem istam ideo neglexerunt, quod ea ad solius Attici personam lata pertineret. Mansit itaque Proclus Constantinopoli, et licet Ecclesiæ suæ non præesset, in ecclesiis tamen Constantinopolitanis docendo floruit.

Τοῦ Κυζικηνῶν ἐπισκόπου τελευτήσαντος, ὁ Σισίννιος Πρόκλον ἐχειροτόνησε πρὸς ἐπισκοπὴν τῆς Κυζίκου. Μέλλοντος οὖν διάγειν ἐπ' αὐτὴν, φθάνουσιν οἱ Κυζικηνοὶ καὶ χειροτονοῦσιν ἄνδρα ἀσκητικὸν, ᾧ ὄνομα ἦν Δαλμάτιος. Καὶ τοῦτ' ἐποίησαν, ἀμελήσαντες τοῦ νόμου τοῦ κελεύοντος, παρὰ γνώμην τοῦ ἐπισκόπου Κωνσταντινουπόλεως, χειροτονίαν ἐπισκόπου μὴ γίνεσθαι. Ἠμέλησαν δὲ τοῦ νόμου τούτου, ὡς Ἀττικῷ μόνῳ εἰς πρόσωπον παρασχεθέντος. Ἔμενεν οὖν ὁ Πρόκλος, οἰκείας μὲν Ἐκκλησίας μὴ προεστὼς, ἐν δὲ ταῖς ἐκκλησίαις τῆς Κωνσταντινουπόλεως μετὰ τὰς διδασκαλίας ἀνθῶν.

IDEM *ibid.*, *cap.* 35.

Post depositionem vero Nestorii, rursus disceptatio erat de eligendo episcopo. Et multi quidem Philippum, plures vero Proclum eligebant; et obtinuisset sane Procli electio, nisi potentum nonnulli obstitissent, canone ecclesiastico prohiberi dicentes: Ne quisquam episcopus uni addictus ecclesiæ ad aliam civitatem transferatur. Hoc dicto ac credito, coactus est populus acquiescere.

Μετὰ δὲ τὴν Νεστορίου καθαίρεσιν, πάλιν περὶ ἐπιλογῆς ἐπισκόπου ζήτησις ἦν. Καὶ πολλοὶ μὲν Φίλιππον, πλείους δὲ τὸν Πρόκλον ἐπελέγοντο· καὶ ἐκράτησεν ἂν ἡ Πρόκλου γνώμη, εἰ μή τινες τῶν μεγάλα δυναμένων ἐκώλυσαν, φήσαντες, κανόνα ἐκκλησιαστικὸν κωλύειν, τὸν ὀνομασθέντα τινὸς πόλεως ἐπίσκοπον εἰς ἑτέραν μεταφέρεσθαι πόλιν. Τοῦτο λεχθὲν καὶ πιστευθὲν, τὸν λαὸν ἡσυχάζειν ἠνάγκαζεν.

IDEM *ibid.*, *cap.* 36.

Qui tunc ista dicere conati sunt, vel invidia fuerunt erga Proclum infecti, vel et canones, quæve sæpenumero utiliter in ecclesiis gesta fuere, ignorabant.

Οἱ τότε ταῦτα λέγειν ἐπιχειρήσαντες, ἀλλ' ἢ κατασκευάσασθαι φθόνῳ τῷ πρὸς τὸν Πρόκλον, ἢ ἀγνοεῖν καὶ τοὺς κανόνας, καὶ τὰ πολλάκις χρειωδῶς ἐν ταῖς Ἐκκλησίαις γενόμενα.

IDEM *ibid.*, *cap.* 40.

Maximianus vero cum biennium ac menses quinque Ecclesiæ pacate præfuisset, mortuus est, consulibus Areobindo et Aspare, duodecima die Aprilis. Accidit autem, ut hebdomada esset jejuniorum, Paschatis festo vicina: erat autem dies illa quinta vocata. Tunc autem et Theodosius imperator causæ huic sapienter providit: etenim ne denuo in electione episcopi disceptatio oriretur, et Ecclesia perturbaretur, incunctanter, nondum humato Maximiani corpore, præsentibus episcopis præcepit, ut Proclum ordinarent: nam ad eam rem et Cœlestini episcopi Romani litteræ quæ allatæ fuerant, consentiebant, quas ille et Cyrillo Alexandrino, et Joanni Antiochiæ, et Rufo Thessalonicensi miserat, nihil impedire docens, eum qui alii esset Ecclesiæ nuncupatus, vel etiam episcopus esset, ad aliam trans-

Μαξιμιανὸς δὲ δύο ἐνιαυτοὺς πρὸς τοῖς πέντε μησὶν ἡσύχως τῆς Ἐκκλησίας προστὰς, ἐτελεύτησεν ἐν ὑπατείᾳ Ἀρεοβίνδου καὶ Ἄσπαρος, τῇ δωδεκάτῃ τοῦ Ἀπριλλίου μηνός. Συνέβη δὲ ἐν αὐτῇ τὴν ἑβδομάδα εἶναι τῶν νηστειῶν, τὴν γειτνιάζουσαν τῇ τοῦ Πάσχα ἑορτῇ· ἡμέρα δὲ ἦν καλουμένη πέμπτη. Τότε δὴ καὶ ὁ βασιλεὺς Θεοδόσιος σοφῶς τοῦ πράγματος προενόησεν· ἵνα γὰρ μὴ πάλιν περὶ ἐπιλογῆς ἐπισκόπου ζήτησις ᾖ, καὶ ταραχὴ τῇ Ἐκκλησίᾳ κινήσῃ, μὴ μελλήσας, ἀλλ' ἔτι κειμένου τοῦ σώματος Μαξιμιανοῦ τοῖς παροῦσιν ἐπισκόποις ἐνθρονίσαι τὸν Πρόκλον ἐπέτρεψεν· τοῦτο γὰρ καὶ τοῦ ἐπισκόπου τῆς Ῥωμαίων Κελεστίνου ἐπιστολαὶ παροῦσαι ἐγίνοντο σύμψηφοι, ἃς ἐκεῖνος ἀπεστάλκει Κυρίλλῳ τε τῷ Ἀλεξανδρείας, καὶ Ἰωάννῃ τῷ Ἀντιοχείας, καὶ Ῥούφῳ τῷ Θεσσαλονίκης, διδάσκων ὡς οὐδὲν κωλύει, τόν τε

ἑτέρας πόλεως ὀνομασθέντα, ἢ καὶ ὄντα ἐπίσκοπον, εἰς ἄλλην μετατίθεσθαι. Ἐνθρονισθεὶς οὖν ὁ Πρόκλος τὴν ἐκκομιδὴν τοῦ Μαξιμιανοῦ σώματος ἐποιήσατο. A ferri Ecclesiam. Ordinatus itaque Proclus, funus corporis Maximiani procuravit.

IDEM *ibid.*, *cap.* 41.

Πρόκλος ἐκ πρώτης ἡλικίας ἀναγνώστης ἐτύγχανεν ὤν, ἐφοίτα τε εἰς διδασκάλους, καὶ ῥητορικῆς ἐγίνετο ζηλωτής. Τελέσας δὲ εἰς ἄνδρα, τὰ πολλὰ παρῆν τῷ ἐπισκόπῳ Ἀττικῷ, ὑπογραφεὺς αὐτοῦ τῶν λόγων γενόμενος. Προκόψαντα δὲ αὐτὸν καὶ ἐν τῇ τάξει τῆς διακονίας Ἀττικὸς προηγάγετο· ἀξιωθεὶς δὲ καὶ πρεσβυτερείου, ὡς προεῖπον, ὑπὸ Σισιννίου πρὸς τὴν Κυζίκου ἐπισκοπὴν προεβλήθη. Τότε δὴ τῆς ἐν Κωνσταντινουπόλει Ἐκκλησίας τὸν θρόνον ἐκληρώθη. Ἦν δὲ ἀνὴρ ἀγαθὸς τὸ ἦθος, εἰ καί τις ἄλλος· ὑπὸ γὰρ τῷ Ἀττικῷ παιδευθείς, πάντα αὐτοῦ τὰ χρηστὰ B ἐμιμήσατο· τὴν δὲ ἀνεξικακίαν, πλέον ἢν ἐκεῖνος εἶχεν, ἐξήσκησεν. Ὁ μὲν γὰρ τοῖς αἱρεσιώταις φοβερὸν ἐν καιρῷ ἑαυτὸν ἐπεδείκνυσεν· οὗτος δὲ προσηνὴς τοῖς πᾶσιν ἐγίνετο· τούτῳ δὲ μᾶλλον αὐτοὺς, ἢ βίᾳ προσάγεσθαι προνοῶν· αἵρεσιν γὰρ οὐδεμίαν σκύλλειν αἱρούμενος, τὸ ἀξίωμα τῆς πραότητος τῇ Ἐκκλησίᾳ φυλάξας ἀπέδωκε· κατὰ τοῦτο τὸ μέρος τὸν βασιλέα μιμούμενος Θεοδόσιον.

Proclus ex primæva ætate lector fuerat, et auditis præceptoribus rhetoricæ operam dederat. Cum autem in virum evasisset, episcopo Attico frequenter aderat, ac librorum illius amanuensis erat. Progressum autem, Atticus ad diaconatus etiam ordinem subvexit: deinde et presbyterium sortitus, a Sisinnio, sicut antea dixi, ad episcopatum Cyzicenum ordinatus est. Postmodum vero et Constantinopolitanæ Ecclesiæ sedem est consecutus. Erat autem hic vir, si quisquam alius, ingenio ac moribus bonus, etiam ab Attico institutus, quæcunque in illo bona fuerant, imitatus est; clementia vero usus est majore, quam in Attico fuerat. Ille namque hæreticis terribilem se pro tempore ostenderat; hic vero omnibus placidus fuit, et hoc se pacto eos magis quam violentia attracturum prægocitavit: etenim nullam hæresim divexare volens, mansuetudine dignitatem Ecclesiæ salvam restituit; atque ea in re Theodosium imperatorem imitatus est.

IDEM *ibid.*, *cap.* 42.

Ἐπὶ τούτοις μὲν οὖν καὶ ὁ βασιλεὺς αὐτὸν ἀπεδέχετο· καὶ γὰρ τοῖς ἀληθῶς ἱερωμένοις ἐφάμιλλος, καὶ οὐδαμοῦ τοὺς διώκειν ἐθέλοντας ἀπεδέχετο.

Hac itaque ratione imperator Proclum laudabat; nam et ipse veros imitabatur sacerdotes, nec ullo pacto eos approbabat qui ad persequendum erant parati.

IDEM *ibid.*, *cap.* 43.

Θνήσκει μὲν Βαρβάρων ὁ ἔπαρχος, ᾧ ὄνομα ἦν C Ῥούγας, βληθεὶς κεραυνῷ· λοιμός τε ἐπιλαβόμενος τὸ πλεῖστον τῶν ὑπ' αὐτῷ ἀνθρώπων διέφθειρεν. Καὶ οὐ τοῦτο μόνον ἐξήρκεσεν· ἀλλὰ γὰρ καὶ πῦρ ἐξ οὐρανοῦ κατελθὸν, πολλοὺς τῶν ὑπολειφθέντων ἀνάλωσεν. Τότε δὴ καὶ ὁ ἐπίσκοπος Πρόκλος, ἐκ τοῦ Ἰεζεκιὴλ προφητείαν ἐπ' ἐκκλησίας διδάσκων, τῇ γενομένῃ ἐκ Θεοῦ σωτηρίᾳ προσαρμόσας, ἱκανῶς ἐθαυμάσθη. Ἡ δὲ προφητεία ἐστὶν αὕτη· *Καὶ σὺ, υἱὲ ἀνθρώπου, προφήτευσον ἐπὶ Γὼγ ἄρχοντα, Ῥὼς, Μισὼχ καὶ Θοβέλ· κρινῶ γὰρ αὐτὸν θανάτῳ, καὶ αἵματι, καὶ ὑετῷ κατακλύζοντι, καὶ λίθοις χαλάζης· καὶ πῦρ, καὶ θεῖον βρέξω ἐπ' αὐτὸν, καὶ ἐπὶ πάντας τοὺς μετ' αὐτοῦ, καὶ εἰς ἔθνη πολλὰ μετ' αὐτοῦ. Καὶ μεγαλυνθήσομαι, καὶ ἐνδοξασθήσομαι, καὶ γνωσθήσομαι ἐναντίον πολλῶν ἐθνῶν· D καὶ γνώσονται ὅτι ἐγώ εἰμι ὁ Κύριος.* Σφόδρα μὲν οὖν, ὡς ἔφην, ἐθαυμάσθη ἐπὶ τούτοις ὁ Πρόκλος.

Barbarorum dux, nomine Rugas, fulmine ictus interiit; et pestis subsecuta maximam eorum hominum qui sub illo fuerant, partem interemit. Neque sic plaga quievit; sed et ignis e cœlo delapsus, plurimos ex iis qui remanserunt, consumpsit. Tunc sane episcopus Proclus, cum in ecclesia de collata salute Ezechielis exponeret prophetiam, admirationi fuit abunde. Erant autem verba prophetiæ: *Et tu, fili hominis, vaticinare contra Gog principem, Rhos, Misoch et Tobel; judicabo enim eum morte, et sanguine et imbre vehementi, et lapidibus grandinis; et ignem, et sulphur pluum super eum, et super omnes qui cum eo, et super gentes multas cum eo. Et magnificabor et glorificabor, et notus ero in conspectu multarum gentium: et cognoscent quia ego sum Dominus*[1]. Vehementer itaque, sicut dixi, ob ista admirationi fuit Proclus.

III.

Ex concilio Antiocheno sub Domno, *intexto actioni* XIV concilii Chalced., *edit. Ven. Labb. tom.* IV, *pagg.* 1659, 1662, 1663.

Δόμνος ἐπίσκοπος τῆς Ἀντιοχείας εἶπεν· Οἶδα κἀγὼ ἐκδεδημηκέναι τὸν ἐπίσκοπον Ἀθανάσιον· καὶ γὰρ ἐκόμισέ μοι γράμματα τῶν θεοφιλεστάτων καὶ ἁγιωτάτων ἐπισκόπων, τοῦ κυρίου Πρόκλου, φημὶ, καὶ τοῦ κυρίου Κυρίλλου.

Domnus episcopus Antiochiæ dixit: Novi et ego formidasse reverendissimum episcopum Athanasium: nam detulit mihi litteras Dei amantissimorum et sanctissimorum episcoporum, domni Procli scilicet et domni Cyrilli.

[1] Ezech. XXXVIII, 22 seq.

Theodorus episcopus dixit: Divinæ litteræ per Dei amantissimum episcopum Athanasium prolatæ sunt sanctorum archiepiscoporum. Jubeat tua sanctitas has relegi coram sancto concilio. A

Θεόδωρος ἐπίσκοπος εἶπεν· Ὅσια γράμματα διὰ τοῦ θεοφιλεστάτου ἐπισκόπου Ἀθανασίου κεκόμισται τῶν ἁγιωτάτων καὶ θεοφιλεστάτων ἐπισκόπων. Κελευσάτω σου ἡ ἁγιότης, ταῦτα ἀναγνωσθῆναι ἐπὶ τῆς ἁγίας συνόδου.

Theoctistus episcopus Berrhœæ dixit: Hæc ipsa et ego perspexi, quia falsa docuerit sanctissimos et venerabilissimos episcopos, Proclum videlicet et Cyrillum, reverendissimus episcopus Athanasius.

Θεόκτιστος ἐπίσκοπος Βερρόίας εἶπε· Τὰ αὐτὰ συνεῖδον κἀγὼ ὡς ψευδῆ ἐδίδαξε τοὺς ἁγιωτάτους καὶ ὁσιωτάτους ἀρχιεπισκόπους, Πρόκλον φημὶ καὶ Κύριλλον ὁ εὐλαβέστατος ἐπίσκοπος Ἀθανάσιος.

Sabbas episcopus dixit: Si quietem diligeret reverendissimus episcopus Athanasius, non eum oportuerat post repudium et jusjurandum, importunum exsistere sanctissimis Patribus et archiepiscopis Proclo et Cyrillo.

Σάββας ἐπίσκοπος εἶπεν· Εἰ τὴν ἡσυχίαν ἠγάπα ὁ εὐλαβέστατος ἐπίσκοπος Ἀθανάσιος, οὐκ ἔδει αὐτὸν μετὰ παραίτησιν καὶ ὅρκους ἐναχλῆσαι τοῖς ἁγίοις Πατράσι καὶ ἀρχιεπισκόποις Πρόκλῳ καὶ Κυρίλλῳ.

IV.

THEODORITUS epist. LXXXVI, ad Flavianum, *Opp. tom.* III, *pag.* 964.

Scito, domine, quod demisso erga nos animo fuit, ex quo in urbe vestra, tempore beatæ memoriæ Procli, synodica acta composuimus, sequentes canones sanctorum Patrum. B

Ἴσθι, δέσποτα, ὡς τὴν πρὸς ἡμῶν ἔσχε μικροψυχίαν, ἐξ οὗ τοῖς παρ' ὑμῖν γεγενημένοις συνοδικοῖς, ἐπὶ τοῦ τῆς μακαρίας μνήμης Πρόκλου, συνεθέμεθα, τοῖς τῶν ἁγίων Πατέρων κανόσιν ἀκολουθήσαντες.

IDEM epist. CX, ad Domnum, *ibid. pag.* 980.

Consuetudinem itaque secuti sumus, et homines insignes, tum doctrina, tum vita celebres. Multa etiam alia hujusmodi beatæ memoriæ Proclus Constantinopolitanus episcopus edoctus, et ipse ordinationem suscepit et laudavit, litterisque approbavit.

Ἔθει τοίνυν ἠκολουθήσαμεν, καὶ ἀνδράσιν ἐπισήμοις, καὶ ἐπὶ γνώσει καὶ βίῳ πολλυθρυλλήτοις. Πολλὰ δὲ καὶ ἄλλα τοιαῦτα δεδιδαγμένος ὁ τῆς μακαρίας μνήμης Πρόκλος ὁ τῆς Κωνσταντινουπολιτῶν ἐπίσκοπος, καὶ αὐτὸς τὴν χειροτονίαν ἐδέξατο, καὶ ἔγραψεν ἐπαινῶν καὶ θαυμάζων.

V.

Ex libello Eusebii episcopi Dorylæi in act. I conc. Chalced., *edit. Ven. Labb. tom.* IV, *pag.* 931.

In fide sanctorum Patrum trecentorum decem et octo in Nicæa congregatorum, et in his quæ sapuit et exposuit beatissimus Cyrillus Alexandrinæ magnæ civitatis quondam episcopus, et magnus Athanasius, et Gregorius, et Proclus, sancti episcopi. C

Τῇ πίστει τῶν ἁγίων Πατέρων, τῶν τριακοσίων δέκα καὶ ὀκτὼ, τῶν ἐν Νικαίᾳ συναγηγερμένων, καὶ τοῖς φρονηθεῖσι καὶ ἐκτεθεῖσι παρὰ τοῦ μακαρίου Κυρίλλου τοῦ τῆς Ἀλεξανδρέων μεγαλοπόλεως γεγονότος ἐπισκόπου, καὶ Ἀθανασίου τοῦ μεγάλου, καὶ Γρηγορίου, καὶ Πρόκλου τῶν ἁγίων ἐπισκόπων.

Ex act. XI *ejusdem* conc. Chalced., *ibid.* 1611 et 1614.

Lucianus reverendissimus episcopus Byziæ dixit: Suscepit eum beatissimæ memoriæ Proclus. Gloriosissimi judices dixerunt: Si Proclus sanctæ memoriæ, qui fuit archiepiscopus regiæ Constantinopolis, suscepit Bassianum reverendissimum episcopum, et communicavit ei tanquam episcopo Ephesiorum metropolis reverendissimus clerus sanctæ Constantinopolitanæ Ecclesiæ nos edoceat. Theophilus reverendissimus presbyter Constantinopolis sanctæ Ecclesiæ dixit: Ut coram Deo, et suscepit eum sanctæ memoriæ Proclus communicantem, et synodalibus litteris honorans, dimisit eum ad Ephesum; et in diptychis posuit ejus nomen, et recitabatur usque ad modicum abhinc tempus. Omnes reverendissimi clerici sanctissimæ Constantinopolitanæ Ecclesiæ dixerunt: Et nos hæc ipsa didicimus. Suscepit enim eum, et communicavit ei beatæ memoriæ Proclus, et fecit synodicas litteras, et in diptychis eum posuit. D

Λουκιανὸς ὁ εὐλαβέστατος ἐπίσκοπος Βύζης, εἶπεν· Ἐδέξατο αὐτὸν ὁ μακαρίτης Πρόκλος. Οἱ ἐνδοξότατοι ἄρχοντες εἶπον· Εἰ Πρόκλος ὁ τῆς ὁσίας μνήμης, ὁ γεγονὼς ἀρχιεπίσκοπος Κωνσταντινουπόλεως, ἐδέξατο αὐτὸν Βασσιανὸν τὸν εὐλαβέστατον ἐπίσκοπον, καὶ ἐκοινώνησεν αὐτῷ ὡς ἐπισκόπῳ τῆς Ἐφεσίων μητροπόλεως, ὁ εὐλαβέστατος κλῆρος τῆς ἁγίας Κωνσταντινουπόλεως Ἐκκλησίας διδασκέτωσαν. Θεόφιλος ὁ εὐλαβέστατος πρεσβύτερος τῆς κατὰ Κωνσταντινούπολιν ἁγιωτάτης Ἐκκλησίας εἶπεν· Ὡς ἐπὶ Θεοῦ, καὶ ἐδέξατο αὐτὸν ὁ ἐν ἁγίοις Πρόκλος κοινωνίκοντα, καὶ συνοδικοῖς γράμμασι τιμήσας αὐτὸν, ἀπέλυσεν ἐπὶ τὴν Ἔφεσον· καὶ ἐν τοῖς διπτύχοις ἔταξεν αὐτοῦ τὸ ὄνομα, καὶ ἐλέγετο ἕως πρὸ ὀλίγου καιροῦ. Πάντες οἱ εὐλαβέστατοι κληρικοὶ τῆς Κωνσταντινουπολιτῶν ἁγιωτάτης Ἐκκλησίας εἶπον· Καὶ ἡμεῖς τὰ αὐτὰ λέγομεν. Ἐδέξατο γὰρ αὐτὸν, καὶ ἐκοινώνησεν αὐτῷ ὁ μακάριος Πρόκλος, καὶ ἐποίησε συνοδικὰ γράμματα, καὶ εἰς τὰ δίπτυχα αὐτὸν ἔταξεν.

Ex act. XIV *ejusdem* concilii Chalced., *ibid. pag.* 1646.

Ἀθανάσιος ὁ εὐλαβέστατος ἐπίσκοπος εἶπε· Τὸ ἐμὸν πρᾶγμα ἀπὸ μακροῦ χρόνου κατῆρκται· καὶ τούτου ἤκουσαν οἱ τῆς μακαρίας μνήμης Κύριλλός τε καὶ Πρόκλος. καὶ φανεροὺς τύπους ἔγραψαν τῷ Ἀντιοχείας γενομένῳ ἐπισκόπῳ Δόμνῳ· συνέθετο ἐκεῖνος πληροῦν ταῦτα. Ἀξιῶ, εἰ παρίσταται τῇ ὑμετέρᾳ ἐξουσίᾳ, τὰ γράμματα τῶν ἀρχιεπισκόπων ἀναγνωσθῆναι. Οἱ ἐνδοξότατοι ἄρχοντες εἶπον· Τὰ γράμματα Πρόκλου καὶ Κυρίλλου τῶν τῆς εὐλαβοῦς μνήμης ἀναγινωσκέσθωσαν.

A Athanasius reverendissimus episcopus dixit: Mea causa a longo tempore inchoata est, et hanc audierunt beatæ memoriæ Cyrillus et Proclus, et certas litteras scripserunt Domno qui fuit Antiochenus episcopus, promisitque ille eas complere. Rogo itaque, si videtur vestræ potestati, archiepiscoporum litteræ relegantur. Gloriosissimi judices dixerunt: Litteræ Procli et Cyrilli reverendissimæ memoriæ relegantur

VI.

Ex epistola Quintiani episcopi Asculani ad Petrum Fullonem *episcopum Antiochiæ, ex tom.* V Concil. *edit. Ven. Labb., pag.* 226.

Ταύτας τὰς δώδεκα καθαιρέσεις ἀπέστειλά σοι, εἰδὼς ὅτι χρὴ ἑπακολουθεῖν τῇ ἀποκαλύψει τοῦ ὁσιωτάτου τῆς Κωνσταντινουπολιτῶν Ἐκκλησίας ἐπισκόπου Πρόκλου· πῶς ἐν τῷ κάμπῳ καταδραμὼν σὺν παντὶ τῷ λαῷ, κυματιζομένης ὑπὸ σεισμῶν τῆς αὐτῆς πόλεως· καὶ θρήνου ὑπὸ πάντων ἀναπεμπομένου, ἄφνω παῖδα εἰς τὸν οὐρανὸν ἀρθῆναι ὑπό τινος δυνάμεως, καὶ τούτῳ ἐνθέσθαι τοῦ λιτανεύειν τὸ Τρισάγιον καὶ λέγειν· Ἅγιος ὁ Θεός· ἅγιος ἰσχυρὸς, ἅγιος ἀθάνατος, ἐλέησον ἡμᾶς. Καὶ ταῦτα τοῦ ἐπαγγεῖλαι τῷ ἐπισκόπῳ προσετάχθη. Ὃς καὶ μετὰ τρίωρον ἔστη ἐν τῷ τριβουναλίῳ παρὰ τοὺς πόδας τοῦ αὐτοῦ [τοῦ] ἐπισκόπου, καὶ ταῦτα διηγήσατο. Καὶ οὕτως λιτανευσάντων, ἔστησαν οἱ σεισμοί.

B Has duodecim depositiones ad te misi, sciens quod oportet sequi revelationem sanctissimi Procli Constantinopolitanæ Ecclesiæ episcopi; quando in campum cum universo populo cucurrit, fluctuante ipsa civitate sub terræ motu, et omnibus fletum emittentibus, repente puerum in aera levari a quadam virtute, et huic imponi suppliciter occinere Trisagium, ac dicere: *Sanctus Deus, sanctus fortis, sanctus immortalis, miserere nobis*; et hæc annuntiare episcopp jussus est. Qui et per tres horas stetit in tribunali, secus pedes ipsius episcopi, et hæc narravit. Et hic suppliciter orantibus stetit terræ motus.

VII.

Ex epistola Acacii episcopi CP. ad *eumdem* Petrum Fullonem, *ibid. pag.* 231.

Οὐ μόνον γὰρ τὸν χερουβικὸν ὕμνον ἐνόθευσας, δι' οὗ καὶ ἡ ἡμετέρα πόλις ἐστερεώθη σαλευομένη ποτὲ ὑπὸ ἀνενδότων σεισμῶν, παιδὸς νηπίου περὶ τὸν αἰθέρα ἁρπαγέντος ἐπ' ὄψεσι πάσης τῆς πόλεως ὡς ἕως τρίτου οὐρανοῦ κατὰ τὸν θεσπέσιον Παῦλον. Κἀκεῖ ἀκηκοότος τὴν ἄῤῥητον ταύτην ὑμνολογίαν· κἀθ' ἣν ὥραν ἐν τῷ κάμπῳ τὰ πλήθη μετὰ δακρύων ἀνεβόων τὸ, *Κύριε, ἐλέησον*, πρὸς τὸν Θεὸν, ἅμα τοῦ ἐν ἁγίοις Πρόκλου τοῦ γεγονότος Πατρὸς ἡμῶν, καὶ ἀρχιεπισκόπου ταύτης τῆς βασιλίδος καὶ φιλοχρίστου πόλεως.

C Non solum enim cherubicum illum hymnum corrupisti, per quem et nostra civitas firmata est, cum olim moveretur ab interioribus terræ motibus, puero infante ad æthera rapto in conspectu totius civitatis usque ad tertium cœlum, quemadmodum divinus Paulus [1]. Ibidem hanc ineffabilem hymnologiam obaudivit; in qua hora in campo multitudo cum lacrymis: *Domine, miserere*, exclamabat ad Deum, simul cum sancto Patre nostro Proclo archiepiscopo hujus regalis et a Deo amatæ civitatis

VIII.

Ex epistola Justini episcopi in Sicilia ad *eumdem* Petrum Fullonem, *ibid. pag.* 227.

Δέξαι οὖν ὡς ἀδελφοῦ σου παραίνεσιν· καὶ γενοῦ ποιμὴν τῶν προβάτων, καὶ οὐ λύκος· καὶ τῷ μακαρίῳ Πρόκλῳ ἀκόλουθος γενοῦ, καὶ τῇ αὐτοῦ ἐν τῷ κάμπῳ ἀποκαλύψει.

D Suscipe ergo tanquam fratris tui admonitionem; et fias pastor ovium, et non lupus; et fias sectator beati Procli et revelationis ejus in campo.

IX.

Ex Hist. eccl. Tripartita, *lib.* XII, *cap.* 5, *apud Cassiodorum, Opp. tom.* I, pag. 348.

Sisinnius Proclum in Cyzico consecravit; qui antequam proficisceretur ad Cyzicum, cives præcedentes Dalmatium monachum episcopum sibimet ordinaverunt, parvi pendentes regulam qua jubetur, præter Constantinopolitanum episcopum ordinationem ibi fieri non debere. Quod ideo Cyziceni neglexerunt, quia Attico soli hæc lex personaliter præstita videbatur. Mansit ergo Proclus non habens Ecclesiam propriam: qui tamen in doctrina ecclesiarum Constantinopoleos valde florebat.

[1] II Cor. XII, 2.

Ibid. cap. 10, *pag.* 351.

Maximianus cum duos annos et sex menses Ecclesiam gubernasset, defunctus est consulatu Ariobindæ et Asparis, die XII mensis Aprilis, in septimana majore jejuniorum, feria V. Tunc igitur Theodosius imperator sapienter causam prospexit, ne rursus de episcopatu seditionis quæstio aut tumultus in Ecclesia nasceretur. Cum adhuc ergo corpus Maximiani jaceret, præsentibus episcopis præcepit inthronizare Proclum. Quod etiam Romani episcopi Cœlestini litteræ firmaverunt, quas ad Cyrillum Alexandriæ destinavit episcopum et ad Joannem Antiochenum et Rufum Thessalonicensem, dicens quia nihil prohiberet alterius civitatis exsistentem episcopum in aliam demigrari. Inthronizatus igitur Proclus exsequias Maximiani corporis celebravit. A

Ibid. cap. 11, *pag.* 352.

Proclus ab ætate prima lector fuit, apud doctores tamen observans zelator quoque in rhetorica : qui dum ad perfectam venisset ætatem, plerumque cum Attico erat episcopo exceptor sermonum ejus. Et dum proficeret, ab Attico diaconus ordinatur, postea presbyter. A Sisinnio vero Cyzici ordinatur episcopus. Hæc equidem ei primitus provenerunt ; postea thronum Constantinopolitanæ sortitur Ecclesiæ. Erat enim vir moribus optimis ; et ab Attico utiliter eruditus, omnia ejus imitabatur. Sed in isto patientia potior apparebat. Et ille quidem hæreticis se terribilem opportune monstrabat ; iste vero omnibus mitis erat ; et sic eos potius quam violenter flectere nitebatur, nullam hæresim fatigare volens : in hac parte Theodosium imitatus imperatorem. Ille namque judicabat, contra culpabiles imperiali non uti potestate : hic autem parvi pendebat, si quis de Deo non ita saperet, sicut ipse. In his igitur etiam imperator laudabat eum ; cum et ipse veros sacerdotes imitaretur, et nequaquam persequi volentes admitteret. B

X.

Ex Confessione fidei *Joannis Maxentii, in* Biblioth. PP. *Paris. tom.* IV, *part.* I, *pag.* 437.

Sed his paulo manifestius beatus Proclus hujus urbis episcopus, quem etiam veneranda recepit synodus Chalcedonensis, ad Armenios : cum contra Theodori blasphemias, qui quaternitatem pro Trinitate impie dogmatizavit, peteretur ab ipsa gente, ut scriberet, ejusdemque blasphemias refutaret, de hac sententia est locutus, dicens, etc. Quapropter si quis hanc hujus beatissimi Patris super splendorem solis lucentem sententiam reprehendere audet, unam totius Trinitatis subsistentiam, id est, Patris et Filii et Spiritus sancti, manifeste cum Sabellio credere deprehenditur. C

XI.

Ex libro IV *Ephræmii episcopi Theopolitani* ad orientales monachos, *apud Photium* Bibl. *cod.* CCXXIX, *pag.* 827.

Et sane Proclus Constantinopolitanus, et Cyriacus Paphi episcopus, unus e trecentis decem et octo Patribus, hæc eadem habent. Ille quidem in Pulcherianis post Natalem ; et hic in Epiphaniæ oratione : qui etiam in oratione *De Incarnatione* eadem habet.

Καὶ μὴν καὶ Πρόκλος ὁ Κωνσταντινουπόλεως, καὶ Κυριακὸς ὁ τῆς Πάφου ἐπίσκοπος, εἷς ὢν τῶν τιη' ἁγίων Πατέρων, τὰ αὐτά φησιν. Ὁ μὲν ἐν Πουλχεριαναῖς μετὰ τὸ Γενέθλιον· ὁ δὲ ἐν τῷ *Εἰς τὰ Θεοφάνια* λόγῳ· ὁ αὐτὸς δὲ καὶ ἐν τῷ *Περὶ ἐνανθρωπήσεως* λόγῳ τὰ αὐτὰ λέγει.

Ex oratione III *ejusdem* ad Domnum et Joannem monachos, *ibid. pagg.* 806, 807.

Ad hæc Hierosolymitanus Cyrillus, Iconii Amphilochius, Proclus Constantinopoleos episcopi ; qui in Quadragesima sic habet : *Divina natura increata, et nostræ carnis legitima assumptio, et unus est Filius* . . . . . Sed et Petrus martyr Alexandriæ præsul similia testatur. Proclus quoque Constantinopolitanus episcopus in sermone *De nativitate Domini*.

Ἐπὶ τούτοις καὶ ὁ τῶν Ἱεροσολύμων Κύριλλος, καὶ Ἀμφιλόχιος ὁ τοῦ Ἰκονίου, καὶ Πρόκλος ὁ Κωνσταντινουπόλεως· ὃς καί φησιν ἐν τῇ Τεσσαρακοστῇ· *Ἡ θεία φύσις ἄκτιστος, ἡ ἐξ ἐμοῦ πρόσληψις ἀνόθευτος· καὶ ἔστιν εἷς Υἱός*. . . Ἀλλὰ καὶ Πέτρος ὁ Ἀλέξανδρείας καὶ μάρτυς, τὰ ὅμοια μαρτυρεῖ, καὶ Πρόκλος ὁ Κωνσταντινουπόλεως, ἔν τε τῷ *Εἰς τὸ Γενέθλιον* λόγῳ. D

Ex libro I *ejusdem Ephræmii* De verbis Cyrilli, *ibid. pag.* 794

Magnus quoque Basilius Cappadox, cujus fama universum pervagatur orbem, *formam* et *essentiam* idem esse docet. Proclus quoque Constantinopolitanus episcopus similiter : modo siquidem *essentiam* appellavit *formam*, modo vero *naturam*.

Ὁ θαυμάσιος δὲ Βασίλειος ὁ ἐκ Καππαδοκίας, πᾶσαν φωτίσας τὴν οἰκουμένην, *τὴν μορφὴν* καὶ *τὴν οὐσίαν* ταυτὸν δογματίζει. Καὶ Πρόκλος δὲ ὁ Κωνσταντινουπόλεως ἐπίσκοπος, ὡσαύτως· ὁ μὲν γὰρ *τὴν μορφὴν οὐσίαν* ὠνόμασεν· ὁ δὲ *φύσιν*.

XII.

Ex Constituto *Vigilii papæ apud Baronium ad annum* 553, § 174 *et seq.*

Beatum Proclum hujus regiæ civitatis antistitem ita memorati Joannis Antiochæni episcopi similiter constat respondisse rescriptis, etc. Perpendat ergo pietatis vestræ sapientia singularis quia Proclus A eruditissimus sacerdotum, et non longe a Theodori Mopsuesteni vita repertus, mala quæ libenter damnaverat, cujus essent, se jam tunc professus est ignorare.

XIII.

Ex conc. Constantinopolitano II, gener. V, *collat.* III, *edit. Ven. Labb. tom.* VI, *pag.* 42.

Sequimur per omnia et sanctos Patres et doctores Ecclesiæ, Athanasium, Hilarium, etc., Leonem, Proclum; et suscipimus omnia quæ de recta fide, et condemnatione hæreticorum exposuerunt (*a*).

Ex eodem concilio CP., *collat.* VI, *ibid. pag.* 136.

Sancta synodus dixit : Omnibus manifestum esse putamus ex epistola a Proclo religiosæ memoriæ scripta, quod non libera est ab accusatione apud eum proposita *ad Marim Persam epistola;* nam Nestorium vindicat, et impii Theodori scripta per omnia comprobat, quæ sanctæ memoriæ Proclus præcepit eum anathematizare.

Ex eodem concilio CP., *collat.* V, *Cyrilli epist.* ad Acacium, *ibid. pag.* 79

Non oportebat latere sanctitatem tuam : aut forsitan et cognovit, quod omnes Orientales religiosissimi episcopi in Antiochia convenerunt, cum transmisisset eis tomum dominus meus sanctissimus episcopus Proclus, bonorum plenum intellectuum et rectorum dogmatum ; erat enim ratio multa et B longa de dispensatione Domini nostri Jesu Christi. Supposuit etiam capitula quædam collecta a Theodori codicibus, quæ consonantem Nestorii perfidiis intellectum habent, et adhortatus est etiam illa anathematizare.

XIV.

Anastasius Sinaita *lib.* Ὁδηγοῦ, *cap.* 3, *ex edit. Opp. Gretseri* 1740, *tom.* XIV, *pag.* 39.

Πολλῷ πλέον δὲ πάντων, καὶ πρὸ πάντων χρὴ ἀναθεματίζειν τὸν κηρύττοντα, ἢ ἔχοντα νέαν πίστιν, ἢ νέον δόγμα, παρηλλαγμένον τῆς πίστεως τῶν ἐν Νικαίᾳ τιη' Πατέρων. Ὡσαύτως καὶ τὸν εὑρόντα, ἢ παραλαβόντα ἐκ τῆς συνόδου Χαλκηδόνος νέαν πίστιν παρεκτὸς τοῦ φρονήματος τῶν ἁγίων Πατέρων Διονυσίου, Εἰρηναίου, Ἀθανασίου, Βασιλείου, Γρηγορίου, Ἰωάννου, Πρόκλου· καὶ τῶν λοιπῶν ἁγίων Πατέρων τῶν ὁμοφρόνων αὐτῶν. Τοὺς γὰρ μὴ ἀκολουθοῦντας τούτοις τοῖς ἁγίοις διδασκάλοις, κατακρίτους ἡγούμεθα καὶ ἀλλοτρίους τοῦ Χριστοῦ. C

Præ omnibus vero et ante omnia exsecrandus est, qui novam fidem aut sententiam prædicat vel tenet diversam a trecentis decem et octo Nicææ Patribus. Similiter et qui invenerit aut susceperit ex concilio Chalcedonensi novam præter sanctorum Patrum mentem, Dionysii, Irenæi, Athanasii, Basilii, Gregorii, Joannis, Procli reliquorumque sanctorum Patrum cum his concordium. Nam qui sanctos hos doctores non sequuntur, damnatos ducimus a Christoque alienos.

Idem *ibid. cap.* 6, *pag.* 46.

Ὅσας δὲ πάλιν χρήσεις λεγούσας τὰς δύο φύσεις εὗρε Γρηγορίου τε καὶ Ἰωάννου, καὶ Κυρίλλου, καὶ Ἀθανασίου, καὶ Πρόκλου, καὶ τῶν λοιπῶν περιφανῶν διδασκάλων, ὧν αἱ βίβλοι καὶ αἱ χρήσεις ἀπαραίτητοί εἰσι, διὰ τὸ κατὰ πᾶσαν τὴν οἰκουμένην αὐτὰς προκεῖσθαι.

Rursum quæ testimonia offendit duas asserentia naturas in Gregorio, Joanne, Cyrillo, Athanasio, Ambrosio, Proclo cæterisque præclaris doctoribus, quorum libris et sententiis refragari nequiret, postquam toto terrarum orbi constat duas ipsos in Christo naturas affirmare.

Idem *ibid. cap.* 7, *pagg.* 52, 53.

Εἶτα μετὰ τὸν Ἀρτέμωνα, Παῦλος ὁ Σαμοσατεὺς, καὶ Διόδωρος δὲ καὶ Θεόδωρος ὁ Ἀντιοχεὺς γεγόνασιν, ἐξ ὧν τὰ μυρία δόγματα τῆς διαιρέσεως ἥντλησε Νεστόριος, καθὰ μαρτυρεῖ καὶ ὁ ἅγιος Πρόκλος, καὶ ὁ μακάριος Κύριλλος. D

Post Artemonem exorti sunt Paulus Samosatensis, Diodorus et Theodorus Antiochenus, a quibus innumera de divisione dogmata Nestorius hausit, ut testantur sanctus Proclus et beatus Cyrillus.

Μεγάλως ὁ Κύριλλος ἐπαινεῖ Πρόκλον τὸν σύγχρονον αὐτοῦ. Λέγει γὰρ ἐν τῇ ἑρμηνείᾳ τοῦ Συμβόλου οὕτως· *Ταῦτα φρονεῖ μεθ' ἡμῶν ὁ φιλόχριστος τῶν ἁγίων Πατέρων χορός· καὶ αὐτὸς δὲ ὁ νυνὶ τὸν τῆς ἁγίας Κωνσταντινουπολιτῶν κοσμήσας*

Magnis laudibus effert Cyrillus Proclum sibi contemporaneum. Nam in explicatione Symboli ita scribit : *Hæc nobiscum sentit Christi amantissimus sanctorum Patrum chorus; et ille ipse qui nunc sanctæ Constantinopolitanæ Ecclesiæ thronum tenet,*

(*a*) Hæc eadem etiam habentur in concil. Lateranen. sub Martino I, cons. 5.

sanctissimus et religiosissimus frater et coepiscopus Proclus.

Proclum ipsa Nestorii ætate hæc docentem, appellat divinus Cyrillus, ejusdem secum sententiæ, et *Sanctissimi* ac *Pii* appellatione cohonestat, et laudat eum, clare duas in Christo naturas asserentem.

θρόνον, ὁσιώτατος, καὶ θεοσεβέστατος ἀδελφὸς συνεπίσκοπος Πρόκλος.

Ταῦτα Πρόκλου κατὰ τὸν καιρὸν τοῦ Νεστορίου διδάσκοντος, ὁ θεῖος Κύριλλος σύμφρονα, καὶ Ἁγιώτατον αὐτὸν, καὶ Ὅσιον εἶναι ὁμολογεῖ, καὶ ἐπαινεῖ δύο φύσεις προφανῶς ἐπὶ Χριστοῦ λέγοντα.

XV.

FACUNDUS *episcopus Hermianensis lib.* VIII, *cap.* 2, *pagg.* 645, 646.

Quod si hæc ratio non mea, sed viri prudentissimi atque sanctissimi Procli, modo contemnitur... *Nonnullisque interjectis :* Hac ita perspicua cunctis ratione ducebatur vir bonus et sapiens Proclus, etc.

XVI.

LEONTIUS De sectis, *act.* III, *ex* Biblioth. PP. *Paris.*, *tom.* XI, *pag.* 505.

Ab imperii Constantiniani principio usque ad collectionem synodi Chalcedonensis, hi doctores et Patres vixerunt : Silvester episcopus Romanus, Alexander, etc., Joannes, Proclus et Flavianus Constantinopolitani.

Ἀπὸ τῆς ἀρχῆς τῆς βασιλείας Κωνσταντίνου ἄχρι τοῦ κινήματος τῆς ἐν Χαλκηδόνι συνόδου, ἐγένοντο διδάσκαλοι καὶ Πατέρες οἵδε· Σίλβεστρος Ῥώμης, Ἀλέξανδρος, Ἰωάννης, Πρόκλος καὶ Φλαβιανὸς Κωνσταντινουπόλεως.

XVII.

GEORGIUS ALEXANDRINUS *ex libro* De vita Chrysostomi, *apud Savilium tom.* VIII.

Princeps expromptus ad se accersit Proclum, quem ad hoc ipsum munus obeundum constituerat : virum utique eximiæ pietatis erga Deum, omnibusque virtutum ornamentis redimitum.

Ἕτοιμον οὖν ὑπάρχων καλεῖ τὸν Πρόκλον, εἰς αὐτὸ τοῦτο ἀφωρισμένον, ἄνδρα θεοσεβῆ, καὶ ἐν πάσῃ ἀρετῇ κεκοσμημένον.

XVIII.

JOANNES DAMASCENUS *in* Epistola de Trisagio, § 6, *Opp. tom.* I, *pag.* 487.

Tempore beatissimi Procli ex divina revelatione trisagium hymnum cecinerunt : *Sanctus Deus, sanctus fortis, sanctus immortalis, miserere nobis :* nempe cum puerum quemdam e media supplicantium turba sublime raptum fuisse aiunt, atque virtute quadam angelica in aerem evectum, hunc hymnum didicisse; quantumque in hoc hymno divinitatis inesset, calamitatis quæ tunc grassabatur levationem, testimonio fuisse.

Ἐπὶ Πρόκλου τοῦ τρισμακαρίου ἐξ ἀποκαλύψεως θείας, τὸν τρισάγιον ὕμνησαν ὕμνον· Ἅγιος ὁ Θεὸς, ἅγιος ἰσχυρὸς, ἅγιος ἀθάνατος, ἐλέησον ἡμᾶς· ὅτε τὸ παιδίον ἐκ μέσης τῆς πληθύος τῶν λιτανευόντων ἁρπάχθαι φασὶ καὶ μεμνῆσθαι τὸν ὕμνον, ἐν ἀέρι γενόμενον ἔκ τινος ἀγγελικῆς δυνάμεως, καὶ μαρτυρίαν τῆς τοῦ ὕμνου θειότητος γεγενῆσθαι, τῆς ἐπαγωγῆς τὴν λώφησιν.

XIX.

Ex concilio Nicæno II, gener. VII, *act.* I, *Cyrill.* ad Gennad., *ex edit. Ven. Labb.*, *tom.* VIII, *pag.* 719.

Hæc autem scribo, quod inaudierim pietatem tuam ægre affectam esse adversus sanctissimum et Dei cultorem fratrem et comministrum nostrum Proclum episcopum. Itaque nequaquam velim tuam pietatem fugere communionem cum sanctissimo et Dei amantissimo Proclo episcopo : siquidem eadem fuit illius sententi, mihique sententia; neque hujus dispensationis modus cuiquam prudentium displicuit.

Καὶ ταῦτα γράφω μαθὼν, ὅτι ἡ σὴ θεοσέβεια λελύπηται εἰς τὸν ὁσιώτατον καὶ θεοφιλέστατον ἀδελφὸν ἡμῶν καὶ συλλειτουργὸν ἐπίσκοπον Πρόκλον· μὴ ἀποφευγέτω τοίνυν ἡ σὴ θεοσέβεια τὴν πρὸς τὸν ὁσιώτατον καὶ θεοφιλέστατον ἐπίσκοπον Πρόκλον κοινωνίαν· μία γὰρ γέγονεν ἡ φρονὶς ἐμοί τε καὶ τῇ ὁσιότητι αὐτοῦ· καὶ ὁ τῆς οἰκονομίας τρόπος οὐδενὶ τῶν συνετῶν ἀπήρεσεν.

XX.

THEOPHANES *in* Chronographia, *pag.* 80, *edit. Paris.*

Sub sanctæ memoriæ Proclo, terræ motus factus est magnus Constantinopoli per quatuor menses, ita ut timentes Byzantini extra civitatem, in loco qui dicitur Campus, essent perseverantes cum epi-

Ἐπὶ τοῦ ἐν ἁγίοις Πρόκλου σεισμὸς γέγονεν ἐν Κωνσταντινουπόλει, ἐπὶ δ' μῆνας, ὥστε φοβηθέντες οἱ Βυζάντιοι ἔφυγον ἔξω τῆς πόλεως, ἐν τῷ λεγομένῳ Κάμπῳ, καὶ ἦσαν διημερεύοντες μετὰ τοῦ ἐπι-

σκόπου ἐν ταῖς δεήσεσι λιτανεύοντες. Ἐν μιᾷ οὖν κυμαινομένης τῆς γῆς, καὶ παντὸς τοῦ λαοῦ κράζοντος τὸ, *Κύριε, ἐλέησον*, ἐκτενῶς, περὶ ὥραν γ' ἄφνω, πάντων ὁρώντων, συνέβη ὑπὸ θείας δυνάμεως ἀρθῆναί τινα νεανίσκον εἰς τὸν ἀέρα, καὶ ἀκοῦσαι θείας φωνῆς παρεγγυούσης αὐτὸν, ἀναγγεῖλαι τῷ ἐπισκόπῳ καὶ τῷ λαῷ λιτανεύειν οὕτω καὶ λέγειν· Ἅγιος ὁ Θεὸς, ἅγιος *ἰσχυρὸς*, ἅγιος ἀθάνατος, *ἐλέησον* ἡμᾶς· μηδὲν ἕτερον προστιθέντας. Ὁ δὲ ἐν ἁγίοις Πρόκλος ταύτην δεξάμενος τὴν ἀπόφασιν, ἐπέτρεψεν τῷ λαῷ ψάλλειν οὕτω· καὶ εὐθέως ἀπέστη ὁ σεισμός. Ἡ δὲ μακαρία Πουλχερία, καὶ ὁ ταύτης ἀδελφὸς ὑπεραγασθέντες τῷ θαύματι, ἐθέσπισαν κατὰ πᾶσαν τὴν οἰκουμένην, τὸν θεῖον τοῦτον ψάλλεσθαι ὕμνον. Καὶ ἀπὸ τότε παρέλαβον πᾶσαι αἱ Ἐκκλησίαι καθ' ἑκάστην ἡμέραν ᾄδειν αὐτὸν τῷ Θεῷ.

A scopo supplicationibus ac processionibus intenti. Quadam ergo die fluctuante terra, et omni plebe attentius exclamante: *Kyrie, eleison*; circa horam tertiam, omnibus videntibus, contigit a divina virtute sustolli quemdam adolescentulum in aerem, et audiri divinam vocem ei præcipientem, episcopo ac populo nuntiare, ut litanias sic facerent, et dicerent: *Sanctus Deus, sanctus fortis, sanctus immortalis, miserere nobis*; nihil aliud apponentes. Sanctus autem Proclus, hac suscepta sententia, præcepit populo sic psallere; et statim terræ motus cessavit. Porro beata Pulcheria de miraculo cum ejus fratre supra modum admirata, sanxit per universum orbem terrarum divinum decantari hunc hymnum. Et tunc receperunt omnes Ecclesiæ per B singulos dies hunc canere Deo.

XXI.

PHOTIUS Biblioth. *cod.* LIII, *pag.* 43.

Ἔγραψε δὲ τὴν κατ' αὐτοῦ ψῆφον, πρὸς Οὐολοσιανὸν (οὗτος ἦν θεῖος τῆς ἁγίας Μελένης Ἑλληνόφρων· ἐν δὲ τῷ ἀποθνήσκειν, μεταθέμενος πρὸς τὸ ἐρθόδοξον, καὶ φωτισθεὶς παρὰ τοῦ ἁγίου Πρόκλου Κωνσταντινουπόλεως· αὐτοῦ γὰρ εὑρέθη πρέσβυς ἀποσταλείς· ὅτε καὶ τῇ ἁγίᾳ ἐνέτυχεν ἐξ Ἱεροσολύμων καταλαβούσῃ τὴν βασιλίδα τῶν πόλεων) ἔπαρχον πόλεως.

Scripsit autem (Constantius) contra ipsum (Cœlestium) decretum ad Volusianum urbis præfectum: qui quidem Volusianus erat sanctæ Melaniæ patruus e gentilium secta. At dum eum Constantinopoli legationis officio fungentem mors invaderet, ad orthodoxam fidem transiit, baptizatusque est a sancto Proclo Constantinopolitano episcopo. Quo item tempore sancta illa mulier e Hierosolymis in regiam urbem advenit.

XXII.

GEORGIUS CEDRENUS Hist. Compend. *tom.* I, *pag.* 270, 271.

Τῷ κη' ἔτει . . . . τελευτήσαντος Μαξιμιανοῦ, Πρόκλος ὁ ἀγιώτατος ἐπίσκοπος Κωνσταντινουπόλεως προχειρίζεται, ὃς τὸ τοῦ Χρυσοστόμου λείψανον ἀνακομίζει τῷ λ' ἔτει τῆς βασιλείας Θεοδοσίου, καὶ εἰς τῶν ἁγίων Ἀποστόλων ἀποτίθησι ναὸν, κ. τ. λ.

Τῷ λθ' ἔτει Κύριλλος Ἀλεξανδρείας, καὶ Πρόκλος Κωνσταντινουπόλεως, εὐσεβῶς ἐκοιμήθησαν.

C Anno XXVIII Maximiano vita functo, sanctissimus Proclus episcopus Constantinopolitanus deligitur, et ordinatur: isque reliquias Chrysostomi reportavit anno XXX imperatoris Theodosii, inque templo Apostolorum deposuit, etc.

Anno XXXIX Cyrillus Alexandriæ et Proclus Constantinopolis episcopi, pie vita defuncti sunt.

XXIII.

JOANNES ZONARAS Annal. *tom.* II, *pag.* 33.

Μετὰ τὸν Μαξιμιανὸν ἐπὶ διετίαν ἀρχιερατεύσαντα, Πρόκλος, ὁ τοῦ Χρυσοστόμου μαθητὴς, πατριάρχης προεχειρίσθη· ὑπὸ Σισιννίου πατριάρχου ἐπίσκοπος Κυζίκου πρώην χειροτονηθείς, μὴ δεχθεὶς δὲ παρὰ τῶν ἐκεῖ ἕτερον ἑλομένων ἀρχιερέα, καὶ τὸν μεταξὺ χρόνον σχολάζων. Οὗτος τοίνυν τῷ θρόνῳ τῆς Κωνσταντινουπόλεως ἐνθρονισθεὶς, ἀξιοῖ τὸν βασιλέα, τὸ ἱερώτατον τοῦ Χρυσοστόμου σῶμα ἐκ Πιτυοῦντος ἀνακομισθῆναι, καὶ μὴ μένειν καὶ θανόντα τὸν ἄγιον ὑπερόριον. Πείθεται τούτῳ ὁ βασιλεὺς, καὶ ἀνακομίζεται ὁ τοῦ ἁγίου νεκρός· καὶ ὑποδέχεται τῶν ὑπερβαλλούσης τιμῆς, καὶ κατατίθεται ἐντὸς τοῦ θυσιαστηρίου τοῦ τῶν ὁσίων Ἀποστόλων περιωνύμου ναοῦ.

D Post Maximianum, pontificatu biennio functum, Proclus Chrysostomi discipulus patriarcha creatur; qui pridem a Sisinnio patriarcha, Cyzici episcopus designatus, sed a Cyzicenis, qui alium elegerant, non receptus, tempore interjecto otium egerat. Hic igitur in sede Constantinopolitana receptus, petit ab imperatore, ut corpus sancti Chrysostomi Pityunte referatur, ne vir sanctus post obitum etiam exsularet. Paret imperator, relatumque sancti cadaver et insigni cum honore susceptum, intra sacrarium templi cujus nomen est sanctorum Apostolorum, conditur.

XXIV.

NICEPHORUS CALLIST. Hist. eccl. *lib.* XIV, *cap.* 29, *tom.* II, *pag.* 501.

Σισίννιος τοῦ Κυζικηνῶν προέδρου θανόντος, τὸν θεῖον Πρόκλον τῇ Κυζίκῳ ἐχειροτόνει. Καὶ δὴ Πρό-

Cyziceno episcopo mortuo, Sisinnius divinum Proclum Ecclesiæ Cyzici episcopum ordinat. Sed

enim cum Proclus, ut eo transiret, in procinctu A esset, homines ibi episcopum prævenientes ordinarunt Dalmatium quemdam, virum venerandum et in monasticis laboribus exercitatum. Id illi fecerunt, sanctione illa contempta quæ præter sententiam episcopi Constantinopolitani ordinationem fieri vetat. Hoc ubi ita factum est, Proclus non oppugnavit; et Ecclesiæ quidem nulli præfuit, in Constantinopolitanis autem ecclesiis docendo floruit.

κλῳ ἐν παρασκευῇ ὄντι περὶ αὐτὴν χωρεῖν, φθάνουσιν ἐκεῖνοι καὶ χειροτονοῦσιν ἄνδρα σεμνόν τινα, Δαλμάτιον ὄνομα, ἀσκητικοῖς πόνοις ἐγγυμνασμένον. Καὶ τοῦτο ἔδρων, ἐν δευτέρῳ τὸν νόμον θέμενοι, ὃς ἐκέλευε παρὰ γνώμην τοῦ ἐπισκόπου τῆς Κωνσταντίνου, χειροτονίαν μὴ γίνεσθαι. Ὁ μὲν οὖν Πρόκλος, τούτου γενομένου, καθ' ἑαυτὸν συνεστέλλετο, Ἐκκλησίας μὲν μηδεμιᾶς προϊστάμενος, ταῖς δὲ τῆς Κωνσταντίνου ἐκκλησίαις τῷ διδάσκειν ἀνθῶν.

IDEM *ibid. cap.* 38, *pag.* 522.

Proclus a primo capillo præceptoribus usus, in arte dicendi potissimum elaboravit. Et post adolescentiam exactam, in juvenili admodum ætate, B in lectorum ordinem cooptatus, primum divi Joannis Chrysostomi Constantinopolitanam Ecclesiam administrantis sectator, librisque scribendis adjutor, et corporis ejus curator fuit. Hic Paulum Joanni magno in aurem dictitantem, atque arcaniorem epistolarum suarum sensum revelantem, per rimas prospectans vidit. Atque ubi ille in exsilio vixit, ab illius affectione non desciscens, cum ejus successore Attico episcopo fuit, orationum ipsius scriba. Quem ille in divino vitæ instituto progredientem, in diaconatus gradum sustulit. Deinde vero cum in presbyterorum cathedra Dominum laudaret, a Sisinnio Ecclesiæ Cyzicenæ designatus est antistes. Longo vero tempore post Constantinopolitanæ Ecclesiæ episcopatus ei com- C missus est. Et quod moribus atque institutis placidus maxime vir esset, quæcunque in Joanne et Attico eximia erant, expressit. Malorum tolerantia illis etiam superior fuit. Atticus namque sæpius etiam iis qui in fide a se non dissentirent, terribilis esse visus est. Hic vero et erga illos, et in alios omnes placidus et lenis admodum fuit, benevolentia potius quam vi eos ad se pertrahere in animo habens. Et quoniam nemini turbarum causam præbuit, Ecclesiæ dignitatem in humanitate et mansuetudine consistentem, integram conservavit. . . Iste autem minus curavit si quis de Deo itidem ut ipse sentiret. Sed doctrinæ jugiter incumbens, placide, non violenter, plebem sibi devinxit.

Πρόκλος ἐκ πρώτης τριχὸς εἰς διδασκάλους φοιτῶν, ῥητορικῆς ἐπὶ πλεῖστον ἐπεμελήθη. Εἰς ἀναγνώστου δὲ τελέσας βαθμὸν, ἐν νέᾳ πάνυ τῇ ἡλικίᾳ· καὶ ἤδη παραμείψας τὸν μείρακα, πρῶτα μὲν τῷ θείῳ Ἰωάννῃ τῷ Χρυσοστόμῳ ἱεραρχοῦντι τῆς Κωνσταντίνου παρείπετο, ὑπουργὸς αὐτῷ καὶ συνεργὸς τῶν λόγων γινόμενος, καὶ ὅση χρεία τοῦ σώματος ἐκείνῳ γινόμενος. Οὗτος δὲ καὶ Παύλῳ πρὸς οὖς τῷ μεγάλῳ Ἰωάννῃ διαλεγομένῳ, καὶ τὸν νοῦν τῶν ἐκείνου ἐπιστολῶν ἐκκαλύπτοντι μυστικώτερον ἐνέτυχε, τῇ τῆς θυρίδος παρακύπτων ὀπῇ. Ἐπεὶ δ' ἐκεῖνος ὑπερόριος ἦν, μὴ τῆς ἐκείνου σχέσεως ἀποστὰς, τῷ μετ' ἐκεῖνον ἐπισκόπῳ Ἀττικῷ συνῆν, ὑπογραφεὺς τῶν ἐκείνου λόγων καθεστηκώς. Ὃν δὴ τῇ κατὰ Θεὸν προβαίνοντα ἀγωγῇ, καὶ τοῦ τῆς διακονίας ἠξίου βαθμοῦ. Ἔπειτα δὲ καὶ ἐν καθέδρᾳ πρεσβυτέρων αἰνέσας τὸν Κύριον, ὑπὸ Σισιννίου τῆς κατὰ Κύζικον Ἐκκλησίας προεβλήθη ἐπισκοπῇ. Πολλῷ δὲ ὕστερον καὶ τῆς Κωνσταντίνου Ἐκκλησίας τὴν ἐπισκοπὴν ἐπετράπη. Χρηστὸς δὲ ὢν ἀνὴρ μάλιστα κατά τε ἦθος καὶ τρόπον, ὅσα δὲ Ἰωάννῃ καὶ Ἀττικῷ προσῆσαν χρηστὰ, ἀνεμάξατο. Ἀνεξίκακος δὲ καὶ πλέον ἢπερ ἐκεῖνοι ἐγένετο. Ἀττικὸς μὲν γὰρ πολλάκις καὶ τοῖς διαφόροις τῆς πίστεως φοβερὸς μάλα ἐδόκει. Οὗτος δὲ κἀκείνοις καὶ πᾶσιν ἥπιος καὶ προσηνὴς μάλα ἦν, τούτοις μᾶλλον ἢ βίᾳ ἕλκειν ἐκείνους διανοούμενος. Μηδενὶ γὰρ ταραχῆς αἴτιος καταστὰς, τὸ τῆς Ἐκκλησίας ἀξίωμα, τὸ ἐπιεικές φημι καὶ πρᾶον, ἀθιγὲς διετήρησεν. . . . Οὗτος δὲ ἔλαττον ἐφρόντιζεν, ἢν μή τις περὶ Θεοῦ ᾖ αὐτῷ ἐδόκει ἐφρόνει. Διδασκαλίᾳ δὲ συνεχεῖ χρώμενος, ἠρέμα, καὶ οὐ βίᾳ, τὰ πλήθη προσήγετο.

XXV.

Ex lib. IV Juris Græco-Rom. *in Syllabo episcoporum Byzantii.*

Proclus a Sisinnio Cyzici episcopus ordinatus, D et non admissus, vacavit. A morte vero Maximiani factus est antistes Constantinopolis, cum illius cadaver in diaconio jaceret; præfuit sacerdotio primo annis XII.

Πρόκλος ὑπὸ Σισιννίου χειροτονηθεὶς ἐπίσκοπος Κυζίκου, καὶ μὴ δεχθεὶς, ἐσχόλασε. Μετὰ δὲ θανάτου Μαξιμιανοῦ γέγονε Κωνσταντινουπόλεως, κειμένου τοῦ λειψάνου αὐτοῦ ἐν τῷ διακονικῷ· ἀρχιερατεύσας ἔτη ιβ'.

Ibid. § De translationibus episcoporum.

Anno XIII imperatoris Theodosii Junioris Arcadii filii, magnus ille Proclus ordinatus episcopus Cyzici a Sisinnio patriarcha, non admissus in otio vixit. Post depositionem vero Nestorii, decretus ei quidem episcopatus Constantinopolitanus, sed in solio non est collocatus ob invidiam pontificum qui po-

Ἐν τῷ ιγ' ἔτει τῆς βασιλείας Θεοδοσίου τοῦ Μικροῦ, τοῦ Υἱοῦ Ἀρκαδίου, ὁ μέγας Πρόκλος ἐπίσκοπος Κυζίκου χειροτονηθεὶς ἐπὶ Σισιννίου πατριάρχου, ἐσχόλασε, μὴ δεχθείς. Μετὰ δὲ τὴν καθαίρεσιν Νεστορίου, ἐψηφίσθη μὲν Κωνσταντινουπόλεως, οὐκ ἐνεθρονίσθη δὲ διὰ φθόνον τῶν παρεδυναστευόντων

τότε ἀρχιερέων. Μετὰ δὲ τοῦτο, τοῦ χειροτονηθέντος Μαξιμιανοῦ τελευτήσαντος, ἔτι κειμένου τοῦ λειψάνου αὐτοῦ, προσεκλήθη, καὶ ἐνεθρονίσθη Κωνσταντινουπόλεως, συναινέσει καὶ τοῦ Κελεστίνου πάπα Ῥώμης, συμψήφων γενομένων καὶ τοῦ μεγάλου Κυρίλλου καὶ Ἰωάννου Ἀντιοχείας.

tentia sua nunc abutebantur. Postea vero quam ordinatus isthic Maximianus diem obiisset, necdum sepulto ipsius cadavere, accersitus est, et in solio collocatus, etiam Cœlestino papa Romano assentiente, ac episcopatum ei decernentibus magno illo Cyrillo et Joanne Antiocheno.

XXVI.

Ex Menologio Græcorum *Basilii imper. part.* I, *pag.* 140.

Τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ κδ' Ὀκτοβ. μνήμη τοῦ ἐν ἁγίοις Πατρὸς ἡμῶν Πρόκλου πατριάρχου Κωνσταντινουπόλεως. Ὁ ἐν ἁγίοις Πατὴρ ἡμῶν Πρόκλος, εὐλαβὴς ὢν καὶ σοφὸς, καὶ ἀνάρετος, ἐχειροτονήθη παρὰ τοῦ ἁγίου Σισιννίου πατριάρχου Κωνσταντινουπόλεως ἐπίσκοπος Κυζίκου. Ἀπελθὼν, καὶ μὴ δεχθεὶς παρὰ τῶν ἐκεῖ κληρικῶν αἱρετικῶν ὄντων, ὑπέστρεψεν ἐν Κωνσταντινουπόλει, τὸν μεταξὺ σχολάζων χρόνον, καὶ προσέχων ἑαυτῷ τε καὶ τῇ ἀναγνώσει. Τελευτήσαντος δὲ Μαξιμιανοῦ τοῦ πατριάρχου, ἔτι τοῦ λειψάνου αὐτοῦ κειμένου ἐν τῷ ἱερατείῳ τῆς ἁγιωτάτης τοῦ Θεοῦ μεγάλης ἐκκλησίας, προχειρίζεται πατριάρχης Κωνσταντινουπόλεως. Καὶ ἐνθρονίζεται κατ' αὐτὴν τὴν μεγάλην ἑβδομάδα ἐν τῇ ἁγίᾳ Πέμπτῃ τοῦ σωτηρίου πάθους τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ. Καὶ καλῶς πολιτευσάμενος καὶ μετὰ τὴν χειροτονίαν, καὶ πολλοὺς διὰ τῆς διδασκαλίας αὐτοῦ ὠφελήσας, ἐπεσκόπησεν ἔτη δώδεκα καὶ μῆνας τρεῖς, καὶ τελειωθεὶς ἀνεπαύσατο.

Eadem die IX Kal. Nov. commemoratio sancti Patris nostri Procli patriarchæ Constantinopolitani. Sanctus Pater noster Proclus cum pietate, sapientia ac virtute esset insignis, a sancto Sisinnio patriarcha Constantinopolitano Cyzici episcopus creatus est. Illuc proficiscens, cum a clericis Cyzicenis, quippe qui hæretici essent, non reciperetur, Constantinopolim rediit, ubi per aliquod tempus ab administratione vacans, sibi litterisque operam dedit, quoad Maximiano patriarcha defuncto, cum adhuc cadaver ejus in sanctissimæ et magnæ ecclesiæ Dei sacrario jaceret, creatur patriarcha Constantinopolitanus. Et in throno eadem ipsa magnæ hebdomadæ sancta quinta die salutaris passionis Domini nostri Jesu Christi collocatur. Et qui episcopi munus optime functus, tam in manus impositione, quam in multorum auxilio sua ipsius doctrina, cum sedisset in episcopatu annos duodecim et menses tres, ex hac vita migrans, in pace quievit.

XXVII.

Ex Menologio Græc. *card. Sirleti, sub die* XXIV *Octobr. Apud Canisium in* Thesaur. *tom.* III, *part.* I, *pag.* 486.

Eodem die commemoratio sancti Patris nostri Procli patriarchæ Constantinopolitani: qui sacrarum Litterarum peritia et probitate morum insignis, cum annos duodecim et menses tres episcopatum bene rexisset, in pace migravit ad Dominum

XXVIII.

Ex Menologio Horologii Græc., *edit. Venet.* 1532.

Νοεμβρ. ι', προεόρτια τῆς ἐν τῷ ναῷ εἰσόδου τῆς ὑπεραγίας Θεοτόκου· καὶ τοῦ ἐν ἁγίοις Πατρὸς ἡμῶν Πρόκλου ἀρχιεπισκόπου Κωνσταντινουπόλεως.

Ἐπαξίως σήμερον πανηγυρίζει ἡ πασῶν τῶν πόλεων τιμιωτέρα ἀληθῶς ἐν τῇ σεπτῇ μεταστάσει σου, Πάτερ Πατέρων Πρόκλε σοφέ.

Die X Novembris, profestum ingressus sacrosanctæ Dei Genitricis in templum, et sancti Patris nostri Procli archiepiscopi Constantinopolitani.

Merito hodie celebrem conventum agit in tuo venerabili transitu, hæc quæ vere cæteris præstat urbibus, o Pater Patrum sapientissime Procle.

XXIX.

Ex Menologio Græc., *edit. Venet.* 1551.

Τῇ κε' ἡμέρᾳ Σεπτεμβ. ἐπὶ τῆς βασιλείας Θεοδοσίου τοῦ Νέου, πρὸ τῆς Ἀναστάσεως τὴν ἡμέραν γέγονε σεισμὸς φοβερός· καὶ διὰ τοῦτο τοῦ λαοῦ παντὸς σὺν τῷ βασιλεῖ Θεοδοσίῳ καὶ Πρόκλῳ τῷ πατριάρχῃ, μετὰ παντὸς τοῦ τῆς Ἐκκλησίας πληρώματος, καὶ πάσης τῆς πόλεως ἔξω λιτανευόντων διὰ τὸν φόβον ἐν τῷ Κάμπῳ· ἤδη τῆς τῶν Θεοπασχιτῶν αἱρέσεως ἐξ ἐπηρείας τοῦ διαβόλου ἀρχὴν λαμβανούσης, καὶ τῷ Τρισαγίῳ τὸ, *Ὁ σταυρωθεὶς δι' ἡμᾶς*, βλασφημούντων· ἐξαίφνης παιδίον ἁρπαγὲν εἰς τὸν ἀέρα ἀνεφέρετο πάντων ἐν ἐκπλήξει καὶ φόβῳ κρα-

Die XXV Septembris, imperante Theodosio Juniore, ante diem Resurrectionis, accidit horribilis terræ motus: quo factum est ut totus populus cum imperatore Theodosio et patriarcha Proclo, ac universæ Ecclesiæ clero totaque urbe exierit extra civitatem, in locum qui dicitur Campus, ad orandum præ timore. Jam improba Theopaschitarum diabolica hæresis initium sumebat, et Trisagio blasphemantes addebant: *Qui crucifixus est pro nobis*. Extemplo puerulus in aerem raptus volitabat, clamantibus cunctis præ stupore et timore,

per multas horas: *Domine, miserere:* repente descendit puer, perinde ac in nube insidens, et magna voce admonebat ab archangelorum choris trisagium illum hymnum Deo concini, sine illo additamento, *Qui crucifixus est:* sed ita: *Sanctus Deus, sanctus fortis, sanctus immortalis, miserere nobis.* Et illico cum his vocibus animam Deo reddidit et illa terræ motus agitatio quievit.

A ζόντων ἐπὶ πολλὰς ὥρας τὸ, *Κύριε, ἐλέησον*· αὖθις κατηνέχθη τὸ παιδίον ὡς ἐπὶ νεφέλης καθήμενον· καὶ φωνῇ μεγάλῃ παρεκελεύσατο ὅτι οἱ τῶν ἀρχαγγέλων χοροὶ ἄνευ τῆς προσθήκης τοῦ, *Ὁ σταυρωθείς*, τὸν τρισάγιον ὕμνον ἀναπέμπουσι τῷ Θεῷ· *Ἅγιος ὁ Θεός, ἅγιος ἰσχυρός, ἅγιος ἀθάνατος, ἐλέησον ἡμᾶς.* Καὶ εὐθέως ταῖς τοιαύταις φωναῖς, ἀπέδωκε τὴν ψυχὴν τῷ Θεῷ· καὶ ὁ τοῦ σεισμοῦ κλόνος ἐπαύσατο.

XXX.

Ex Anthologia Græc. *impressa Romæ* 1598, *mense Novembr. die* XX.

In Ecclesiæ fastigio, quasi pellucidum astrum psallentes illuminantem, vere te posuit Dominus, o Patrum omnium decus, celeberrime Procle.

Ἐν τῷ ὕψει Κύριος τῆς Ἐκκλησίας ἀληθῶς σε ἔθετο ὥσπερ ἀστέρα φαεινὸν, φωταγωγοῦντα τοὺς ψάλλοντας, Πρόκλε, τὸ κλέος Πατέρων ἁπάντων.

XXXI.

Ex Menologio Græc. *ms. sancti Andreæ.*

Ode 9.

B

Ὠδ. η'.

Hymnis celebremus fulgentes spirantesque faces.... Eusebium et Proclum.

Ὑμνήσωμεν τοὺς ζωολαμπτῆρας.... Εὐσεβίῳ καὶ Πρόκλῳ.

XXXII.

Ex Martyrologio Romano *die* XXIV *Octobris.*

Constantinopoli sancti Procli episcopi.

ΤΟΥ ΕΝ ΑΓΙΟΙΣ ΠΑΤΡΟΣ ΗΜΩΝ

ΠΡΟΚΛΟΥ ΑΡΧΙΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΚΩΝΣΤΑΝΤΙΝΟΥΠΟΛΕΩΣ

ΛΟΓΟΙ.

—

SANCTI PATRIS NOSTRI PROCLI

ARCHIEPISCOPI CONSTANTINOPOLITANI

ORATIONES.

—

(1) ORATIO I.

Laudatio in sanctissimam Dei genitricem Mariam.

C

I. Virginalis solemnitas linguam nostram hodie, fratres, ad laudis præconium provocat; præsensque festivitas collecto nunc cœtui utilitatem conciliat; atque id jure quidem optimo. Continet enim celebritas hæc castimoniæ argumentum, totiusque feminei sexus gloriationem habet ac mulierum gloriam, ejus ergo quæ in tempore Mater

ΛΟΓΟΣ Α'.

Ἐγκώμιον εἰς τὴν παναγίαν (2) *Θεοτόκον Μαρίαν.*

Α'. Παρθενικὴ πανήγυρις σήμερον τὴν γλῶτταν ἡμῶν, ἀδελφοὶ, πρὸς εὐφημίαν καλεῖ· καὶ ἡ παροῦσα ἑορτὴ τοῖς συνελθοῦσιν ὠφελείας γίνεται πρόξενος, καὶ μάλιστα (3) εἰκότως. Ἁγνείας γὰρ ἔχει ὑπόθεσιν, καὶ τοῦ κοινοῦ τῶν γυναικῶν καύχημα τὸ τελούμενον· καὶ δόξα τοῦ θήλεως, διὰ τὴν ἐν καιρῷ μητέρα καὶ παρθένον. Ἐπέραστος αὕτη καὶ ἐξαίσιος ἡ σύνοδος.

(1) Hæc illa celebris oratio est, in qua sanctus Proclus adhuc episcopus Cyzici de Nestorio revexit triumphum. Prima ipsa verba indicant habitam celebri pro Mariæ solemniis conventu; nec alio, quam τοῦ εὐαγγελισμοῦ, sacratissimæ ejus Annunciationis, quando Emmanuelem concipiens, vere effecta est Deipara. Sequor maxime perantiquum Regium codicem, quo textus videtur purior, ac qualem fere habuit antiquus interpres, quem Riccardus existimat Dionysium Exiguum, subjectis variis aliorum lectionibus. Accessit novissimus cardinalis Mazarini codex, qui ipse emendatissimus videri potest, ex quo subinde aliqua notis intexui.

(2) Ms. codex Mazar. ὑπεραγίαν.

(3) Id. cod. μάλα.

Ἰδοὺ γὰρ γῆ καὶ θάλαττα δωροφορεῖ (4) τῇ παρθένῳ· ἡ μὲν τὰ νῶτα αὐτῆς, ταῖς ὁλκάσι γαληνῶς ὑφαπλώσασα (5)· ἡ δὲ τὰ ἴχνη τῶν βαδιζόντων ἀκωλύτως παραπέμπουσα. Σκιρτάτω ἡ φύσις, καὶ ἀγαλλιάσθω τὸ γένος τῶν ἀνθρώπων, ὅτι καὶ γυναῖκες τιμῶνται· χορευέτω ἡ ἀνθρωπότης, ὅτι καὶ παρθένοι δοξάζονται. *Ὅπου γὰρ ἐπλεόνασεν ἡ ἁμαρτία, ὑπερεπερίσσευσεν ἡ χάρις.* Συνεκάλεσε γὰρ ἡμᾶς νῦν ἐνταῦθα ἡ ἁγία Θεοτόκος Παρθένος Μαρία· τὸ ἀμόλυντον τῆς παρθενίας κειμήλιον, ὁ λογικὸς τοῦ δευτέρου Ἀδὰμ παράδεισος, τὸ ἐργαστήριον τῆς ἑνώσεως τῶν φύσεων· ἡ πανήγυρις τοῦ σωτηρίου συναλλάγματος, ἡ παστὰς, ἐν ᾗ ὁ Λόγος ἐνυμφεύσατο τὴν σάρκα· ἡ ἔμψυχος τῆς φύσεως βάτος, ἣν τὸ τῆς θείας ὠδῖνος πῦρ οὐ κατέκαυσεν· ἡ ὄντως κούφη νεφέλη, ἡ τὸν ἐπὶ τῶν χερουβὶμ μετὰ σώματος βαστάσασα· ὁ τοῦ ἐξ οὐρανοῦ ὑετοῦ καθαρώτατος πόκος, ἐξ οὗ ὁ ποιμὴν τὸ πρόβατον ἐνεδύσατο. Μαρία ἡ δούλη καὶ μήτηρ, ἡ παρθένος, καὶ οὐρανὸς, ἡ μόνη Θεοῦ πρὸς ἀνθρώπους γέφυρα· ὁ φρικτὸς τῆς οἰκονομίας ἱστὸς, ἐν ᾧ ἀῤῥήτως ὑφάνθη ὁ τῆς ἑνώσεως χιτών· οὗπερ ἱστουργὸς μὲν, τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον· ἔριθος δὲ, ἡ ἐξ ὕψους ἐπισκιάσασα δύναμις· ἔριον δὲ, τὸ ἀρχαῖον τοῦ Ἀδὰμ κώδιον· κρόκη δὲ, ἡ τῆς Παρθένου (6) ἀμόλυντος σάρξ· κερκὶς δὲ, ἡ ἀμέτρητος τοῦ φορέσαντος χάρις· τεχνίτης δὲ, ὁ δι' ἀκοῆς εἰσπηδήσας Λόγος. Τίς εἶδε, τίς ἤκουσεν, ὅτι μήτραν ὁ Θεὸς ἀπεριγράπτως ᾤκησε, καὶ ὃν οὐρανὸς οὐκ ἐχώρησεν, ἡ γαστὴρ οὐκ ἐστενοχώρησεν.

Β'. Ἀλλ' ἐγεννήθη ἐκ γυναικὸς Θεὸς οὐ γυμνός· καὶ ἄνθρωπος οὐ ψιλός· καὶ πύλην σωτηρίας ὁ τεχθεὶς, τὴν πάλαι τῆς ἁμαρτίας ἔδειξε θύραν. Ὅπου γὰρ ὁ ὄφις διὰ τῆς παρακοῆς τὸν ἰὸν ἐξέχεεν, ἐκεῖθεν ὁ Λόγος (7) διὰ τῆς ὑπακοῆς εἰσελθὼν, τὸν ναὸν ἐζωοπλάστησεν. Ὅθεν ὁ πρῶτος τῆς ἁμαρτίας Κάϊν προέκυψεν (8), ἐκεῖθεν ὁ τοῦ γένους λυτρωτὴς Χριστὸς ἀσπόρως ἐβλάστησεν. Οὐκ ἐπῃσχύνθη ὁ φιλάνθρωπος τὴν ἐκ γυναικὸς ὠδῖνα· ζωὴ γὰρ ἦν τὸ πραγματευόμενον· οὐκ ἐμολύνθη οἰκήσας μήτραν, ἥνπερ

A ac Virgo est. Amabilis plane ac mirabilis hæc coitio. En enim terra et mare pariter obsequium fovent : hoc quidem obsequio, placidum navigantibus dorsum substernens, illa vero viatorum vestigia expedite deferens. Saliat natura, humanumque exsultet genus, quippe cum mulieres quoque honorentur. Choros ducat hominum natura, quod et virgines honori habeantur : *Ubi* enim *abundavit delictum, superabundavit et gratia* [a]. Hic nos quippe modo, sancta Dei Genitrix ac Virgo Maria in unum coegit : impollutus ille virginitatis thesaurus, spiritalis secundi Adami paradisus, unionis naturarum officina, salutaris commercii nundinæ, thalamus, in quo sibi Verbum carnem desponsavit, animatus naturæ rubus [b], quem divini
B partus ignis non combussit ; vere levis illa nubes [c], quæ sedentem super Cherubim, corporatum portavit (9) ; mundissimum vellus [d] imbris cœlestis, ex quo Pastor ovem induit. Maria, inquam, ancilla et mater, virgo, ac cœlum, Dei ad homines unicus pons, horrendum incarnationis textorium jugum (10), in quo ineffabili quadam ratione unionis illius tunica confecta est : cujus quidem textor exstitit Spiritus sanctus ; nectrix, virtus obumbrans ex alto ; lana, antiquum Adami vellus ; trama, impolluta caro ex virgine (11) ; textorius radius, immensa gestantis gratia ; artifex tandem, Verbum per auditum illabens. Quis vidit, quis audivit, inhabitasse Deum in utero incircumscripte (12) ; ac eum quem cœli
C capere non poterant, nullis arctatum angustiis, ventrem Virginis comprehendisse ?

II. Natus porro ex muliere est, Deus non nudus, at nec homo purus ; natusque eam quæ olim peccati porta fuerat, salutis januam effecit. Nam ubi serpens per inobedientiam ingressum virus effuderat [e], ibi Verbum per obedientiam ingressum, vivum sibi exædificavit templum. Unde peccati ille principatum tenens Cain emerserat [f], inde Redemptor generis Christus sine semine prodiit. Non erubuit Clemens Deus nasci ex muliere. Nam vita erat quod ita moliebatur : nullam contraxit labem vulvæ

[a] Rom. v, 20. [b] Exod. III, 2. [c] Isa. XIX, 1. [d] Judic. VI, 37. [e] Gen. III, 6. [f] Gen. IV, 1.

(4) Leg. cum aliis, δοροφορεῖ.
(5) Al. ἐφαπλώσασα.
(6) Al. ἡ ἐκ τῆς παρθένου.
(7) Al. ἐνέχεεν, ἐκεῖ ὁ λόγος.
(8) Ms. cod. Mazar. προέκυψεν.
(9) *Corporatum portavit. Μετὰ σώματος βαστάσασα.* Sic et vetus ille Vaticanus : *cum corpore portavit :* non ut male interpres concilii Ephesini, et post eum Riccardus : *In corpore suo gestavit.* Tametsi enim hoc maximum est, ut Maria utero et in suo corpore gestaverit Dominum ; hic tamen Proclus modum præcipue respicit, quo eum qui super Cherubim incorporeus sedet, cum corpore ac eo indutum ipsa portavit.
(10) *Textorium jugum.* Liquet satis non accipi hic vocem ἱστός pro ipsa tela, sub cujus metaphora Proclus unionem ipsam naturarum describit factam in Maria, quam paulo superius ejus ἐργαστήριον dixit, velut *opificinam :* hic pressius, ἱστόν· textorium ipsum instrumentum, in quo mirabilis illa tela ac
D consertio naturarum facta sit divina virtute ac arte. Vide Riccardum.
(11) *Impolluta caro ex virgine.* Placuit hæc lectio ; ut ipsa significetur Christi caro, ac quam ipse gestavit ; cujus unione ac mirabili textura cum deitate, facta est œconomiæ illa tela ac tunica.
(12) *Incircumscripte.* Habent constanter codices ἀπεριγράπτως· quæ vox in subjecta materia admodum communis est ; nec video ut debuerint interpretes adjectivo reddere, tanquam esset ἀπερίγραπτος· vel adverbium minus quadraret, quod unum tamen maxime quadrat, ut et paulo inferius τὸ ἀφθάρτως· ex quo male Gajanitæ, teste Anastasio lib. *Ὁδηγ.* cap. 10 sibi ἄφθαρτος fecerant, ut eo probarent Christi etiam corporis incorruptionem, cum Proclus solum designet modum nativitatis. Quod ejus loco habent modo codices, ἀφράστως, per imperitiam irrepsit antiquariorum, et quia proxime præcedebat τὸ ἄφραστον.

hospitio, quam nullo ipse condiderat suo dedecore. Nisi enim mater virgo perseveravit, utique purus homo est qui est natus, nec est partus mirabilis. At si etiam post partum virgo permansit, quomodo non etiam erit Deus, ac mysterium quale nemo effari potest? Nulla is corruptione natus est, qui nullo prohibente clausis januis ingressus est; cujus Thomas conjunctas naturas videns, exclamavit dixitque : *Dominus meus, et Deus meus* [9].

A αὐτὸς ἀνυβρίστως ἐδημιούργησεν. Εἰ μὴ γὰρ παρθένος ἔμεινεν ἡ μήτηρ, ψιλὸς ἄνθρωπος ὁ τεχθείς. καὶ οὐ παράδοξος ὁ τόκος· εἰ δὲ καὶ μετὰ τόκον ἔμεινε παρθένος, πῶς οὐχὶ καὶ Θεὸς, καὶ τὸ μυστήριον ἄφραστον; Ἐκεῖνος ἀφράστως (14) ἐγεννήθη, ὁ καὶ τῶν θυρῶν κεκλεισμένων εἰσελθὼν ἀκωλύτως· οὗ τὴν συζυγίαν τῶν φύσεων ἰδὼν ὁ Θωμᾶς, ἀνεκεκράγει λέγων· *Ὁ Κύριός μου, καὶ ὁ Θεός μου.*

III. O homo, ne partum hunc erubescendum putes : quippe qui salutis nobis causa effectus sit. Nam si ex muliere natus non esset, non utique mortem oppetivisset : quod si carne mortem non oppetiisset, neque illum quoque per mortem destruxisset, *qui habebat mortis imperium, id est diabolum* [10]. Haudquaquam architecto dedecori est, B ut eam incolat domum quam ipse exstruxerit; neque lutum figulum inficit, cum ille vasculum quod finxerat, refingit : ita ne quicquam Deum purissimum polluit, quod ex virginali utero prodierit. Quam enim citra omnem sui labem formaverat, ex ea nulla contracta macula processit. O uterum, in quo communis hominum libertatis libellus compositus est! O ventrem, in quo adversus diabolum fabrefacta sunt arma! O arvum, in quo naturæ ipse colonus sine semine spicam edidit (13)! O templum, in quo Deus sacerdos effectus est; non naturam demutans, sed eum per misericordiam induens, qui est secundum ordinem Melchisedech [11]! *Verbum caro factum est* [12], quanquam Judæi dicenti Domino C non credant. Vere Deus formam hominis induit, tametsi gentiles miraculum subsannent. Ob id enim clamabat Paulus : *Judæis quidem scandalum, gentibus vero stultitiam* [13]. Nam neque mysterii vim cognoverunt, eo quod miraculum captum superet ac rationem : *Si enim cognovissent, nunquam Dominum gloriæ crucifixissent* [14]. Nisi enim Verbum uterum inhabitasset, neque caro consedisset in throno sancto. Si Deo ignominiæ esset, in uterum illabi quem ipse formarat, esset quoque probro hominibus ministrare. Quod si Deo esset probro ministrare hominibus, haudquaquam cum dives esset, pro nobis egenus factus esset [15].

Γ'. Μὴ ἀπαισχυνθῇς τὴν ὠδῖνα, ὦ ἄνθρωπε· αὕτη γὰρ ἡμῖν γέγονε σωτηρίας ἀφορμή. Εἰ μὴ γὰρ ἐκ γυναικὸς ἐγεννήθη, οὐκ ἂν ἀπέθανεν· εἰ μὴ ἀπέθανεν, οὐκ ἂν διὰ τοῦ θανάτου αὐτοῦ κατήργησε *τὸν τὸ κράτος ἔχοντα τοῦ θανάτου, τουτέστι τὸν διάβολον.* Οὐχ ὕβρις ἀρχιτέκτονι μεῖναι, ἐν οἷς αὐτὸς ᾠκοδόμησεν· οὐ μιαίνει πηλὸς τὸν κεραμέα, ἀναχαινίζοντα ὅπερ ἔπλασε σκεῦος· οὕτως οὐδὲ μιαίνει τὸν ἄχραντον Θεὸν, τὸ ἐκ παρθενικῆς γαστρὸς προελθεῖν. Ἦν γὰρ πλάττων οὐκ ἐμολύνθη, διὰ ταύτης προελθών, οὐκ ἐμιάνθη. Ὦ γαστὴρ, ἐν ᾗ τὸ τῆς ἐλευθερίας ἡμῶν γραμματεῖον συνετάγη! ὦ κοιλία, ἐν ᾗ τὸ κατὰ τοῦ διαβόλου ὅπλον ἐχαλκεύθη! ὦ ἄρουρα, ἐν ᾗ ὁ τῆς φύσεως γεωργὸς τὸν ἄσταχυν ἀσπόρως ἐβλάστησεν! ὦ ναός, ἐν ᾧ Θεὸς γέγονεν ἱερεύς· οὐ τὴν φύσιν μεταβαλὼν, ἀλλὰ τὸν κατὰ τὴν τάξιν τοῦ Μελχισεδὲκ δι' οἰκτον ἐνδυσάμενος! *Ὁ Λόγος σὰρξ ἐγένετο,* κἂν Ἰουδαῖοι ἀπιστῶσιν. Ὁ Θεὸς μορφὴν ἀνθρώπου ἐφόρεσεν ἀληθῶς, κἂν Ἕλληνες κωμῳδῶσι τὸ θαῦμα. Διὰ γὰρ τοῦτο· *Ἰουδαίοις μὲν σκάνδαλον, Ἕλλησι δὲ μωρίαν,* ὁ Παῦλος ἐβόα. Τοῦ γὰρ μυστηρίου τὴν δύναμιν οὐκ ἔγνωσαν, ἐπειδὴ ὑπὲρ λόγον τὸ θαῦμα· *Εἰ γὰρ ἔγνωσαν, οὐκ ἂν τὸν Κύριον τῆς δόξης ἐσταύρωσαν.* Εἰ μὴ γὰρ ὁ Λόγος ᾤκησε γαστέρα, οὐκ ἂν ἐκαθέσθη ἡ σὰρξ ἐπὶ τοῦ ἁγίου θρόνου. Εἰ τῷ Θεῷ ὕβρις εἰς μήτραν ἦν ἔπλασεν ἐλθεῖν, ἄρα καὶ τὸ τοῖς ἀνθρώποις διακονεῖν. Καὶ εἰ τῷ Θεῷ ὕβρις τοῖς ἀνθρώποις διακονεῖν, οὐκ ἂν δι' ἡμᾶς ἐπτώχευσε πλούσιος ὤν.

IV. Qui per naturam impassibilis erat, is propter suam misericordiam multis se passionibus obnoxium fecit. Haudquaquam Christus ex profectu in Deum

Δ'. Ὢν κατὰ φύσιν ἀπαθὴς, γέγονε δι' οἰκτον πολυπαθής. Οὐκ ἐκ προκοπῆς γέγονε Θεὸς ὁ Χριστός· Μὴ γένοιτο! ἀλλὰ Θεὸς ὢν, δι' οἰκτον γέγονεν ἄνθρω-

[9] Joan. xx, 28. [10] Hebr. ii, 14. [11] Psal. cix, 4. [12] Joan. i, 14. [13] I Cor. i, 23. [14] I Cor. ii, 8 [15] II Cor. viii, 9.

(13) *Spicam edidit*, τὸν ἄσταχυν ἐβλάστησε. Palam active, sive colonum illum Proclus intelligat Spiritum sanctum, sive ipsum Verbum; nam utrique tribuitur formatio Dominici corporis, et ea, ut spicam Christum ac hominem sine semine ediderunt; nec video ut interpretes ab ea ejus phrasi abhorrere debuerint, ac neutro reddere. Paulo inferius in verbis illis, ἄρα καὶ τὸ τοῖς ἀνθρώποις διακονεῖν· sic secutus Vat. codicem, ut nolim non monere, aliam esse aliorum omnium codicum, tum quos profert Riccardus, tum quos ego vidi duos regios ac unum card. Mazar. sic nimirum, ἄρα καὶ τοῖς ἀγγέλοις ὕβρις ἀνθρώποις διακονεῖν.

(14) Leg. ἀφθάρτως ex S. Anastasii *Hodego*, (cap. 10, pag. 74) et quia series ipsa petit. – Hunc D in locum Anastasii vide sis Germonium *De veter. hæret. eccl. dogm. corrupt.* pag. 336. Cæterum et Leontius Byzantinus lib. I *contra Nestor. et Eutych.* (*Bibl. PP.* Paris. tom. IV. part. I, pag. 979) legit ἀφθάρτως· vertit enim Turrianus *incorrupte*. Sed *mirum*, inquit Riccardus, (in not. ad hanc orat. pag. 86) *ita legisse Anastasium et Leontium, cum omnes quos viderim codices habeant* ἀφράστως, *arcano modo; et etiam Lat. interpres Vat. sic legit, quia vertit, ineffabiliter. Ex quibus optime probat sanctus Proclus, Christum natum ex virgine, fuisse etiam Deum, cum illum ipsum S. Thomas et Dominum et Deum appellet.* Hæc ille. Legimus etiam ἀφράστως in collect. *Conc.* Labb. tom. III, p. 579, edit. Ven. Labb.

πος, ὡς πιστεύομεν. Οὐκ ἄνθρωπον ἀποθεωθέντα κηρύττομεν, ἀλλὰ Θεὸν σαρκωθέντα ὁμολογοῦμεν. Τὴν οἰκείαν δούλην ἐπεγράψατο μητέρα, ὁ κατ' οὐσίαν ἀμήτωρ, καὶ κατ' οἰκονομίαν ἐπὶ γῆς ἀπάτωρ· ἐπεὶ πῶς ὁ αὐτὸς κατὰ Παῦλον, *ἀμήτωρ καὶ ἀπάτωρ*; Εἰ ψιλὸς ἄνθρωπος, οὐκ ἀμήτωρ· ἔχει γὰρ μητέρα· εἰ γυμνὸς Θεός, οὐκ ἀπάτωρ· ἔχει γὰρ πατέρα· νῦν δὲ ὁ αὐτὸς, ἀμήτωρ μὲν, ὡς πλάστης, ἀπάτωρ δὲ, ὡς ἄνθρωπος.

A evasit. Absit. Sed Deus cum esset, ut docet fides, misericordia motus, factus est homo. Non prædicamus hominem deificatum, sed Deum incarnatum confitemur. Ancillam suam in matrem ascivit, is qui per naturam matrem nescit, quique nihilominus secundum œconomiam in terra sine patre exsistit. Alioqui quomodo idem ipse doctore Paulo, *sine patre, et sine matre* [16]? Si est purus homo, non est sine matre, matrem enim habet: si est nudus Deus, non est sine patre: habet enim patrem. At nunc, unus idemque sine matre quidem est, ut plastes; sine patre vero, ut plasma.

Ε'. Αἰδέσθητι, ὦ ἄνθρωπε, κἂν τὴν τοῦ ἀρχαγγέλου προσηγορίαν· ὁ γὰρ τὴν Μαρίαν εὐαγγελισάμενος, Γαβριὴλ ἐλέγετο· τί δὲ ἑρμηνεύεται Γαβριήλ; Μάθε ἀκούσας, ὅτι *Θεὸς καὶ ἄνθρωπος*. Ἐπεὶ γὰρ ὁ παρ' αὐτοῦ εὐαγγελιζόμενος Θεός ἐστι καὶ ἄνθρωπος, προέλαβεν ἡ προσηγορία τὸ θαῦμα, ἵνα πιστώσηται τὴν οἰκονομίαν. Μάθε πρῶτον τὴν οἰκονομίαν καὶ τὴν αἰτίαν τῆς παρουσίας, καὶ τότε δόξασον τὴν δύναμιν τοῦ σαρκωθέντος, ἐπειδὴ πολλὰ ὤφειλεν ἐξ ἁμαρτιῶν ἡ τῶν ἀνθρώπων φύσις, καὶ ἠπόρει πρὸς τὸ χρέος. Διὰ γὰρ τοῦ Ἀδὰμ πάντες τῇ ἁμαρτίᾳ ἐχειρογραφήσαμεν· δούλους ἡμᾶς κατεῖχεν ὁ διάβολος· τὰς ὠνὰς ἡμῶν περιέφερε (15), χάρτῃ κεχρημένος τῷ πολυπαθεῖ ἡμῶν σώματι· εἱστήκει ὁ κακὸς τῶν παθῶν πλαστογράφος, ἐπισείων ἡμῶν τὸ χρέος, καὶ ἀπαιτῶν ἡμᾶς τὴν δίκην. Ἔδει τοίνυν δυοῖν θάτερον· ἢ πᾶσιν ἐπαχθῆναι τὸν ἐκ τῆς καταδίκης θάνατον, ἐπειδὴ καὶ πάντες ἥμαρτον· ἢ τοιοῦτον δοθῆναι πρὸς ἀντίδοσιν τίμημα, ὃ πᾶν τῷ χρέει ὑπῆρχε δικαίωμα πρὸς παραίτησιν. Ἄνθρωπος μὲν οὖν σῶσαι οὐκ ἠδύνατο· ὑπέκειτο γὰρ χρέει τῆς ἁμαρτίας· ἄγγελος δὲ ἐξαγοράσασθαι τὴν ἀνθρωπότητα οὐκ ἴσχυεν· ἠπόρει γὰρ τοῦ τοιούτου λύτρου· λοιπὸν οὖν ὁ ἀναμάρτητος Θεὸς ὑπὲρ τῶν ἡμαρτηκότων ἀποθανεῖν ὤφειλεν. Αὕτη γὰρ ἐλείπετο τοῦ κακοῦ λύσις (16).

V. Reverere saltem, o homo, archangeli appellationem. Is namque qui lætum illum nuntium Mariæ detulit, Gabriel vocabatur. Quid vero Gabriel interpreteris? Arrige aures et disce: *Deus et homo* (19). Quia itaque ille quem annuntiabat, Deus erat ac homo; quo facilius dispensationem persuadeat, rei miraculum nominis notatione anticipat. Disce primum œconomiam ac causam adventus, tumque ejus qui est incarnatus, potentiam laudibus evehe, quoniam humanum genus gravi ex peccatis debito obstrictum erat, nullaque debitum ratione dependere poterat. Per Adamum enim omnes peccati subscripseramus chirographo: servos nos diabolus tenebat; multis obnoxio passionibus nostro corpore ceu charta usus, emptionis titulos circumferebat: stans malus ille falsarius vitiorum commentariensis, debitum ob oculos ponebat, nosque ad supplicium deposcebat. Duorum itaque alterum necesse erat, aut mortem damnatione decretam universis inferri, quando etiam omnes peccaverant: aut pretium ejusmodi in pœnæ repensionem pendi, quod universo debito juste ad amussim responderet. Atqui homo quidem, quod peccati debito subjaceret, salvare utique non poterat. Angelus vero humanum ipsum genus non valebat redimere: non enim ingens adeo redemptionis pretium suppetebat; reliquum ergo erat, ut in quem peccatum non cadit, Deus pro peccatoribus moreretur. Hæc enim mali unica restabat solutio.

Ϛ'. Τί οὖν; αὐτὸς ὁ πᾶσαν φύσιν ἐκ μὴ ὄντων εἰς τὸ εἶναι παραγαγὼν, ὁ μηδὲν πρὸς παροχὴν ἀπορῶν (17), ἐξεῦρε τοῖς κατακρίτοις ζωὴν ἀσφαλεστάτην, καὶ τῷ θανάτῳ λύσιν εὐπρεπεστάτην. Καὶ γίνεται ἄνθρωπος ἐκ Παρθένου, ὡς οἶδεν αὐτός· λόγος γὰρ ἑρμηνεῦσαι τὸ θαῦμα οὐ δύναται· καὶ ἀποθνήσκει ὃ ἐγένετο· καὶ λυτροῦται ὃ ὑπῆρχε, κατὰ τὸν λέγοντα Παῦλον· *Ἐν ᾧ ἔχομεν τὴν ἀπολύτρωσιν διὰ τοῦ αἵματος αὐτοῦ, τὴν ἄφεσιν τῶν παραπτωμάτων*. Ὦ τῶν μεγάλων πραγμάτων! ἄλλοις ἐπραγματεύσατο τὸ ἀθάνατον· αὐτὸς γὰρ ὑπῆρχε ἀθάνατος (18). Τοιοῦτος γὰρ ἄλλος κατ' οἰκονομίαν οὔτε γέγονεν, οὔτε ἦν, οὔτε ἔσται ποτὲ, ἢ μόνος ὁ ἐκ Παρθένου τεχθεὶς Θεὸς καὶ ἄνθρωπος· οὐκ ἀντιταλαντεύουσαν

VI. Quid ergo? Ille ipse qui naturam universam ex nihilo, ut esset, effecerat, cuique nulla ad erogandum deerat facultas, morti ac condemnationi addictis, tutissimam vitam adinvenit, mortisque solutionem decentissimam. Fit nimirum homo ex Virgine, modo ei pernoto; nulla enim oratio miraculum hoc assequi valeat; moriturque, quod factus erat; redimit vero, quod erat, juxta quod ait Paulus: *In quo habemus redemptionem per sanguinem ipsius, remissionem peccatorum* [17]. O miram, magnamque rem! Immortalitatem aliis conciliavit, atque peperit: quippe qui ipse immortalis erat. Nemo enim quisquam talis ratione incarnationis, vel fuit, vel erat, vel est unquam futurus, præter

[16] Hebr. VII, 3. [17] Ephes. I, 7.

(15) Al. προέφερε.
(16) Al. λύτρωσις.
(17) Al. ᾧ μ. ἄπορον.
(18) Max. αὐτὸς μόνος ὑπάρχων.
(19) *Deus et homo*. Alii aliud etymum illius vocis afferre solent, ac præcipue, ut Gabriel *Fortitudo Dei* dicatur; vel etiam *fortis Deus*: ea phrasi, qua psal. I, 1, dicitur, *Beatus vir*; ubi Hebræa simili fere forma habent atque in nomine Gabriel, redduntque Hebraizantes, *Beatitudines viri*. Nomen גבר *virum potentem* significat, ac *fortitudinem*.

eum solum, qui ex Virgine Deus ac homo natus est; non eo solum merito pollens, quod reorum multitudini redimendæ par esset, sed et quod multis partibus excelleret. Nam qua Filius est, eamdem cum Patre naturam incommutabiliter servat : qua vero rerum opifex, nullius virtutis est indigens : qua autem misericors, immensa inexhaustaque misericordia pollet : qua denique pontifex, idoneus intercessor assistit : quorum omnium, nihil unquam simile, nihil æquale in alio quopiam reperire quis poterit. Nam vide ejus clementiam. Sponte morti addictus ac condemnatus, mortem quæ crucifigentibus ipsum debebatur, destruxit; interfectorumque iniquitatem, in eorum qui inique egissent, salutem convertit.

A μόνον ἔχων τὴν ἀξίαν τῷ πλήθει τῶν ὑποδίκων, ἀλλὰ καὶ πάσαις ψήφοις ὑπερέχουσαν. Ἐν μὲν τῷ Υἱὸς εἶναι, τὸ ἀπαράλλακτον σώζων πρὸς τὸν Πατέρα· ἐν δὲ τῷ δημιουργὸς, τὸ τῆς δυνάμεως ἀπροσδεὲς ἔχων· ἐν δὲ τῷ φιλοικτίρμων, τὸ εἰς συμπάθειαν ἀνυπέρβλητον ἐδημοσίευσεν· ἐν δὲ τῷ ἀρχιερεὺς, τὸ εἰς παράστασιν ἀξιόπιστον φέρων, οἷς οὐδὲν εὕροι τις ἂν ἐπ' οὐδενὶ ἴσον ἢ παραπλήσιον πώποτε. Ὅρα γὰρ αὐτοῦ τὴν φιλανθρωπίαν. Ἑκὼν κατακριθεὶς, τὸν κατὰ τῶν σταυρωσάντων αὐτὸν ἔλυσε θάνατον, καὶ ἀπέστρεψε τὴν τῶν ἀποκτεινάντων ἀνομίαν, εἰς τὴν τῶν ἀνομησάντων σωτηρίαν.

VII. Posse itaque salvare, majus erat quam pro facultate puri hominis : siquidem ipse quoque salvantem necessarium habebat, juxta quod Paulus ait : *Omnes peccaverunt, et egent gloria Dei* [18], etc. Quia ergo peccatum ejusdem reum diabolo obstrinxerat, ipsum diabolus in mortem præcipitem egerat. Quocirca res nostræ in maximum discrimen adductæ erant, nec spes ulla liberationis a morte reliqua videbatur. Qui destinati erant medici, deploratos prædicabant. Quid ergo? Videntes prophetæ humana majus industria vulnus inflictum, cœlestem medicum inclamabant. Ac unus quidem aiebat : *Inclina cœlos, et descende* [19]. Alius vero : *Sana me, Domine, et sanabor* [20]. Unus : *Excita potentiam tuam, et veni, ut salvos facias nos* [21]. Alius : *Si vere Deus habitabit cum hominibus* [22]? Unus : *Cito anticipent nos misericordiæ tuæ, Domine, quia pauperes facti sumus nimis* [23]. Alius : *Heu mihi, periit reverens a terra, et qui ex virtute ac recte vivat, in hominibus non est* [24]. Unus : *Deus, in adjutorium meum intende; Domine, ad adjuvandum me festina* [25]. Alius : *Adhuc modicum, et qui venturus est, veniet, et non tardabit* [26]. Unus : *Erravi sicut ovis quæ periit : quære servum tuum* (*sperantem in te* [27].) Alius : *Deus manifeste veniet, Deus noster, et non silebit* [28]. Is igitur qui natura rex est, non despexit humanum genus multis jam annis tyrannide oppressum. Non permisit, sua, Deus, misericordia, perpetuo obstrictum teneri diabolo; sed venit ipse qui semper et ubique adest, ac proprium sanguinem nostri causa in redemptionis pretium profudit; carnemque quam ex Virgine susceperat, commutationem pro ejusdem salute, morti tradidit; ac mundum a legis redemit maledicto, mortem destruens morte : unde etiam clamat Paulus : *Christus nos redemit de maledicto legis* [29].

B Ζ'. Ἀνθρώπου τοίνυν φιλοῦ, σῶσαι οὐκ ἦν· καὶ γὰρ καὶ αὐτὸς ἐδεῖτο τοῦ σώζοντος, κατὰ Παῦλον τὸν λέγοντα, ὅτι *Πάντες ἥμαρτον, καὶ ὑστεροῦνται τῆς δόξης τοῦ Θεοῦ*, καὶ τὰ ἑξῆς. Ἐπειδὴ οὖν ἡ ἁμαρτία τῷ διαβόλῳ, προσῆγε τὸν αὐτῆς ὑπεύθυνον, ὁ διάβολος τῷ θανάτῳ τοῦτον προσέπεμπε· τοιγάρτοι ἐν μεγίστῳ κινδύνῳ τὰ καθ' ἡμᾶς προῆγε, καὶ ἐν ἀπόροις ἦν λύσις τοῦ θανάτου· οἱ πεμφθέντες ἰατροὶ κατηγόρουν. Τί οὖν; Ὡς εἶδον οἱ προφῆται μεῖζον τέχνης ἀνθρωπίνης τὸ τραῦμα, τὸν ἐξ οὐρανοῦ ἐπεβόων ἰατρόν. Καὶ ὁ μὲν ἔλεγε· *Κλῖνον οὐρανούς, καὶ κατάβηθι*. Ἄλλος· *Ἴασαί με, Κύριε, καὶ ἰαθήσομαι*. Ἕτερος, *Ἐξέγειρον τὴν δυναστείαν σου, καὶ ἐλθὲ εἰς τὸ σῶσαι ἡμᾶς*. Ἄλλος· *Εἰ ὄντως οἰκήσει Θεὸς μετὰ ἀνθρώπων;* Ἄλλος, *Ταχὺ προκαταλαβέτωσαν ἡμᾶς οἱ οἰκτιρμοί σου, Κύριε, ὅτι ἐπτωχεύσαμεν σφόδρα*. Ἕτερος· *Οἱ μοι ὅτι ἀπόλωλεν εὐλαβὴς ἀπὸ τῆς γῆς, καὶ ὁ κατορθῶν ἐν ἀνθρώποις οὐχ ὑπάρχει*. Ἄλλος· *Ὁ Θεὸς εἰς τὴν βοήθειάν μου πρόσχες, καὶ εἰς βοηθῆσαί μοι σπεῦσον*. Ἄλλος· *Ὅσον, ὅσον ὁ ἐρχόμενος ἥξει, καὶ οὐ χρονιεῖ*. Ἄλλος· *Ἐπλανήθην ὡς πρόβατον ἀπολωλὸς, ζήτησον τὸν δοῦλόν σου τὸν ἐλπίζοντα ἐπὶ σέ*· Ἄλλος· *Ὁ Θεὸς ἐμφανῶς ἥξει, ὁ Θεὸς ἡμῶν, καὶ οὐ παρασιωπήσεται*. Οὐ παρεῖδε τοίνυν τὴν φύσιν τὴν ἀνθρωπίνην ἐπὶ πολὺ τυραννουμένην, ὁ φύσει βασιλεὺς ὑπάρχων· οὐκ ἀφῆκεν εἰς τέλος εἶναι τῷ διαβόλῳ ὑπεύθυνον, ὁ φιλοικτίρμων Θεός· ἀλλ' ἦλθεν ὁ ἀεὶ παρὼν, καὶ κατέβαλε λύτρον ὑπὲρ ἡμῶν τὸ ἴδιον αἷμα· καὶ ἔδωκεν ὑπὲρ τοῦ γένους ἀντάλλαγμα τῷ θανάτῳ, ἣν ἐκ Παρθένου ἐφόρεσε σάρκα· καὶ ἐξηγοράσατο τὸν κόσμον ἐκ τῆς τοῦ νόμου κατάρας, θανάτῳ τὸν θάνατον καταργήσας· καὶ βοᾷ Παῦλος· *Χριστὸς ἡμᾶς ἐξηγόρασεν ἐκ τῆς κατάρας τοῦ νόμου*.

C

D

VIII. Qui nos ergo redemit, o Judæe, non est purus homo : universa enim hominum natura peccati servitute oppressa tenebatur : at neque Deus tantum, humana destitutus natura; corpus namque habebat, o Manichæe. Nisi enim me induisset, haud

Η'. Ὁ τοίνυν ἀγοράσας ἡμᾶς, οὐ ψιλὸς ἄνθρωπος, ὦ Ἰουδαῖε· ἡ γὰρ τῶν ἀνθρώπων ἅπασα φύσις τῇ ἁμαρτίᾳ δεδούλωτο· ἀλλ' οὔτε μὴν γυμνὸς ἀνθρωπότητος Θεός· σῶμα γὰρ εἶχεν, ὦ Μανιχαῖε. Εἰ μὴ γὰρ ἐνεδύσατο ἐμὲ, οὐκ ἂν ἔσωσεν ἐμέ· ἀλλ' ἐν τῇ γαστρὶ

[18] Rom. III. 23. [19] Psal. CXLIII, 5. [20] Jerem. XVII, 14. [21] Psal. LXXIX, 3. [22] III Reg. VIII, 27. [23] Psal. LXXVIII, 8. [24] Mich. VII, 2. [25] Psal. LXIX, 2. [26] Habac. II, 3. [27] Psal. CXVIII, 176. [28] Psal. XLIX, 3. [29] Galat. III, 13.

τῆς Παρθένου ὁ ἀποφηνάμενος, τὸν κατάδικον ἐνεδύσατο. Καὶ ἐκεῖ τὸ φρικτὸν γέγονε συνάλλαγμα· δοὺς γὰρ πνεῦμα, ἔλαβε σάρκα. Ὁ αὐτὸς μετὰ τῆς Παρθένου, καὶ ἐκ τῆς Παρθένου. Ὁ μὲν γὰρ ἐπεσκίασεν αὐτήν· ὁ δὲ ἐσαρκώθη ἐξ αὐτῆς. Εἰ ἄλλος ὁ Χριστὸς καὶ ἄλλος ὁ Θεὸς Λόγος, οὐκ ἔστι τριὰς ἡ ἁγία Τριάς· ἀλλὰ κατὰ σὲ, αἱρετικὲ, τετράς. Μὴ σχίσῃς τὸν τῆς οἰκονομίας χιτῶνα τὸν ἄνωθεν ὑφαντόν· μὴ μαθητεύσῃς Ἀρείῳ. Ἐκεῖνος γὰρ ἀσεβῶν τὴν οὐσίαν τέμνει· σὺ τὴν συνάφειαν μὴ μέριζε, ἵνα μὴ μερισθῇς ἀπὸ Θεοῦ. Τίς ἐπέφανεν, εἰπέ μοι, τοῖς ἐν σκότει καὶ σκιᾷ θανάτου καθημένοις; Ἄνθρωπος; Καὶ πῶς ἠδύνατο ἐν σκότει διάγων κατὰ Παῦλον τὸν λέγοντα· *Ὃς ἐῤῥύσατο ἡμᾶς ἐκ τῆς ἐξουσίας τοῦ σκότους; Ἦμεν γάρ ποτε σκότος*, κατὰ τὸ γεγραμμένον· *νῦν δὲ φῶς ἐν Κυρίῳ*. Τίς οὖν ἐπέφανεν ἡμῖν; Δαβὶδ σε διδάσκει, λέγων· *Εὐλογημένος ὁ ἐρχόμενος ἐν ὀνόματι Κυρίου*. Τίς οὗτος; εἰπὲ φανερῶς, ὦ Δαβίδ· *Ἀναβόησον τῇ ἰσχύϊ, καὶ μὴ φείσῃ· Ὡς σάλπιγγα ὕψωσον τὴν φωνήν σου*· εἰπὲ τίς οὗτος· *Κύριος*, φησὶν, *ὁ Θεὸς τῶν δυνάμεων· Θεὸς Κύριος, καὶ ἐπέφανεν ἡμῖν*. Ὁ γὰρ Λόγος σὰρξ ἐγένετο. Συνῆλθον αἱ φύσεις, καὶ ἀσύγχυτος ἔμεινεν ἡ ἕνωσις.

Θ'. Ἦλθε σῶσαι, ἀλλ' ἐχρῆν καὶ παθεῖν· πῶς οὖν ἦν δυνατὸν ἑκάτερα γενέσθαι; Ἄνθρωπος ψιλὸς σῶσαι οὐκ ἴσχυε· Θεὸς γυμνὸς παθεῖν οὐκ ἠδύνατο. Τί οὖν; Αὐτὸς ὢν Θεὸς ὁ Ἐμμανουὴλ, γέγονεν ἄνθρωπος· καὶ ὃ μὲν ἦν, ἔσωσεν· ὃ δὲ γέγονεν, ἔπαθεν. Διὰ τοῦτο ὡς εἶδεν ἡ Ἐκκλησία στεφανώσασαν αὐτὸν τὴν συναγωγὴν ταῖς ἀκάνθαις, θρηνῳδοῦσα τὴν τόλμαν, ἔλεγε· *Θυγατέρες Ἰερουσαλὴμ, ἐξέλθετε, καὶ ἴδετε τὸν στέφανον, ᾧ ἐστεφάνωσεν αὐτὸν ἡ μήτηρ αὐτοῦ*. Αὐτὸς γὰρ καὶ τὸν ἀκάνθινον ἐφόρεσε στέφανον, καὶ τὴν τῶν ἀκανθῶν ἔλυσεν ἀπόφασιν· ὁ αὐτὸς ὢν ἐν τοῖς κόλποις τοῦ Πατρὸς, καὶ ἐν γαστρὶ Παρθένου· ὁ αὐτὸς ἐν ἀγκάλαις μητρὸς, καὶ ἐπὶ πτερύγων ἀνέμων· ὁ αὐτὸς ἄνω ὑπὸ ἀγγέλων προσεκυνεῖτο, καὶ κάτω τελώναις συνανεκλίνετο· τὰ σεραφὶμ οὐ προσέβλεπε, καὶ Πιλάτος ἠρώτα· ὁ δοῦλος ἐῤῥάπιζε, καὶ ἡ κτίσις ἔφριττεν· ἐπὶ σταυροῦ ὁ αὐτὸς ἐπήγνυτο, καὶ ὁ θρόνος τῆς δόξης αὐτοῦ οὐκ ἐγεγύμνωτο ἐν τάφῳ κατεκλείετο, καὶ τὸν οὐρανὸν ἐξέτεινεν ὡσεὶ δέῤῥιν· ἐν νεκροῖς ἐλογίζετο, καὶ τὸν ᾅδην ἐσκύλευσεν· ὧδε πλάνος ἐσυκοφαντεῖτο, καὶ ἐκεῖ ἅγιος ἐδοξολογεῖτο.

mihi salutem contulisset : sed ipse in Virginis utero editus, reum induit. Mira quædam ac stupenda illic facta est commutatio : dans enim spiritum, accepit carnem. Idem ipse cum Virgine, et ex Virgine. Nam illud quidem obumbravit ei; hoc ex ea carnem assumpsit (20). Si est alius Christus, alius Deus Verbum jam non erit trinitas sancta Trinitas; sed sententia tua, o hæretice, quaternitas. Noli discindere incarnationis tunicam desuper contextam, noli esse discipuus Arii. Ille enim deitatis substantiam impie secat; tu ne conjunctionem dividas, ut ne a Deo dividaris. Quisnam obsecro iis illuxit, qui in tenebris et umbra mortis sedebant [30]? Homone? At quomodo poterat, qui et ipse in tenebris versaretur, juxta quod divinus Apostolus Paulus ait : *Qui eripuit nos de potestate tenebrarum* [31]? *Eramus enim aliquando tenebræ*, sicut scriptum est, *nunc autem lux in Domino* [32]. Ecquis tandem illuxit nobis? Docet te David, dicens : *Benedictus qui venit in nomine Domini* [33]. Ecquisnam est iste? Dicito clarius, o David [34] [Isaias], *Clama fortiter, ei ne parcas; quasi tuba exalta vocem tuam* [35] : edicito quis iste sit : *Dominus*, inquit, *Deus virtutum : Deus Dominus, et illuxit nobis* [36]. Nam, *Verbum caro factum est* [37]. Coierunt in unum naturæ, mansitque unio absque ulla confusione.

IX. Ad salvandum venerat; sed mori quoque illum oportebat. At utraque hæc, quonam pacto fieri poterant? Purus homo salvare non poterat : Deus solus mori nequibat. Quid igitur? Ipse Deus exsistens, nempe Emmanuel, homo factus est; et id quidem quod erat, salutem contulit : quod vero factum est, passiones ac mortem subiit. Quocirca cum ecclesia synagogam cerneret spinis illum coronasse, lugens tantum facinus, aiebat : *Filiæ Hierusalem, egredimini, et videte coronam qua coronavit eum mater sua* [38]. Ipse namque spineam coronam gestavit [39], spinarumque dissolvit sententiam [40]. Ipse in sinu Patris [41], atque in utero matris. Ipse in ulnis matris, et supra ventorum pennas incedens [42]. Ipse in cœlis ab angelis adorabatur, atque in terris communi cum publicanis mensa discumbebat [43]. Ipsum in quem nec seraphim audebant aspicere, Pilatus interrogabat, servus colaphis cædebat [44], et creatura horrebat : cruci affigebatur, nec thronum gloriæ deserebat; sepulcro claudebatur, et cœlum pellis instar extendebat [45] : inter mortuos reputabatur, et despoliabat infernum [46] : hic, seductor calumnia vocabatur [47], illicque sanctus [48] gloriose prædicabatur (21).

[30] Luc. I, 79. [31] Coloss. I, 13. [32] Ephes. V, 8. [33] Psal. CXVII, 26. [34] Isa. LVIII, 1. [35] Psal. LVIII. [36] Psal. CXVII. 27. [37] Joan. I, 14. [38] Cant. III, 11. [39] Joan. XIX, 2. [40] Gen. III, 18. [41] Joan. I, 18. [42] Psal. CIII, 3. [43] Matth. IX, 10. [44] Joan. XVIII, 33. [45] Psal. CIII, 2 [46] Matth. XXVII, 52. [47] ibid. 65. [48] Isa. VI, 3.

(20) *Illud quidem obumbravit ei; hoc ex ea carnem assumpsit.* Ὁ μὲν γὰρ ἐπεσκίασεν αὐτήν· ὃ δὲ ἐσαρκώθη ἐξ αὐτῆς. Affert Riccardus variantes multas lectiones; sed ego hanc Regii codicis vice omnium arbitror ac probatissimam : cui simile est, quod superius posuit, ἀποθνήσκει ὁ ἐγένετο, καὶ λυτροῦται ὃ ὑπῆρχε. Ut ubique quod est Dei ac quod hominis, in eodem Domino Jesu ac Filio distinguat, ac cuique rationi, quæ sunt propria, tribuat. Qua Deus, erat cum Maria juxta angeli verbum, *Dominus tecum*, antequam etiam incarnaretur; ipseque ei obumbravit, ut sine ardore concupiscentiæ conciperet ipsum; ut homo, carnem ex ea sumpsit. Sic paulo inferius : ὃ μὲν ἦν, ἔσωσεν· ὃ δὲ γέγονεν, ἔπαθεν· *Quod erat*, id est, Deus, *salutem contulit; quod factum est*, id est, homo, *mortem subiit.*

(21) *Illic sanctus gloriose prædicabatur.* Hunc lo-

X. O mysterium! Miracula video, et Divinitatem prædico: passiones cerno, nec humanitatem inficior. Ceterum Emmanuel, naturæ quidem portas aperuit ut homo (22); virginitatis autem claustra non violavit neque perrupit, ut Deus: quin ita ex utero est egressus, sicuti per aurem est ingressus: ita natus, sicut conceptus. Ingressus est sine passione; egressus est absque ulla corruptione, juxta quod ait propheta Ezechiel: *Convertit me*, inquit, *Dominus ad viam portæ sanctuarii exterioris quæ respiciebat ad orientem; et hæc clausa erat. Et dixit ad me Dominus: Fili hominis, porta hæc clausa erit, et non aperietur; et nullus transiet per eam; sed solus Dominus Deus Israel: ipse ingredietur et egredietur, et erit porta clausa* [49]. En aperte declaratam sanctam Dei genitricem Mariam. Dirimatur ergo omnis contradictio, ac Scripturarum doctrina illustremur; quo et cœlorum consequamur regnum in Christo, cui gloria in sæcula sæculorum, Amen.

Ι'. Ὢ τοῦ μυστηρίου! βλέπω τὰ θαύματα, καὶ ἀνακηρύττω τὴν Θεότητα· ὁρῶ τὰ πάθη, καὶ οὐκ ἀπαρνοῦμαι τὴν ἀνθρωπότητα. Ἀλλ' ὁ Ἐμμανουὴλ, φύσεως μὲν πύλας ἀνέῳξεν ὡς ἄνθρωπος· παρθενίας δὲ κλεῖθρα οὐ διέῤῥηξεν ὡς Θεός· ἀλλ' οὕτως ἐκ μήτρας προῆλθεν, ὡς δι' ἀκοῆς εἰσῆλθεν· οὕτως ἐτέχθη, ὡς συνελήφθη. Ἀπαθῶς εἰσῆλθεν, ἀφράστως (24) ἐξῆλθε, κατὰ τὸν προφήτην Ἰεζεκιὴλ τὸν λέγοντα· Ἐπέστρεψέ με, φησὶ, *Κύριος κατὰ τὴν ὁδὸν τῆς πύλης τῶν ἁγίων τῆς ἐξωτέρας, τῆς βλεπούσης κατὰ ἀνατολὰς, καὶ αὕτη ἦν κεκλεισμένη. Καὶ εἶπε Κύριος πρός με· Υἱὲ ἀνθρώπου, ἡ πύλη αὕτη κεκλεισμένη ἔσται· οὐκ ἀνοιχθήσεται· οὐδεὶς οὐ μὴ διέλθῃ δι' αὐτῆς, ἀλλ' ἢ Κύριος ὁ Θεὸς Ἰσραὴλ, μόνος· αὐτὸς εἰσελεύσεται καὶ ἐξελεύσεται, καὶ ἔσται ἡ πύλη κεκλεισμένη.* Ἰδοὺ ἀπόδειξις ἐναργὴς τῆς ἁγίας θεοτόκου Μαρίας. Λυέσθω τοίνυν ἀντιλογία πᾶσα, καὶ τῇ τῶν Γραφῶν καταφωτιζώμεθα γνώσει, ἵνα καὶ βασιλείας οὐρανῶν τύχωμεν ἐν Χριστῷ, ᾧ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

(23) ORATIO II.

De incarnatione Domini nostri Jesu Christi, et de infusoriis.

1. Pulchra quidem est psalmorum lyra; divinitus inspirata Spiritus cithara; jucundum pariter ac terribile est prophetiæ canticum; salubre semper psalmorum melos, melleo concentu suo perturbatos affectus sedans. Uti enim falx ad spinas habet, sic et psalmus habet ad tristitiam. Psalmus namque canore modulatus, animi ægritudines amputat; mœrorem radicitus exscindit; perturbationes abstergit; luctus sedat; sollicitudines curat; dolore fatigatos recreat; peccatores ad compunctionem exstimulat; ad pietatem excitat; deserta, urbium frequentia auget; urbes componit; monasteria conflat; virginitatem documento tradit; mansuetudinem edocet; charitatem sancit; paupertatis studium beatum prædicat; ad patientiam comparat; in cœlum sublimes tollit; Ecclesiam frequenti hominum conventu opplet; sacerdotem sanctum efficit; fugat dæmones; futura prophetat; mysteria prænuntiat; Trinitatem promulgat, dicens: *Dixit Dominus Domino meo, Sede a dextris meis, donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum* [50]. Consessorem Filium prædicavit: non ignominioso ministri nomine Unigenitum notavit. Quam sane ob causam nuper beatus David, indefatigabilem decantans na-

ΛΟΓΟΣ Β'.

Εἰς τὴν ἐνανθρώπησιν τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, καὶ εἰς τὰς ἐπαρυστρίδας.

Α'. Καλὴ μὲν ἡ τῶν ψαλμῶν λύρα· θεόπνευστος ἡ τοῦ Πνεύματος κιθάρα· τερπνὸν καὶ φοβερὸν τὸ τῆς προφητείας ᾆσμα· σωτήριος ἀεὶ ἡ ψαλμῳδία, τὰ πάθη κοιμίζουσα τῇ μελῳδίᾳ. Ὅπερ γάρ ἐστιν ἀκάνθαις δρεπάνη, τοῦτο γίνεται καὶ λύπῃ ὁ ψαλμός. Ψαλμὸς γὰρ μελῳδούμενος ἐκτέμνει ἀθυμίας· ῥιζοτομεῖ τὰς λύπας· ἀποσπογγίζει τὰ πάθη· κοιμίζει τοὺς θρήνους· χειρουργεῖ τὰς φροντίδας· ψυχαγωγεῖ τοὺς ἐν ὀδύναις· ἁμαρτωλοὺς κατανυγεῖ· ἐξυπνίζει πρὸς εὐσέβειαν· ἐρημίας πολίζει· τὰς πόλεις σωφρονίζει· συγκροτεῖ μοναστήρια· παρθενίαν ὑπαγορεύει· πραότητα ἐκδιδάσκει· νομοθετεῖ ἀγάπην· μακαρίζει φιλοπτωχίαν· πρὸς ὑπομονὴν ἀλείφει· εἰς οὐρανοὺς μετεωρίζει· στενοχωρεῖ Ἐκκλησίαν· ἁγιάζει ἱερέα· δαίμονας φυγαδεύει· προφητεύει τὰ μέλλοντα· μυστήρια προκηρύττει· νομοθετεῖ τὴν Τριάδα, λέγων· *Εἶπεν ὁ Κύριος τῷ Κυρίῳ μου· κάθου ἐκ δεξιῶν μου, ἕως ἂν θῶ τοὺς ἐχθρούς σου ὑποπόδιον τῶν ποδῶν σου.* Σύνθρονον τὸν Υἱὸν ἐκήρυξεν, οὐ λειτουργὸν τὸν ὁμοούσιον ἐστηλίτευσε. Διὰ τοῦτο γὰρ ἀρτίως ὁ μακάριος Δαβὶδ τὴν ἀκάματον φύσιν, τὴν παντοδύναμον οὐσίαν, τὴν ἀῤῥητον βούλησιν, τὴν μὴ βραδύνουσαν χάριν, τὸν αὐθέντην δημιουργὸν, τὸν αὐτεξούσιον Υἱὸν, τὸν ὑπο-

[49] Ezech. XLIV, 1, 2. [50] Psal. CIX, 5.

cum affert Damascenus epistola *De trisagio*, quem Theopaschitæ objicerent, aliter legentes ac habeant modo codices: nempe ter repetitam vocem ἅγιος· ut neque illa littera improbanda sit, sed duntaxat hæreticorum malus usus, ac quod vellent, ita in Filium referri hoc canticum, ut non etiam referatur in Patrem et Spiritum sanctum; quod falsum liquet ex aliis aliisque locis Scripturæ, quibus alia aliaque persona apparuisse dicitur.

(22) *Aperui, ut homo.* Sic ipse exposuerim: ut spectata quidem naturæ humanæ conditione, Dominus vulvam aperturus esset; at non tamen aperuerit potentia deitatis, ad quam claustra ipsa perinde habent ac si aperta essent: quæ est etiam expositio Amphilochii.

(23) Edidit Riccardus ex antiquo Cryptæferratensi codice, stilo scommatico ac polemico in Judæos, sive etiam Judæorum nomine in asseclas Nestorianos: totam Procli, ut patet ex crebro usu vocis μορφὴ et σχῆμα, ἀντὶ φύσεως quem sanctus Ephræmius apud Photium ipsi tribuit.

(24) Leg. cum aliis ἀφθάρτως.

ταγῆς ἐλεύθερον Θεὸν, τὸν μὴ κελευόμενον Δεσπότην, ἀνυμνῶν ἐβόα· Ὡς ἐμεγαλύνθη τὰ ἔργα σου, Κύριε! πάντα ἐν σοφίᾳ ἐποίησας. Αἰσχυνέσθωσαν Ἄρειος, καὶ Εὐνόμιος, Μακεδόνιός τε καὶ Νεστόριος, τὸ τετράπωλον τοῦ διαβόλου ἅρμα· οἱ τῶν αἱρέσεων σκόπελοι· αἱ τῆς βλασφημίας σπιλάδες· τὰ τῶν ψυχῶν ναυάγια· αἱ τῆς δυσσεβείας ὕφαλοι πέτραι· οἱ πονηροὶ τῆς Τριάδος ζυγοστάται· ἀκουσάτωσαν τοῦ Δαβὶδ λέγοντος· Ὡς ἐμεγαλύνθη τὰ ἔργα σου, Κύριε! πάντα ἐν σοφίᾳ ἐποίησας. Ὁ Δαβὶδ τὰ ἔργα μεγαλύνει, καὶ οἱ βλάσφημοι τὸν κτίστην σμικρύνουσι. Πάντα γὰρ θαυμαστὰ καὶ παράδοξα, τὰ τοῦ Δεσπότου Χριστοῦ· Θεοῦ γάρ ἐστι Λόγου τεράστια, καὶ γλώττης τάχος νικῶντα· ἰσχὺν δὲ τοῦ δημιουργήσαντος παριστῶντα. A

turam, omnipotentem substantiam, insuperabilem voluntatem, celerem gratiam, suapte auctoritate conditorem, sui juris Filium, Deum nullius ditioni subjectum, Dominum nullius imperio mancipatum, claro præconio dicebat : *Quam magnificata sunt opera tua, Domine! omnia in sapientia fecisti* [31]. Confundantur Arius et Eunomius, Macedoniusque et Nestorius, quadrijugis diaboli currus, hæresum scopuli, blasphemiarum cautes, animarum naufragia, impietatis subdola saxa, Trinitatis mali pensitatores : audiant Davidem dicentem : *Quam magnificata sunt opera tua, Domine! omnia in sapientia fecisti.* David opera magnificat; blasphemique, creatoris gloriæ detrahunt. Omnia namque Christi Domini opera, mira plane sunt ac nova : siquidem Dei Verbi sunt prodigia; eaque, ut et linguam quantumcunque expeditam superent, et conditoris potentiam exprimant.

Β'. Πάντα ἐν σοφίᾳ ἐποίησεν ὁ Δεσπότης. Ἀγγέλους ἐκ μὴ ὄντων παρήγαγεν· ἔνευσε, καὶ ἡ κτίσις οὐκ ἐβράδυνεν· ἐκέλευσε, καὶ τὸ φῶς ἐκ σκότους ἀνέτειλε, τὸν οὐρανὸν ὡσεὶ καμάραν ἐστερέωσε· τὴν δὲ γῆν ἐκ τοῦ βάθους διαλελυμένην ἀνέσπασε, τὸν ἥλιον ὡς νυμφίον ἐκόσμησε· τὴν δὲ σελήνην, διὰ τὴν χρείαν ποικίλως ἐσχημάτισε, δήμους ἀστέρων ἐκ φωτὸς ἐχάλκευσε· καὶ τὴν συμφωνίαν τῶν μαχομένων στοιχείων ἐχαρίσατο· [πῦρ, ὕδωρ·] ἡ γῆ ποταμοὺς ἀναβλύζει, καὶ ὁ ἀὴρ μετεωρίζει τὰ βάρη· καὶ τὴν ἐναντιότητα, ἡ τέχνη αὐτοῦ εἰς φιλίαν ἐκέρασεν. Εἶπω τὸ μυστήριον. Θεὸς ὢν, *ἐπὶ τῆς γῆς ὤφθη*, καὶ διὰ Παρθένου ἔνδα παρῆν ἐπεδήμησε· καὶ ὁ τόκος αὐτὸν οὐκ ἠλάττωσε, καὶ ἡ ὠδὶς τὴν ἄκτιστον φύσιν οὐκ ἠλλοίωσεν· ἀλλὰ κτιστὴ μορφὴ τὸν κτίστην ἐσχημάτισε, καὶ τὸν ἀχώρητον σαρκωθέντα ὁ κόσμος ἐχώρησε. Γενόμενος ἄνθρωπος χωρὶς ἁμαρτίας, διὰ ξύλου τὴν φύσιν ἡμῶν ἀπὸ τῆς ἁμαρτίας ἠλευθέρωσε· διὰ τάφου θάνατον ἐνέκρωσε· διὰ ὕδρεως δόξαν ἐγεώργησεν· ἐν ποταμῷ τὸ τῆς κολυμβήθρας μυστήριον ἐσκιογράφησε. Καὶ ὅτι Θεὸς ἦν ὁ Χριστὸς, ἐμαρτύρησεν ἀρτίως ἡ θάλασσα, καὶ οἱ ἄνεμοι, καὶ οἱ δαίμονες. Τῆς μὲν γὰρ ἡ ζάλη κατηυνάζετο· τῶν δὲ ἀνέμων ἡ βία ἐκοιμίζετο· οἱ δὲ δαίμονες ἀοράτως ἐμαστίζοντο. Καὶ ἐμαρτύρει τὰ στοιχεῖα τῇ δυνάμει τοῦ παρόντος, ὅτι τοῦτον ἐφοβήθησαν, περὶ οὗ ὁ προφήτης ἐν ψαλμοῖς ἐβόα· *Εἶδόσάν σε τὰ ὕδατα, ὁ Θεὸς, καὶ ἐφοβήθησαν.* B C

II. Omnia in sapientia fecit Dominus. Ex nihilo angelos produxit : annuit, et creatura nihil morata adfuit; jussit, et lux e tenebris eluxit. Cœlum sicut cameram firmavit [32]; terram autem ab alto diremptam gurgite extraxit. Solem tanquam sponsum exornavit [33]; lunam vero utilitatis ergo variata mutatione efformavit. Stellarum multitudinem ex luce fabricavit; pugnaciumque elementorum concordiam donavit. Ignem temperat aqua (25); terræ visceribus scaturiunt flumina : aer gravia elevat; contrariaque ac pugnantia, ejus ars mutuo amicitiæ fœdere copulavit. Pandam mysterium. Deus cum esset, *in terris visus est* [34]; ac per Virginem eo advenit, ubi jam aderat; nihil partu diminutus est; nec editio increatam naturam quidquam immutavit, sed creata forma creatorem formavit, ac eum qui capi non potest, mundus indutum carne cepit ac comprehendit. Factus homo sine peccato [35], per lignum humanam naturam a peccato liberavit; per sepulcrum interemit mortem; per contumeliam gloriam captavit : in flumine, lavacri sacramentum adumbravit. Christum porro Deum esse, suo modo testimonio (26), mare et venti dæmonesque comprobarunt. Nam maris quidem procella sopiebatur; ventorum impetus sedabatur, dæmonesque invisibili ratione excruciabantur [36]. Elementa ejus qui aderat potentiam contestatam reddebant, quod eum timuerint, de quo propheta in Psalmis clara voce dicebat : *Viderunt te aquæ, Deus, et timuerunt* [37].

Γ'. Οὕτως πάντα ἐν σοφίᾳ ἐποίησεν ὁ Δεσπότης· κωφευούσῃ γὰρ τῇ κτίσει, γλῶτταν ἐχαρίσατο, τὸν D

III. Vere omnia in sapientia fecit Dominus. Muta siquidem cum esset creatura, linguam ei largitus est,

[31] Psal. CIII, 24. [32] Isa. XL, 22. [33] Psal. XVIII, 6. [34] Bar. III, 38. [35] Hebr. IV, 15. [36] Matth. VIII, 23; Luc. VIII, 23. [37] Psal. LXXVI, 17.

(25) *Ignem temperat aqua.* Haud dubium desiderari vocem aliquam; nec enim duæ illæ voces, πῦρ, ὕδωρ sic absolute cohærent; nec quis facile possit sanare locum absque novo codice.

(26) *Suo modo testimonio*, ἀρτίως ἐμαρτύρησεν. Bene Riccardus futurum μαρτυρήσει, mutavit præterito. Porro indicat Proclus, paulo ante lectum fuisse Evangelium Matth. VIII, 23, sive Luc. VIII, 23, de sedata maris tempestate ac expulsis dæmonibus : ut hoc indicio haberi possit certum tempus habitæ hujus orationis; nona scilicet dominica ab indictione, qua etiam exstat Ceramei homilia. Liquet vero ex his et similibus, ut non esset unius Ecclesiæ Hierosolymitanæ traditio, ut post lectum Evangelium inter Missarum solemnia haberetur concio; quo Wastelius argumento hinc inde monumenta Chrysostomo inscripta, Joanni suo ac Hierosolymitano minus solida veritate nititur asserere.

nempe hominem ; protoplasti uterum, terræ virginis pulverem effecit. Quemadmodum enim in utero demittitur semen ; effingitur corpus ; informatur lutum ; animatur caro ; constituitur animal ; exsilit qui est ad imaginem(27); paritur ratio ; manetque nihilominus testis expers efformatio, ac generatio inexplicabilis : sic in protoplasto Adam, pro matrice, divinæ fuerunt manus ; pro semine, terrenus pulvis; pro mensibus, conditoris æternitas; pro doloribus, fictoris impatibilitas ; pro partu, divina insufflatio ; pro lacte, paradisi fons ; pro alimento, mensa nullo labore comparata ; pro forma, principis exemplaris imago ; pro dignitate, immortalitas per gratiam ; pro subditis, una cum eo fictum animal. Ac partus quidem, qualis erat formatio, exstitit ; eumque molestia nulla violavit aut infecit. Erubescant Judæi, qui virginalem partum insectantur ac irrident, dicentes : Si virgo peperit, nequaquam virgo permansit. Miser ac infelix : Adam in mundum productus est, nec ulla molestia aut labes efformatum infecit : Deoque carne nato, partus corruptionem sustinere debuerit? Idcirco enim Christus Dominus secundus Adam secundum carnem dictus est quoniam is qui præcessit, primus Adam Christi Domini figura fuit. Nimirum lutum adumbravit figulum. Adamum autem Christi figuram gessisse, audi ex beato Paulo dicente : *Regnavit mors ab Adam usque ad Moysen, etiam in eos qui non peccaverunt in similitudinem prævaricationis Adæ ; qui est forma futuri* [58]. Quemadmodum vero Adamus, Christi Domini figura fuerit secundum carnem, accipe. Servus, naturæ principium (28); Dominus interminabilis principium vitæ. Efformarunt illum divinæ manus ; hic, qua novit ipse ratione, carnem sibi adjunxit. Ille ad imaginem factus est ; hic ipsa est increata imago. Ille per insufflationem animatus est; hic in servi forma visus est. Illius domus est paradisus; hujus, cœlum sedes est. Ille lingua est creaturæ; hic, caput Ecclesiæ. Ille manum in arborem extendit, mortemque decerpsit [59-60]; hic manus in cruce expandit, mundumque in ulnas accepit : ac clamat in Evangeliis : *Cum exaltatus fuero, omnia traham ad me ipsum* [1-60]. Ille mulierem habuit insidiatricem ; hic in thalamum habuit Virginem. Adamo dormienti adempta fuit costa [61], atque ex ea ædificata mulier, nec quidquam Adamo defuit ; Christo carne crucifixo atque

ἄνθρωπον λέγω· καὶ μήτραν τοῦ πρωτοπλάστου, τὸν χοῦν ἐποίησεν ἐκ γῆς ἀγεωργήτου. Ὥσπερ γὰρ ἐν μήτρᾳ καταβάλλεται σπέρμα· διαπλάττεται σῶμα· μορφοῦται ὁ πηλός· ψυχοῦται ἡ σάρξ· ἀποτελεῖται τὸ ζῶν· σκιρτᾷ ὁ κατ' εἰκόνα· τίκτεται ὁ λόγος, καὶ ἀμάρτυρος μένει ἡ διάπλασις, ἀνερμήνευτος δὲ ἡ γέννησις· οὕτως καὶ ἐπὶ τοῦ πρωτοπλάστου Ἀδάμ· ἀντὶ μήτρας, αἱ θεῖαι γεγόνασι χεῖρες· ἀντὶ σπέρματος, ὁ γήϊνος χοῦς· ἀντὶ μηνῶν, τὸ ἄχρονον τοῦ ποιήσαντος· ἀντὶ ὠδίνων, τὸ ἀπαθὲς τοῦ πλάσαντος· ἀντὶ τόκου, τὸ θεῖον ἐμφύσημα· ἀντὶ γάλακτος, ἡ πηγὴ τοῦ παραδείσου· ἀντὶ τροφῆς, ἡ ἄμοχθος τράπεζα· ἀντὶ μορφῆς, ἡ εἰκὼν τοῦ ἀρχετύπου· ἀντὶ ἀξιώματος, τὸ κατὰ χάριν ἀθάνατον· ἀντὶ ὑπηκόων, τὸ συμπλασθὲν ζῶων. Καὶ γέγονε μὲν ὁ κατὰ διάπλασιν τόκος· κάματος δὲ, τὸν τόκον οὐχ ὕβρισεν. Αἰσχυνέσθωσαν Ἰουδαίων παῖδες, οἱ τὴν παρθενικὴν ὠδῖνα διασύροντες, οἱ λέγοντες· Εἰ ἔτεκε παρθένος, οὐκ ἔμεινε παρθένος. Ἄθλιε καὶ ταλαίπωρε, ὁ Ἀδὰμ εἰς τὸν κόσμον παρῆχθη, καὶ κάματος τὴν διάπλασιν οὐχ ὕβρισεν· ὁ Θεὸς κατὰ σάρκα ἐγεννήθη, καὶ φθορὰν ὁ τόκος ὑπέμεινε; Διὰ τοῦτο γὰρ καὶ δεύτερος Ἀδὰμ κατὰ σάρκα ὁ Δεσπότης Χριστός· ἐπειδὴ ὁ προλαβὼν Ἀδὰμ τύπος τοῦ Δεσπότου Χριστοῦ. Ἐσκιογράφησεν ὁ πηλὸς τὸν κεραμέα. Ὅτι δὲ τύπος ἦν, ἄκουε τοῦ μακαρίου Παύλου λέγοντος· *Ἐβασίλευσεν ὁ θάνατος ἀπὸ τοῦ Ἀδὰμ μέχρι Μωϋσέως, καὶ ἐπὶ τοὺς μὴ ἁμαρτήσαντας ἐπὶ τῷ ὁμοιώματι τῆς παραβάσεως Ἀδὰμ, ὅς ἐστι τύπος τοῦ μέλλοντος.* Καὶ ὅπως τύπος ἦν ὁ Ἀδὰμ τοῦ Δεσπότου Χριστοῦ κατὰ σάρκα, ἄκουε· Ὁ δοῦλος, φύσεως ἀρχή· ὁ Δεσπότης, ἀρχὴ ζωῆς τέλος μὴ ἐχούσης. Ἐκεῖνον αἱ θεῖαι χεῖρες ἔπλασαν· οὗτος, ὡς οἶδεν, ἑαυτὸν ἐσάρκωσεν. Ἐκεῖνος γέγονε κατ' εἰκόνα· οὗτος, εἰκὼν ἄκτιστος. Ἐκεῖνος δι' ἐμφυσήματος ἐψυχώθη· οὗτος ἐν δούλου μορφῇ ὤφθη. Ἐκείνου ὁ παράδεισος οἶκος· τούτου ὁ οὐρανὸς θρόνος. Ἐκεῖνος γλῶττα τῆς κτίσεως· οὗτος, κεφαλὴ τῆς Ἐκκλησίας. Ἐκεῖνος τὴν χεῖρα εἰς δένδρον ἐξέτεινε, καὶ θάνατον ἐτρύγησεν· οὗτος τὰς χεῖρας ἥπλωσεν ἐν τῷ σταυρῷ, καὶ τὸν κόσμον ἐνηγκαλίσατο· καὶ βοᾷ ἐν Εὐαγγελίοις· *Ὅταν ὑψωθῶ, πάντας ἑλκύσω πρὸς ἐμαυτόν.* Ἐκεῖνος γυναῖκα ἔσχεν ἐπίβουλον· οὗτος Παρθένον ἔσχε θάλαμον. Τοῦ Ἀδὰμ καθεύδοντος ἡ πλευρὰ ἀφῃρέθη, καὶ ὡκοδομήθη ἡ γυνὴ, καὶ τῷ Ἀδὰμ οὐδὲν ἔλειψε· τοῦ Δεσπότου Χριστοῦ κατὰ σάρκα σταυρωθέντος καὶ ταφέντος, τῇ

[58] Rom. v, 14. [59-60] Gen. III, 6. [1-60] Joan. XII, 34. [61] Gen. II, 21.

(27) *Exsilit qui est ad imaginem*, σκιρτᾷ ὁ κατ' εἰκόνα· Ipse nimirum animus; quod sequenti membro magis explicat, τίκτεται ὁ λόγος· *ratio paritur*. Fuit forte in ea opinione, ut anima rationalis ac λόγος, vere exiret ac educeretur e materia sic disposita, a qua nec alii quidam æquales abhorruerunt : quanquam fuit tandem ab Ecclesia proscripta. Non licet, aut libet alias opiniones quas subinde Proclus indicat, adnotare, in quibus præsertim nihil est periculi, tametsi est aliquid novi, ac a nostrorum ac modernorum philosophia abhorrentis, ut paulo ante, de formatione stellarum ex lumine.

(28) *Naturæ principium*, φύσεως ἀρχή. Nihil his Procli clarius. Prosequitur enim, quibus conveniat Adamum inter et Christum, ut ille hujus figura fuit : quare valde ridicula Riccardi conjectura, ut loco φύσεως, sit legendum φθίσεως· pro *naturæ*, *corruptionis*; atque ab eo auctor Christi ac Adami comparationem inchoaverit, in quo illi maxime videntur contrarii. Adamus ergo naturæ principium, ut caput generis ; eoque figura Christi, qui principium est ac auctor vitæ æternæ, caput ipse prædestinatorum.

αἵματι αὐτοῦ ἡ Ἐκκλησία ἐξηγοράσθη, καὶ τῆς Θεότητος αὐτοῦ πάθος οὐχ ἥψατο. A

sepulto, ejus sanguine redempta fuit Ecclesia; passio tamen haudquaquam ejus Divinitatem tetigit.

Δ'. Ἀλλὰ ζητούμενόν ἐστι, τίνος ἕνεκεν μὴ ἐγρηγορότος τοῦ Ἀδὰμ, ἀλλὰ καθεύδοντος ἁφῃρέθη ἡ πλευρὰ, καὶ ἀνῳκοδομήθη ἡ γυνή. Οὐκ ἐχρῆν μᾶλλον ἐγρηγορηκότος, ὥστε μαρτυρεῖν τῇ διαπλάσει, καὶ ἐκπλήττεσθαι τὴν τέχνην, καὶ δοξολογεῖν τὴν σοφίαν τοῦ ποιήσαντος· πῶς ἐκ πηλοῦ ἐγένοντο νεῦρα καὶ σάρκες, ὀστέων ἁρμολογία καὶ λεπτότης τριχῶν; Ἀλλ' οὐ συνεχώρησεν ὁ Θεὸς ταῦτα διὰ δύο πράγματα· πρῶτον μὲν, ἵνα μὴ ἀφαιρούμενος ἀλγήσῃ, καὶ ἀλγήσας μισήσῃ τὴν γυναῖκα· καὶ γένηται αὐτῷ δυσμενὴς ἡ ὁμόφυλος· δεύτερον δὲ, ὃ μεῖζόν ἐστι καὶ θειότερον· ᾔδει ὁ Θεὸς ὅτι φιλόνεικον ζῶον ὁ ἄνθρωπος, καὶ ὅτι διαπλασθεὶς αὐτεξούσιος ἐστίν· ἵνα μὴ οὖν ἄρξηται καὶ Θεοῦ τόκον πολυπραγμονεῖν, ἐπιβάλλει αὐτῷ ὕπνον, χαλινῶν τὴν τόλμαν, μονονουχὶ λέγων πρὸς αὐτόν· Εἰ τῆς ὁμοφύλου τὴν ἀνάπλασιν ἰδεῖν οὐ συνεχωρήθης, τὴν ἄῤῥητον τοῦ Θεοῦ δύναμιν, καὶ τὴν ἀκατάληπτον γέννησιν μὴ τολμήσῃς πολυπραγμονεῖν. Πῶς μὲν ἄνθρωπος γεννᾶται, νοῆσαι οὐ δύνασαι, Θεοῦ δὲ οἰκονομίαν ζητήσειν δύνῃ; B

IV. Verum investigandum est, cur non vigilante Adamo, sed dormiente, costa ei ablata sit, ac ex ea ædificata mulier? Nonne satius erat ac commodius, eo pervigile fieri, ut formationis testis foret, artisque admiratione defixus, conditoris sapientiam summis laudibus celebraret: ut nimirum ex luto facti essent nervi carnesque, ac apta illa ossium compago pilorumque tenuitas? Verum non permisit Deus ita fieri duplici ex causa: primo, ne cui costa adimebatur indolesceret, atque indolescens mulierem odio haberet, fieretque ei invisa, quæ gentilis ac agnata esset. Tum vero, quod sublimius est ac divinius: Noverat Deus hominem esse animal pugnacis contentionis acerrime cupidum, ac statim formatum, sui juris ac potestatis futurum: quocirca, ne Dei ipsum partum curiose nimis perscrutari inciperet, immittit ei somnum, quo quasi freno audaciam compesceret; vix non talia ad eum dicens: Si agnatæ formationem minime licuit conspexisse, ne præsumas ineffabilem Dei potentiam incomprehensibilemque generationem curiose investigare. Non potes perspicere animo, qua homo ratione generetur: divinæque incarnationis mysterium rimari poteris ac intelligere?

Ε'. Ἀλλ' ὁρῶ ὑμᾶς στενοχωρουμένους, καὶ βέλτιον ἐνθάδε κατευνάσαι τὸν λόγον· εἰ δὲ βιασταί ἐστε, τῶν βιαζομένων δέ ἐστιν ἡ βασιλεία, προσθήσω τοῖς εἰρημένοις. Εἰκὸς τῶν Ἰουδαίων τινὰ παρεῖναι ἐνταῦθα, καὶ ἐν τῷ ἀμπελῶνι τοῦ Χριστοῦ λανθάνειν τὴν ἀλώπεκα τῆς Ἰουδαίας, καὶ μετὰ τὸ ἀπολυθῆναι τὴν ἐκκλησίαν, στήκειν ἔξω καὶ σκώπτειν τοὺς λόγους, καὶ λέγειν τοιαῦτα· Διά τί, Χριστιανοὶ, καινοτομεῖτε ταῦτα, καὶ κομπάζετε ἐπὶ πράγμασιν ἀναποδείκτοις; Θεὸς ἐπὶ γῆς ὤφθη ποτέ; οὐδέποτε ἄλλοτε, εἰ μὴ μόνον ἐπὶ Μωϋσέως. Ἀλλὰ τότε οὐδὲ ὤφθη, ὦ Ἰουδαῖε· καὶ τούτου μάρτυς αὐτὸς ὁ Μωϋσῆς λέγων οὕτως· *Πρόσεχε σαυτῷ, καὶ συμβιβάσεις εἰς τὴν καρδίαν σου πάντας τοὺς λόγους, οὓς ἑωράκασιν οἱ ὀφθαλμοί σου· καὶ διδάξεις τοὺς υἱούς σου, καὶ τοὺς υἱοὺς τῶν υἱῶν σου· μνήσθητι τὴν ἡμέραν Κυρίου τοῦ Θεοῦ σου, τὴν ἡμέραν τῆς ἐκκλησίας, ὅτε ἐλάλησε Κύριος πρὸς με, λέγων· Ἐκκλησίασον πρός με τὸν λαὸν, καὶ ἀκούσωσι τὰ ῥήματά μου, καὶ διδάξουσιν αὐτὰ τοὺς υἱοὺς αὐτῶν. Καὶ προσήλθετε, καὶ ἐστητε ὑπὸ τὸ ὄρος τὸ Σινᾶ· καὶ τὸ ὄρος ἐκαίετο πυρὶ ἕως τοῦ οὐρανοῦ· καὶ ἠκούσατε τὴν φωνὴν τοῦ Κυρίου τοῦ Θεοῦ ὑμῶν ἐκ μέσου τοῦ πυρός· φωνὴν ῥημάτων ἠκούσατε, καὶ ὁμοίωμα οὐκ ἴδετε.* Ἃ τοίνυν οὐκ εἶδες, τί κομπάζεις ἑωρακέναι; Τί οὖν μοι, φησὶ, προσφέρεις, ὅτι ἠδύνατο γυνὴ γεννῆσαι Θεόν; Εἰς τοῦτο γάρ σοι λέγω· ὅτι οὐ λέγω σοι ὅτι ἠδύνατο γυνὴ Θεὸν γεννῆσαι, ἀλλ' ὅτι ἠδύνατο Θεὸς σαρκωθεὶς γεννηθῆναι ὑπὸ γυναικός· πάντα γὰρ αὐτῷ δυνατά. Ὅμως εἰ ἀπιστεῖς, ὦ Ἰουδαῖε, τοῖς ἐμοῖς λόγοις, ἐντρέπου τὰς τῶν προφητῶν βίβλους· ἔγκυψον ἐν αὐταῖς, καὶ βλέπε ὅλον τὸ μυστή- C D

V. Cæterum coarctari vos video: proinde satius foret hic sermonem abrumpere. At si vim facitis, cum cœlorum regnum eorum sit qui vim faciunt [43], dictis aliquid addam. Verisimile plane est adesse hic aliquem Judæum, atque in vinea Christi, Judaicam delitescere vulpem; atque adeo dimissa concione foris constitutum, cœpturum sermones joco cavillari, taliaque effutire: Ut quid, o Christiani, nova hæc designatis, quæve demonstrari ac probari haudquaquam possunt, tumide temereque jactatis? Deusne in terris aliquando visus est? Nunquam sane, nisi tempore duntaxat Moysis. Atqui ne tunc quidem, o Judæe, visus est: hujusque rei testis esto idem ipse Moyses, qui sic ait: *Attende tibi ipsi, et colligendo conferes in corde tuo omnia verba quæ viderunt oculi tui: et ea docebis filios tuos, et filios filiorum tuorum. Recordare diei Domini Dei tui, diei concionis, quando locutus est Dominus ad me dicens: Convoca ad me populum, et audiant vocem meam, et docebunt filios suos. Et accessistis, et stetistis sub monte Sinai: et mons conflagrabat igni usque ad cælum: et audistis vocem Domini Dei vestri de medio ignis. Vocem verborum audistis, et similitudinem non vidistis* [44]. Quid ergo te vidisse jactas, quæ non aspectasti? Quid hoc igitur, inquit, mihi ingeris? potuisse scilicet mulierem Deum generare? Ad id plane respondeo, me quidem nequaquam dixisse, Mulierem generare potuisse Deum, sed utique Deum incarnatum a muliere generari; siquidem omnia ei possibilia sunt [45]. At certe, o Judæe, si meis verbis fidem non habes, reverere libros prophetarum: illis incumbe, totumque divinum mysterium in eis exaratum vide: universum illic Virgi-

[43] Matth. xi, 12. [44] Deut. iv, 9-12. [45] Matth. xix, 26.

nis miraculum adumbratum cerne. Ait namque prophetа : *In die illa dicit Dominus omnipotens* (prophetiam prius referam : deinde vero interpretationem addam) : *In die illa dicit Dominus omnipotens, advocabit homo proximum suum subter vitem suam, et subter ficum suam* [45]. *Et convertit me* (29), inquit, *angelus qui loquebatur in me : et suscitavit me, sicut suscitari solet homo de somno suo, et dixit ad me : Quid tu vides? Et dixi : Vidi, et ecce candelabrum aureum totum, et lampas super ipsum, et septem lucernæ, et septem infusoria, et duæ olivæ desuper. Et interrogavi angelum, et dixi : Quid sunt hæc, Domine? Et dixit mihi : Non cognoscis quid sunt hæc? Et dixi : Non, Domine. Et respondit angelus qui loquebatur in me, et dixit : Hic est Sermo Domini* [46]. *O altitudo divitiarum cum sapientiæ tum scientiæ Dei* [47]! Legimus prophetiam, interpretationem adjungamus.

ριον θεολογούμενον· βλέπε ὅλον τὸ παρθενικὸν θαῦμα σκιαγραφούμενον. Καὶ γὰρ λέγει ὁ προφήτης· *Ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ λέγει Κύριος παντοκράτωρ·* πρῶτον ἀναγινώσκω τὴν προφητείαν, καὶ τότε λέγω τὴν ἑρμηνείαν. *Ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ, λέγει Κύριος παντοκράτωρ, προσκαλέσεται ἄνθρωπος τὸν πλησίον αὐτοῦ ὑποκάτω ἀμπέλου αὐτοῦ καὶ ὑποκάτω συκῆς αὐτοῦ. Καὶ ἐπέστρεψέ με,* φησίν, *ὁ ἄγγελος ὁ λαλῶν ἐν ἐμοὶ, καὶ ἐξήγειρέ με, ὃν τρόπον ἐξεγείρεται ἄνθρωπος ἐκ τοῦ ὕπνου αὐτοῦ· καὶ εἶπε πρός με· Τί σὺ βλέπεις; καὶ εἶπον· Ἑώρακα, καὶ ἰδοὺ λυχνία χρυσῆ ὅλη, καὶ τὸ λαμπάδιον ἐπάνω αὐτῆς, καὶ ἑπτὰ λύχνοι, καὶ ἑπτὰ ἐπαρυστρίδες, καὶ δύο ἐλαῖαι ἐπάνω. Καὶ ἐπηρώτησα τὸν ἄγγελον, καὶ εἶπον· Τί ἐστι ταῦτα, Κύριε; καὶ εἶπέ μοι· Οὐ γινώσκεις τί ἐστι ταῦτα; καὶ εἶπον· Οὐχὶ, Κύριε· καὶ ἀπεκρίθη ὁ ἄγγελος ὁ λαλῶν ἐν ἐμοὶ, καὶ εἶπεν· Οὗτος ὁ Λόγος Κυρίου. Ὦ βάθους* [καὶ] *πλούτου, καὶ σοφίας, καὶ Θεοῦ γνώσεως!* Ἀνέγνωμεν τὴν προφητείαν, ἐπαγάγωμεν τὴν ἑρμηνείαν.

VI. *In die illa dicit Dominus omnipotens.* In qua die, o propheta? In die incarnationis, quando Virgo cœli quamdam speciem prætulit : quando ex utero prosilierunt radii : quando sol incarnatus e matrice prorupit : quando lux humanam figuram induit : quando partus ejus qui nascebatur, non initium, sed ortus fuit. *Et convertit me,* inquit, *angelus qui loquebatur in me : et suscitavit me, sicut quando homo excitatur a somno suo.* Quisnam angelus? Is qui læta faustaque annuntiavit Mariæ. Quis somnus? Legis tempus. Quandoquidem ut in somno palpebræ pupulas obtegunt, ita legis tempore velamen cor obtexerat. *Et dixit ad me : Quid tu vides? Et dixi : Vidi, et ecce candelabrum aureum totum.* Quid est ergo illud *candelabrum?* Sancta Maria. Cur autem *candelabrum?* Quia immateriale lumen, nempe Deum incarnatum, portavit. Ut quid vero *aureum totum?* Quia etiam post partum virgo permansit. Ait namque : *Porta hæc clausa erit. Non aperietur, et nullus transibit per eam, quoniam Dominus Deus Israel solus transibit per eam : et erit clausa, quoniam princeps et egredietur, et fores post se claudet* [48]. Uterum autem portam vocari, testatur Job dicens : *Cur non conclusit portas uteri mei* [49]? Et sicut candelabrum non est lucis causa, sed lucis vehiculum : ita etiam virgo non est ipsa Deus, sed Dei templum. *Et lampas,* inquit, *super ipsum.* Quidnam est *lampas?* Deus Verbum incarnatum, lumen orbis terræ, is qui dicit : *Ego sum lux mundi* [50]. Sicut autem in lampade materia flammam excipit, ita in mysterio ac incarnatione Deus servi formam suscepit. Et quemadmodum lampas splendorem ex alio demittit, ita Dominus e cœlis in terram ve-

Ϛ'. *Ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ λέγει Κύριος παντοκράτωρ.* Ἐν ποίᾳ ἡμέρᾳ, ὦ προφῆτα; Τῇ τῆς ἐνανθρωπήσεως, ὅτε Παρθένος οὐρανὸν ἐμιμήσατο· ὅτε ἐκ γαστρὸς ἐξεπήδησαν ἀκτῖνες· ὅτε ἐκ μήτρας προέκυπτε σαρκωθεὶς ἥλιος· ὅτε τὸ φῶς ἐσχηματίσθη ἀνθρωπείᾳ μορφῇ· ὅτε ὁ τόκος τοῦ τεχθέντος, οὐκ ἀρχὴ, ἀλλ' ἀνατολή. *Καὶ ἐπέστρεψέ με,* φησὶν, *ὁ ἄγγελος ὁ λαλῶν ἐν ἐμοὶ, καὶ ἤγειρέ με, ὃν τρόπον ὅταν ἐξεγείρεται ἄνθρωπος ἐκ τοῦ ὕπνου αὐτοῦ.* Τίς ὁ ἄγγελος; ὁ τὴν Μαριὰμ εὐαγγελισάμενος. Τίς ὁ ὕπνος; ὁ τοῦ νόμου καιρός. Ὥσπερ γὰρ ἐν τῷ ὕπνῳ τὸ βλέφαρον τὴν κόρην καλύπτει, οὕτως ἐν τῷ νόμῳ τὸ κάλυμμα τὴν καρδίαν ἐσκέπασε. *Καὶ εἶπεν πρός με· Τί σὺ βλέπεις; καὶ εἶπον· Ἑώρακα, καὶ ἰδοὺ λυχνία χρυσῆ ὅλη.* Τίς οὖν ἐστιν ἡ *λυχνία;* ἡ ἁγία Μαρία. Διὰ τί δὲ *λυχνία;* ἐπειδὴ τὸ ἄϋλον φῶς Θεὸν σαρκωθέντα ἐβάστασε. Διὰ τί δὲ *χρυσῆ ὅλη;* ἐπειδὴ καὶ μετὰ τόκον παρθένος ἔμεινε. Φησὶ γάρ· *Ἡ πύλη αὕτη κεκλεισμένη ἔσται· οὐκ ἀνοιχθήσεται, καὶ οὐδεὶς οὐ μὴ διέλθῃ δι' αὐτῆς, ὅτι Κύριος ὁ Θεὸς Ἰσραὴλ μόνος διελεύσεται δι' αὐτῆς· καὶ ἔσται κεκλεισμένη, διότι ὁ ἡγούμενος καὶ ἐξελεύσεται καὶ κλείσει τὰς θύρας ὄπισθεν αὐτοῦ.* Ὅτι δὲ ἡ γαστὴρ πύλη λέγεται, μάρτυς Ἰὼβ λέγων· *Διὰ τί οὐ συνέκλεισε πύλας γαστρός μου;* Καὶ ὥσπερ ἡ λυχνία οὐκ αὐτὴ φωτὸς αἰτία, ἀλλὰ φωτὸς ὄχημα, οὕτως καὶ ἡ Παρθένος, οὐκ αὐτὴ Θεὸς, ἀλλὰ Θεοῦ ναός. *Καὶ τὸ λαμπάδιον,* φησὶν, *ἐπάνω αὐτῆς.* Τί τὸ *λαμπάδιον;* ὁ σαρκωθεὶς Θεὸς Λόγος, τὸ φῶς τῆς οἰκουμένης, ὁ λέγων· *Ἐγώ εἰμι τὸ φῶς τοῦ κόσμου.* Καὶ ὥσπερ ἐν τῷ λαμπαδίῳ ἡ ὕλη φλόγα δέχεται, οὕτως ἐν τῷ μυστηρίῳ ὁ Θεὸς μορφὴν δούλου ἔλαβε. Καὶ ὥσπερ τὸ λαμ-

[45] Zach. III, 10. [46] Zach. IV, 1-6. [47] Rom. XI, 33. [48] Ezech. XLIV, 2, 3. [49] Job III, 10. [50] Joan. VIII, 12.

(29) *Et convertit me,* ἐπέστρεψέ με. Venit *stilit,* traxitque ad spectaculum ac visionem. Deest illud pronomen in LXX ubi redditur, *Et reversus est,* etc. Posset reddi : *et accurrit angelus,* etc. Gentianus Hervetus etiam reddit, *et convertit me,* in Quæstionibus Anastasii Nicæni.

πάδιον ἐξ ὕψους τὴν αὐγὴν καταλάμπει, οὕτως ὁ Δεσπότης ἐξ οὐρανῶν ἐπεδήμησε τῇ γῇ. Διὰ τοῦτο καὶ ὁ προφήτης ἐβόα· *Διὰ σπλάγχνα ἐλέους Θεοῦ ἡμῶν, ἐν οἷς ἐπεσκέψατο ἡμᾶς Ἀνατολὴ ἐξ ὕψους.*

A nit. Quocirca etiam clamabat propheta : *Per viscera misericordiæ Dei nostri, in quibus visitavit nos Oriens ex alto* [81].

Ζ'. *Καὶ τὸ λαμπάδιον, φησὶν, ἐπάνω, καὶ ἑπτὰ λύχνοι.* Τίνες οἱδε ἑπτὰ λύχνοι; οἱ κατὰ μέρος νόμοι. Πόθεν τοῦτο δῆλον; λέγει γὰρ ὁ Δαβίδ· *Λύχνος τοῖς ποσί μου ὁ νόμος σου, καὶ φῶς ταῖς τρίβοις μου.* Καὶ Σαλομών· *Ὅτι λύχνος ἐντολὴ νόμος* (30), *καὶ φῶς.* Ἐνταῦθα οὖν λέγει τοὺς ἑπτὰ νόμους. Ὅτι δὲ ἑπτὰ νόμοι ἦσαν, ἄκουε. Πρῶτος νόμος ὁ ἔμφυτος, περὶ οὗ φησιν ὁ Παῦλος· *Ὅταν γὰρ ἔθνη τὰ μὴ νόμον ἔχοντα, φύσει τὰ τοῦ νόμου ποιεῖ, οὗτοι νόμον μὴ ἔχοντες, ἑαυτοῖς εἰσι νόμος.* Δεύτερος νόμος, ὁ διὰ τῆς ὄψεως· ὃν γὰρ ὁ νόμος κηρύττει δημιουργὸν, τοῦτον ἡ ὄψις διὰ τῶν κτισμάτων πιστοῦται. *Ἐκ γὰρ μεγέθους, καὶ καλλονῆς κτισμάτων, ἀναλόγως ὁ γενεσιουργὸς αὐτῶν θεωρεῖται.* Τρίτος νόμος, ἡ ἐπὶ τοῦ ξύλου ἐντολή· καὶ βοᾷ ὁ ἀπόστολος Παῦλος· *Ὥστε ὁ μὲν νόμος ἅγιος, καὶ ἡ ἐντολὴ ἁγία, καὶ δικαία, καὶ ἀγαθή.* Τέταρτος νόμος, ὁ ἐπὶ τοῦ Νῶε, ἐν τῇ νεφέλῃ. Πέμπτος νόμος, ὁ ἐπὶ τοῦ Ἀβραὰμ, ὁ τῆς περιτομῆς. Ἕκτος, ὁ τοῦ γράμματος. Ἕβδομος, ὁ τῆς χάριτος· καὶ ὅτι δὲ ἡ χάρις νόμον ἔχει, ἄκουε πάλιν Παύλου λέγοντος· *Ἀλλήλων τὰ βάρη βαστάζετε, καὶ οὕτως ἀναπληρώσετε τὸν νόμον τοῦ Χριστοῦ.* Λέγει δὲ Ἡσαΐας· *Ἐκ Σιὼν ἐξελεύσεται νόμος, καὶ λόγος Κυρίου ἐξ Ἰερουσαλήμ.* Ἐνταῦθα οὖν λέγει ἑπτὰ λύχνους τοὺς ἑπτὰ νόμους. Ἐπειδὴ γὰρ ἦλθεν ὁ Χριστὸς ὅλους τοὺς νόμους πληρῶσαι κατὰ τὸν μακάριον Παῦλον, τὸν λέγοντα· *Πλήρωμα νόμου Χριστὸς εἰς δικαιοσύνην·* διὰ τοῦτο εἶπε τοὺς *ἑπτὰ λύχνους*, ἑπτὰ νόμους. Καὶ ἑπτὰ ἐπαρυστρίδες τινες εἰσί; τὰ ἑπτὰ τοῦ Πνεύματος χαρίσματα. Πόθεν τοῦτο δῆλον; λέγει μὲν Ἡσαΐας· *Ἐξελεύσεται ῥάβδος ἐκ τῆς ῥίζης Ἰεσσαὶ,* [*καὶ ἄνθος ἐκ ῥίζης*] *ἀναβήσεται, καὶ ἀναπαύσεται ἐπ' αὐτὸν πνεῦμα Κυρίου, πνεῦμα σοφίας καὶ συνέσεως· πνεῦμα βουλῆς καὶ ἰσχύος· πνεῦμα γνώσεως καὶ εὐσεβείας. Καὶ πνεῦμα φόβου Θεοῦ ἐμπλήσει αὐτόν· καὶ δύο ἐπαρυστρίδες, καὶ δύο ἐλαῖαι ἐπάνω.* Τίνες αἱ *δύο ἐλαῖαι;* αἱ δύο διαθῆκαι. Καὶ διὰ τί ταύτας εἶπεν ἐλαίας; ἐπειδὴ ὥσπερ ἡ ἐλαία ἀειθαλὲς ἔχει τὸ φύλλον, οὕτω καὶ αἱ δύο διαθῆκαι ἀπαύστους τὰς περὶ Χριστοῦ ἔχουσι μαρτυρίας.

VII. *Et lampas*, inquit, *desuper, et septem lucernæ.* Ecquid *septem lucernæ?* Peculiares totidem leges. Unde id constat? Nimirum quia ait David : *Lucerna pedibus meis, lex tua, et lumen semitis meis* [82]. Salomon item : *Lucerna mandatum legis, et lux* [83]. Hic itaque septem leges signat propheta. Quod autem fuerint septem leges, audi. Prima lex, est naturalis insita, de qua ait Paulus : *Cum enim gentes quæ legem non habent, naturaliter ea quæ legis sunt faciunt ejusmodi legem non habentes, ipsi sibi sunt lex* [84]. Secunda lex, est aspectabilis : quem enim lex prædicat conditorem, hunc aspectus per creaturas astruit ac probat. *A magnitudine enim et specie creaturarum, per proportionem, earum creator conspicitur* [85]. Tertia lex, est mandatum de ligno : ac Paulus apostolus alta voce prædicat : *Itaque lex quidem sancta, et mandatum sanctum, et justum, et bonum* [86]. Quarta lex est tempore Noe, in nube (31). Quinta tempore Abrahami, de circumcisione. Sexta, lex scripta. Septima, gratiæ. Quod autem etiam gratia legem habeat, audi rursum Paulum dicentem : *Alter alterius onera portate, et sic adimplebitis legem Christi* [87]. Isaias etiam ait : *De Sion exibit lex, et Verbum Domini de Hierusalem* [88]. Cum itaque hic septem lucernas dicit, septem intelligit leges. Nam quia Christus venit, ut adimpleret universas leges, juxta quod ait beatus Paulus : *Plenitudo legis Christus ad justitiam* [89] : idcirco septem leges, septem vocavit lucernas. Quidnam vero sunt *septem infusoria?* Septem Spiritus dona. Unde id liquet? Quia dicit Isaias : *Egredietur virga de radice Jesse, et flos de radice ascendet : et requiescet super eum Spiritus Domini; spiritus sapientiæ et intellectus; spiritus consilii et fortitudinis, spiritus scientiæ et pietatis, et replebit eum spiritus timoris Domini* [90]. *Et septem infusoria; et duæ olivæ desuper.* Ecquænam *duæ olivæ?* Duo testamenta. Quam ob causam vero hæc vocavit olivas? Quia sicut oliva semper virentia servat fólia : ita et duo testamenta sempiterna proferunt de Christo testimonia.

Η'. *Καὶ ἐπηρώτησα τὸν ἄγγελον, καὶ εἶπον· Τί ἐστι ταῦτα; καὶ εἶπεν ὁ ἄγγελος· Οὐ γινώσκεις τί ἐστι ταῦτα; καὶ εἶπον· Οὐχὶ, Κύριε. Τί λέγεις, ὦ προφῆτα; σὺ λέγεις, ὅτι Εἶδον λυχνίαν, καὶ λαμπάδιον, καὶ λύχνους, καὶ ἐπαρυστρίδας.* Πῶς οὖν ἐρωτᾷς ἃ εἶδες; Ναί· εἰκόνα γὰρ ἔβλεπον, καὶ θαῦμα ἠρεύνων, φησίν. Ὥσπερ γὰρ οἱ πλέοντες ἐν τῇ

VIII. *Et interrogavi angelum, et dixi : Quid sunt hæc? Et dixit angelus : Non cognoscis quid sunt hæc? Et dixi : Minime, Domine.* Quid ais, o propheta? Tu dicis : *Vidi candelabrum, et lampadem, et lucernas, et infusoria.* Ut quid ergo ipsa quæ vidisti, interrogas? Utique : Imaginem enim videbam, inquit, et miraculum perscrutabar. Ut enim ii qui

[81] Luc. I. 78. [82] Psal. CXVIII. 105. [83] Prov. VI, 23. [84] Rom. II, 14. [85] Sap. XIII, 5. [86] Rom. VII, 12. [87] Galat. VI, 2. [88] Isa. II, 3. [89] Rom. X, 4. [90] Isa. XI, 1-3.

(30) Leg. νόμου, juxta LXX.

(31) *In nube.* In qua nimirum Deus positum voluit symbolum clementiæ, et ut deinceps mundus non esset periturus simili aquarum diluvio.

mare navigant, quamvis ipsum pelagus intueantur, haud tamen ad ima delitescentem margaritam cernunt : ita etiam propheta extimam quidem imaginem cernebat, arcanum vero exquirebat mysterium. Idcirco ait : *Et interrogavi angelum, et dixi : Quid sunt hæc?* Ecquid tandem angelus? Non ait vidisse candelabrum, et lampadem, lucernasque, et infusoria : sed misso ænigmate, aperit miraculum, edicitque : *Hic est Sermo Domini.* Fitque angelus evangelista : jubens enim valere symbola visui proposita, miraculum prædicat, aitque : *Hic est Sermo Domini.* Quid ais, o angele? Ostendisti vasa, et Verbum evangelizas? Utique; nam ænigma est quod spectatur, gratiaque mysterium. Quia enim Dominus Deus de Virgine nasciturus erat secundum carnem ac humanam formam accepturus, proque sua incarnandus voluntate : criminaturi vero erant Judæi miraculum, ac dicturi : Quonam pacto Dei Verbum, *Verbum quod erat in principio, Verbum quod erat apud Deum* [61], potuit in humana forma nasci, et ex suo figmento carnem sumere? ut ergo Judæorum ora obstrueret, ostendit prophetæ, pro Virgine, candelabrum; infusoria pro donis; pro testamentis olivas, pro Salvatore lampadem. Quod autem prophetæ lampadem appellaverint Dominum Christum, incarnatum, inquam, Verbum, Deum non mutatum, ex Isaia accipe, cum ait : *Exsultet anima mea in Domino; induit enim me vestimento salutis et tunica lætitiæ : sicut sponso circumposuit mihi mitram, et sicut sponsam ornavit me mundo; et sicut terram efferentem florem suum, et sicut hortus semina sua, sic germinare faciet Dominus justitiam et exsultationem coram universis gentibus* [62]. *Propter Sion non tacebo, et propter Hierusalem non relinquam, donec egrediatur ut lumen justitia mea; salutare autem meum ut lampas accendetur* [63]. Ipsi gloria et imperium et honor, una cum Patre, simulque Spiritu sancto, nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

ORATIO III (32).

De Incarnatione Domini nostri Jesu Christi.

I. Crebra eaque diversa celebritatum solemnia humanam exhilarant vitam, dum festorum dierum recursu, tristem ærumnosæ hujus vitæ molestiam in voluptatem convertunt. Ut enim adversis tempestatibus acti, trajecto infesti maris æstu, portubus gaudent tanquam fidissimo vitæ sinu : sic post multas negotiorum molestias cum feriatur homo, celebritate tanquam curarum requie ac securitatis matre gaudet. Festus namque dies, molestiarum et oblivio; curarum somnus; gaudii

θαλάσσῃ τὸ μὲν πέλαγος βλέπουσι, τὸν δὲ κρυπτόμενον κάτω μαργαρίτην οὐχ ὁρῶσιν· οὕτω καὶ ὁ προφήτης εἰκόνα μὲν ἔβλεπε, καὶ μυστήριον ἠρεύνα. Διό φησιν· *Καὶ ἠρώτησα τὸν ἄγγελον, καὶ εἶπον· Τί ἐστι ταῦτα;* Τί οὖν ὁ ἄγγελος; οὐ λέγει ὅτι εἶδεν λυχνίαν, καὶ λαμπάδιον, καὶ λύχνους καὶ ἐπαρυστρίδας· ἀλλ' ἀφεὶς τὸ αἴνιγμα, κηρύττει τὸ θαῦμα, καὶ λέγει· *Οὗτος ὁ Λόγος Κυρίου.* Καὶ γίνεται ὁ ἄγγελος εὐαγγελιστής· ἀφεὶς γὰρ τὴν ὄψιν, κηρύττει τὸ θαῦμα, καὶ λέγει· *Οὗτος ὁ Λόγος Κυρίου.* Τί λέγεις, ὦ ἄγγελε; Σκεύη ἔδειξας, καὶ Λόγον εὐαγγελίζεις; Ναί· αἴνιγμα γὰρ τὸ θέαμα, καὶ μυστήριον ἡ χάρις. Ἐπειδὴ γὰρ ἤμελλεν ὁ Δεσπότης Κύριος ἐκ Παρθένου τίκτεσθαι κατὰ σάρκα, καὶ σχηματίζεσθαι ὡς ἄνθρωπος, καὶ σαρκοῦσθαι ὡς ἤθελεν· ἤμελλον δὲ Ἰουδαῖοι διασύρειν τὸ θαῦμα, καὶ λέγειν· Πῶς ἠδύνατο ὁ τοῦ Θεοῦ Λόγος, *ὁ ἐν ἀρχῇ Λόγος, ὁ πρὸς τὸν Θεὸν Λόγος*, ἐν σχήματι ἀνθρώπου γεννᾶσθαι, καὶ ἐκ τοῦ οἰκείου πλάσματος σαρκοῦσθαι; βουλόμενος οὖν ἀποφράξαι τῶν Ἰουδαίων τὰ στόματα, ἔδειξε τῷ προφήτῃ ἀντὶ τῆς Παρθένου, τὴν λυχνίαν· ἀντὶ τῶν χαρισμάτων, τὰς ἐπαρυστρίδας· ἀντὶ τῶν διαθηκῶν, τὰς ἐλαίας· ἀντὶ τοῦ Σωτῆρος, τὸ λαμπάδιον. Καὶ ὅτι λαμπάδιον λέγουσιν οἱ προφῆται τὸν Δεσπότην Χριστὸν, τὸν σαρκωθέντα Λόγον, τὸν μὴ τραπέντα Θεὸν, ἄκουε Ἡσαΐου λέγοντος· *Ἀγαλλιάσθω ἡ ψυχή μου ἐπὶ τῷ Κυρίῳ· ἐνέδυσε γάρ με ἱμάτιον σωτηρίου, καὶ χιτῶνα εὐφροσύνης· ὡς νυμφίῳ περιέθηκέ μοι μίτραν· καὶ ὡς νύμφην κατεκόσμησέ με κόσμῳ· καὶ ὡς γῆν αὔξουσαν τὸ ἄνθος αὐτῆς· καὶ ὡς κῆπος τὰ σπέρματα αὐτοῦ· οὕτως ἀνατελεῖ Κύριος δικαιοσύνην, καὶ ἀγαλλίαμα ἐνώπιον πάντων τῶν ἐθνῶν. Διὰ Σιὼν οὐ σιωπήσομαι, καὶ διὰ Ἰερουσαλὴμ οὐκ ἀνήσω, ἕως ἂν ἐξέλθῃ ὡς φῶς ἡ δικαιοσύνη μου· τὸ δὲ σωτήριόν μου ὡς λαμπὰς καυθήσεται.* Αὐτῷ ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος καὶ ἡ τιμὴ σὺν τῷ Πατρὶ ἅμα τῷ ἁγίῳ Πνεύματι, νῦν καὶ ἀεί, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

ΛΟΓΟΣ Γ'.

Εἰς τὴν ἐνανθρώπησιν τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ (33).

Α'. Πολλαὶ καὶ διάφοροι πανηγύρεις τὸν ἀνθρώπινον φαιδρύνουσι βίον, τῷ κύκλῳ τῶν ἑορτῶν τῆς ἐπιμόχθου ζωῆς τὸ λυπηρὸν εἰς ἡδονὴν μεταβάλλουσαι. Ὥσπερ γὰρ οἱ μετὰ ζάλης ἐκ πελάγους καταβάντες χαίρουσι τοῖς λιμέσιν, ὡς ζωῆς ἀγκάλαις· οὕτως μετὰ πολλὰς πραγμάτων περιστάσεις ἑορτάζων ὁ ἄνθρωπος, χαίρει τῇ πανηγύρει ὡς ἀμερίμνῳ μητρί. Ἑορτὴ γάρ ἐστι λύπης λήθη· φροντίδων ὕπνος, χαρᾶς γεωργός, φαιδρότητος πρόξενος, προσευχῆς καιρὸς, πενήτων θέρος, ἐκκλησιῶν κόσμος,

[61] Joan. I, 1. [62] Isa. LXI, 10, 11, sec. LXX. [63] Isa. LXII, 1.

(32) Hanc quoque habuit idem Riccardus ex eadem Cryptæferratensi bibliotheca : opus sane, quanquam breve, Procli vena ac ingenio dignum. Indicat habuisse illam altero die a Christi natalitiorum festo die : quæ forte ratio fuit, ut potius inscripta sit *De Incarnatione*, quam *In festum natalis Domini*.

(33) Colum. codex, εἰς τὰ γενέθλια τοῦ Ἰησοῦ Χριστοῦ.

πόλεων πανήγυρις, ἐχθρας ναυάγιον, φιλίας ἀνατολή, ἐπὶ γῆς οὐρανός. Καὶ τί τὰ πολλὰ λέγω; Ἑορτὴ ἀναστάσεως καρπὸς, κατὰ τὸν προφήτην λέγοντα· *Ἑόρταζε, Ἰούδα, τὰς ἑορτάς σου· ἀνέβη γὰρ ἐκ τῆς γῆς ὁ ἐμφυσῶν εἰς πρόσωπόν σου.*

seges; lætitiæ conciliatio; precationis tempus; pauperum messis; ecclesiarum ornatus; urbium celebris conventus; inimicitiæ exitium; amicitiæ ortus; in terra cœlum. Quid vero multa prosequor? Est festus dies resurrectionis fructus, juxta quod ait propheta: *Celebra, Juda, festivitates tuas: Ascendit enim e terra, insufflans in faciem tuam* [65] (35).

Β'. Ἀλλὰ πολλαὶ μὲν, καθάπερ ἔφην, αἱ πανηγύρεις· οὐκ ἴσα δὲ τῶν ἑορτῶν τὰ κέρδη. Αἱ μὲν γὰρ παρὰ Θεοῦ ἐνομοθετήθησαν, αἱ δὲ παρὰ διαβόλου εἰσέφρησαν. Διόπερ καὶ αἱ μὲν, ψυχῶν ἀπειλοῦσι ζημίαν· αἱ δὲ γαστρὶ λειτουργοῦσι κόρον· αἱ δὲ τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως ἐμπορεύονται τὴν σωτηρίαν. Οἱ Ἕλληνες ἑορτάζουσιν· ἀλλ' αἰσχρῶς τὰ πάθη θεοποιήσαντες, ἐντεῦθεν ἀναμάττονται τῆς αἰσχύνης τὸν βόρβορον. Ἰουδαῖοι πάλιν ἑορτάζουσιν· ἀλλὰ θεὸν τὴν κοιλίαν περιφέρουσι, καιροὺς ἁμαρτημάτων μετὰ κόρον τὰς ἑορτὰς ποιοῦντες. Ἐν ἐρήμῳ ἑορτάζοντες, τῇ εἰκόνι τῇ χρυσῇ προσεκύνησαν· εἰς κρίσεις καὶ μάχας ἐνήστευον· ἐν Ἱεροσολύμοις ἑορτάζοντες, σταυρὸν κατὰ τοῦ Δεσπότου συνέπηξαν. Ὦ Ἰουδαϊκαὶ ἑορταὶ, ὧν καὶ ἡ φαιδρότης πλάνος, καὶ ἡ τρυφὴ φόνος. Αἱ δὲ τῶν Χριστιανῶν πανηγύρεις θεῖαι καὶ παράδοξοι, καὶ ὄντως πηγαὶ καὶ θησαυροὶ σωτηρίας. Ἡ μὲν γὰρ πρώτη ἡμῶν πανήγυρις, Θεοῦ πρὸς ἀνθρώπους ἐπιδημίαν κηρύσσει. Ἡ δὲ μετ' ἐκείνην, ὑδάτων ἁγιασμὸν καὶ βαπτίσματος εἰκονογραφεῖ μήτραν. Ἡ τρίτη κατάδυσιν θανάτου, καὶ σταυροῦ τρόπαιον, καὶ ἀναστάσεως δῶρον, καὶ πατράσιν ἐλευθεροποιὸν εὐαγγελίζεται. Ἡ τετάρτη, τῆς ἡμετέρας ἀπαρχῆς τὴν εἰς οὐρανοὺς ἄνοδον, καὶ τὴν ἐκ δεξιῶν κέκραγε καθέδραν. Ἡ πέμπτη Πνεύματος ἁγίου κάθοδον, καὶ μυρίων χαρισμάτων ὄμβρους σαλπίζει. Αὗταί εἰσιν αἱ ἑορταὶ ἃς ἐποίησεν ὁ Κύριος· ἀγαλλιασώμεθα καὶ εὐφρανθῶμεν ἐν αὐταῖς.

II. At sane multæ quidem sunt, uti dicebam, solemnes celebritates; non tamen æqualia sunt feriarum lucra. Aliæ quippe a Deo sunt constitutæ: aliæ a diabolo illatæ: proinde etiam, harum quidem aliæ in animarum jacturam vertuntur; aliæ ventris satietatem ministrant; aliæ denique, humano generi salutem negotiantur. Puta, gentes sua festa colunt; verum turpiter affectus deificantes ac vitia, turpitudinis inde cœnum hauriunt ac sibi asciscunt. Judæi quoque dies festos agunt; sed ventrem deum circumferunt, feriasque post satietatem peccatorum causas reddunt. In deserto festum actitantes diem, auream imaginem adorarunt [66]: ad lites et contentiones jejunabant [67]: Hierosolymis festum diem celebrantes, crucem adversus Dominum compegerunt. O Judaica festa! quorum et hilaritas error, et deliciæ cædes. At Christianorum solemnia (36) divina sunt et admirabilia, vereque fontes ac thesauri salutis. Nam prima nostra celebritas, Dei ad homines adventum prædicat. Quæ vero hanc sequitur, aquarum sanctificationem ac baptismatis vulvam graphice exprimit. Tertia, mortis interitum ac tropæum crucis, resurrectionisque donum, ac quo patribus parta est libertas, læto faustoque nuntio indicat. Quarta, primitiarum nostrarum in cœlos ascensum, earumque a dextris consessum clamat. Quinta, Spiritus sancti descensum ac sexcentos gratiarum imbres cum tubæ præconio alte intonat. Hæc solemnia sunt quæ fecit Dominus: Exsultemus, et lætemur in eis [67].

Γ'. Τί γὰρ οὐκ ἔστιν ἐν αὐταῖς (33) θαυμαστὸν καὶ παράδοξον, ἣν χθὲς ἐπετελέσαμεν, οὔτε μετὰ φρίκης καὶ δόξης; Τί γὰρ ἦν χθεσινῆς ἑορτῆς τὸ θαῦμα; ἀλλὰ παρακαλῶ, μετὰ συγγνώμης ἀκούσατε. Πηλίνη γὰρ γλῶσσα Θεοῦ μυστήρια διαπορθμεῦσαι ἐπιχειρεῖ. Τί οὖν τῆς χθεσινῆς ἑορτῆς τὸ θαῦμα; θεότητος καὶ ἀνθρωπότητος ἀνερμήνευτον μυστήριον· ὧδὶν ἀλόχευτος· σάρκωσις ἀπαθῶς τὸν ἀσχημάτιστον μορφώσασα· τόκος παράδοξος· ἀρχὴ, καὶ οὐκ ἀρχὴ τοῦ τεχθέντος· τῆς μὲν γὰρ ἀνθρωπότητος γέγονεν ἀρχὴ, ἡ δὲ θεότης ἔμεινεν ἄναρχος· μορφὴ μορφὴν προσλαβοῦσα, καὶ ἡ Τριὰς οὐκ ἐπλεόνασεν εἰς τε-

III. Quid enim utique, in ea quam hesterna die peregimus solemnitate, non admirabile ac novum, honoreque ac gloria plenum? quod namque illud hesternæ festivitatis miraculum? Verum, obsecro, cum indulgentia audite. Lutea enim lingua est quæ Dei mysteria traducere audet ac aggreditur explicare. Quodnam illud itaque hesternæ solemnitatis est miraculum? Nimirum divinitatis et humanitatis inexplicabile mysterium; nullis partus sordibus inquinata proles; incarnatio, nulla eum passione informans, qui nullam formam aut figuram admittat: partus admirabilis (37): Nati principium,

[65] Nah. I, 15; II, 1. [66] Exod. XXXII, 1 sqq. [67] Isa. LVIII, 4. [67] Psal. CXVII, 24.

(34) Leg. αὐτῇ.

(35) *Insufflans in faciem tuam.* Allusio est ad insufflationem qua Deus homini animam indidit; vel etiam ad dominicam illam in discipulos (*Joan.* XX, 22). Idem enim et naturæ primum, et gratiæ postea insufflavit Spiritum; ipse qui e terra ascendit, ac resurrexit, nostræ primitiæ ac auctor resurrectionis. Etiam Cyrillus *in Nahum* II, explicat de resurrectione: et Chrysostomus hom. II ex decem Romæ editis.

(36) *Christianorum solemnia.* Eodem fere modo Asterius festum Kalendarum traducens, Christianorum percenset festa, ac eorum rationes. Videndus item Chrysostomus in Philogonium, ac homil. de Pentecost. apud Ducæum.

(37) *Partus admirabilis, τόκος παράδοξος.* Habentur hæc ac sequentia, usque ad illa verba, καὶ ἄνθρωπος ἐξ ἐμοῦ, in codice Columnensi Procli nomine, inter Patrum testimonia de duabus naturis, ut refert Riccardus.

nec principium : humanitas quippe principium habuit, divinitas vero æterna est et sine principio. Forma formam assumpsit, nec Trinitas in quaternitatem excrevit. Duarum naturarum unio, ac unius Filii partus. Verbi ac carnis inconfusa unio, quique heri carne natus est, quod ex Patre, Deus; quod ex me, homo est. O plenum horrore ac miraculo sacramentum! Quis regem unquam vidit rei habitu indutum? Vel quis oculus universum comprehendit solem? Quandonam vero caro secundum substantiam Deo immutabiliter unita est, præterquam heri? quando sancta quidem Virgo suum uterum commodavit (38): Verbum autem per aurem insiliit; ac Spiritus sanctus vivum efformavit templum; Altissimus in servi se formam exinanivit [a]; ac demum divinæ istud dispensationis mysterium, uterus virginalis portavit. O uterum cœlo latiorem! O prolem salutis sarcinam! O alvum luti ac figuli thalamum! O fetum, mundi peccati redemptionis pretium! O mysterium, cujus modum explicare nequeo! O partum, non qui initium existentiæ divinæ, aut naturæ mutationem, vel diminutionem potentiæ, aut denique separationem ab æterno genitore, sed qui Dei ac carnis substantialem unionem; nativitatis benedictionem; Dei adventum; miraculum a sæculo in Deo absconditum; maledictionis solutionem; condemnationis eversionem; unius ejusdemque Filii æternam existentiam, ac ejus ex Virgine secundum carnem generationem; ac demum adorationem quam omnis impendit creatura, populo universo donavit, lætoque ac fausto gaudio annuntiavit. Ipsi gloria et imperium, in sæcula sæculorum. Amen.

τράδα· δύο φύσεων σύνοδος, καὶ ἑνὸς Υἱοῦ τόκος· Λόγου καὶ σαρκὸς ἀσύγχυτος ἕνωσις· καὶ ὁ γεννηθεὶς χθὲς κατὰ σάρκα, Θεός ἐστι τὸ ἐκ Πατρὸς, καὶ ἄνθρωπος τὸ ἐξ ἐμοῦ. Ὦ μυστηρίου φρικτοῦ καὶ παραδόξου! Τίς εἶδέ ποτε ὅτι βασιλεὺς καταδίκου σχῆμα ἐφόρεσεν; ἢ πότε ὀφθαλμὸς ὅλον ἐχώρησεν ἥλιον; πότε δὲ Θεῷ σὰρξ κατ' οὐσίαν ἀτρέπτως ἡνώθη, εἰ μὴ χθές; ὅτε ἡ μὲν ἁγία Παρθένος τὴν σου γαστέρα ἐκήχρα (40)· ὁ δὲ Λόγος δι' ἀκοῆς εἰσεπήδα· τὸ δὲ Πνεῦμα τὸ ἅγιον τὸν ναὸν ἐζωοπλάστει· ὁ δὲ Ὕψιστος εἰς δούλου μορφὴν ἑαυτὸν ἐκένου· τὸ δὲ μυστήριον τῆς θείας οἰκονομίας ἐβάσταζε Παρθένου γαστήρ. Ὦ γαστὴρ οὐρανοῦ πλατύτερος! ὦ τόκος σωτηρίας φόρτος! Ὦ κοιλία πηλοῦ καὶ πλαστοῦ νυμφών! Ὦ ὠδὶν κοσμικῆς ἁμαρτίας λύτρον! Ὦ μυστήριον, οὗ τὸν τρόπον ἑρμηνεῦσαι οὐ δύναμαι! Ὦ τόκος, οὐκ ἀρχὴν ὑπάρξεως Θεοῦ, οὐ τροπὴν φύσεως, οὐ μείωσιν δυνάμεως, οὐ χωρισμὸν τοῦ ἀνάρχου γεννήσαντος, ἀλλὰ Θεοῦ καὶ σαρκὸς συνουσιωμένην ἕνωσιν, εὐλογίαν γεννήσεως, Θεοῦ ἐπιδημίαν, ἐξ αἰῶνος ἐν τῷ Θεῷ ἀποκεκρυμμένον θαῦμα, φύσεων ἀδιαίρετον μυστήριον, κατάρας λύσιν, ἀποφάσεως ἀνατροπὴν, τοῦ ἑνὸς καὶ μόνου Υἱοῦ τὴν ἄναρχον ὕπαρξιν, καὶ τὴν ἐκ Παρθένου κατὰ σάρκα γέννησιν, καὶ τὴν παρὰ πάσης τῆς κτίσεως προσκύνησιν, τῷ δήμῳ παντὶ κεχαρισμένος καὶ εὐαγγελισάμενος. Αὐτῷ ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος, εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

(39) ORATIO IV.

In natalem diem Domini nostri Jesu Christi.

I. Præclarum ac admirabile præsentis solemni-

ΛΟΓΟΣ Δ'.

Εἰς τὸ γενέθλιον τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ.

Α'. Λαμπρὰ καὶ παράδοξος τῆς παρούσης ἑορτῆς

[a] Philipp. II, 7.

(38) *Commodavit, ἐκήχρα.* Communius scribitur hoc verbum per ι, quod Dorica dialecto passim mutatur in η. Putem tamen nihil hic Proclum Dorici affectasse, sed totum antiquarii esse, quod paulo insolentius videtur. Liquet enim ut plerique scribendo litteras sono affines, ac nec modo satis distinctas, confundant.

(39) Jam edita fuerat Lugduni Batavorum ex mendoso satis codice. Riccardus ex triplici Romano conatus est restituere. Exstat Theodoti Ancyrani *Oratio In Act. synodi Ephesinæ*, pag. 3, cap. 9, simili argumento, et eodem fere initio, ut vel ejusdem oporteat esse, vel alterum alterum imitatum, ac pene alterius exordium orationis exscripsisse. Conjicit Riccardus non esse eam orationem Theodoti, sed solum sequentem, tum ex styli diversitate, tum quia desideratur illa in codice Bavarico; tum denique quia Epiphanius diaconus in VII synodo percensens hujus Theodoti opuscula, singulariter nominat, καὶ τὸν λόγον εἰς τὴν γέννησιν τοῦ Κυρίου. Verum argumentum hoc leve admodum est; nam iisdem ipsis *Actis*, c. 12, habetur ejusdem Theodoti oratio alia, *De dominica Incarnatione* habita in die sancti Joannis evangelistæ, cujus nihil Epiphanius meminit. Sanctus quoque Nicephorus *adversus Iconomachos*, tanquam ejus indubitatum monumentum affert *Orationem in sanctam Mariam et Symeonem*, opponitque aliis incertis, quæ iidem Theodoti Ancyrani nomine opponebant : quam ipsam Epiphanius omisit : nisi forte, et melius, eas omnes orationes comprehendit inter scriptas *ad Lausum adversus Nestorium* tomis sex : ex quibus verisimile est acceptas esse tres illas in synodo recitatas, quæ vere totæ adversus Nestorium militant; ut et quam citat sanctus Nicephorus *in Mariam et Symeonem*, quod relatum ab eo excerptum indicat. Putemque sex illos tomos illustre fuisse Theodoti opus, ac apprime notum; reliquas vero quas percenset Epiphanius orationes, singulares fuisse tractatus, alia aliaque occasione habitos, ut doctis ejusmodi episcopis moris erat. Quia vero in Marianis sumus, libuit hoc loco illud *in Mariam excerptum* Theodoti producere, ex quo forte integra ipsa oratio aliquando agnosci poterit, ac quandiu totus ipse Nicephorus non prodit. Ἐκ τοῦ εἰς τὴν πανύμνητον Θεοτόκον καὶ τὸν Συμεῶνα συντεθειμένου λόγου Θεοδότου τῆς Ἀγκύρας· Χαίροις χώρημα ἐλάχιστον, χωρήσαν τὸν τοῖς πᾶσιν ἀχώρητον. Καὶ τίς τὴν γενεὰν τοῦ ἀρχαιοτέρου τῆς γεννήσεως διηγήσεται; Τί θαυμάσομεν· τὸν θεῖον καὶ ἀνέκφραστον τόκον, ἢ τὴν ἀνερμήνευτον λοχείαν; Οὐ περιδράττεται τῷ λόγῳ τὰ ὑπὲρ λόγον· οὐ περιγράφεται νῷ τὰ ὑπὲρ ἔννοιαν. Εἰ γὰρ καὶ γράφει γραφεὺς τὴν μητέρα τῆς οἰκονομίας, ἀλλ' οὐκ ἑρμηνεύει λόγος τὸν τρόπον τῆς κυοφορίας. Ἀρχὴν ἐπιθῶμεν τῷ τόκῳ; ἀλλ' οὐχ ὑφέστηκεν ἄτερ τοῦ ἀνάρχου. Βρέφος ὀνομάσομεν τὸν τεχθέντα; ἀλλὰ τὸν παλαιὸν τῶν ἡμερῶν κέκτηται προκαταρκτικὸν καὶ αἴτιον. Νικᾷ τὴν ὑφεσιν ἡ ἐπίτασις, καὶ ὑπερίπταται τῆς περιγραφῆς

(40) Leg. τὴν αὐτῆς.

ἡ ὑπόθεσις· λαμπρὰ μὲν, ὅτι ξένην ἀνθρώποις σωτηρίαν ἐπανήγαγεν· παράδοξος δὲ, ὅτι τὸν τῆς φύσεως νόμον ἐνίκησεν ὁ τόκος. Φύσις μὲν γὰρ ἐννοεῖται τὴν τεκοῦσαν μητέρα· ἡ δὲ χάρις καὶ τεκοῦσαν ἔδειξε, καὶ παρθένον ἐφύλαξε, καὶ μητέρα ἐποίησε, καὶ τὴν ἀφθαρσίαν οὐκ ἔβλαψεν. Ὦ γῆς ἀσπόρου καρπὸν βλαστησάσης οὐράνιον! Ὦ Παρθένος ἀνοίξασα τῷ Ἀδὰμ τὸν παράδεισον, μᾶλλον δὲ τοῦ παραδείσου ἐνδοξοτέρα ὑπάρχουσα! Ὁ μὲν γὰρ Θεοῦ γεώργιον γέγονεν, ἡ δὲ κατὰ σάρκα Θεὸν αὐτὸν ἐγεώργησε. Δεῦτε οὖν πάντες, τῆς τοῦ Δεσπότου μητρὸς μήπως καὶ τοὺς γάμους χορεύσωμεν· παρθένος γάρ ἐστι γάμων ἀμύητος, καὶ γάμων ἀβόητος· ἀλλὰ τὰς ἀνυμφεύτου αὐτῆς ὠδῖνας τιμήσωμεν. Μήτηρ γὰρ καὶ ἄνευ γάμων ἐγένετο· καὶ ἀνδρὸς πεῖραν οὐκ ἔλαβε· καὶ ὀρφανὸς ὁ παῖς οὐχ εὑρίσκεται. Δεῦτε ἴδωμεν γαστέρα Παρθένου πλατυτέραν τῆς κτίσεως. Ὁ γὰρ ἐκεῖ μὴ χωρούμενος, ἐνταῦθα ἀστενοχωρήτως ἐχώρησε, καὶ ὁ ἐν τῇ χειρὶ καὶ αὐτὴν τὴν τεκοῦσαν βαστάζων μετὰ πάντων, ὑπὸ ταύτης ἐν γαστρὶ βαστάζεται. Δεῦτε ἴδωμεν τὴν ἀλατόμητον πέτραν ἐν τῇ παρθενικῇ ἀράχνῃ ὑπερφυῶς φερομένην, καὶ τὴν φύσιν μὴ βλάπτουσαν, καὶ τὸν κόσμον ἐδράζουσαν. Δεῦτε ἴδωμεν νηὸς ποντοπορούσης ἀθεώρητον πορείαν, τῆς βυθισάσης μὲν τὸν ἀρχέκακον, ἁλιευσάσης δὲ τὸν πρωτόπλαστον· ἧς καὶ ἡ εἴσοδος ἀνιστόρητος. καὶ ἡ ἔξοδος ἀνερμήνευτος. Δεῦτε ἴδωμεν τὸν νοητὸν ὄφιν, τὸν τῇ θυγατρὶ τῆς Εὔας προσομιλοῦντα, καὶ τὸ γραμμάτιον τῆς παρακοῆς ἀκυροῦντα. Δεῦτε ἴδωμεν καὶ τὸ φῶς τῆς θεότητος, ὡς διαφανοῦς τοῦ σώματος, τὰς ἀκτῖνας ἐκπέμπον τῆς χάριτος.

A tatis argumentum · præclarum quidem quod novam (41) hominibus revexerit salutem; admirabile autem, quod partus naturæ leges evicerit. Nam natura (42) quidem agnoscit puerperam; at gratia, puerperam pariter effecit, ac custodivit virginem: exhibuitque matrem, nec quidquam integritatem læsit. O terram non satam, quæ cœlestem fructum protulit! O Virginem, quæ Adamo paradisum reseravit! imo, quæ ipso paradiso gloriosior exstitit. Nam paradisus quidem Dei cultura fuit; hæc autem Deum ipsum carnis ratione excoluit. Agite huc itaque omnes, non quidem matris Domini nuptias choreis ac tripudio celebraturi: virgo enim est nuptiarum expers (43) ac omnino nuptiarum exsors: sed ejus innuptæ partum honoribus prose- B cuturi. Tametsi enim innupta, mater effecta est, nec tamen est experta virum: ac neque puer orphanus invenitur, ac orbus patre. Agite, intueamur Virginis uterum mundo ipso ampliorem: quem enim ille capere non poterat, hunc iste capiens non arctatur: atque is qui et ipsam genitricem cum universis aliis manu portat, idem ipse in utero ab ea portatur. Agite, videamus non excisum lapidem [79], in virginali gestatum uteri tunica ac ventris aranea, nec quidquam lædentem naturam, sed mundum fulcientem. Agite, navis mare pervagantis [80] viam oculos fugientem conspiciamus; quæ nimirum auctorem mali profundo merserit; primum vero formatum hominem expiscata, ex imo gurgite extraxerit: cujus et ingressus admirabilis sit, et egressus ineffabilis. Agite, spiritalem aspe- C ciemus serpentem sermones cum Evæ filia miscentem [81], ac contumaciæ libellum abrogantem. Agite ipsam contueamur divinitatis lucem, quasi e pellucido corpore gratiæ radios emittentem.

Β'. Γυναῖκες τρεχέτωσαν, ὅτι γυνὴ οὐ θανάτου δεικνύει φυτὸν, ἀλλὰ ζωῆς τίκτει καρπόν. Παρθένοι συντρεχέτωσαν, ὅτι παρθένος ἔτεκεν, οὐχὶ τὴν παρ-

II. Accurrant mulieres, quod mulier non mortis arborem ostendat, sed pariat fructum vitæ. Concurrant virgines, quod Virgo peperierit, nedum non

[79] Dan. II, 34. [80] Prov. XXX, 19. [81] Gen. III, 1.

τὸ ἀπερίγραπτον. Τοιαῦτα ἡμῖν ἡ ἁγία μητροπάρθενος ἐν ἁγίαις αὐτῆς ἐπιλάμψεσι προκομίζει τὰ ἀγαθά· ὅτι παρ' αὐτῇ πηγὴ ζωῆς. *Ex oratione, quam Theodotus Ancyræ episcopus composuit in sanctam Dei Genitricem et Symeonem*, apud sanctum Nicephorum adversus Iconomach. lib. II): *Gaude minimum loci spatium, ejus factum capax, qui a nullo potest capi. Quis vero ejus nativitatem enarrare possit, qui ipsa antiquior generatione exsistit? Quid prosequemur admiratione, divinum ac ineffabilem fetum, an inexplicabilem feturam? Nequeunt ea sermone comprehendi, quæ vim totam rationis superant. Non possunt intellectus vi circumscribi ac definiri, quæ excedunt intelligentiam. Tametsi enim pictor matrem incarnationis pingit, non tamen sermo conceptionis modum interpretari possit. Principium proli imponemus? at non consistit absque æterno. Infantem eum qui natus est, dicemus? at antiquum illum dierum auctorem ac causam habet. Vincit intentio quod demissionis est; quodque incircumscriptum, circumscriptionem transcendit. Ejusmodi nobis bona, Virgo mater sacris suis illustrationibus præfert, ut apud quam sit fons vitæ.*

(41) *Quod novam, ξένην.* A qua longe erat genus humanum. Theodotus habet κοινήν, *communem*: quo etiam titulo illustris admodum fit dies Christi natalis: malimque ego τὸ κοινήν.

(42) *Nam natura.* Sequor sancti Andreæ codicem, ex quo restituta littera, plana est ac facilis: nulloque modo adduci possim, ut Riccardi lectionem probem, putemque scripsisse Proclum, loco τεκοῦσαν, σεκοῦραν. Tametsi enim κοῦρα possit accipi pro κόρη, et κόρη loco παρθένος, nusquam tamen Proclus sic Atticam dialectum Ionica commutavit in voce κόρη, nihilque impeditius littera, D quam sibi ille ex Heidelbergensi composuit: qui plane emendandus est, ut pro ἀγνοεῖ, sit ἐννοεῖ· quod unum series tota petit, qua doceat Proclus, quid gratia supra humani rationem partus ac puerperii in Maria præstiterit.

(43) *Nuptiarum expers, γάμων ἀμύητος.* Valde displicet quod reddit Riccardus: *a profanis nuptiis aliena.* Sunt namque nuptiæ nihil profanæ, tametsi sanctior est ac sacratior virginitas. Verbum illud ἀμύητος sonat non initiatam, sacrorum metaphora, quibus initiari dicebantur qui eorum fiebant participes, eaque docebantur. Quod sequitur, καὶ γάμων ἀβόητος· ac velut explicatio præcedentium ponitur, non male possit exponi, *quæ ne audisset quidem de nuptiis*: ut quæ se Deo voto obstrinxisset, nec aliter fuisset tradita Josepho, quam ut custodi, non ut marito; ut plures Patres tradunt, ipseque adeo Proclus orat. VI; qua de re adi Georgium Nicomed.

violata virginitate, sed et obsignata integritate. Prodiit enim infans, et integras uteri tunicas reliquit, ac naturæ opificinam, quo repererat modo, dimisit, augens gratiæ cremento. Accurrant matres eo quod Virgo mater, inobedientiæ arborem vitæ arbore emendavit. Concurrant filiæ, quod inobedientiæ maternæ injuriam, filiæ obedientia vindicarit. Accurrant patres, propter eum qui novissimis sæculis natus est Pater. Concurrant infantes, ejus causa qui infans in præsepio pannis involvitur. Accurrant pastores, propter ortum ex agna virginali pastorem. Pastor namque, novum compactam induit corporis pellem; vidensque lupus agni speciem, in eum hians undequaque incurrit. Verum dentes quidem acuit; carnes tamen Agni immaculati nec delibare potuit; nam *ejus caro non vidit corruptionem* [73]. Etenim Agnus ipse lupum occidit, ac quos ille a sæculo tenebat, ventrem edacis feræ evomere compulit; sic humanum extrahens genus velut olim Jonam e ventre ceti [73]. Concurrant reges, quod Rex gloriæ pro regali trabea fasciis involutus sit. Accurrant principes, quod *Princeps* ille *pacis* [74] in virginali opificina, corporis arma cudens, eaque incontaminata deitate durans, iisdem diabolum hostem interemerit. Concurrant consules, quod cœlestis terrestrem assumpserit consulem, pulchram habens ac decoram sellam curulem, sanctam Dei genitricem Virginem Mariam: consularem vero togam, nullo carnem satam semine, pretiosis illam intextam ac ornatam lapillis, nempe sanctorum vitis ac eorum rebus gestis; inæstimabilibus margaritis, præclaris nempe prophetarum vaticiniis; non qui aurum dispergat pravitatis auctorem, sed qui misericordiam salutis conciliatricem præmio donet. Accurrat plebs, quoniam Judex plebeio amictu indutus est, ut eo latitantem capiat furem diabolum, armatumque exspoliet. Mirum sane, ac perquam novum indumentum (44); texturaque admirabilis, utpote absque humanæ artis ope. O Virgo, puella innupta, ac sine puerperio sordibusque mater, undenam accepta lana vestem hanc contexuisti, quam mundi Dominus hodie induit? Ecquodnam textrinum uteri jugum invenisti in quo inconsutilem tunicam illam intexeres? Audiendam, loco Virginis (45), naturam suadeo: ordine enim ac ratione, virginali partui sermonem servabit. Ego, inquit, haudquaquam carnis vestimentum absque viri consuetudine intexere novi. Mea textura immunda facit indumenta. Induit

(17) *Nec sicut nos angeli*, μὴ καθ' ἡμᾶς τοὺς ἀγγέλους. Male Riccardus : *per nos angelos*. Proponit in exemplum modum quo ipsi divina accipiunt ἁπλάστως, *simpliciter;* abjectis nimirum terrenorum rationibus ac imaginibus, Deoque mentem his liberam devote accommodando : seu etiam *sincere, ingenue.*

(18) *Interminata inquirere*, πολυπραγμονεῖν τὰ ἀπέραντα. Alludit plane ad illud I Tim. I, 4, γενεαλογίαις ἀπεράντοις, quod ego cum Estio lubens explicem, *infiniti laboris et operæ*, et in quibus frustra quis insudet.

initii æternusque, initium sumat? ut invisibilis, oculis subjiciatur? ut dives, efficiatur pauper? ut aliorum nutritor, ab aliis nutriatur? ut ab universorum Domino, pari cum universis conditione tributum exigatur [73]? ut qui sedet super cherubim non habeat ubi caput reclinet [74]?

XIV. « Cæterum nequit fieri, ut nisi terrestre ego assumam corpus, vos quoque Spiritum sanctum accipiatis. Nisi mortalis naturæ efficiar particeps, neque vos immortalis virtutis participes efficiemini. Nisi imaginem terreni gestavero, nunquam vos formam cœlestis obtinebitis. Nisi faciem servi quæ evacuatur (19), subiero, impossibile est, ut ad Domini glorificatam figuram perveniatis. Nisi ad terrestrem locum corpore descendero, mysticum non percipietis Abrahæ sinum. Renuis ejus partui inservire qui est immortalis, ut mortis destruatur imperium? Recusas eum in utero suscipere, qui tollit peccatum mundi [75]? Non vis virginalem præbere mammam, quo diabolicum exsugam venenum? Nisi ego temporaneum humanitatis capessam principatum, non poteritis vos ascendere ad divinitatis antiquum principatum. Nisi in ulnis maternis sedero, nec vos a dextris Patris estis sessuri. Nisi in peccati constitutus sim corpore, eoque tanquam mortuus in novo recliner monumento; neque testamentum confirmari poterit, neque vos regni cœlestis hæredes institui. Sic enim etiam omnes ab Adam ad hanc usque generationem exhæredes feci, quod ego testator (20) non potuissem gustare mortem, uti neque mortalem hactenus carnem vestram indueram. Non itaque, ut putaveris, regium polluam calceum, ut in terrenis creaturis ambulem. Nulla injuria inereatam majestatem sum affecturus, ut in habitaculo quod a me creatum fuit habitaverim. Nam neque cœnosa luti congeries, solis quidquam radios lædat; neque itidem morbosa vulnera medici infecerint manus. Disce, Deum esse qui ex te egreditur, haud tamen a te incipiat esse. In te Verbum exstare, nec quidquam a Patre distare: nasci parvulum [76] tanquam non esset (21); ac dari Filium, tanquam qui est, ut inquit Scriptura. Comprehendi, et non comprehendi; spectari, nec aspici; capi, et non capi; nasci, nec mensurari; apparere omnibus, nec omnibus declarari; fieri quod non est, nempe hominem, ac manere quod est, Deum scilicet. Age itaque, excute pulverem carnalis cogitationis [77], ac induere vestimentum mysticæ cognitionis. Procul ab animo segnitiem abjice, et vitam æternam tene. Sic namque cum pura et im-

ΙΔ'. « Ἀλλὰ ἐὰν μὴ λάβω γήϊνον σῶμα, ἀμήχανον καὶ ὑμᾶς λαβεῖν ἅγιον Πνεῦμα. Ἐὰν μὴ μετασχῶ τῆς θνητῆς φύσεως, οὐ γίνεσθε μέτοχοι τῆς ἀθανάτου δυνάμεως. Ἐὰν μὴ φορέσω τὴν εἰκόνα τοῦ χοϊκοῦ, οὐ δύνασθε κοινωνῆσαι τῇ μορφῇ τοῦ ἐπουρανίου. Ἐὰν μὴ τὸ καταργούμενόν τοῦ δούλου ὑπέλθω πρόσωπον, ἀμήχανόν ἐστιν ὑμᾶς εἰς τὸν δεδοξασμένον τοῦ Δεσπότου φθάσαι χαρακτῆρα. Ἐὰν μὴ τοῦ ἐπιγείου τόπου ἐπιβήσωμαι (22) σωματικῶς, οὐ περιληφθήσεσθε (23) τοῦ Ἀβραμιαίου κόλπου μυστικῶς. Οὐ θέλεις ὑπουργῆσαι εἰς τὸν τόκον τοῦ ἀθανάτου, ἵνα τὸ κράτος λυθῇ τοῦ θανάτου; οὐ θέλεις ὑποδέξασθαι ἐν κοιλίᾳ τὸν αἴροντα τοῦ κόσμου τὴν ἁμαρτίαν; οὐ θέλεις δοῦναί μοι παρθενικὸν μαζόν, ἵνα ἐκμυζήσω τὸν διαβολικὸν ἰόν; Ἐὰν μὴ τὴν πρόσκαιρον ἀρχὴν περιβάλωμαι τῆς ἀνθρωπότητος, οὐ δυνήσεσθε ἀνελθεῖν εἰς τὴν ἀρχαίαν (24) ἀρχὴν τῆς θεότητος. Ἐὰν μὴ ἐπὶ τῶν ἀγκαλῶν καθήσω τῆς μητρὸς, οὐ καθήσεσθε ἐκ δεξιῶν τοῦ ἐμοῦ Πατρός. Ἐὰν μὴ ἐν τῷ ἁμαρτωλῷ γένωμαι σώματι, καὶ δι' αὐτοῦ ὡς νεκρὸς κατακλιθῶ ἐν τῷ καινῷ μνήματι (25), οὐ δυνήσεται οὔτε ἡ διαθήκη κυρωθῆναι, οὔτε ὑμεῖς τῆς βασιλείας τῶν οὐρανῶν κληρονόμοι ἀναδειχθῆναι. Οὕτω γὰρ δὴ καὶ πάντας τοὺς ἀπὸ Ἀδὰμ μέχρι ταύτης τῆς γενεᾶς ἀποκληρονόμους πεποίηκα, ἐμοῦ διατιθεμένου θανάτου γεύσασθαι μὴ δυναμένου (26) [ὡς μηδὲ τὴν ὑμετέραν σάρκα ἐνδυσαμένου]. Οὐ μολυνῶ οὖν, ὡς νομίζεις, τὸ βασιλικὸν ὑπόδημα, ἐὰν πατήσω εἰς τὸ χοϊκὸν ποίημα. Οὐ καθυβρίσω τὸ ἄκτιστον ἀξίωμα, εἰ ἐνοικήσω εἰς τὸ κτισθὲν ὑπ' ἐμοῦ οἴκημα. Οὔτε γὰρ τοῦ ἡλίου τὰς ἀκτῖνας τὰ βορβορώδη βλάπτουσι συστήματα· οὐδὲ πάλιν τοῦ ἰατροῦ τὰς χεῖρας τὰ νοσώδη σπιλοῦσι τραύματα. Μάθε ὅτι ὁ Θεὸς προέρχεται ἐκ σοῦ, οὐκ ἄρχεται ἀπὸ σοῦ. Ἐν σοὶ ὁ Λόγος ἐφίσταται, τοῦ δὲ Πατρὸς οὐδ' ὅλως ἀφίσταται· καὶ τίκτεται, ὡς μὴ ὤν, παιδίον· καὶ δίδοται, ὡς ὢν, υἱὸς, κατὰ τὴν Γραφήν. Καὶ περιλαμβάνεται, καὶ οὐ καταλαμβάνεται· καὶ θεωρεῖται, καὶ οὐχ ὁρᾶται· χωρεῖται, καὶ οὐ χωρεῖται· καὶ γεννᾶται, καὶ οὐ μετρεῖται· καὶ φαίνεται πᾶσι, καὶ οὐ φανεροῦται πᾶσι· καὶ γίνεται, ὃ μὴ ἔστιν, ἄνθρωπος· καὶ μένει ὅ ἐστι, Θεός. Ἐκτίναξαι τοίνυν τὸν κονιορτὸν τῆς σαρκικῆς ἐνθυμήσεως, καὶ περιβαλοῦ τὸ ἱμάτιον τῆς μυστικῆς γνώσεως· ἀπόρριψον τὴν ῥᾳθυμίαν τῆς ψυχῆς, καὶ κράτει [τῆς] αἰωνίου ζωῆς.

[73] Matth. XVII, 26. [74] Luc. IX, 58. [75] Joan. I, 29. [76] Isa. IX, 6. [77] Isa. LII, 1, 2.

(19) *Quæ evacuatur*, τὸ καταργούμενον. Verba sunt Pauli II Cor. III, 7, pie a Proclo detorta ad suum propositum : sed Riccardo obscurata.

(20) *Quod ego testator*, ἐμοῦ διατιθεμένου. Alludit ad Apostolum (*Hebr.* IX, 15) : *Ubi enim testamentum est, mors intercedat necesse est testatoris.* Romanus codex mutilus erat et vitiosus, unde non mirum ut nihil ex eo sani Riccardus reddiderit.

(21) *Nasci parvulum tanquam non esset*, καὶ τίκτεται ὡς μὴ ὢν, παιδίον. Sic ipsemet bene distinguit Riccardus, at perperam reddit, aut certe obscurius : *Nasci eum, qui parvulus non est.* Clare Proclus, ut et Patres alii, illis vocibus (*Isa.* IX, 6) : *Natus parvulus ;* et, *datus Filius :* declaratas vult ambas Christi rationes ; quarum altera, cum non esset, nascitur in tempore, pro communi ratione creaturæ : altera ab æterno exsistens, per effectum temporalem datur.

(22) Reg. ἐπιβῶ.

(23) Reg. περιλήψεσθαι.

(24) Edit. ἄναρχον.

(25) Reg. μνημείῳ.

(26) Edit. male δυναμένους, reliquis mutila.

Οὕτω γὰρ ὑνήσῃ καὶ παρθένος φυλαχθῆναι ἀγνὴ, καὶ μήτηρ γενηθῆναι πιστὴ· καὶ τῶν μὲν ἀγάμων μὴ χωρισθῆναι, ταῖς δὲ ὑπάνδροις συναριθμηθῆναι· καὶ τὸν μὲν προφητευόμενον Χριστὸν βαστάσαι, τὸν δὲ ἐναντιούμενον ἐχθρὸν πατῆσαι· καὶ τοῦ μὲ. ὑμνῆσαι τὴν ῥωτιστικὴν (27) τῆς παρουσίας ἔλλαμψιν, τοῦ δὲ σβέσαι τὴν πειραστικὴν τῆς μανίας ἔκκαυσιν. » A polluta virgo servaberis, tum mater fidelis efficieris; possisque, nec ab innuptis separari, feminisque matrimonio junctis accenseri; Christum gestare quem prædixerunt prophetæ, simulque adversantem ac hostem conculcare; illius quidem adventus illuminantis illustrationem laudare, hujus autem tentantis furentes flammas exstinguere. »

ΙΕ'. Οὐ γὰρ μικρῶς αὐτὸς ἠνιάθη, ἀφ' οὗ μάλιστα ἡ Παρθένος εὐηγγελίσθη. Ὁ κόσμος ἐν εὐθυμίᾳ, καὶ ὁ διάβολος ἐν ἀθυμίᾳ. Ὁ βασιλεὺς ἔσωθεν ἐν τῷ παλατίῳ τὰς δωρεὰς τῆς εἰρήνης ὑπέγραφε, καὶ ὁ τύραννος ἔξωθεν τῷ βίῳ τοῦ πολέμου τὰ ὅπλα ἐχάλκευεν. Ὁ Δεσπότης τὸν λιμένα τῆς σωτηρίας κατήρτιζε, καὶ ὁ πειραστὴς τὸν χειμῶνα τῆς ἀγνωσίας ηὐτρέπιζεν. Ὁ Κύριος τὴν ἡμέραν τῆς θεογνωσίας ἐῤῥύθμιζε, καὶ ὁ δόλιος τὴν νύκτα τῆς δυσσεβείας ἐτείχιζεν. Ὁ κτίστης τοῖς κτίσμασι συνανεστρέφετο, καὶ ὁ λῃστὴς τοῖς δαίμοσι συνεσκέπτετο· « Ἀνετράπη, » λέγων ὁ διάβολος, « ἡ θανατικὴ βασιλεία, ἐὰν ἡ παρθενικὴ γεννήσῃ κοιλία. Ἐὰν ἄφθορος συλλάβῃ φύσις, τέθνηκε τῶν δαιμόνων ἡ φύσις· ἐὰν ἀγνεία πολιτεύσηται, ἀκολασία φυγαδεύεται· ἐὰν ἀπάθεια κρατήσῃ, ἀντιπάθεια δραπετεύσει· ἐὰν ἀφθαρσία παῤῥησιάσηται, ἡ ἁμαρτία ἐγκαλύψεται. Μὴ τὴν παλαιὰν τῆς ἐπιθυμίας ἀπολέσωμεν νομήν· μὴ δεξώμεθα τὴν νεαρὰν (28) τῆς παρθενίας καινοτομίαν· μὴ ἐκπέσωμεν διὰ ῥαθυμίας τοῦ δικαίου (29) τῆς ἀδικίας· μὴ ἀργήσῃ τῆς φιληδονίας ἡ ἐμπορία· μὴ σβεσθῇ τῆς ἡδονῆς ὁ σπινθὴρ· μὴ ἀποβληθῇ τῆς πλεονεξίας τὸ χάραγμα· μὴ κλεισθῇ τῆς πονηρίας τὸ ἐργαστήριον· μὴ παραποιηθῇ τῆς ὑπερηφανείας ἡ σφραγὶς· μὴ ἄπρακτον (30) μείνῃ τῆς κακίας τὸ ὀψώνιον. Ἀντιταξώμεθα (31) πρὸς τὸν αὐχένα τῆς παρθενίας τὸν χειμῶνα τῆς ἡδυπαθείας· πρὸς τὴν στερῤῥότητα τῆς ἐγκρατείας, τὴν ἡδύτητα τῆς γαστριμαργίας· πρὸς τὴν τῆς ἀληθείας λαμπηδόνα, τὸν τοῦ ψεύδους σπινθῆρα· πρὸς τὴν κρηπῖδα τῆς εὐσεβείας, τὴν τυραννίδα τῆς ἀσεβείας. Μεγάλη κατέχει συμφορὰ τῶν δαιμόνων τὴν φοράν· εἰς βαρυτάτην κείμεθα τιμωρίαν (32), εἰ μὴ σφοδροτάτην ἐνδυσώμεθα πανοπλίαν. Καταμάθωμεν τὸ παράδοξον τῆς Παρθένου πρᾶγμα, καὶ ἴδωμεν (33) τὸ φοβερὸν καὶ ἐξαίσιον τοῦ ἐξ αὐτῆς σαρκουμένου θαῦμα· πῶς κόρη γυνὴ κυοφορεῖ, μὴ πλησιάσασα τὸ σύνολον μηδενὶ ἀνδρί· πῶς τὴν ἀγνείαν οὐκ ἀπέθετο, καὶ τὴν παιδοποιίαν ἐνεπορεύσατο (34)· πῶς τὴν ὥραν οὐκ ἐτρυγήθη τῆς εὐμορφίας, καὶ ἡ χώρα (35) ἐγεωργήθη τῆς καλλιτεχνίας· πῶς ἡ ἄμπελος οὐκ ἐσκάφη, καὶ ὁ βότρυς ἐπεπάνθη· πῶς καὶ ἡ σφραγὶς τῆς παρθενίας μένει ἀπαρεγχείρητος, καὶ ὁ χωρηθεὶς ἐν τῇ κοιλίᾳ, ἀνερμήνευτος· πῶς καὶ τὴν σύλληψιν ἀγνοεῖ τοῦ ἀνδρὸς, καὶ τὴν κύησιν προσκυνεῖ τοῦ παιδός.

ΙϚ'. « Τίς εἶδε κλάδον τῆς ῥίζης προγενέστερον, ἔμβρυον δημιουργῆσαν τὴν φύσιν, βρέφος τὴν

XV. Non enim parum ille indoluit, ex quo maxime Virgo faustum nuntium accepit. Mundus in lætitia agebat; diabolus autem in mœrore ac tristitia erat. Rex intra palatium pacis munera designabat, tyrannusque foris arma bellica mundo procudebat. Dominus salutis portum aptabat, tentatorque ignorantiæ procellam apparabat. Dominus scientiæ divinæ diem concinnabat, versutusque hic impietatis noctem obtendebat. Creator cum B creatis versabatur, et latro cum dæmonibus tractabat. « Eversum est, » aiebat diabolus, « mortis imperium, ut virginalis genuerit uterus. Ut incorrupta natura conceperit, periit dæmonum natura. Ut castitas obtinuerit, fugatur luxuria. Ut tranquilla animorum sedatio ac affectionum vacuitas dominata fuerit, contrarii perturbationum affectus protrudentur. Ut incorruptio libere ac palam habuerit, peccatum utique præ pudore non amplius conspicabitur. Ne antiquam cupiditatis consuetudinem perdamus; ne recentem virginitatis novationem admittamus; ne per ignaviam ab iniquitatis jure excidamus; a voluptuarii amoris negotiatione ne desistatur; voluptatis scintilla ne exstinguatur· C avaritiæ ac injustæ fraudationis insculpta nota ne abjiciatur; ne malitiæ officina claudatur; ne superbiæ sigillum pervertatur; ne otiosum manserit malitiæ stipendium. Opponamus cervici Virginis, voluptatis procellam; temperantiæ firmitati, gulæ delicias; veritatis splendori, scintillam falsitatis; basi pietatis, tyrannidem impietatis. Ingens et acerba calamitas nostris dæmonum negotiis imminet. Gravissimis pœnis objecti sumus, nisi validissima arma induerimus. Perdiscamus novam hanc Virginis rem: videamus formidandum eximiumque incarnati ex ea miraculum: ut puella mulier sine ullo plane viri congressu feta effecta sit; ut non amiserit castitatem, et fecunditatem comparaverit; ut eximiæ venustatis forma non fuerit decerpta, D probæque ac amplæ prolis gaudium messuerit; ut vitis non fuerit fossa, botrusque nihilominus maturuerit; ut inviolatum maneat virginitatis sigillum, exsietque quem uterus capit, ineffabilis: ut viri conceptionem ignoret, ac pueri partum adoret.

XVI. « Quis unquam ramum vidit, sua radice majorem natu? Clausum utero fetum, qui naturam condiderit? Infantem ejus creatorem, quæ creatum

(27) Male edit. τῆς φωτιστικῆς.
(28) Edit. male νοερόν.
(29) Male edit. οὐ δικαίου.
(30) Edit. ἄπρατον.
(31) Reg. ἀντιτάξωμεν.
(32) Edit. πονηρίαν.
(33) Edit. ἴδωμεν καί.
(34) Edit. ἐπριᾶτο.
(35) Reg. χαρά.

edidit? Quem ut hominem paritura est, ei jam ut Deo procumbit. Quem ut infantem alere habet, hunc ut Dominum tota reverentia laudat. Quid ergo? Ab struendis insidiis (36) destiterimus, quod ea magna vigilique custodia servetur? A naturali ad eam affectionum contrarietate recesserimus, quod cœleste eam præsidium tutetur? Num enim nescio, tunc summo cum discrimine armari fortem, cum thesaurus tuto vigilique præsidio servatur? Frustra latronem insidias struere, cum paterfamilias non dormierit? Enimvero, iterumne cum secunda Eva nobis instat certamen? Instruendane acies adversus impollutam mulierem? Rursumne cogimur adorare secundum Adam? Iterumne post nos formato jubemur parere? Rursumne præcipitur regiam imaginem procumbentes adorare? At certe mulier illa terreni [78] (37) oculorum spectaculo capta [79], levi manu prostrata jacuit: hæc autem in manibus cœlestis suscepta, ceu forti vallo munita consistit. Illa in ligni cupiditatem exarsit; huic ne quid ejusmodi etiam in mentem venit. Illa consilium facillime probavit; ista aures etiam quam cito obseravit. Illa sciscitantis eloquia est amplexa; ista etiam narrationis verba abhorruit. Illa, fructus arboris amore capta, deam se fore comminiscebatur; ista, Domini unione dignata, ad Dei se laudes componebat. Illa, cum corruptionem adiret (38), eminentem se dignitatem capessere cogitabat; in divinum hæc gaudium intrans, humanæ non obliviscitur imbecillitatis. Quonam itaque modo naviculam ejusmodi tempestate jactabimus? ut stertentem in ea gubernatorem inveneri mus. Quonam modo discerpemus ovem? ut pastorem negligentem existimaverimus. Quonam modo diripiemus civitatem? ut regem torpescentem ac desidem intellexerimus. Ergone satanicus cuneus virginalem hunc non subvertet murum? Num spe frustrabimur, ut a laboris mole nequaquam desistamus? Nunquid ab exspectatione decidemus, ut a vincendi contentione pertinaciique studio non recesserimus? Cæterum cum neque virginali officinæ insidiari licuerit, nec mentis agrum valuerimus obturbare, ac neque proli quæ utero gestatur, potuerimus resistere; tunc illibatam Virginis conceptionem calumniæ jaculis impetemus. Obtrectemus mysterio, quo in judicium traxeri-

A κτισαμένην κτίσαν; Ὃν μέλλει ὡς ἄνθρωπον τίκτειν, τούτῳ ἁπάρτι ὡς Θεῷ ὑποκύπτει· ὃν ἔχει διατρέφειν ὡς νήπιον, τοῦτον μετὰ αἰδοῦς δοξάζει ὡς Κύριον. Τί οὖν; ἀποστῶμεν τῆς ἐπιβουλῆς, ὅτι μεγάλης ἠξίωται αὐτὴ φυλακῆς; ἀναχωρήσωμεν τῆς ἀντιπαθείας, ὅτι ὑπὸ τῆς ἄνω σκέπεται συμμαχίας; μὴ γὰρ οὐ γινώσκω κἀγώ, ὅτι ἐπισφαλῶς ὁπλίζεται ὁ ἰσχυρός, ὅτε ἀσφαλῶς φυλάττεται ὁ θησαυρός; Εἰς μάτην ὁ κλέπτης ἐφεδρεύει, ὅτε ὁ οἰκοδεσπότης μὴ καθεύδῃ; Ἀλλὰ πάλιν ἡμῖν ἐστι πρὸς δευτέραν [Εὔαν] ὁ πόλεμος; πρὸς ἄφθορον γυναῖκα ἡ παράταξις; πάλιν τὸν δεύτερον ἀναγκαζόμεθα προσκυνεῖν Ἀδάμ; πάλιν ὑπὸ τοῦ μεθ' ἡμᾶς πλαττομένου ἄρχεσθαι κελευόμεθα (39); πάλιν τῇ βασιλικῇ προσταττόμεθα εἰκόνι ἐγκύπτειν; Ἀλλ' ἐκείνη μὲν ἡ γυνὴ τοῦ χοϊκοῦ (40), ὑπὸ τῶν ὀφθαλμῶν εὐχερῶς καταβέβληται· αὕτη δὲ ὑπὸ τῶν χειρῶν παρειλημμένη τοῦ ἐπουρανίου, ἰσχυρῶς τετείχισται. Ἐκείνη τοῦ ξύλου ἐμφορηθῆναι ἐπεθύμησεν· αὕτη τούτου οὐδὲν ἐνθυμηθῆναι ἐπένευσεν. Ἐκείνη τὴν συμβουλίαν ἡδέως ἐδέξατο· αὕτη καὶ τὴν ἀκοὴν ταχέως ἠσφαλίσατο. Ἐκείνη τὴν πεῦσιν περιεπτύξατο· αὕτη καὶ τὴν διήγησιν ἐδεδιώξατο. Ἐκείνη τῆς βρώσεως τοῦ δένδρου ἐρασθεῖσα θεοποιαν ἐφαντάζετο· αὕτη τῆς ἑνώσεως τοῦ Δεσπότου ἀξιωθεῖσα εἰς δοξολογίαν ηὐτρεπίζετο. Ἐκείνη, τῆς φθορᾶς (41) μεταλαβοῦσα, τῆς ὑπερκειμένης ἀξίας λαθέσθαι διενοεῖτο· αὕτη, τῆς θείας χαρᾶς ἐντὸς γενηθεῖσα, τῆς ἀνθρωπίνης ἀσθενείας οὐκ ἐπιλανθάνεται. Πῶς οὖν τὴν τοιαύτην σκάφην χειμάσωμεν; ἐὰν τὸν ἐν αὐτῇ ὑπνοῦντα κυβερνήτην καταλάβωμεν (42). Πῶς τὸ πρόβατον σπαράξωμεν; ἐὰν τὸν ποιμένα ἀμελοῦντα ὑποπτεύσωμεν. Πῶς τὴν πόλιν διαρπάσωμεν; ἐὰν τὸν βασιλέα ῥᾳθυμοῦντα ὑπονοήσωμεν. Ἆρα τὸ σατανικὸν στῖφος οὐ κατασείσει τὸ παρθενικὸν τεῖχος; ἆρα τῶν ἐλπίδων ἀποτυγχάνωμεν, ἐὰν τῶν πόνων μὴ κατολιγωρήσωμεν; ἆρα τῆς προσδοκίας διαμαρτάνωμεν, ἐὰν τῆς φιλονεικίας μὴ ἀναχωρήσωμεν; Ὅτε δὲ καὶ τῷ ἐργαστηρίῳ τῆς παρθενίας μὴ δυνηθῶμεν ἐπιβουλεῦσαι, καὶ τῷ χωρίῳ τῆς διανοίας μὴ ἰσχύσωμεν παρενοχλῆσαι, καὶ τῷ ἐμβρύῳ τῆς κοιλίας μὴ δυνηθῶμεν ἀντοφθαλμῆσαι· τότε τοῖς συκοφαντικοῖς πλήξομεν (43) βέλεσι τὴν ἄφθορον τῆς Παρθένου σύλληψιν. Διαβάλλωμεν τὸ μυστήριον [ἵνα ἑλκύσωμεν εἰς κριτήριον].

[78] I Cor. xv, 49. [79] Gen. III, 6.

(36) *Ab instruendis insidiis destiterimus.* ἀποστῶμεν τῆς ἐπιβουλῆς. Restituenda interrogatio ex ms. reg. ut sint verba cohortantis, uti et sequentia, male a Riccardo detorta.

(37) *Mulier illa terreni*, τοῦ χοϊκοῦ. Quem opponit τῷ, τοῦ ἐπουρανίου· mutuatus verba Pauli I Cor. xv, 49. Nonnihil luxata verba Rom. codicis Riccardum deceperunt, ut aliter redderet. Quod sequitur, αὕτη καὶ τὴν διήγησιν ἐδεδιώξατο· dissimulantius mollit, reddendo: *Ista etiam ad nuntiantis verba commota.* Significat Proclus, repudiasse Mariam, animoque abominatam fuisse angelicam salutationem, nec ei facilem aures accommodasse, insidias veritam Evæ similes, usque dum plene instructa fuit, ac vere Dei nuntium agnovit; quod ipsum Andreas Cretensis magnæ in femina virtutis tradit, *Orat. in Annuntiat.*, ac est re-

D vera, sexu ad fidem leviori.

(38) *Cum corruptionem adiret*, μεταλαβοῦσα τῆς φθορᾶς. Cum sumeret quod ad interitum erat, nempe fructum ligni vetiti; ut ubique currant quæsitæ illæ Procli antitheses, restituto textu, ubi menda obscurabant. Quod statim sequitur, αὕτη τῆς θείας χαρᾶς ἐντὸς γενηθεῖσα, verba illa respicit (Matth. xxv, 21, 23): *Intra in gaudium Domini tui.* Ut velit significare immensum quoddam Mariæ gaudium ab illapsu Domini in eam, quale fere erit beatorum. Riccardus nihil exprimit

(39) Male edit. ἀρχόμεθα κελεύειν.

(40) Male edit. γυνὴ τῶν ὀφθαλμῶν τοῦ χοϊκοῦ.

(41) Male edit. τῆς οὐδεμιᾶς φθορᾶς.

(42) Edit. ὑπολάβωμεν.

(43) Edit. πλήττωμεν.

Λοιδορήσωμεν τὴν ἀγνείαν, ἵνα ἐπάγωμεν τιμωρίαν. Διασύρωμεν τὴν μυστικὴν κυοφορίαν, ἵνα προσενέγκωμεν εἰς Ἰουδαϊκὴν ἀποτομίαν. Χρησώμεθα τούτῳ τῷ γένει, συνηγοροῦντι (44) τῷ ἡμετέρῳ ψεύδει. Ὑποθώμεθα διαβολικὴν πονηρίαν τοῖς ἀσυγγνώστοις καὶ τὰ μικρὰ [τῶν ἄλλων] ἐξετάζουσι πταίσματα· τοῖς παντελῶς ἀγνοοῦσι τῆς συμπαθείας τὰ ὀροθέσια· τοῖς πρὸ τῆς ἀληθείας τὴν μάχαιραν ὀξύνουσι τῆς ἀπανθρωπίας· τοῖς πρὸ τῆς ἐξετάσεως τὸν χάρτην ὑπογράφουσι τῆς ἀποφάσεως· τοῖς τὴν ἄδικον κρίσιν τοῖς κρινομένοις κρίνειν ἐπειγομένοις. Τὸ ἄσπιλον ὄστρειον ἀφανισθῇ, ἵνα μὴ ὁ πολύτιμος ἐν αὐτῷ μαργαρίτης τελεσφορηθῇ. Εἰ δὲ καὶ τὸ ὄδυρ τῆς ἡμετέρας πονηρίας μὴ τρώσῃ τῆς Παρθένου τὴν σύλληψιν, [ἀλλὰ] τὸ τοῦ Ἡρῴδου τῆς βασκανίας ξίφος τοῦ τικτομένου βρέφους πλήξει τὴν γέννησιν. Αὐτὸς γὰρ ὑπὲρ ἡμῶν τὸν καθ' ἡμῶν πολεμήσει Χριστόν. »

ΙΖ'. Ποίοις οὖν ἐγκωμίων χρώμασι τὴν παρθενικὴν διαγράψω εἰκόνα; ποίοις ἐπαίνων ῥήμασι τὸν ἄσπιλον τῆς ἀγνείας φαιδρύνω χαρακτῆρα; Αὕτη τὸ ἄδυτον τῆς ἀναμαρτησίας ἱερόν· αὕτη ὁ ἡγιασμένος τοῦ Θεοῦ ναός· αὕτη τὸ χρυσοῦν τῶν ὁλοκαυτωμάτων θυσιαστήριον· αὕτη τὸ θεῖον τῆς συνθέσεως θυμίαμα· αὕτη τὸ ἅγιον τῆς χρίσεως ἔλαιον· αὕτη τὸ πολύτιμον τῆς πιστικῆς νάρδου ἀλάβαστρον· αὕτη τὸ ἱερατικὸν ἐφοὺδ, τὴν τοῦ Θεοῦ μηνύουσα βουλήν· αὕτη ἡ τὸν ἑπτάμυξον λύχνον βαστάζουσα χρυσῆ λυχνία· αὕτη ἡ κεχρυσωμένη ἔσωθεν καὶ ἔξωθεν κιβωτὸς, σώματι καὶ πνεύματι ἡγιασμένη, ἐν ᾗ τὸ

A mus : proscindamus conviciis pudicitiam, quo ei supplicium inferamus : incusemus arcanum uteri partum, quo ad Judaicum deferamus severum tribunal. Hac utamur gente, nostro patrona mendacio. Suggeramus diabolicam malitiam iis qui, scelerum gravitate indigni venia, levia aliorum delicta inquirant; qui omnino nesciant commiserationis leges; qui necdum cognita veritate, gladium acuant inhumanitatis; qui ante examen sententiæ libellum subscribant; qui iis qui rei aguntur, injustum judicium judicare festinant (45). Deleatur ac pereat immaculatum ostreum, ne pretiosum in eo exsistens margaritum perfectum prodeat. Sin autem nostræ nequitiæ hasta virginalem conceptionem vulnerare nequiverit ; at certe Herodiani livoris B gladius infantis partu editi nativitatem feriet. Ipse namque pro nobis adversus hostem nostrum Christum bellabit. »

XVII. Quibus ergo encomiorum coloribus virginalem depingam imaginem? Quibus laudum præconiis incontaminatum exornabo castimoniæ characterem? Est hæc penetrale innocentiæ sacrarium; est sanctificatum Dei templum ; aureum altare holocautomatum (46); divinum compositionis thymiama; sacrum unctionis oleum; pretiosum nardi pistici alabastrum [80]. Hæc, sacerdotale ephod divinam signans voluntatem; hæc, aureum candelabrum (47) septem ellychniorum lucernam portans; hæc, arca intrinsecus et extrinsecus deaurata, corpore scilicet et spiritu sanctificata [81], in qua erat

[80] Joan. XII, 3. [81] I Cor. VII, 34.

(44) Edit. συνηγοροῦντες.

(45) *Injustum judicium judicare festinant.* Ad hæc verba Riccardus : *Mire premit Nestorianos, quos a diabolo excitatos inducit.* Nihil tamen Proclus hoc loco adversus Nestorianos disputat, sed Judæos tantum perstringit, quorum etiam in terminis meminit, et in quos tota hæc quadrat diabolica peroratio, ne minimum vero in Nestorianos : atque ut quis attentius perspiciat, viderit omnino respicere inductam Mariæ accusationem, quam habet liber apocryphus Jacobi fratris Domini nomine, qua molitus sit diabolus Mariam perdere, atque in ea conceptum cœleste margaritum, antequam maturum tempore in lucem prodiret. Sic ergo agebat diabolus per Judæos, ἵν' ἀφανισθῇ τὸ ἄσπιλον ὄστρειον· non quod frigide et indigne Procli interprete reddit Riccardus, *ut delitescat incontaminata ostrea*, quod nihil impediret margariti in ea τελεσφόρησιν· velut, *maturo partu editionem* : sed, ut deleretur ac exterminio daretur; prout delebantur, qui rei criminis redargutionis aquas illas potassent. Nunquid vero Nestoriani de delenda sic Maria ac fetu in ea perdendo, post quadringentos annos ab ejus editione ac partu, cogitaverunt? Nunquid priores Herode in Mariam ac prolem ii debacchaverunt, cujus Proclus conatum a diabolo provocatum subjungit, ubi prior ille non successisset, et ut editus in lucem Dominus Jesus per eum periret, qui in utero exstingui nequivisset? Facessant rogo istæ næniæ, sibique ipsos patres sinamus. Et ut synopsi proponam quid tot dialogismis agat Proclus, noveris esse quatuor : primo enarrat quid inter Mariam ac Joseph intercedere potuit sermonis, in ea hypothesi, ut vir beatus toto conceptionis tempore animi anxius fuerit, nec satis rei sacramentum noverit. Secundo explicat, quid inter eam- C dem Mariam et angelum nuntiantem, cum necdum omnino persuasa crederet; non quidem ullo modo dubia de Dei potentia, sed de nuntio an esset a Deo, deque modo implendæ rei, non violato voto. Tertio, quid specie increpationis intus animo Dominus insonaret inter eas moras, et dum prudens Virgo post verba Gabrielis assensum libraret. Quarto denique edisserit diaboli querelas post divinam Virginis conceptionem, ejusque in eam ac prolem machinamenta, cum per se subjectosque dæmonum populos, tum per Judæos primum ac ante partum, postmodumque ac brevi a partu, per Herodem : nihil ad alios Christi ac Mariæ hostes progressus, vel Nestorianos, vel Helvidianos, a quibus tamen videri possit cavere, expositione loci Matthæi, quo perpetua Mariæ virginitas videri posset impeti. Similem prosopopœiam Mariæ et Joseph habet Athanasius hom. *in census sanctæ Mariæ*; nec ea displicet, quidquid in eam loquatur Holstenius.

D (46) *Aureum altare holocautomatum.* Videtur Proclus confundere altare incensi quod erat aureum, in quo solum adolebatur thymiama, cum altari quod erat ante portam tabernaculi, in quo victimæ et ὁλοκαυτώματα offerebantur ac cremabantur, quod ex terra et impolitis lapidibus exstructum, non laminis aureis vestitum erat, sed æneis; quocirca putem scripsisse χαλκοῦν, ex quo antiquarii exscripserint χρυσοῦν, nisi pro ὁλοκαυτωμάτων, scripserat θυμιαμάτων, quod magis probo.

(47) *Aureum candelabrum.* Riccardus candelabrum in lucernam mutat : sed piget plura ejus notare : tu, lector, ex paucis istis, alia toto opere, ubi nihil moneo, cautum nova versione putans, conjice.

thuribulum aureum, et urna aurea habens manna [82], ac reliqua complectens, de quibus supra. Hæc, primogenita illa jugi expers ac rufa vitula, cujus cinis [83], Domini scilicet corpus ex ea assumptum, inquinatos ab impura peccatorum lue emundat. Hæc, porta ad orientem respiciens [84], propter Domini per eam ingressum egressumque in perpetuum clausa. Hæc, novus Novi Testamenti tomus [85], per quam festine spoliatum est imperium dæmonum, citoque humana dirempta captivitas. Hæc, trina humani generis mensura [86], Græcorum scilicet, Romanorum ac Judæorum; in qua ineffabilis Dei sapientia fermentum bonitatis suæ abscondit. Hæc, paternæ benedictionis ager [87], in qua Dominicæ dispensationis thesaurus repositus fuit. Hæc, navis regia quæ de Tharsis divitias portat [88]; quæ, inquam, cœlestis Regi Hierusalem ex gentilium regione gentium conversionem afferat. Hæc, pulchra Canticorum Sponsa [89], quæ veterem exuit tunicam, lavitque legales pedes, ac Sponsum immortalem in suo ipsius thalamo reverenter suscepit. Hæc, tabernaculum fidelium, quæ animatam œconomiæ pertaverit arcam, ac per primiparas juvencas [90], utrumque, inquam, Testamentum, in rectam salutis viam directa sit. Hæc, tabernaculum testimonii, ex qua verus Jesus cum Deus esset, post statum embryonis novem mensium tempus, egressus est. Hæc, fiscella intrinsecus ac extrinsecus bitumine illita, nimirum prudentia ac pietate exornata, in qua spiritalis Moyses e mystico salvatur Pharaone [91]: cujus filia, gentilis nempe Ecclesia, in virgineis ulnis nutriens, matri ipsi lactanti (48) æternæ vitæ mercedem daturam promittit. Hæc, quintus puteus veri jurisjurandi [92], in qua immortalitatis aqua (49), per adventum Domini in carne, in plenitudine quinti fœderis effluxit. Primum enim fœdus scriptum est tempore Adami; secundum tempore Noe; tertium tempore Abrahæ; quartum tempore Moysis; quintum denique tempore Domini: nam etiam quinquies exiit, ut pios operarios in justitiæ vineam conduceret; nempe, circa horam primam, circa tertiam, circa sextam, circa nonam, circa undecimam [93]. Hæc, incontaminatum vellus in mundi area positum, in quam salutis pluvia e cœlo descendens [94], terram universam ab immensa malorum illuvie siccavit; rursumque vellus ipsum, a subsidente affectionum humore exsiccans, copioso bonorum munere terram replevit. Hæc, oliva fructifera plantata in

A χρυσοῦν ἔχειτο θυμιατήριον, καὶ ἡ στάμνος ἡ χρυσῆ ἡ ἔχουσα τὸ μάννα, καὶ τὰ λοιπὰ [περιέχουσαν], περὶ ὧν ἔμπροσθεν εἴρηται. Αὕτη ἡ πρωτότοκος ἄζυξ, καὶ πυρὰ δάμαλις, ἧς ἡ σποδὸς, τὸ ἐξ αὐτῆς ληφθὲν τοῦ Κυρίου σῶμα, τοὺς κεκοινωνημένους ὑπὸ τοῦ μολυσμοῦ τῆς ἁμαρτίας καθαρίζει. Αὕτη ἡ βλέπουσα κατὰ ἀνατολὰς πύλη, ἡ διὰ τῆς Δεσποτικῆ, εἰσόδου καὶ ἐξόδου κλειομένη εἰς τὸν αἰῶνα. Αὕτη ὁ καινὸς τῆς Καινῆς Διαθήκης τόμος, δι' ἧς τῶν δαιμόνων ὀξέως ἡ δυναστεία ἐσκυλεύθη, καὶ τῶν ἀνθρώπων ταχέως ἡ αἰχμαλωσία προενομεύθη (50). Αὕτη τὰ τρία μέτρα τῆς ἀνθρωπότητος· Ἑλλήνων, Ῥωμαίων, Ἰουδαίων, ἐν ᾗ [ἡ] ἄῤῥητος τοῦ Θεοῦ σοφία τὴν ζύμην τῆς οἰκείας ἔκρυψεν ἀγαθότητος. Αὕτη τῆς πατρικῆς (51) εὐλογίας ὁ ἀγρὸς, ἐν ᾗ ὁ τῆς Λε-

B σποτικῆς οἰκονομίας ἔκειτο θησαυρός. Αὕτη ἡ βασιλικὴ ναῦς, ἡ τὸν πλοῦτον ἐκ Θάρσεις εἰσκομίζουσα, ἐκ τῆς ἐθνικῆς προσφέρουσα χώρας τῶν ἐθνῶν τὴν ἐπιστροφὴν τῷ βασιλεῖ τῆς ἄνω Ἱερουσαλήμ. Αὕτη ἡ καλὴ τῶν Ἀσμάτων νύμφη, ἡ τὸν παλαιὸν χιτῶνα ἀποδυσαμένη, καὶ τοὺς νομίμους πόδας ἀποπλυναμένη, καὶ μετὰ αἰδοῦς τὸν ἄφθαρτον νυμφῶνα ἐν τῷ αὐτῆς ταμιείῳ ὑποδεχομένη. Αὕτη ἡ σκηνὴ τῶν πιστῶν, ἡ τὴν ἔμψυχον τῆς οἰκονομίας κιβωτὸν βαστάσασα, καὶ διὰ τῶν πρωτοτοκουσῶν δαμάλεων, τῶν δύο Διαθηκῶν, ἐπὶ τὴν ἁπλανῆ τῆς σωτηρίας ὁδὸν κατευθυνομένη. Αὕτη ἡ σκηνὴ τοῦ μαρτυρίου, ἀφ' ἧς Θεὸς ὢν (52) ὁ ἀληθινὸς Ἰησοῦς μετὰ τὸν ἐνναμηναῖον τοῦ ἐμβρύου χρόνον ἐξεπορεύετο. Αὕτη ἡ ἔσωθεν καὶ ἔξωθεν ἠσφαλτωμένη θίβη, συνέσει καὶ

C εὐλαβείᾳ κεκοσμημένη, ἐν ᾗ ὁ πνευματικὸς Μωϋσῆς ἐκ τοῦ νοητοῦ διασώζεται Φαραώ· οὗ θυγάτηρ, τουτέστιν ἡ ἐθνικὴ Ἐκκλησία, ἐν ταῖς παρθενικαῖς ἐκτρέφουσα ἀγκάλαις, ὑπισχνεῖται δώσειν αὐτῇ (53) τῆς αἰωνίου ζωῆς τὸν μισθόν. Αὕτη τὸ πέμπτον τοῦ ἀψευδοῦς φρέαρ ὅρκου, ἐν ᾗ τὸ ὕδωρ ἔβρυσε τῆς ἀθανασίας διὰ τῆς ἐνσάρκου τοῦ Κυρίου παρουσίας, ἐν τῇ συμπληρώσει τῆς πέμπτης διαθήκης. Πρώτη γὰρ ἐγράφη ἐπὶ τοῦ Ἀδάμ· δευτέρα ἐπὶ τοῦ Νῶε· τρίτη ἐπὶ τοῦ Ἀβραάμ· τετάρτη ἐπὶ τοῦ Μωϋσέως· καὶ πέμπτη ἐπὶ τοῦ Κυρίου· ἐπειδὴ καὶ πεντάκις ἐξῆλθε τοὺς εὐσεβεῖς μισθούμενος ἐργάτας εἰς τὸν τῆς δικαιοσύνης ἀμπελῶνα· περὶ πρώτην ὥραν, περὶ τρίτην, περὶ ἕκτην, περὶ ἐννάτην, περὶ ἑνδεκάτην. Αὕτη ὁ τιθέμενος ἐν τῇ κοσμικῇ ἄλωνι ἄσπι-

D λος τόκος, ἐν ᾗ ὁ σωτήριος ἐκ τοῦ οὐρανοῦ κατελθὼν ὑετὸς πᾶσαν ἐξήρανε τὴν γῆν ἐκ τῆς ἀμέτρου φορᾶς τῶν κακῶν· καὶ πάλιν τὸν πόκον ἐξήρανεν ἐκ τῆς

[82] Hebr. IX, 4. [83] ibid. 13. [84] Ezech. XLIV, 1. [85] III Reg. X, 22. [86] Cant. V, 3. [87] I Reg. VII, 7. [88] Judic. VII, 37. [89] Isa. VIII, 1. [90] Matth. XIII, 33. [91] Gen. XXVII, 27. [92] Exod. II, 3. [93] Gen. XXV, 32. [94] Matth. X, 1.

(48) *Matri ipsi lactanti.* Deesse particulas quas hic descripsi, suadet tum series, et quia alioqui vitiosus est textus, tum Moysis historia, in qua filia Pharaonis matri ipsi Moysis vocatæ ad alendum ac lactandum puerum, mercedem promittit. Velit forte Proclus allegoria, esse hanc Moysis matrem, Synagogam, sive Judaicum populum, cui gentium Ecclesia, ut velit Moysen lactare, id est, ad Christum converti, vitam æternam promittat.

(49) *Immortalitatis aqua effluxit,* ἔβρυσεν ἀθανασίας ὕδωρ. Palam approbat Proclus, quam Hieronymus probat lectionem, et habent Vulg. ac Hebr. (*Gen.* XXV, 32): *Invenimus aquam*: cum Græca habeant negativam: *Non invenimus aquam.*

(50) Male edit. προενεμήθη.

(51) Edit. πνευματικῆς.

(52) Reg. νέος ὤν.

(53) *Sc.* τῇ τεκούσῃ καὶ θηλαζούσῃ.

ὑπονοστούσης ἰκμάδος τῶν παθῶν. καὶ τὴν γῆν ἐπλήρωσε τῆς ἀφθόνου δωρεᾶς τῶν ἀγαθῶν. Αὕτη ἡ ἐν τῷ οἴκῳ τοῦ Θεοῦ πεφυτευμένη κατάκαρπος ἐλαία, ἐξ ἧς τὸ ἅγιον Πνεῦμα τὸ σωματικὸν τοῦ Κυρίου λαβὸν κάρφος, τῇ χειμαζομένῃ τῶν ἀνθρώπων διεκόμισε φύσει, τὴν ἄνωθεν εὐαγγελισάμενος εἰρήνην. Αὕτη ἡ εὐθαλὴς καὶ ἄφθαρτος παράδεισος, ἐν ᾗ τὸ τῆς ζωῆς ξύλον φυτευθὲν πᾶσιν ἀκωλύτως χορηγεῖ τῆς ἀθανασίας τὸν καρπόν. Αὕτη τῆς καινῆς κτίσεως ἡ οὐράνιος σφαῖρα, ἐν ᾗ ὁ ἀειφανὴς τῆς δικαιοσύνης ἥλιος πᾶσαν ἀπὸ πάσης ἀπήλασε ψυχῆς τῶν ἁμαρτιῶν τὴν νύκτα. Αὕτη τῶν παρθένων τὸ καύχημα· τῶν μητέρων τὸ ἀγαλλίαμα· τῶν πιστῶν τὸ στήριγμα· τῆς Ἐκκλησίας τὸ διάδημα· τῆς ὀρθοδοξίας τὸ χάραγμα· τῆς εὐσεβείας τὸ σφράγισμα· τῆς ἀληθείας τὸ νόμισμα· τῆς ἐγκρατείας τὸ ἔνδυμα· τῆς ἀρετῆς τὸ φόρημα· τῆς δικαιοσύνης τὸ ὀχύρωμα· τῆς ἁγίας Τριάδος τὸ κατάλυμα, κατὰ τὸ εὐαγγελικὸν διήγημα· *Πνεῦμα ἅγιον*, φησὶν, *ἐπελεύσεται ἐπὶ σὲ, καὶ δύναμις Ὑψίστου ἐπισκιάσει σοι· διὸ καὶ τὸ γεννώμενον ἐκ σοῦ ἅγιον κληθήσεται Υἱὸς Θεοῦ*. Αὐτῷ ἡ δόξα, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

A domo Domini[95], ex qua Spiritus sanctus Dominici corporis ramum accipiens, tempestate jactato humano generi detulit, fauste de cœlo annuntians pacem. Ipsa, floridus ac immarcescibilis hortus, in qua lignum vitæ plantatum [96] universis libere fructum immortalitatis præbet. Ipsa, novæ creaturæ cœlestis globus, in qua Sol justitiæ nunquam occidens, omnem ab anima omni peccatorum noctem fugavit. Ipsa virginum gloriatio; matrum exsultatio; fidelium sustentatio; Ecclesiæ diadema; rectæ fidei expressa forma; pietatis signaculum; veritatis norma; indumentum temperantiæ; vestis virtutis: justitiæ munitio; sanctæ Trinitatis domicilium, juxta quod habet evangelica narratio: *Spiritus sanctus*, inquit, *superveniet in te, et virtus Altissimi obumbrabit tibi; ideoque et quod nascetur ex te* B *Sanctum, vocabitur Filius Dei*[97]. Cui gloria, nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

ΛΟΓΟΣ Ζ'.

Εἰς τὰ ἅγια Θεοφάνεια.

Α'. Χριστὸς τῷ κόσμῳ ἐπεφάνη, καὶ τὸν ἄκοσμον κόσμον κοσμήσας, ἐφαίδρυνε· τὴν τοῦ κόσμου ἁμαρτίαν ἀνέλαβε, καὶ τὸν τοῦ κόσμου ἐχθρὸν κατέβαλεν· ἡγίασεν ὕδάτων πηγὰς, καὶ ἐφώτισε τὰς τῶν ἀνθρώπων ψυχάς· θαύματα συνεπλάκη μείζοσι θαύμασι. Σήμερον γὰρ ἡ γῆ καὶ ἡ θάλασσα τὴν τοῦ Σωτῆρος χάριν ἐμερίσαντο, καὶ πᾶς κόσμος εὐφροσύνης πεπλήρωται· καὶ τῆς προλαβούσης ἑορτῆς ἡ σήμερον ἑορτὴ μείζονα δείκνυσι τῶν θαυμάτων τὴν αὔξησιν. Καὶ γὰρ ἐν τῇ προλαβούσῃ ἑορτῇ τῶν γενεθλίων τοῦ Σωτῆρος [ἡ] γῆ ἐχαιρεν, ἐν τῇ φάτνῃ τὸν τῶν ἁπάντων Δεσπότην βαστάζουσα· ἐν δὲ τῇ σήμερον ἑορτῇ τῶν Θεοφανίων ἡ θάλασσα λίαν εὐφραίνεται· εὐφραίνεται δὲ, ὡς διὰ Ἰορδάνου τὰς τοῦ ἁγιασμοῦ εὐλογίας μεταλαμβάνουσα. Ἐπὶ τῇ προλαβούσῃ ἑορτῇ ἀτελὲς βρέφος ἐδείκνυτο, τὴν ἡμετέραν ἀτελειότητα δεικνύμενον· ἐν δὲ τῇ σήμερον ἑορτῇ τέλειος ὁρᾶται, τὸν ἐκ τελείου τέλειον αἰνιττόμενος. Ἐκεῖ τὸν τεχθέντα ἐμήνυσεν ὁ ἐν τῇ ἀνατολῇ προκύψας ἀστήρ· ἐνταῦθα δὲ τῷ βαπτιζομένῳ μαρτυρεῖ ἄνωθεν ὁ γεννήσας Πατήρ. Ἐκεῖ μάγοι ἐξ ἀνατολῶν πεζοπορήσαντες ὡς βασιλεῖ δῶρα προσέφερον· ἐνταῦθα δὲ ἄγγελοι ἐξ οὐρανῶν παραγενόμενοι, ὡς Θεῷ τὴν πρέπουσαν διακονίαν προσήνεγκαν. Ἐκεῖ ἐδεσμεῖτο σπαργάνων δεσμοῖς· ἐνταῦθα λύει τὰς τῶν ἁμαρτημάτων σειράς. Ἐκεῖ ὁ βασιλεὺς τὴν ἀλουργίδα τοῦ σώματος ἐνεδύετο· ἐνταῦθα ἡ πηγὴ τὸν ποταμὸν ἀμφιέννυται.

(54) ORATIO VII.

In sancta Theophania.

I. Christus mundo apparuit, mundumque incompositum ornans, præclarum lætumque reddidit. Mundi peccatum suscepit (55), ac mundi hostem dejecit. Aquarum fontes sanctificavit, hominumque animas illuminavit. Miracula miraculis intexuit majoribus. Hodie namque terra et mare Salvatoris gratiam inter se partita sunt, mundusque universus lætitia perfusus est; ac hodiernus dies majora præcedenti solemnitate miraculorum crementa ostendit. Nam in superiori natalitiorum Salvatoris solemni die adgaudebat terra, quod Dominum portaret in præsepio; at in præsenti hoc Theophaniorum die mare summo gaudio exsilit ac gestit; gestit autem, eo quod sanctificationis benedictionem medio Jordane receperit. In antecedenti solemnitate imperfectus infans exhibebatur, nostram attestans imperfectionem: at in præsenti die festo perfectus conspicitur, eum subobscure designans, qui perfectus ex perfecto procedit. Natum illic puerum indicavit stella in Oriente emicans[98]; hic autem baptizato, Pater generans de cœlo testimonium defert[99]. Magi illic, ex Oriente pedestri itinere profecti, munera ei tanquam Regi obtulerunt: at hic angeli e cœlis adventantes, quod par erat, ministerium tanquam Deo ei impenderunt. Illic fasciarum devinciebatur vinculis; hic peccatorum catenas solvit. Illic Rex corporis purpuram induit, hic fons flumen circumdat ac velut amicit

[95] Psal. LI, 10. [96] Gen. II, 9. [97] Luc. I, 35. [98] Matth. II, 2. [99] Matth. III, 7.

(54) Theophaniorum dies nonnullis ipse est dies natalitiorum Christi, quod in eo Christus se in carne mundo exhibuerit: communiori tamen usu significat diem Epiphaniorum ac Luminum, nempe diem Christi baptismo sacrum, quomodo accipit Præclus sua hac oratione, quam iterum paucis quibusdam auctam ac emendatam ex Regio codice damus.

(55) *Mundi peccatum suscepit*, ἀνέλαβε. Sic infra ait: ἀνέλαβε τὴν τοῦ δούλου μορφήν· *suscepit formam servi*. Sed cum de peccato agitur, exponenda potius quam extendenda est propositio, ut peccatum intelligat, pœnas peccatis nostris debitas: juxta quod dicitur (*Isa.* LIII, 4): *Ipse iniquitates nostras portat*.

II. Agite igitur, novaque ac stupenda videte miracula. Nempe justitiæ Solem in Jordane lavantem, ignem aqua mersum, Deumque ministro homine sanctificatum. Hodie omnis creatura hymnis personans clamat : *Benedictus qui venit in nomine Domini* [1]. Benedictus qui omni tempore venit : non enim nunc primum advenit. *Benedictus qui venit in nomine Domini :* qui et sua qua creaturis consulit providentia, venit; cum cœli quidem fastigium firmum stabileque servat; solis cursum summa moderatur arte; stellarum multitudinem absque ulla confusione quasi centuriarum ordines componit; aerem ad respirandum apte moderateque temperat; terræ sinus ad fructuum feracitatem justa item temperatione fovet; furentem commoti ac fluctuantis maris ferociam exilissima arena frenat et comprimit; fontes ex abyssis occulte protrudens prorumpere facit; fluminum fluenta nullo errore ducit. Hæc ergo omnia videntes, dicamus : *Benedictus qui venit in nomine Domini.* Ecquisnam iste est? dic clarius, oro te, beate David : *Deus Dominus, et illuxit nobis* [2]. Nec David solum id propheta dicit, verum etiam Paulus apostolus suo ei astipulans testimonio, in hæc verba ait : *Apparuit gratia Dei, salutaris omnibus hominibus, erudiens nos* [3]. Non aliquibus, sed *omnibus :* omnibus namque, Judæis pariter ac Græcis, salutem per baptismum elargitur, commune universis beneficium baptisma proponens.

III. Agite, spectate mirum novumque diluvium, majus præstantiusque diluvio quod Noe temporibus fuit. Illic enim diluvii aqua humanum interemit genus; at hic baptismi aqua, ejus potentia qui est baptizatus, mortuos revocavit ad vitam. Illic Noe ex lignis incorruptibilibus arcam compegit; at Christus hic, spiritalis Noe, ex Maria incorrupta corporis sibi arcam composuit. Illic Noe bitumine ac pice extrinsecus arcam oblivit; ac hic Christus firmo fidei præsidio corporis arcam obfirmavit. Columba illic olivæ ramum ore ferens, Christi Domini odoris designavit fragrantiam; hic autem Spiritus sanctus in columbæ specie adveniens Dominum misericordem ostendit. Verum me in stuporem vertit Domini illa excellens humilitas : quod non satis fuerit ei qui perfectus ex perfecto erat, infantem ex muliere nasci; nec is qui Patri coæqualis erat, satis duxerit formam servi accipere [4]; nisi abunde tanquam ipse peccator foret, ad baptismum accederet. Ne vero commune hoc beneficium in auditorum vertatur scandalum. Baptizatur enim Christus omnium Dominus, non ipse expiationem necessariam habens, sed quo sic bifariam nostræ utilitati consuleret : tum nimirum, ut aquis vim sanctificandi impertiret; tum ut cunctos homines ad suscipiendum baptismum alliceret.

IV. *Venit* enim, inquit, *Jesus a Galilæa ad Jordanem, ad Joannem, ut baptizaretur ab eo* [5]. Ea, fratres, quæ tunc peragebantur, nemo intellectu assequi queat. Erant enim humano majora aspectu,

Β'. Δεῦτε οὖν, ἴδετε παράδοξα θαύματα· τὸν τῆς δικαιοσύνης ἥλιον ἐν Ἰορδάνῃ λουόμενον, καὶ πῦρ ἐν ὕδατι βαπτιζόμενον, καὶ ὑπὸ ἀνθρώπου τὸν Θεὸν ἁγιαζόμενον. Σήμερον πᾶσα ἡ κτίσις ἀνυμνοῦσα βοᾷ· *Εὐλογημένος ὁ ἐρχόμενος ἐν ὀνόματι Κυρίου.* Εὐλογημένος ὁ πάντοτε ἐρχόμενος· οὐ γὰρ ἐκ πρώτου νῦν παρεγένετο. *Εὐλογημένος ὁ ἐρχόμενος ἐν ὀνόματι Κυρίου·* ὁ καὶ διὰ τῶν κτισμάτων προνοητικῶς ἐρχόμενος, οὐρανοῦ μὲν ὕψος ἄπτωτον συντηρῶν, ἡλίου δὲ δρόμους εὐτέχνως ἡνιοχῶν· ἀστέρων πλῆθος ἀσυγχύτως ταξιαρχῶν· ἀέρα εἰς ἀναπνοὴν εὐκράτως κιρνῶν· γῆς λαγόνας εἰς καρποφορίαν εὐκράτως πάλιν διαθάλπων· θάλασσαν τὴν πολυκύματον βραχυτάτῃ ψάμμῳ χαλινῶν· πηγὰς ἐκ βυθῶν ἀοράτως ὠθῶν· ποταμῶν ῥεῖθρα ἀπλανῶς ὁδηγῶν. Ταῦτα οὖν πάντα ὁρῶντες, λέγωμεν· *Εὐλογημένος ὁ ἐρχόμενος ἐν ὀνόματι Κυρίου.* Τίς οὗτος; εἰπὲ φανερῶς, ὦ μακάριε Δαβίδ· *Θεὸς Κύριος, καὶ ἐπέφανεν ἡμῖν.* Οὐ μόνον δὲ ὁ προφήτης λέγει Δαβίδ, ἀλλὰ καὶ Παῦλος ὁ ἀπόστολος προσμαρτυρῶν αὐτῷ, φθέγγεται· *Ἐπεφάνη ἡ χάρις τοῦ Θεοῦ ἡ σωτήριος πᾶσιν ἀνθρώποις, παιδεύουσα ἡμᾶς·* οὐ τισίν, ἀλλὰ *πᾶσιν.* Πᾶσι γὰρ Ἰουδαίοις τε καὶ Ἕλλησι διὰ τοῦ βαπτίσματος τὴν σωτηρίαν χαρίζεται, κοινὸν εὐεργέτημα τὸ βάπτισμα προβαλλόμενος.

Γ'. Δεῦτε, ἴδετε ξένον κατακλυσμὸν, πολὺ βελτίω καὶ χρείττονα τοῦ ἐπὶ Νῶε θεωρούμενον. Ἐκεῖ τὸ ὕδωρ τοῦ κατακλυσμοῦ τὴν ἀνθρωπείαν φύσιν ἐθανάτωσεν· ἐνταῦθα δὲ τὸ ὕδωρ τοῦ βαπτίσματος, διὰ τοῦ βαπτισθέντος, τοὺς θανέντας ἐζωοποίησεν. Ἐκεῖ ὁ Νῶε ἐκ ξύλων ἀσήπτων κιβωτὸν συνεπήξατο· ἐνταῦθα δὲ ὁ Χριστὸς, ὁ νοητὸς Νῶε, ἐκ τῆς ἀφθόρου Μαρίας τὴν τοῦ σώματος κιβωτὸν κατεσκεύασεν. Ἐκεῖ ὁ Νῶε τὴν κιβωτὸν τῇ ἀσφάλτῳ πίσσῃ ἔξωθεν κατέχρισεν· ἐνταῦθα δὲ ὁ Χριστὸς τῇ ἀσφαλείᾳ τῆς πίστεως τὴν τοῦ σώματος κιβωτὸν ἐκραταίωσεν. Ἐκεῖ περιστερὰ κάρφος ἐλαίας βαστάζουσα, τὴν τοῦ Δεσπότου Χριστοῦ εὐωδίαν ἐμήνυσεν· ἐνταῦθα δὲ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, ἐν εἴδει περιστερᾶς παραγενόμενον, τὸν ἐλεήμονα ὑποδείκνυσι Κύριον. Ἀλλ' ἐκπλήττει με τῆς τοῦ Κυρίου ταπεινοφροσύνης ἡ ὑπερβολή· ὅτι οὐκ ἤρκεσε τὸν ἐκ τελείου τέλειον, βρέφος τεχθῆναι ἐκ γυναικός· οὐκ ἤρκεσε τὸν σύνθρονον τοῦ Πατρὸς ἀναλαβεῖν τὴν τοῦ δούλου μορφήν· ἀλλὰ καὶ ὡς ἁμαρτωλὸς προσέρχεται τῷ βαπτίσματι. Ἀλλὰ μὴ γενέσθω τὸ κοινὸν εὐεργέτημα τῶν ἀκουόντων σκάνδαλον. Βαπτίζεται γὰρ ὁ πάντων Δεσπότης Χριστὸς, οὐ καθαρσίου δεόμενος, ἀλλὰ κατὰ δύο τρόπους τὸ συμφέρον ἡμῖν οἰκονομῶν· ἵνα καὶ τοῖς ὕδασιν ἁγιαστικὴν χάριν δωρήσηται, καὶ πάντα ἄνθρωπον βαπτισθῆναι προτρέψηται.

Δ'. Ἔρχεται γὰρ, φησὶν, ὁ Ἰησοῦς ἀπὸ τῆς Γαλιλαίας ἐπὶ τὸν Ἰορδάνην πρὸς Ἰωάννην τοῦ βαπτισθῆναι ὑπ' αὐτοῦ. Τί ἦν τὰ τότε τελούμενα, ἀδελφοί; ἐνθυμηθῆναι ἀδύνατον· ὀφθαλμῶν γὰρ ἀν-

[1] Psal. cxvii, 26. [2] ibid. 27. [3] Tit. ii, 11. [4] Philipp. ii, 7. [5] Matth. iii, 13.

θρωπίνων ἀνώτερα ἦν τὰ βλεπόμενα. Τρέμει ὁ νοῦς· ἡ γλῶσσα φεύγει στόματος, μὴ τολμῶσα φράσαι τὰ ἀνέκφραστα. Ὅθεν ἰδὼν ὁ Ἰωάννης τὸν Δεσπότην ἐρχόμενον πρὸς αὐτὸν, ἀγῶνι πολλῷ τὴν καρδίαν συνεχόμενος, προσπίπτων καὶ ὑποκατακλινόμενος, καὶ τῶν ποδῶν αὐτοῦ ἁπτόμενος, ἱκετεύων ἐφθέγγετο· Τί βιάζῃ, ὁ παντοδύναμος, ἐμὲ τὸν ἀδύνατον, ποιῆσαι τὰ ὑπὲρ δύναμιν; ποιῆσαι ταῦτα οὐ δύναμαι. Πῶς τολμήσω βαπτίσαι σε; πότε πῦρ ὑπὸ χόρτου καθαίρεται; πότε πηλὸς πλύνει πηγήν (56); πῶς βαπτίσω τὸν κριτὴν ὁ ὑπεύθυνος; πῶς βαπτίσω σε, Δέσποτα; Μῶμον οὐ βλέπω ἐν σοί. Τῇ κατάρᾳ τοῦ Ἀδὰμ οὐχ ὑπέπεσας· ἁμαρτίαν οὐκ ἐποίησας. Εἰ γὰρ καὶ κατέβης, ἀλλ' οὔ τι παρέβης. Τί ποιεῖς, Δέσποτα, πρᾶξαί με τὸ ὑπὲρ δύναμιν βιαζόμενος; οὐδέποτε οὐδὲν πρὸς σὴν ἀγανάκτησιν ποιῆσαι ἐτόλμησα. Ὡς δοῦλος φιλοδέσποτος προλαβὼν τὴν σὴν παρουσίαν ἐγνώρισα· ἔτι ὢν ἐν τῇ γαστρὶ, τὴν γλῶτταν τῆς μητρὸς μισθωσάμενος, Θεόν σε τοῦ κόσμου ἐκήρυξα· πάντας πρὸς τὴν σὴν ἀπάντησιν παρεσκεύασα.

Ε'. Εἰπὲ γάρ μοι, Δέσποτα· πῶς ἐνέγκει ὁ ἥλιος, βλέπων τὸν πάντων Δεσπότην ὑπὸ δούλου τολμηροῦ ὑβριζόμενον, καὶ οὐκ εὐθὺς ὡς τοὺς Σοδομίτας ταῖς ἐμπύροις αὐτοῦ μαρμαρυγαῖς καταφλέξηται; πῶς βαστάσει ἡ γῆ, ὁρῶσα τὸν τοὺς ἀγγέλους ἁγιάζοντα ὑπὸ ἀνθρώπου ἁμαρτωλοῦ βαπτιζόμενον, καὶ οὐ παραχρῆμα τὸ ἑαυτῆς στόμα ἀνοίξασα, ὡς τὸν Δαθὰν καὶ Ἀβηρὼν καταπιεῖ με; πῶς δὲ βαπτίσω σε, Δέσποτα, τοῖς ἐκ γενέσεως μολυσμοῖς οὐ προσομιλήσαντα; ἐξ ἀλοχεύτου (57) γαστρὸς ἀσπόρως προῆλθες καρπός. Πῶς οὖν ἐγὼ ὁ κατάῤῥυπος ἄνθρωπος ἁγνίσω Θεὸν, Θεὸν ἀναμάρτητον; Ἐγὼ *χρείαν ἔχω ὑπὸ σοῦ βαπτισθῆναι, καὶ σὺ ἔρχῃ πρός με*; Βαπτιστὴν με ἀπέστειλας, Δέσποτα· οὐ παρήκουσα τοῦ σοῦ προστάγματος. Πάντας γὰρ προτρεπόμενος εἰς τὸ βάπτισμα, ἔφασκον· *Ἐξομολογεῖσθε τῷ Κυρίῳ, ὅτι ἀγαθός*. Οὐκ ἔστι γὰρ ὁ παραγενόμενος αὐστηρός· ἀγαθὸς καὶ ἐξ ἀγαθοῦ γεγένηται Υἱός. Οὐ πρὸς ὀλίγον τὸ ἀγαθὸν ἐπιδεικνύμενος, καὶ εὐθὺς μεταβαλλόμενος· ἀλλ' *Εἰς τὸν αἰῶνα τὸ ἔλεος αὐτοῦ*. Καὶ ἐπειδὴ ἀμέτρητόν ἐστι τὸ ἔλεος αὐτοῦ, διὰ τοῦτο αἱ τῶν οὐρανῶν δυνάμεις ἀνυμνοῦσαι αὐτὸν ἔφασκον· *Εὐλογημένος ὁ ἐρχόμενος ἐν ὀνόματι Κυρίου· Θεὸς Κύριος, καὶ ἐπέφανεν ἡμῖν*. Ἐπεφάνη τῆς δικαιοσύνης ὁ ἥλιος, καὶ τὸ σκότος τῆς ἀγνωσίας διεσκέδασεν. Ἐπεφάνη ὁ ποιμὴν ὁ οὐράνιος, καὶ τοῦ διαβόλου τοὺς λύκους τῆς καλῆς ποίμνης ἀπήλασεν. Ἐπεφάνη ὁ μονογενὴς Υἱὸς τοῦ Πατρὸς, καὶ διὰ τοῦ βαπτίσματος τοῖς πιστοῖς τὴν υἱοθεσίαν ἐχαρίσατο. Ἐπεφάνη ἡ πάντων ζωὴ, καὶ τὸν θάνατον διὰ θανάτου θανατώσας, ὡς ἀθάνατος ζωῆς τοὺς θανέντας ἠξίωσεν.

A quæ cernebantur. Obtremiscit animus; lingua ab ore refugit, fari non audens quæ sunt ineffabilia. Quocirca Joannes videns Dominum venientem ad se, ingenti cordis angore arctatus procumbens, ac provolutus succumbens, ejusque se obvolvens pedibus, supplicabundus eum alloquebatur ac dicebat: Quid me, Omnipotens, imbecillem ac impotentem præstare cogis, quæ meam virtutem excedunt (58)? Haudquaquam possum hæc facere. Quo enim ausu te baptizare præsumam? Quandonam a feno purgatur ignis? Quandonam luto fohs eluitur? Quonam pacto reus ipse baptizem judicem? Quo te modo, Domine, baptizabo? Nihil in te video quod reprehensionem habeat. In Adami diras non incidisti: peccatum non fecisti [6]. Quanquam descendisti, ne B vel latum tamen unguem a lege discessisti. Quid agis, o Domine, id me facere cogens, quod meas superat vires? Nihil unquam præsumpsi, quod tu ægre ferres. Ut servus domini amans, tuum prius adventum declaravi. Cum adhuc in utero positus essem, maternam conducens linguam, mundi te Deum prædicavi [7]; omnes ad occursum tuum aptavi.

V. Nam dic, obsecro, Domine, quomodo spectare poterit sol, universorum Dominum ab audaculo servo injuria affici, quin illico ignitos suos radios vibrans, haud secus ac Sodomitas illos me exurat [8]? Qui feret terra cernens eum qui sanctificat angelos, a peccatore baptizari, nec continuo os suum aperiens, perinde ac Dathan Abironque deglutiet [9]? C Quo vero te modo, Domine, baptizaturus sim, qui nihil sordium originis contraxeris? Ex impolluto namque utero, fructus nullo satus semine prodiisti. Quomodo ergo impurus ego homo Deum purificabo, Deum, inquam, in quem peccatum non cadit? *Ego necesse habeo a te baptizari, et tu venis ad me* [10]? Baptistam me misisti, Domine; mandato tuo semper obsequens fui. Omnes enim ad baptismum exhortans dicebam: *Confitemini Domino, quoniam bonus* [11]. Non is qui venit, austerus est ac morosus, sed bonus ex bono progenitus Filius. Nec ad breve temporis spatium bonitatem demonstrat, et illico mutatur; sed *In æternum misericordia ejus* [12]. Et quoniam immensa est misericordia ejus, ob id cœlestes virtutes, hymnis eum celebrantes, dicunt: D *Benedictus qui venit in nomine Domini; Deus Dominus, et apparuit nobis* [13]. Apparuit Sol justitiæ, et ignorantiæ tenebras dissipavit. Apparuit cœlestis Pastor, et diaboli lupos a præclaro grege fugavit. Apparuit unigenitus Patris Filius, et fidelibus adoptionem filiorum per baptismum donavit. Apparuit universorum vita, ac mortem morte perimens, tanquam immortalis, immortali vita mortuos dignatus est.

[6] I Petr. II, 22. [7] Luc. I, 44. [8] Gen. XIX, 24. [9] Num. XVI, 31. [10] Matth. III, 14. [11] Psal. CV, 1. [12] ibid. [13] Psal. CVII, 26.

(56) Edit. γῆν.
(57) Edit. ἀσπόρου.
(58) *Quæ meam virtutem excedunt*, τὰ ὑπὲρ δύναμιν. Addidi necessaria hæc ex Reg. cod. in quo vicissim aberant illa, ταῦτα οὐ δύναμαι· quibus utrisque integra est littera.

VI. Verum cum hæc ita peragerentur, Pater e cœlis de Filii exsuperanti humilitate exsultans, extemplo cœlorum portas pandit; inque tonitrui modum vocem demittit, paterno refertam affectu, dicens : *Hic est Filius meus dilectus, in quo mihi complacui* [14]. Neve dubia mens audientium oberraret in baptista et baptizato, descendit Spiritus sanctus in columbæ specie, baptizatum ipsum indigitans, ac eum esse quem vox paterna afficeret, indicans. Ipsi gloria et imperium, in sæcula sæculorum. Amen

Ϛ'. Ἀλλὰ τούτων οὕτω τελουμένων, ὁ Πατὴρ ἄνωθεν ἀγαλλόμενος ἐπὶ τῇ τῆς ταπεινοφροσύνης ὑπερβολῇ τοῦ Υἱοῦ, ἀθρόον διιστᾷ τὰς πύλας τοῦ οὐρανοῦ· βροντηδὸν ἐπαφίησι φωνὴν πεπληρωμένην διαθέσεως πατρικῆς· *Οὗτός ἐστιν ὁ Υἱός μου ὁ ἀγαπητὸς, ἐν ᾧ ηὐδόκησα.* Καὶ ἵνα μὴ πλάζηται τῶν ἀκουόντων ἡ διάνοια εἰς τε τὸν βαπτιστὴν καὶ τὸν βαπτιζόμενον, ἔρχεται τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐν εἴδει περιστερᾶς δακτυλοδεικτοῦν τὸν βαπτιζόμενον, καὶ μαρτυρούμενον· ὅτι αὐτῷ ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

(59) ORATIO VIII.

In Transfigurationem Domini ac Dei et Salvatoris nostri Jesu Christi.

1. Huc agite, charissimi : nunc quoque prompti ac alacres in evangelicos thesauros invadamus, ut hinc pro more divitias hauriamus, quæ tametsi abunde omnibus impertiantur, nihil tamen unquam absumantur. Huc agite, et iterum singulari sapientia præditum Lucam, viam quam optime commonstrantem, sequamur, ut Christum in montem excelsum ascendentem, ac Petrum et Jacobum et Joannem divinæ transfigurationis testes assumentem spectemus [15]. Assumens enim, inquit, Dominus Petrum et socios, ascendit in montem excelsum (60). Montem excelsum, in quo Moyses et Elias cum Christo loquebantur; montem excelsum, in quo lex et prophetæ cum gratia sermones miscebant; montem excelsum, in quo erat Moyses qui paschalem agnum mactavit [16], ejusque sanguine Hebræorum postes aspersit; montem excelsum, in quo Elias erat, qui apud eosdem bovem membratim concidit, et sacrificium aqua perfusum igne consumpsit [17]; montem excelsum, in quo Moyses erat, qui maris Rubri gurgites reseravit et clausit [18]; montem excelsum, in quo Elias erat, qui pluviarum imbres cohibuit effuditque [19]; montem excelsum, ut Petrus, Jacobus et Joannes (61) ipsum esse discerent, cui *omne genu flectitur, cœlestium, terrestrium et infernorum* [20]. Tres vero solos assumens Dominus in montem ascendit. Non omnes assumpsit; nec reliquit omnes. Non cæteris invidens gloriam; necve eos contemptibiliores reputans; aut novem contristans. Justus enim cum sit, juste omnia gerit : velut unum universos æstimat, ac quos pariter inter se devinxerat, a mutua cha-

ΛΟΓΟΣ Η'.

Εἰς τὴν μεταμόρφωσιν τοῦ Κυρίου καὶ Θεοῦ καὶ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ.

Α'. Δεῦτε, φίλοι, καὶ σήμερον τῶν εὐαγγελικῶν ἀόκνως ἐφαψώμεθα θησαυρῶν, ἵν' ἐκεῖθεν συνήθως ἀρυσώμεθα πλοῦτον ἀφθόνως μεριζόμενον, καὶ οὐδαμῶς οὐδέποτε δαπανώμενον. Δεῦτε τῷ πανσόφῳ καλῶς ὁδηγοῦντι, καὶ πάλιν ἀκολουθήσωμεν Λουκᾷ, ἵν' ἴδωμεν τὸν Χριστὸν εἰς ὄρος ὑψηλὸν ἀναβαίνοντα, καὶ Πέτρον καὶ Ἰάκωβον καὶ Ἰωάννην, τῆς θείας μεταμορφώσεως λαμβάνοντα μάρτυρας. Παραλαβὼν γὰρ, φησὶ, τοὺς περὶ Πέτρον, εἰς ὄρος ὑψηλὸν ἀνῆλθεν ὁ Δεσπότης. Ὄρος ὑψηλὸν, ἐν ᾧ Μωϋσῆς καὶ Ἠλίας διελέγοντο τῷ Χριστῷ· ὄρος ὑψηλὸν, ἐν ᾧ νόμος καὶ προφῆται συνωμίλουν τῇ χάριτι· ὄρος ὑψηλὸν, ἐν ᾧ Μωϋσῆς, ὁ τοῦ πάσχα τὸν ἀμνὸν σφαγιάσας, καὶ τῷ αἵματι τὰς φλιὰς τῶν Ἑβραίων ῥαντίσας· ὄρος ὑψηλὸν, ἐν ᾧ Ἠλίας, ὁ παρ' ἐκείνοις τὸν βοῦν μελίσας, καὶ τὴν δι' ὕδατος θυσίαν ἐν πυρὶ δαπανήσας· ὄρος ὑψηλὸν, ἐν ᾧ Μωϋσῆς, ὁ ἀνοίξας καὶ κλείσας τῆς Ἐρυθρᾶς θαλάσσης τὰ συστήματα· ὄρος ὑψηλὸν, ἐν ᾧ Ἠλίας, ὁ ἀνοίξας καὶ κλείσας τῶν ὑδάτων τὰ ὀμβρήματα· ὄρος ὑψηλὸν, ἵνα μάθωσιν οἱ περὶ Πέτρον καὶ Ἰωάννην καὶ Ἰάκωβον, ὅτι αὐτός ἐστιν, *ᾧ πᾶν γόνυ κάμψει ἐπουρανίων καὶ ἐπιγείων καὶ καταχθονίων.* Τρεῖς γὰρ μόνους παραλαβὼν εἰς ὄρος ἀνῆλθεν ὁ Δεσπότης· οὐ πάντας παραλαβών· οὐ πάντας καταλιπών· οὐ φθονήσας τοῖς ἄλλοις τῆς δόξης· οὐκ εὐτελεστέρους κρίνας· οὐ τοὺς ἐννέα λυπήσας. Δίκαιος γὰρ ὢν δικαίως τὰ πάντα διέπει, ἕνα λογιζόμενος πάντας, καὶ τῆς πρὸς ἀλλήλους ἀγάπης οὐ χωρίζων, οὓς ἥνωσεν. Ἀλλ' ἐπειδὴ ἀνάξιος ἦν τῆς θείας ὄψεως, καὶ τῆς φοβερᾶς ἐκείνης ὀπτασίας, ὁ μέλλων γενέσθαι προδότης Ἰούδας, τούτου χάριν καὶ τοὺς ἄλλους καταλιμπάνει, ἵνα κἀκείνῳ

[14] Matth. III, 17. [15] Matth. XVII, 1; Luc. IX, 18. [16] Exod. XII, 3. [17] III Reg. VIII, 33. [18] Exod. XIV, 11. [19] III Reg. XVII, 1. [20] Philipp. II, 10.

(59) Exstat in Reg. cod. inscripta Chrysostomo, ex quo mihi exscripseram. Edidit Savilius inter ejus νοθευόμενα, ac ei falso ascripta. Codices alii vindicant Proclo, e quibus Romana editio, ac Lugduno-Batava. — Vide Montfauconium in indice Chrysost. tom. XIII, v. Δεῦτε.

(60) *In montem excelsum.* Non habet Lucæ Evangelium vocem *excelsum*, ex quo tamen auctor citat : sed Matthæus et Marcus, ut forte lapsus sit memoria. Nec enim promptum ad fidem, ut ea vox ex Lucæ codice exciderit.

(61) *Ut Petrus, Jacobus*, etc., ἵνα οἱ περὶ Πέτρον, καὶ Ἰάκωβον, καὶ Ἰωάννην μάθωσι. Præfert Riccardus lectionem Vat. codicis ἵνα μάθωμεν, *ut nos qui*, etc., valde id frivola ratione, quia scilicet nulli erant in monte præter istos tres, qui discere haberent eam Christi excellentiam : quasi ea verba non eosdem ipsos significent, idque admodum trita phrasi, sacris pariter ac profanis scriptoribus. *Joan.* XI, 19 : Ἐληλύθεσαν πρὸς τὰς περὶ τὴν Μάρθαν καὶ Μαρίαν· *venerunt ad Martham et Mariam.* Vertisset Riccardus, *ad Marthæ et Mariæ ancillas*, vel quid simile : quod longe absurdum est.

μὴ μόνῳ καταλειφθέντι πᾶσαν ἀπολογίαν ὕστερον ἀποκλείσῃ· καὶ τῆς μεταμορφώσεως τοὺς τρεῖς αὐτάρκεις κατὰ τὸν νόμον, ἐπισπάσηται μάρτυρας, ἐν αὐτοῖς κατὰ ψυχὴν καὶ τοὺς λοιποὺς περιφέροντας. Αὐτὸς γάρ φησι· *Φύλαξον αὐτούς, Πάτερ δίκαιε, ἵνα καὶ αὐτοὶ ἓν ὦσι, καθὼς καὶ ἡμεῖς ἓν ἐσμεν.* Ὁρῶν γὰρ ὁ Ἰούδας παρὰ τὸ ὄρος Ἀνδρέαν, Θωμᾶν, Φίλιππον, καὶ τοὺς λοιποὺς διατρίβοντας μετ' αὐτοῦ, καὶ οὐδὲ γογγύζοντας, οὐκ ἀγανακτοῦντας, οὐ λοιδοροῦντας, ἀλλὰ χαίροντας, καὶ κοινῇ τὴν ἄνωθεν χάριν ἑαυτοῖς, καὶ τοῖς ἀποῦσι ψηφίζοντας, ἀναπολόγητος παντελῶς ὑπῆρχεν, εἰς οὐδέποτε τῶν θαυμάτων παροραθείς· ἀλλὰ καὶ τὸ γλωσσόκομον εἶχε, καὶ τὴν τοῦ μύρου τιμὴν ἀλειψάσῃ ἀναιτίως βασκαίνων, καὶ τὸν διδάσκαλον τολμηρῶς τοῖς ἐχθροῖς προδίδων.

A ritate minime distrahit. Sed cum Judas, is qui eum proditurus erat, indignus foret qui divinam intueretur speciem, venerandamque illam spectaret visionem; id causæ fuit, ut etiam alios cum ipso relinqueret, quo et Judæ qui non solus relictus esset, omnem deinceps excusationem præcluderet, suæque transfigurationis tres hosce testes, juxta legem locupletes, qui et reliquos in se ipsis animitus circumferrent, attraheret. Ipse namque ait: *Pater juste, serva eos, ut ipsi unum sint, sicut et nos unum sumus* [21]. Videns enim Judas Andream, Thomam, Philippum ac reliquos pariter condiscipulos a monte exclusos, nec tamen murmurantes illos, non ægre ferentes, non conviciantes, imo gaudentes, ejusdemque supernæ gratiæ factos se cum absentibus participes existimantes; nullum plane defensionis locum reliquum habebat, qui in nullo unquam miraculo spretus fuisset. Is nihilominus loculos habens, pro unguenti pretio inungenti feminæ sine causa indignatur, ac Magistrum nefario plane ausu hostibus prodit.

Β'. Καὶ τί φησι; *Καὶ μετεμορφώθη ἔμπροσθεν αὐτῶν· καὶ ὤφθησαν αὐτοῖς Μωϋσῆς καὶ Ἠλίας συλλαλοῦντες αὐτῷ.* Ἀλλ' ὁ Πέτρος, ὡς ἀεὶ πάντα θερμὸς, ὄμμασι διανοίας, οὓς οὐκ ἴδε ποτὲ, θεωρήσας, συλλαλοῦντας αὐτῷ, οὐ τὸ πολὺ μετριάσας τοῦ θαύματος, οὐ τὸ παράδοξον σκοπήσας τῆς θείας ἐλλάμψεως, κἄλλον ἐκάλει τὸν ἔρημον τόπον, καὶ σκηνοποιὸς ἐξ ἁλιέων προέκοπτε, τῷ Σωτῆρι λέγων· *Ποιήσωμεν ὧδε τρεῖς σκηνάς· μίαν σοὶ, καὶ μίαν Ἠλίᾳ, καὶ μίαν Μωϋσῇ· οὐκ εἰδὼς ὃ λέγει.* Καλῶς ὁ πάνσοφος ἀπολογεῖται Λουκᾶς· *Οὐκ εἰδὼς,* φησὶν, ὃ *λέγει.* Ἀλλ', ὦ τῶν μαθητῶν κορυφαῖε, καὶ πρωτοστάτα τῶν ἀποστόλων, Πέτρε, τί ταπεινὰς ἐννοίας προπετεύεσθαι θέλεις, καὶ λογισμοῖς ἀνθρωπίνοις καθυβρίζεις τὰ θεῖα, καὶ τρεῖς σκηνὰς ἐγείρειν ἐν ἐρήμῳ λέγεις, ὁμότιμον τοῖς δούλοις ὁρίζων τὸν Δεσπότην, καὶ τῷ Χριστῷ μίαν σκηνὴν, καὶ τοῖς δυσὶ ἐξίσης οἰκοδομεῖν ἐπείγῃ; Μὴ γὰρ ἐξ ἁγίου Πνεύματος, ὡς οἶτος, συνελήφθη Μωϋσῆς; μὴ γὰρ παρθένος μήτηρ ἔτεκε τὸν Ἠλίαν, ὡς τοῦτον ἡ παναγία παρθένος Μαρία; μὴ γὰρ ἔμβρυον ἐκ μήτρας ἐπέγνω Μωϋσέα, καθάπερ τοῦτον ὁ πρόδρομος; μὴ γὰρ οὐρανὸς ἐμήνυσεν Ἠλίου τὴν γέννησιν; ἢ μάγοι προσεκύνησαν Μωϋσέως τὰ σπάργανα; μὴ γὰρ Μωϋσῆς καὶ Ἠλίας εἰργάσαντο τοσαῦτα θαύματα; ἢ λεγεῶνας δαιμόνων ἐξ ἀνθρώπων ἀπήλασαν; ἢ σπηλαίων ἀνθρωπίνων ἀπήλασαν πνεύματα; Μωϋσῆς γὰρ ὠργίσθη ποτὲ, καὶ ῥάβδῳ πατάξας διῆλθε (62) τὸ πέλαγος· ὁ δὲ σὸς διδάσκαλος Ἰησοῦς ἐν θαλάσσῃ πεζεύσας, σοὶ τῷ Πέτρῳ βατὸν ἐποίησε τὸ βυθόν. Ὁ Ἠλίας ἱκετεύσας ἐπλήθυνε τῆς χήρας τὸ ἄλευρον, καὶ τὸν ταύτης υἱὸν ἀνέστησε ἐκ νεκρῶν· ὁ δὲ σὲ μαθητὴν ἐξ ἁλιέων λαβὼν, ἐπ' ὀλίγοις ἄρτοις, χιλιάδας ἐκόρεσε, καὶ τὸν ᾅδην ἀπήντησε καὶ ἐσκύλευσε, καὶ ἀνήρπασε τοὺς ἀπ' αἰῶνος ἐκεῖσε καθεύδοντας. Μὴ τοίνυν λέγε, Πέτρε· *Ποιήσωμεν ὧδε τρεῖς σκηνάς· μηδὲ, Καλὸν ἡμᾶς τὸ*

B II. Quid porro ait: *Et transfiguratus est ante eos: et apparuerunt illis Moyses et Elias loquentes cum eo* [22]. At Petrus, ut suo more semper fervens ac ad omnia concitus, eos quos ne viderat unquam, contuens mentis obtutu cum eo colloquentes, ingens miraculi pondus non satis expendens, nec admirabilem illum divinitatis splendorem considerans, bonum dicebat desertum illum locum, ac tabernaculorum opifex ex piscatore effectus, in hæc verba Salvatorem affabatur: *Faciamus hic tria tabernacula: tibi unum, Moysi unum et Eliæ unum; nesciens quid diceret* [23]. Præclare excusat sapientissimus Lucas: *Nesciens*, inquit, *quid diceret.* Enimvero, o princeps discipulorum ac apostolorum præses, Petre, utquid humilibus abjectisque cogitationibus præproperantius agi te sinis, humanisque rationibus res divinas ignominia afficis; aisque in deserto erigenda tria tabernacula, pari cum servis honore Dominum definiens; ac unum Christo tabernaculum, perindeque aliud et aliud cuique duorum ædificare contendis? Num forte ut iste, sic Moyses de Spiritu sancto conceptus fuit? Num sane virgo mater Eliam peperit, uti hunc sacrosancta Virgo Maria? Num forte infans quispiam ex utero Moysen agnovit, ut hunc præcursor? Num sane cœlum signo aliquo ortum nascentis indicavit Eliæ? Vel Magi fascias adoravere Moysis? Num Moyses et Elias talia ac tanta edidere miracula? Vel forte legiones dæmonum ab hominibus abegerunt; aut ab humanis speluncis spiritus expulerunt? Nam Moyses quidem olim iratus, cum mare virga percussisset, illud divisit trajecitque [24]: at Jesus tuus præceptor supra mare ambulans, tibi Petro profundum pervium fecit [25]. Elias supplex orans, viduæ farinam et oleum multiplicavit [26], ejusque filium a mortuis suscitavit: is autem qui ex piscatore in discipulum te assumpsit, paucis

[21] Joan. XVII, 11. [22] Matth. XVII, 2, 3. [23] Luc. IX, 33. [24] Exod. XIV, 21. [25] Matth. XIV, 25. [26] III Reg. XVII, 14.

(62) Ἀλ. διεῖλε.

panibus hominum millia exsaturavit [37], infernumque penetrans despoliavit, ac illic a sæculo dormientes prædabundus extraxit. Ne ergo dicas, Petre : *Faciamus hic tria tabernacula :* neque : *Bonum est nos hic esse.* Nihil humanum, nihil humile, terrenum nihil, nihil abjectum ac humi repens volvas animo. *Quæ sursum sunt sape; quæ sursum sunt quære*, ut Paulus admonuit [38], *non quæ super terram.* Quo enim modo bonum est nos hic esse, ubi injuriosus serpens cum primo formatum hominem læsit [39], tum paradisum occlusit, ubi in sudore vultus comedendum panem audivimus; ubi gemere ac tremere super terram a Cain didicimus [40]; ubi nihil firmum ac constans est; ubi cuncta sunt umbræ; ubi in momento præteribunt omnia? Qui ergo bonum sit nos hic esse? Si nos hic Christus relicturus erat, utquid inclinasset cœlos et descendisset [41]? Si nos Christus erat hic relicturus, quorsum carni ac sanguini nobiscum communicasset [42]? Si nos Christus hic relicturus erat, cujusnam gratia ei se inclinasset qui ciderat, ac jacentem erexisset? Si quidem bonum est ut in terra simus, frustra sane cœlorum appellatus es claviger. Quid enim tibi deinceps cœli claves deservient? Si quidem montem istum desideras, cœlis posthac renuntia. Si tabernacula construere cupis, noli esse ac vocari fundamentum Ecclesiæ. Nec enim Christus Dominus temere ac nulla causa transfiguratus est, sed ut futuram nobis naturæ transfigurationem designaret, ac alterum illum adventum in nubibus cum angelis in lumine. Ipse namque est, qui amictus est lumine sicut vestimento [43], vivorum judex exsistens atque mortuorum [44]. Quocirca Moysen et Eliam in medium produxit, antiquarum visionum repræsentans signacula.

III. Quid porro magnus ille Evangeliorum scriptor? *Adhuc eo loquente, ecce nubes lucida obumbravit eos. Et ecce vox de nube dicens : Hic est Filius meus dilectus, in quo mihi complacui : ipsum audite* [45]. Adhuc, inquit, loquente Petro, redarguit eum de cœlo Pater, dicens : Quidnam ista sunt, Petre? Quid nutas ac labas? Quid in supervacanea hæc temerarie ferri pateris, ac locum istum bonum diris? Tuine ipsius oblitus es? An genti invides, nesciens quid dicas? Necdum eruditus es? Necdum veram solidamque Filii rationem didicisti? Nonne ipse es qui dicebas : *Tu es Christus Filius Dei vivi* [46]? Tot tantaque miracula conspexisti, tu Bar Jona (63), et adhuc Simon exsistis? Cœlorum te clavigerum præfecit, necdumque vilis nauticæ vestem deposuisti? En jam tertio Salvatoris resistis voluntati, nesciens quid dicas. Dixit enim : Oportet

A ὧδε εἶναι. Μηδὲν ἀνθρώπινον, μηδὲν ταπεινὸν, μηδὲν γήϊνον, μηδὲ χαμερπές· *Τὰ ἄνω φρόνει, τὰ ἄνω ζήτει*, ὡς ὁ Παῦλος ἐμήνυσε, *μὴ τὰ ἐπὶ γῆς*. Πῶς γὰρ καλὸν ἡμᾶς τὸ ὧδε εἶναι, ὅπου ὁ ὄφις ὑβρίσας (64) τὸν πρωτόπλαστον, καὶ ἔβλαψε, καὶ τὸν παράδεισον ἔκλεισεν· ὅπου τὸν ἄρτον ἐν ἱδρῶτι τοῦ προσώπου ἐσθίειν ἠκούσαμεν· ὅπου στένειν καὶ τρέμειν ἐπὶ τῆς γῆς διὰ Κάϊν ἐμάθομεν (65)· ὅπου πάγιον οὐδέν· ὅπου πάντα σκιαί· ὅπου πάντα παρελεύσεται ῥοπῇ; πῶς οὖν ἡμᾶς ὧδε εἶναι καλόν; Εἰ ἐνταῦθα Χριστὸς κατελίμπανεν ἡμᾶς, τίνος χάριν ἔκλινεν οὐρανοὺς καὶ κατέβη; εἰ ἐνταῦθα Χριστὸς κατελίμπανεν ἡμᾶς, τίνος χάριν ἐκοινώνησεν ἡμῖν αἵματος καὶ σαρκός; εἰ ἐνταῦθα Χριστὸς κατελίμπανεν ἡμᾶς, τίνος χάριν συγκατέβη τῷ πεσόντι, καὶ τὸν κείμενον ἤγειρεν; Εἰ
B καλόν ἐστι ἡμᾶς εἶναι ἐπὶ τῆς γῆς, εἰς μάτην ἐκλήθης τῶν οὐρανῶν κλειδοῦχος. Ποῦ γάρ σοι λοιπὸν χρήσιμοι τῶν οὐρανῶν αἱ κλεῖς; Ἐπεὶ τὸ ὄρος τοῦτο ποθεῖς, ἀποτάττου λοιπὸν οὐρανοῖς· εἰ σκηνὰς ἐγεῖραι θέλεις, παραίτησαι τὸ εἶναι καὶ καλεῖσθαι τῆς Ἐκκλησίας θεμέλιος. Μετεμορφώθη γὰρ ὁ Κύριος Χριστὸς, οὐχ ἁπλῶς, ἀλλ' ἵνα ἡμῖν δείξῃ τὴν μέλλουσαν τῆς φύσεως μεταμόρφωσιν, καὶ τὴν ἐσομένην ἐπὶ τῶν νεφελῶν ἐν φωτὶ (66) μετ' ἀγγέλων δευτέραν Ἔλευσιν. Αὐτὸς γάρ ἐστιν ὁ τὸ φῶς ὡς ἱμάτιον περιβαλλόμενος, κριτὴς ὑπάρχων ζώντων καὶ νεκρῶν· ὅθεν Μωϋσῆν καὶ Ἠλίαν εἰς μέσον παρήγαγε, τῶν ἀρχαίων ὄψεων παραστήσας τὰ σήμαντρα.

C Γ'. Καὶ τί φησιν ὁ μέγας τῶν Εὐαγγελίων γραφεύς; *Ἔτι αὐτοῦ λαλοῦντος, ἰδοὺ νεφέλη φωτεινὴ ἐπεσκίασεν αὐτούς· καὶ ἰδοὺ φωνὴ ἐκ τῆς νεφέλης λέγουσα· Οὗτός ἐστιν ὁ Υἱός μου ὁ ἀγαπητὸς, ἐν ᾧ ηὐδόκησα· αὐτοῦ ἀκούετε.* Ἔτι, φησὶ, τοῦ Πέτρου λαλοῦντος, οὐρανόθεν ἀντέλεξεν ὁ Πατήρ· Τί δῆτα ταῦτα, Πέτρε; τί διστάζεις; τί δῆτα περιττὰ προπετεύῃ, καὶ καλὸν εἶναι λέγεις τὸν τόπον τοῦτον; ἀπελάθου σαυτοῦ; ἀλλὰ τῷ γένει φθονεῖς, μὴ εἰδὼς ὃ λέγεις; οὔπω παιδαγώγησαι; οὔπω τὴν ἀσφαλῆ γνῶσιν τῆς υἱότητος ἔμαθες; οὐ σὺ ἦσθα ὁ λέγων· *Σὺ εἶ ὁ Χριστὸς ὁ Υἱὸς τοῦ Θεοῦ τοῦ ζῶντος;* τοσαῦτα θαύματα κατεῖδες σὺ, Βὰρ Ἰωνᾶ, καὶ ἔτι Σίμων ὑπάρχεις; οὐρανῶν σε κλειδοῦχον κατέστησε, καὶ τῆς ναυτιλίας ἔτι τὸ ἱμάτιον οὐκ
D ἀπέθου; ἰδοὺ τὸ τρίτον ἀνθίστασαι τῇ τοῦ Σωτῆρος βουλῇ, μὴ εἰδὼς ὃ λέγεις. Εἶπε γάρ σοι· Δεῖ με

[37] Matth. xiv, 15. [38] Coloss. iii, 2. [39] Gen. iii, [40] Gen. iv, 12. [41] Psal. xviii, 10. [42] Heb. ii, 14. [43] Psal. ciii, 2. [44] Act. x, 42. [45] Matth. xvii, 5. [46] Matth. xvi, 16.

(63) *Tu Bar-Jona.* Sic fuit cognominatus Petrus a Domino, cum eum Dei Filium confessus esset (*Matth.* xvi, 16), sonatque ea vox *filius columbæ;* ac sublimem ejus sensum designat cognoscenda deitate Christi. Simon autem est Hebr. שמע, quod est, *audire*, velut dicat, esse adhuc auditorem ac discipulum, quem divina scientissimum ac magistrum esse oporteret. Simili phrasi Asterius exhortatoria ad pœnitentiam in excerptis Photianis τὸν ἀπόστολον, contraponit Simoni.

(64) Ἀλ. συρίσας.

(65) Reg. παρακοήν.

(66) Reg. φωνῇ.

παθεῖν· καὶ λέγεις, *Οὐ μὴ ἔσται σοι τοῦτο.* Εἶπε πάλιν· *Πάντες σκανδαλισθήσεσθε*, καὶ λέγεις· *Εἰ πάντες, ἐγὼ δὲ οὐ σκανδαλισθήσομαι.* Ἰδοὺ καὶ νῦν σκηνὴν ἐγεῖραι θέλεις τῷ Χριστῷ, ὁμοίαν Μωϋσεῖ καὶ Ἠλίᾳ; σκηνὴν τῷ Χριστῷ, τῷ ἅμα ἐμοὶ ἐκτείνοντι τὸν οὐρανόν; σκηνήν, τῷ ἅμα ἐμοὶ θεμελιώσαντι τὴν γῆν; σκηνήν, τῷ ἅμα ἐμοὶ συστήσαντι τὴν θάλασσαν, καὶ στερέωμα πήξαντι; σκηνήν, τῷ φωστῆρας ἀνάψαντι· αἰθέρα πυρώσαντι, καὶ τὰ πάντα σὺν ἐμοὶ πρὸ αἰώνων δημιουργήσαντι; σκηνὴν τῷ ἐξ ἐμοῦ, καὶ ἐξ ὑμῶν; σκηνήν, τῷ ἐν ἐμοὶ, καὶ μεθ' ὑμῶν; σκηνήν, τῷ ἀπάτορι Ἀδάμ; σκηνήν, τῷ ἀμήτορι Θεῷ; σκηνήν, τῷ λαβόντι σκηνήν, ἣν ᾑρετίσατο γαστέρα παρθενικήν; Οὐκοῦν ἐπειδὴ σὺ τρεῖς σκηνὰς ἐγεῖραι βούλει, μὴ εἰδὼς ὅπερ λέγεις, ἐγὼ νεφέλῃ φωτεινῇ χρησάμενος σκηνῇ, καὶ τοὺς παρόντας καλύψας, ἐκ τῶν ὑψίστων βοῶ· *Οὗτός ἐστιν ὁ Υἱός μου ὁ ἀγαπητός, ἐν ᾧ ηὐδόκησα.* Οὐ Μωϋσῆς καὶ Ἠλίας, ἀλλὰ οὗτος· οὐκ ἄλλος καὶ ἄλλος, ἀλλ' οὗτος, εἷς καὶ ὁ αὐτὸς, *ἐν ᾧ ηὐδόκησα· αὐτοῦ ἀκούετε.*

Δ'. Μωϋσῆν ἐδικαίωσα· ἀλλ' ἐν τούτῳ *ηὐδόκησα.* Ἠλίαν ἀνέλαβον· ἀλλὰ τοῦτον ἀπέστειλα εἰς τὴν Παρθένον, ὡς εἰς τὸν οὐρανὸν, καὶ ἐκ Παρθένου εἰς αὐτὸν τὸν οὐρανόν. *Οὐδεὶς γὰρ*, φησὶν, *ἀνέβη εἰς τὸν οὐρανὸν, εἰ μὴ ὁ ἐκ τοῦ οὐρανοῦ καταβάς.* Εἰκῆ τοίνυν κατῆλθεν ἐπὶ τῆς γῆς, εἰ μένῃ διηνεκῶς ἐπὶ τῆς γῆς. Εἰκῆ ἑαυτὸν ἐκένωσε, μορφὴν δούλου λαβὼν, εἰ μὴ μείνας ὃ ἦν, γέγονεν ὅπερ ἐστὲ ὑμεῖς. Εἰ μὴ σταυρὸν καθ' ὑμᾶς δι' ὑμᾶς ὑπομείνας, τῷ οἰκείῳ αἵματι τὸν κόσμον ἐξηγόρασεν, ἀργεῖ οἰκονομία, καὶ μένει τὰ παλαιὰ τῶν προφητῶν ἀβέβαια ῥήματα. Ἀλλὰ παῦσαι, Πέτρε, καὶ μὴ τὰ τῶν ἀνθρώπων φρόνει, ἀλλὰ τὰ τοῦ Θεοῦ. *Οὗτος γάρ ἐστιν ὁ Υἱός μου ὁ ἀγαπητός, ἐν ᾧ ηὐδόκησα· αὐτοῦ ἀκούετε.* Διττῇ γὰρ τῇ περὶ αὐτὸν τοιαύτῃ κέχρημαι φωνῇ· ἐπὶ μὲν ὑμῶν, ἐν τῷ ὄρει τούτῳ· ἐπὶ δὲ Ἰωάννου, ἐν τῷ Ἰορδάνῃ ποταμῷ, ἵν' ὁ πάλαι προφήτης ἀληθεύσῃ βοήσας· *Θαβὼρ καὶ Ἑρμονιεὶμ ἐν τῷ ὀνόματί σου ἀγαλλιάσονται.* Ποίῳ ὀνόματι; *Οὗτός ἐστιν ὁ Υἱός μου ὁ ἀγαπητός.* *Ἐχαρίσατο γὰρ αὐτῷ ὄνομα, τὸ ὑπὲρ πᾶν ὄνομα*, ὡς φησι Παῦλος. Ἀλλ' ἐρεῖς πάντως, ἀγαπητέ· Τί ἐστι, *Θαβὼρ καὶ Ἑρμονιεὶμ ἐν τῷ ὀνόματί σου ἀγαλλιάσονται;* Μάνθανε τοίνυν συνετῶς. Τὸ Θαβὼρ, τοῦτό ἐστι τὸ ὄρος, ἔνθα θελήσας μετεμορφώθη Χριστὸς, καὶ Υἱὸς παρὰ Πατρὸς ἐμαρτυρήθη, ὡς ἀρτίως ἠκούσατε. Τὸ δὲ Ἑρμονιεὶμ (67) ὄρος ἐστὶ μικρὸν ἐγγὺς τοῦ Ἰορδάνου, ὅθεν ἀνελήφθη Ἠλίας· καὶ οὗτινος πλησίον ἐν τοῖς ῥείθροις τοῦ Ἰορδάνου

A patiar: aisque: *Non erit tibi hoc* [37]. Altera vice dixit: *Omnes scandalum patiemini in me:* dicisque: *Et si omnes scandalizati fuerint, ego tamen non scandalizabor* [38]. Ecce nunc quoque tabernaculum vis Christo erigere, quale Moysi et Eliæ? Christo, inquam, tabernaculum, qui una mecum extendit cœlum [39]? Tabernaculum ei, qui mecum pariter fundavit terram? Tabernaculum ei, qui una mecum congregavit mare, ac fixit firmamentum? Tabernaculum ei, qui luminaria accendit; qui incendit æthera, ac mecum omnia ante sæcula condidit (68)? Tabernaculum ei, qui tum ex me, tum ex vobis est? Tabernaculum ei, qui in me, et vobiscum est? Tabernaculum ei, qui homo est sine patre? Ei tabernaculum, qui est Deus sine matre? Tabernacu-
B lum ei, qui quod elegit tabernaculum, virginalem nimirum uterum accepit? Quia ergo tria ipse tabernacula vis erigere, nesciens quid dicas, nube ego lucida pro tabernaculo utens, præsentesque obtegens, clara de excelsis voce pronuntio: *Hic est Filius meus dilectus.* Non Moyses, non Elias: sed hic. Non alius aliusque, sed hic: unus ipse ac idem, *in quo mihi complacui: ipsum audite.*

IV. Moysen justificavi; sed in hoc *mihi complacui.* Eliam assumpsi: sed hunc in Virginem tanquam in cœlum misi; rursumque e Virgine, ad ipsum emisi cœlum: *Nemo enim*, inquit, *ascendit in cœlum, nisi qui descendit de cœlo* [40]. Frustra itaque descendisset in terram, si perpetuo in terra mansurus esset. Frustra se ipsum exinanisset, formam servi accipiens [41], nisi manens quod erat,
C factus esset quod vos estis. Nisi crucem vobis similis ac mortalis vestri causa sustinens, proprio mundum redemit sanguine; futile plane ac inane est incarnationis mysterium, irritaque ac vana manent vetera prophetarum oracula. Verum desine, Petre, nec ea sapias quæ sunt hominum, sed ea quæ sunt Dei [42]. *Hic* namque *est Filius meus dilectus, in quo mihi complacui: ipsum audite.* Semel quippe ac iterum ejusmodi in eum vocem usurpavi: semel quidem astantibus vobis in monte hoc: altera autem vice coram Joanne in Jordane flumine [43], quo propheta verax inveniretur, qui clara olim voce dixerat: *Thabor et Hermoniim in nomine*
D *tuo exsultabunt* [44]. In quonam nomine? Hoc nimirum: *Hic est Filius meus dilectus.* Nam, ut Paulus ait: *Donavit ei nomen, quod est super omne nomen* [45]. At percontaberis utique, charissime, quid sibi velit: *Thabor et Hermoniim in nomine tuo exsultabunt?* Proinde accipe, probeque tene. Thabor, hic ipse mons est, in quo Christus volens transfiguratus est: ac in quo dilectus Filius Patris

[37] Matth. xxvi, 22. [38] Matth. xxvi, 31, 33. [39] Isa. xliv, 24. [40] Joan. iii, 13. [41] Philipp. ii, 7. [42] Matth. xvi, 23. [43] Matth. iii, 17. [44] Psal. lxxxviii, 13. [45] Philipp. ii, 8.

(67) Ἑρμών.

(68) *Mecum omnia ante sæcula condidit*, πάντα σὺν ἐμοὶ πρὸ αἰώνων δημιουργήσαντι. Videtur locutio durior. Non enim omnia creata sunt πρὸ αἰώνων, sed potius ἐπ' αἰώνων· videturque Deo proprium, ut πρὸ αἰώνων exsistat, ac προαιώνιος, *ante sæcula et prææternus*, ut auctor ipse sæculorum. Videtur Proclus condita accipere in decreto ac divina præfinitione: quæ et ipsa suo modo creatio est, ac est prææterna: tametsi terminus est in tempore.

testimonio est renuntiatus, sicut modo audistis. Hermoniim autem mons est modicus prope Jordanem, ex quo assumptus fuit Elias, ac juxta quem sua Christus voluntate baptizatus est, ac dilectus item Filius Patris testimonio est renuntiatus. In duobus hisce montibus intactus ac mundissimus Pater, Filii nomen ac rationem adstruens, et tunc, et nunc iterum clamat : *Hic est Filius meus dilectus, in quo mihi complacui : ipsum audite.* Qui enim eum audit, me quoque audit [46] : et qui ipsum erubuerit et ejus sermones, erubescam et ego eum in majestate mea et sanctorum angelorum. *Ipsum audite*, sine fallacia et fuco ; sine malitia et fraude ; nullo discrimine, ac nihil restricte ; omni semota curiositate : fide quærentes, non vero lingua metientes : fide suscipientes, non verbis Verbum expendentes. Sufficit enim modo magnus ille orator Paulus, curiosum refrenans ac cohibens, universosque docens, ac sine ulla hæsitatione clamans : *O altitudo divitiarum sapientiæ ac scientiæ Dei, quam incomprehensibilia sunt judicia ejus, et impervestigabiles viæ ejus* [47] ! Ipsi gloria in sæcula sæculorum. Amen.

βουληθεὶς ἐβαπτίσθη Χριστὸς, καὶ Υἱὸς παρὰ Πατρὸς ἐμαρτυρήθη. Ἐν τούτοις τοῖς δυσὶν ὄρεσιν ὁ ἄχραντος Πατὴρ βεβαιῶν τὴν υἱότητα, καὶ τότε, καὶ νῦν ἐκ δευτέρου βοᾷ· *Οὗτός ἐστιν ὁ Υἱός μου ὁ ἀγαπητὸς, ἐν ᾧ ηὐδόκησα· αὐτοῦ ἀκούετε.* Ὁ γὰρ αὐτοῦ ἀκούων καὶ ἐμοῦ ἀκούει· καὶ ὃς ἀπαισχυνθῇ αὐτὸν καὶ τοὺς αὐτοῦ λόγους, κἀγὼ αὐτὸν ἀπαισχυνθήσομαι ἐν τῇ δόξῃ μου καὶ τῶν ἁγίων ἀγγέλων. *Αὐτοῦ ἀκούετε·* ἁπλάστως, ἀκάκως, ἀπεριγράπτως, ἀπεριέργως, πίστει ζητοῦντες, ἀλλ' οὐ γλώττῃ μετροῦντες· πίστει παραλαμβάνοντες, ἀλλ' οὐ λόγοις τὸν Λόγον σταθμίζοντες. Ἀρκεῖ γὰρ ἄρτι Παῦλος ὁ ῥήτωρ χαλινῶν τὸν περίεργον, καὶ πάντας διδάσκων, ἀνενδοιάστως βοῶν· *Ὦ βάθος πλούτου καὶ σοφίας καὶ γνώσεως Θεοῦ ! ὡς ἀνεξερεύνητα τὰ κρίματα αὐτοῦ, καὶ ἀνεξιχνίαστοι αἱ ὁδοὶ αὐτοῦ !* Αὐτῷ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

(69) ORATIO IX.

In ramos Palmarum.

I. Præsentis hæc temporis ratio, dilectissimi, impensioris aliquid sedulitatis habet. Seduliores, inquam, expeditioresque ac vegetiores in occursum cœlestis Regis nos exigit. Id enim etiam Paulus felici nuntio dicebat : *Dominus prope est : nihil solliciti sitis* [48]. Prope autem reperitur Dominus non pedum velocitate, sed bonorum largitate. Quapropter operæ pretium sit, ut et ipsi iterum illa Pauli clamemus : *Nox præcessit, dies autem appropinquavit. Abjiciamus ergo opera tenebrarum, et induamur arma lucis. Sicut in die honeste ambulemus* [49]. Lampades fidei accendamus : misericordiæ in pauperes oleo, perinde ac quinque prudentes virgines [50] (70), redundemus : Christum vigiles suscipiamus [51] : justitiæ palmam canticis prosequamur : Mariæ unguentum amplectamur [52] : resurrectionis vocem excipiamus : divinæ congruas majestati voces emittamus : cum turbis, quos turbæ clamores edunt personemus : *Hosanna in excelsis : Benedictus qui venit in nomine Domini, Rex Israel* [53]. Bene (71), *qui venit :* semper enim venit, et nunquam deest. *Prope est* enim *omnibus invocantibus eum in veritate* [54].

ΛΟΓΟΣ Θ'.

Εἰς τὰ Βαΐα.

Α'. Σπουδαιότερος ὁ παρὼν, ὦ φίλοι, καιρός· καὶ σπουδαιότερος, καὶ ἑτοιμότερος, καὶ πρὸς ἀπάντησιν τοῦ ἐπουρανίου βασιλέως γοργότερος. Τοῦτο γὰρ καὶ Παῦλος εὐαγγελιζόμενος ἔφασκεν· *Ὁ Κύριος ἐγγύς· μηδὲν μεριμνᾶτε.* Ἐγγὺς δὲ ὁ Κύριος εὑρίσκεται, οὐ τῇ τῶν ποδῶν ὀξύτητι, ἀλλὰ τῇ τῶν ἀγαθῶν παροχῇ. Διὸ καὶ πάλιν καθήκει βοᾷν ἡμᾶς τὰ τοῦ Παύλου· *Ἡ νὺξ προέκοψεν· ἡ δὲ ἡμέρα ἤγγικεν. Ἀποθώμεθα οὖν τὰ ἔργα τοῦ σκότους, καὶ ἐνδυσώμεθα τὰ ὅπλα τοῦ φωτός. Ὡς ἐν ἡμέρᾳ εὐσχημόνως περιπατήσωμεν.* Τὰς λαμπάδας τῆς πίστεως ἀνάψωμεν· τὸ ἔλαιον τῆς φιλοπτωχείας πλεονάσωμεν καθ' ὁμοιότητα τῶν πέντε φρονίμων παρθένων· ἀνυστάκτως τὸν Χριστὸν ὑποδεξώμεθα· τὸν φοίνικα τῆς δικαιοσύνης ὑμνήσωμεν· τὸ Μαρίας μύρον περιπτυξώμεθα· τὴν φωνὴν τῆς ἀναστάσεως ἀκούσωμεν· τὰς θεοπρεπεῖς φωνὰς ἀναπέμψωμεν· μετὰ τοῦ ὄχλου τὰ τοῦ ὄχλου βοήσωμεν· *Ὡσαννὰ ἐν τοῖς ὑψίστοις· εὐλογημένος ὁ ἐρχόμενος ἐν ὀνόματι Κυρίου, βασιλεὺς τοῦ Ἰσραήλ.* Καλῶς δὲ, *ὁ ἐρχόμενος·* πάντοτε γὰρ ἔρχεται, καὶ οὐδέποτε ἀπολιμπάνεται. *Ἐγγὺς γὰρ πᾶσι*

[46] Luc. IX, 26. [47] Rom. XI, 35. [48] Philipp. IV, 5. [49] Rom. XIII, 12, 13. [50] Matth. XXV, 1. [51] Luc. XII, 35. [52] Joan. XII, 3. [53] ibid. 13. [54] Psal. CXLIV, 18.

(69) Edidit Riccardus ex uno codice Cryptæferr. Visum est pauca subinde emendare, eaque hic notare.

(70) *Perinde ac quinque prudentes virgines.* Mutavi interpunctionem, ut ista de virginibus ad oleum spectent, quod præcipue commendatur in earum parabola, quo nimirum sapientes ac fatuæ discretæ habentur : non quia sine aliqua dormitatione exspectaverint sponsum. Ait enim evangelista (Matth. XXV, 5) exspectando, ac dum moram faceret, dormitasse omnes ac dormiisse. Potius ergo sequens colon aliam parabolam respicit, fidelis servi exspectantis dominum, ac exspectatione vigilis (*Luc.* XII, 35).

(71) *Bene.* Mutavi τὸ, καλὸς, in καλῶς. Liquet enim ut nihil in istis accurati sint antiquarii, utque hoc unum aptum sit, nec illud quidquam congruat. Perstringit, quod pluribus declaravit *Orat. in sancta Theophania*, ut Christus veniat semper, vel in se, vel in creatura, in qua per providentiam nobis prædicat : ut vel hoc indicio idem utriusque auctor eluceat. Notas fusiores si desideres, require in Riccardo : ego plerumque minus necessarias autumo.

τοῖς ἐπικαλουμένοις αὐτὸν ἐν ἀληθείᾳ. Εὐλογημένος ὁ ἐρχόμενος ἐν ὀνόματι Κυρίου, βασιλεὺς τοῦ Ἰσραήλ. Πάντα σύμβολα τὰ παρόντα· σύμβολα καὶ γνωρίσματα, καὶ τῆς βασιλικῆς ὁδοῦ τεκμήρια. Ἐν κοσμικοῖς πολίταις, ὅτε προσκαίρου βασιλέως εἴσοδον περιμένουσι, τὴν ὁδὸν ὁμαλίζουσι, τὰ προπύλαια στεφανοῦσι, τὴν πόλιν ἐξαλλάττουσι, τὰς βασιλικὰς αὐλὰς πανταχόθεν καθαίρουσι, χοροὺς ἐγκωμίων κατὰ τόπους συνυφαίνουσιν· ἐν τούτοις γὰρ ἡ τοῦ προσκαίρου βασιλέως εἰς τινα πόλιν εἴσοδος γνωρίζεται. Τὰ παραπλήσια τούτων καὶ ἡμεῖς μετέλθωμεν, μᾶλλον δὲ τὰ ἐνδοξότερα καὶ τιμιώτερα. Ὅσον γὰρ ἡ δυναστεία τοῦ ἐπουρανίου βασιλέως ὑπέρκειται, τοσοῦτον ἡ λειτουργία τῆς ἡμετέρας πολιτείας ὑπεραστράπτει.

A *Benedictus qui venit in nomine Domini, Rex Israel.* Quæcunque hodierna geruntur die, symbola sunt; symbola, inquam, ac indicia, regiæque profectionis argumenta. Hujus mundi cives cum temporalis regis ingressum præstolantur, viam complanant, vestibula coronant, civitatis ornamenta commutant, aulas regias undequaque mundant, laudationum modos locis singulis contexunt. Quibus profecto notis temporalis regis ad urbem aliquam accessus dignoscitur. His similia nos item agere studeamus, imo et alia magis illustria ac longe præclariora. Quo enim amplius eminet cœlestis Regis imperium, eo municipatus nostri obsequium splendidius fulget.

Β'. Ἐπὶ θύραν πάρεστιν ὁ πρᾶος καὶ ἡσύχιος Βασιλεύς· ὁ ἄνω μὲν ἐπὶ τῶν χερουβὶμ ἐποχούμενος, κάτω δὲ ἐπὶ πώλου ὄνου καθεζόμενος. Ἑτοιμάζωμεν τοὺς ψυχικοὺς ἡμῶν οἴκους· διασπάσωμεν πάσης μισαδελφίας ἀράχνην· μὴ εὑρεθῇ ἐν ἡμῖν κονιορτὸς βλασφημίας· δαψιλῶς τὸ τῆς ἀγάπης ῥάνωμεν ὕδωρ· πάντα κόνδυλον ἔχθρας ὁμαλίσωμεν· τὰ προπύλαια τῶν χειλέων ἡμῶν στεφανώσωμεν τοῖς ἄνθεσι τῆς εὐσεβείας· μετὰ τοῦ ὄχλου τὰ τοῦ ὄχλου βοήσωμεν· *Εὐλογημένος ὁ ἐρχόμενος ἐν ὀνόματι Κυρίου, βασιλεὺς τοῦ Ἰσραήλ.* Τίς μὴ λαλήσῃ; τίς μὴ θαυμάσῃ τοὺς ὄχλους τούτους, τοὺς τῶν Ἰουδαίων ἐχθροὺς, καὶ τῶν Χριστιανῶν φίλους; Βασιλέα τὸν Κύριον προσηγόρευσαν, μηδὲν βασιλείας ἄξιον θεωρήσαντες τοῖς σωματικοῖς ὀφθαλμοῖς. Οὐκ εἶδον ἅρματα χρυσοκόλλητα· οὐχ ἡμιόνους ἐξάσπρους· οὐ τὴν λοιπὴν φαντασίαν ἣν εἰώθασιν οἱ πρόσκαιροι βασιλεῖς ἐν τοῖς προόδοις ἐπιδείκνυσθαι· οὐχ ὅπλα, οὐ θυρεοὺς, οὐ σίγνα, οὐχ ἁλουργίδας, οὐ τριχοκόμους μεγαλοσώμους παριππάζοντας ἄνδρας, οὐκ ἐλεφάντων φαντασίαν, οὐ σύγκλητον προηγουμένην· οὐδὲν τῶν τοιούτων ἐθεάσαντο, τοὐναντίον δὲ ἅπαν. Ὀνάριον ἴδον εὐτελὲς, μικρὸν, ἀλλότριον, γυμνὸν, χρησιμεῦον, ἕνδεκα μαθητὰς παρεπομένους μόνον· ἤδη γὰρ ὁ Ἰούδας εἰς τὴν προδοσίαν ἠσχολεῖτο. Καὶ τοσαύτην πτωχείαν οἱ ὄχλοι θεωρήσαντες, ὡς ἐν οὐρανῷ ἁρπαγέντες, καὶ τὰ ἄνω κατανοοῦντες, καὶ ἀγγέλοις συγχορεύοντες, οἱ τῶν σεραφὶμ τὰ στόματα δανεισάμενοι, τὰς ὁμοιοφθόγγους ἐκείνας ἔβαλλον φωνὰς, λέγοντες· *Εὐλογημένος ὁ ἐρχόμενος ἐν ὀνόματι Κυρίου, βασιλεὺς τοῦ Ἰσραήλ.*

B II. Adest in januis Rex ille mansuetus et placidus [53]: qui cœlis quidem vehatur super Cherubim, in terris autem sedeat super pullum asinæ. Animorum nostrorum domos adornemus; fraterni odii araneam omnem dissipemus; non inveniatur in nobis blasphemiæ pulvis; dilectionis aquam abunde effundamus; omnem simultatis tumorem complanemus; nostrorum vestibula labiorum pietatis floribus coronemus; cum turba pariter ipsos turbæ clamores tollamus, atque dicamus: *Benedictus qui venit in nomine Domini, Rex Israel.* Quis non laudibus efferat? Quis non mirifice prædicet hasce turbas: illas nimirum Judæorum inimicas, ac Christianorum amicas? Dominum appellarunt Regem, nihil dignum regno corporalibus suis oculis conspicatæ. Non viderunt deauratos currus; non albas ac candicantes mulas; non reliquam illam ostentationis pompam, quam reges temporales procedendo ostentare solent; non arma; non scuta; non signa; non trabeas; non comatos, prægrandi statura corporis obequitantes viros; non elephantum ambitiosum apparatum; non præeuntem senatum. Nihil ejusmodi viderunt, imo cuncta his repugnantia. Nimirum viderunt vilem asellum, pusillum, alienum, nudum, ad usum comparatum. Ad hæc undecim duntaxat discipulos eum comitantes; jam enim Judas in proditionis negotio occupatus erat. Talem nihilominus ac tantam turbæ contuentes paupertatem, velut in cœlum raptæ cœlestiaque intelligentes, ac cum angelis pariter choros ducentes, a seraphinis ora mutuatæ, illas eis perquam simillimas emittebant voces, ac dicebant: *Benedictus qui venit in nomine Domini, Rex Israel.*

Γ'. Ἐδρίμυττε τοὺς ἀρχιερεῖς καὶ Φαρισαίους ἀκούειν ἐκ τῶν ὄχλων· *Βασιλεὺς τοῦ Ἰσραήλ.* Ὃ οὐκ ἤθελον, ἤκουον. Ἐκεῖνοι δαιμονιῶντα προσεφώνουν, καὶ οὗτοι βασιλέα ἐκήρυττον· *Εὐλογημένος ὁ ἐρχόμενος ἐν ὀνόματι Κυρίου, βασιλεὺς τοῦ Ἰσραήλ.* Τίς ὁ ὑποθέμενος τοῖς ὄχλοις τὴν φωνὴν ταύτην; τίς ὁ βαλὼν αὐτῶν τῇ διανοίᾳ τὸν αἶνον τοῦτον; τίς ὁ πιστεύσας αὐτοῖς τὰ τῶν φοινίκων βαΐα; τίς ὁ ἀθρόον ὑφ' ἓνὶ συνθήματι πάντας στρατοπεδαρχήσας;

III. Acerbe ferebant sacerdotum principes ac Pharisæi, ut ab acclamantibus turbis audirent, *Rex Israel.* Audiebant quod dictum nolebant. Illi dæmoniacum Dominum appellabant; hæ autem Regem eum prædicabant: *Benedictus qui venit in nomine Domini, Rex Israel.* Quis hanc turbis vocem suggessit? quis eis in animum hanc laudem immisit? quis ramos palmarum in manus dedit? quis sub uno confertim signo eos omnes coegit ac duxit?

[53] Zach. IX, 9.

Quis ea vocum concordia resonare docuit? Gratia sane cœlestis : revelatio Spiritus sancti. Quamobrem etiam magna libertate clamabant : *Benedictus qui venit in nomine Domini, Rex Israel.* Milites, inquam, illi terrestres, et cœlestes angeli : mortales, immortales : super terram incedentes, et in cœlo choros ducentes : *Benedictus qui venit in nomine Domini, Rex Israel;* aversati sunt Pharisæos, exsecrati sunt principes sacerdotum ; Deo dignas decantabant voces ; gaudio ac lætitia affecerunt creaturam ; sanctificarunt æthera ; mortuos præsultare fecerunt ; cœlum reserarunt ; conseverunt paradisum ; mortales pariter ad suam ipsorum æmulationem provocaverunt. Quocirca etiam gentiles quidam tunc temporis, divina illa voce in divinum impulsi zelum, ac conversioni animum adhibentes, accesserunt, ut audisti modo, ad unum apostolorum Philippum nomine, dicentes ad eum : *Domine, volumus Jesum videre* [86]. Vide prædicationem turbæ, utque illa gentiles ad conversionem provocaverit. Protinus ad discipulos Domini : *Volumus Jesum videre.* Bene gentiles Zachæi discipuli effecti sunt, non in sycomorum ascendentes [87], sed in Dei scientia iter maturantes. *Volumus Jesum videre :* non tam ut viderent faciem, quam ut crucem portarent. Unde etiam Jesus eorum animi propositum videns, clara voce ad eos edixit qui aderant : *Venit hora ut clarificetur Filius hominis* [88] ; claritatem ac gloriam appellans, gentilium conversionem, quam Judæi respuerunt, gentes vero ornamento asciverunt. Idcirco etiam Judæis exprobrans Jesus per prophetam dicebat : *Si pater ego sum, ubi est gloria mea? Et si Dominus ego sum, ubi est timor meus* [89] ? Propterea dicebat de gentibus : *Venit hora ut clarificetur Filius hominis :* appellans gloriam, crucem. Hinc quippe Dei potestas innotuit, quod nimirum ignominiam in gloriam commutarit ; contumeliam in honorem ; exsecrationem in benedictionem ; fel in dulcedinem ; acetum in lac ; alapam in libertatem ; mortem in vitam. *Venit hora ut clarificetur Filius hominis :* gloriam, crucem appellans. Exinde enim hactenusque celebri crux gloria colitur. Nam ipsa crux adhuc etiam ac modo reges clarificat ; sacerdotium exornat ; virginitatem servat ; vitam religiosam confirmat ; conjugia obstringit ; viduitatem munit ; orbitatem protegit ; auget fecunditatem ; multa Ecclesiam prole donat ; illuminat populum ; eremum custodit ; paradisum reserat ; latroni viam commonstrat ; simultates eliminat ; odium exstinguit ; dæmones exterminat ; diabolum propulsat.

IV. Sed et nos quoque virentes palmarum ramulos sumentes, egrediamur in occursum Domini nostri, dicamusque ad principes sacerdotum : Nonne

A τίς ὁ τὴν ὁμοφωνίαν διδάξας ; Ἄνωθεν ἡ χάρις· τοῦ ἁγίου Πνεύματος ἡ ἀποκάλυψις. Διὸ καὶ μετὰ παῤῥησίας ἐβόων· *Εὐλογημένος ὁ ἐρχόμενος ἐν ὀνόματι Κυρίου, βασιλεὺς τοῦ Ἰσραήλ·* οἱ κοσμικοὶ στρατιῶται, οἱ οὐράνιοι ἄγγελοι· οἱ θνητοί, ἀθάνατοι· οἱ ἐπὶ γῆς βαδίζοντες, καὶ ἐν οὐρανῷ χοροβατοῦντες· *Εὐλογημένος ὁ ἐρχόμενος ἐν ὀνόματι Κυρίου, βασιλεὺς τοῦ Ἰσραήλ.* Ἀπεστράφησαν τοὺς Φαρισαίους· ἐδδελύξαντο τοὺς ἀρχιερεῖς· τὰς θεοπρεπεῖς ἀνέμελπον φωνάς· τὴν κτίσιν ἐχαροποίησαν· τὸν αἰθέρα ἡγίασαν· τοὺς νεκροὺς προεσάλευσαν· τὸν οὐρανὸν ἠνέῳξαν· τὸν παράδεισον ἐφυτούργησαν· τοὺς θνητοὺς εἰς τὸν ὅμοιον ζῆλον ἠρέθισαν. Ὅθεν καί τινες τῶν Ἑλλήνων κατ' ἐκεῖνο καιροῦ, ἐκ ταυτης τῆς θεοπρεποῦς φωνῆς εἰς τὸν θεοπρεπῆ ζῆλον

B ἐναχθέντες, καὶ εἰς ἐπιστροφὴν χωρήσαντες, προσῆλθον, καθὼς ἀρτίως ἠκουες, ἑνὶ τῶν ἀποστόλων τοὔνομα Φιλίππῳ, λέγοντες πρὸς αὐτόν· *Κύριε, θέλομεν τὸν Ἰησοῦν ἰδεῖν.* Βλέπε τὴν τοῦ ὄχλου κηρυκείαν, καὶ πῶς τοὺς Ἕλληνας εἰς ἐπιστροφὴν ἐκίνησαν. Εὐθέως πρὸς τοὺς μαθητὰς τοῦ Κυρίου· *Θέλομεν τὸν Ἰησοῦν ἰδεῖν.* Καλῶς οἱ ἐθνικοὶ ἐμαθήτευσαν τῷ Ζακχαίῳ, οὐκ ἐν τῇ συκομορίᾳ τὴν ἄνοδον ποιούμενοι, ἀλλ' ἐν τῇ θεογνωσίᾳ τὴν ἐπειγόμενοι (72). *Θέλομεν τὸν Ἰησοῦν ἰδεῖν·* οὐ τοσοῦτον ἵνα τὸ πρόσωπον θεωρήσωσιν, ὅσον ἵνα τὸν σταυρὸν βαστάσωσιν. Ὅθεν καὶ ὁ Ἰησοῦς τὴν πρόθεσιν αὐτῶν θεασάμενος, ἀναφανδὸν ἐβόησε πρὸς τοὺς παρόντας, λέγων· *Ἐλήλυθεν ἡ ὥρα, ἵνα δοξασθῇ ὁ Υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου·* δόξαν, τὴν τῶν Ἑλλήνων ἐπι-

C στροφὴν λέγων, ἣν Ἰουδαίων παῖδες ἀπεδύσαντο, καὶ τὰ ἔθνη αὐτὴν ἐνεκομβώσαντο. Διὸ καὶ ὀνειδίζων τοὺς Ἰουδαίους ὁ Ἰησοῦς, Ἔλεγε διὰ τοῦ προφήτου· *Εἰ πατὴρ ἐγώ εἰμι, ποῦ ἐστιν ἡ δόξα μου ; καὶ εἰ Κύριος ἐγώ εἰμι, ποῦ ἐστιν ὁ φόβος μου ;* Διὰ τοῦτο περὶ τῶν ἐθνῶν Ἔλεγεν· *Ἐλήλυθεν ἡ ὥρα ἵνα δοξασθῇ ὁ Υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου·* δόξαν, τὸν σταυρὸν βαλών (73). Ἔνθεν γὰρ ἐγνώσθη ἡ τοῦ Κυρίου δυναστεία, ὅτι τὴν αἰσχύνην εἰς δόξαν μετήνεγκεν· τὴν ὕβριν εἰς τιμήν· τὴν κατάραν εἰς εὐλογίαν· τὴν χολὴν εἰς γλυκασμόν· τὸ ὄξος εἰς γάλα· τὸ ῥάπισμα εἰς ἐλευθερίαν· τὸν θάνατον εἰς ζωήν. *Ἐλήλυθεν ἡ ὥρα, ἵνα δοξασθῇ ὁ Υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου·* δόξαν, τὸν σταυρὸν καλῶν. Ἐξ ἐκείνου γὰρ καὶ νῦν δοξάζεται ὁ σταυρός. Αὐτὸς γὰρ ὁ σταυρὸς ἔτι καὶ νῦν καὶ

D βασιλεῖς δοξάζει, καὶ ἱερωσύνην φαιδρύνει, καὶ παρθενίαν φυλάττει, καὶ ἄσκησιν ἐδράζει, καὶ συζυγίαν σφίγγει, καὶ χηροσύνην τειχίζει, καὶ ὀρφανίαν ὑπερασπίζει, καὶ εὐτεκνίαν αὔξει, καὶ Ἐκκλησίαν πληθύνει, καὶ λαὸν φωτίζει, καὶ ἔρημον φυλάττει, καὶ παράδεισον ἀνοίγει, καὶ λῃστὴν ὁδηγεῖ, καὶ ἔχθραν ἐξορίζει, καὶ μῖσος σβεννύει, καὶ δαίμονας φυγαδεύει, καὶ διάβολον ἀπελαύνει.

Δ'. Καὶ ἡμεῖς δὲ λαβόντες τῶν φοινίκων τὰ θαλλία, ἐξέλθωμεν εἰς ὑπάντησιν τοῦ Κυρίου ἡμῶν, πρὸς τοὺς ἀρχιερεῖς λέγοντες· Οὐχ ὑμεῖς ἐστε οἱ λέγοντες,

[86] Joan. XII, 21. [87] Luc. XIX, 3. [88] Joan. XII, 23. [89] Malach. I, 6.

(72) Ἰσ. τῆς ὁδοῦ ἐπειγ.

(73) Leg. καλῶν.

ὅτι *Οὗτός ἐστιν ὁ τοῦ τέκτονος υἱός; Θεός ἐστι κραταιὸς, ἰσχυρός.* Δράμετε, σπεύσατε· μετὰ πάντων βοήσατε τῷ ἐγείραντι τὸν Λάζαρον· *Εὐλογημένος ὁ ἐρχόμενος ἐν ὀνόματι Κυρίου.* Αὐτῷ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

vos estis qui dicitis: *Nunquid hic est fabri filius?* [60] Imo Deus est *fortis et potens* [61]. Currite; festinate: cum omnibus pariter ad eum qui Lazarum suscitavit, clamate: *Benedictus qui venit in nomine Domini.* Ipsi gloria in sæcula sæculorum. Amen.

ΛΟΓΟΣ Ι' (74).

Εἰς τὴν ἁγίαν Πέμπτην.

Α'. Ἐπέστη τῶν ἱερῶν μυστηρίων ἡ πανήγυρις· ἐπέλαμψεν ἡ ἑσπέρα ἡ πάσης ἡμέρας φωτεινοτέρα· τί γὰρ ἐν παρούσῃ ἑσπέρᾳ οὐ γέγονε φρικτὸν καὶ παράδοξον; Ὁ Δεσπότης συνεδείπνησε τοῖς δούλοις· μυστηρίων αὐτοῖς ἠνοιξε παράδεισον· δέδωκε βρῶμα τὴν ἀναμάρτητον σάρκα· ἁμαρτημάτων σπόγγον ἐχαρίσατο πόμα· ἐν ὑπηρέτου σχήματι ἔνιψε τῶν μαθητῶν τοὺς πόδας, ὀξύνων πρὸς δρόμον· ἔδωκε ψωμὸν (75) στηλιτεύων τὸν προδότην· κατεφίλησε τὸν ἀνάξιον, ἀναχαλούμενος τὴν χάριν ἀπὸ τοῦ βεβήλου· ἦλθεν ἐπὶ τὸ πάθος, δεικνύμενος ὅτι οὐ βίᾳ τὸ πάθος ὑπέμεινε. Τίς γὰρ ἂν ἠδυνήθη κρατῆσαι μὴ θέλοντα, τὸν λόγῳ κρατήσαντα θάλασσαν; τὸν ἐπιτάγμασιν ἀνέμους χαλινώσαντα; τὸν νεκροὺς ὀδωδότας ἐκ τάφων ἑλκύσαντα; τὸν καὶ παρὰ δαιμόνων Δεσπότην προσκυνούμενον, εἰ μὴ αὐτὸς, ὡς φιλάνθρωπος, θέλων ἔπαθεν, οὐ καθὸ ἦν, ἀλλὰ καθὸ γέγονεν; Ἀλλ' ὅμως ἐκρατεῖτο καὶ ἡνείχετο· οὐ γὰρ ἦλθε κρῖναι τὸν κόσμον, ἀλλὰ σῶσαι τὸν κόσμον. Καὶ φίλημα γέγονε τῆς αὐτῆς τόλμης μήνυμα. Τοιγαροῦν προσελθόντι τῷ προδότῃ φησίν· *Ἰούδα* (ἰοῦ γὰρ γέμεις), *Ἰούδα, φιλήματι τὸν Υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου προδίδως;* κρούει τῷ ὀνόματι τὴν θύραν τῆς αὐτοῦ συνειδήσεως, ἐξυπνῆσαι τὸν κεκαρωμένον τῇ φιλαργυρίᾳ βουλόμενος, ὡς ἂν εἰ λέγων πρὸς αὐτόν· Ἰούδα, εἰς ἀποστολήν σε ἐξελεξάμην, πῶς ἐστράφης εἰς προδότην; Ἰούδα, χρημάτων ἐρᾷς; πάντων βασιλέων ὑπάρχεις πλουσιώτερος. Βασιλέας οὐκ αἰδοῦνται δαίμονες· σοῦ δὲ τὴν γλῶσσαν φρίττουσιν ὡς δραπέται. Τοὺς πλουτοῦντας ἀναλίσκουσι νόσοι· σοῦ δὲ καὶ αἱ σκιαὶ φυγαδεύουσι πάθη. Τοῖς φιλαργύροις χρυσὸς ὁ θησαυρός· ὑμῖν δὲ τὸν οὐράνιον ηὐτρέπισται κλῆρον (76). Εἰ χρημάτων ἐρᾷς, ἀπόδυσαι τὴν κατὰ τῶν παθῶν δυναστείαν· οὐ χωρεῖ γὰρ ψυχὴ βόρβορον φιλαργυρίας, καὶ μύρον φιλανθρωπίας.

potestatem abjice. Nequit enim in anima cum avaritiæ cœno, pariter et humanitatis unguentum esse.

ORATIO X.

In sanctam Quintam Feriam.

I. Sacrorum mysteriorum solemnis advenit dies. Vespera illuxit, die quovis illustrior. Quid enim in præsenti vespera, non horrore plenum ac admiratione? Ipse Dominus cum servis pariter cœnavit; mysteriorum paradisum eis reseravit; innoxiam carnem in cibum tradidit; poculum quo ceu spongia peccata eluerentur, largitus est; servi habitu pedes lavit discipulorum [62], quo expeditos promptosque ad cursum redderet; dedit buccellam [63], proditorem notans; deosculatus est indignum, ut ab impuro gratiam revocaret (77); ad patiendum venit, ut ostenderet se non vi aliqua adactum perferre passionem. Quis enim, modo noluisset, eum unquam tenere potuisset? eum, inquam, qui verbo dominatur mari; ventos imperio frenat; fetentes mortuos extrahit e sepulcris; atque ab ipsis dæmonibus ut Dominus adoratur; nisi ipse, quæ sua benignitas est, sponte volensque passus esset; non ejus ratione quod erat, sed ejus quod factus est. Tenebatur nihilominus, ac sustinebat: quippe qui, non judicare mundum, sed salvare venerat [64]. Porro osculum hujus ipsius præsumpti facinoris indicium fuit. Quapropter accedenti proditori, ait: *Juda* (veneno namque refertus es), *Juda, osculo Filium hominis tradis* [65]? Ipso nomine pulsat ejus conscientiæ fores, quo gravi avaritiæ sopore tentum expergefaciat; ac si ad eum diceret: Juda, in apostolum te elegi; quomodo in proditorem versus es? Juda, divitiarum amore captus es? Atqui regibus universis ditior es. Dæmones haudquaquam reverentur reges; at linguam tuam velut servi fugitivi perhorrescunt ac timent. Divites consumunt morbi; at ipsa tua umbra morbos fugat. Aurum thesaurus est avaris; at vobis, cœlestis parata hæreditas est. Si pecuniæ amator es, concessam adversus morbos

Β'. Οὐδὲν χεῖρον, ἀδελφοὶ, φιλαργυρίας· συγγένειαν καθοπλίζει, τὴν φύσιν θερίζει, πρὸς τυραννίδα ἐκμαίνει, τείχη ὑπερορύττει, πόλεις ἐδαφίζει,

II. Nihil est, fratres, avaritia deterius; cognatos armat in invicem; naturam demetit; tyrannorum more facit furere; mœnia funditus subruit; solo

[60] Matth. XIII, 55. [61] Psal. XXIII, 8. [62] Joan. XIII, 5. [63] ibid. 27, 30. [64] Joan. III, 19. [65] Luc. XXII, 48.

(74) Exstant Chrysostomi, Cyrilli et aliorum in diem hanc sacratissimam tractatus egregii, quibus præcipue mysteriorum traditionem celebrant, id est, sacræ Eucharistiæ sacramenti institutionem: qua de causa Proclus ipso statim initio appellat μυστηρίων πανήγυριν, *mysteriorum celebritatem.*

(75) *Ἴσ.* ψωμίον, ut ubique in seq. et apud Joan.

(76) Leg. ὁ οὐράνιος κλῆρος. *Ἴσ.* ηὐτρέπισμαι.

(77) *Ab impuro gratiam revocarel.* Velut nimirum eam purissimis suis labiis exsugendo. Sic Chryst. *Orat. in descensum ad inferos*: ἀσπάζομαί σε, Ἰούδα, οὐχ ἵνα ἀγάπην δωρήσωμαι, ἣν ἀπεβάλου· ἀλλ' ἵνα κενώσω τὴν χάριν, ἣν δέδωκά σοι. *Osculor te, Juda, non ut charitatem tribuam quam amisisti; sed ut exhauriam gratiam quam tibi tribueram.* Sic et Paulinus epist. XXII *ad Severum.* Paulo post male Riccardus exponit vocem τόλμαν, ut sit *tolerantia.* Esto enim eo sensu alibi exponi possit: at hic nihil ille congruit: sed quo communiter, *facinus, atrox factum,* ac similia redditur: μήνυμα αὐτῆς τῆς τόλμης· *signum ipsius facinoris ac proditionis, osculum.* Nolim otium terere notandis aliis.

exæquat urbes; naturæ jura obliterat. Dicam quod est rei caput: apostolicum invasit chorum; venalem eum impio exposuit ausu, qui major pretio est. Omnium ergo malorum causa est avaritia. Ob id Christus ac Deus in prophetis criminabundus aiebat, ovem in pastorem furore actam esse. Vere *malorum omnium radix est cupiditas* [66]. Quocirca dicebat Zacharias propheta, quasi ex Domini persona: *Et dicam ad eos:* hoc est ad ingratos de populo: *Si bonum est in conspectu vestro, date stantes mercedem meam, aut renuite* [67]. Quænam vero ejus merces constitui poterit, qui major est quam ut vendi possit? Quodnam ejus pretium, qui pretium omne superat? Quæ ejus venditio, qui summam omnem excedit? *Et statueruni*, inquit, *mercedem meam triginta argenteos.* O exquisituni vaticinium, ac modi declaratio, quo in insatiabilem ejusmodi cupiditatem, o Juda, furore abactus es! Nam et cum casia illa ac religiosa mulier unguentum in cœna effunderet, ab avaritia intus animo latitante, dicebas: *Poterat unguentum istud venumdari trecentis denariis, et dari pauperibus* [68]. Verum ille tonitrui filius Joannes, tuum arguens omni nequitia et improbitate refertum avaritiæ sensum, apertissime ait: *Hoc autem dixit, non quia de egenis pertinebat ad eum; sed quia fur erat, et loculos habens, ea quæ mittebantur portabat* [69]. Dominus itaque Jesus Christus, qui, ut Deus, erat omnium præscius, Judam sciens nequissimo avaritiæ affectu tentum, ut nimiam illam inexhaustæ cupiditatis intemperantiam vinceret, humanæ illud mercedis ac præmii (78) illi concredidit. At ille, nedum non fuit expletus, cum boni Domini dona perciperet, nec divinis ullis charismatibus destitutus esset, ut etiam triginta argenteos, trecentorum illorum denariorum vice commutarit. O perversum Judæ consilium! O Judæ dementiam, ut qui auctore vitæ ac præceptore Christo audisset: *Quid proficit homo si universum mundum lucretur, animam autem perdat, et detrimentum sui faciat* [70]? triginta tamen argenteis ad breve delectatus tempus, datorem vitæ Christum iniquis tradiderit, suamque ipsius animam suppliciis æternis addixerit! Idcirco etiam Dominus noster Jesus Christus aiebat: *Væ homini illi per quem Filius hominis tradetur: bonum illi erat, si natus non fuisset homo ille* [71].

III. Dicebat autem hæc Dominus noster Jesus Christus, volens eum revocare ad sensum, ut in se reversus, a perverso illo scelestissimoque proditionis studio animum abstineret, rediretque ad pœni-

φύσεως ἀμαυροῖ δίκαια· εἶπω τὸ κεφάλαιον· εἰς ἀποστόλων χορὸν εἰσεπήδησεν, ὡνὴν ἐτόλμησε κατὰ τοῦ ἀπράτου. Αἰτία οὖν πάντων τῶν κακῶν ἡ φιλαργυρία. Διὰ τοῦτο ὁ Χριστὸς καὶ Θεὸς κατηγορῶν ἐν προφήταις, ἔλεγε· Πρόβατον κατὰ ποιμένος ἐξέμεινεν (79). Ὄντως· *Ῥίζα τῶν κακῶν ἡ φιλαργυρία.* Ἔλεγεν οὖν ὁ προφήτης Ζαχαρίας, ὡς ἐκ προσώπου Κυρίου· *Καὶ ἐρῶ πρὸς αὐτούς*· τουτέστι τοὺς ἀγνώμονας τοῦ λαοῦ· *Εἰ καλόν ἐστιν ἐνώπιον ὑμῶν, δότε στήσαντες τὸν μισθόν μου, ἢ ἀπείπασθε.* Καὶ τίς ἄρα γένοιτο μισθὸς τοῦ ἀπράτου; ποία δὲ τιμὴ τοῦ ὑπὲρ τιμὴν; ποία δὲ πράσις τοῦ ὑπὲρ λόγον; *Καὶ ἔστησαν*, φησὶ, *τὸν μισθόν μου τριάκοντα ἀργύρια.* Ὦ ἀκριβοῦς προῤῥήσεως! ποῖόν τε τρόπον εἰς τοιαύτην ἐξεβάκχευσας ἀπληστίαν, ὦ Ἰούδα! Καὶ γὰρ ὅτε τὸ μύρον ἐν τῷ δείπνῳ κατέχεεν, τὸ σεμνὸν ἐκεῖνο καὶ φιλόθεον γύναιον, ἐπὶ τῆς ἔνδον μυχούσης (80) ἐν σοὶ φιλαργυρίας ἔφασκες· *Ἠδύνατο τοῦτο τὸ μύρον πραθῆναι τριακοσίων δηναρίων, καὶ δοθῆναι πτωχοῖς.* Ἀλλ' ὁ τῆς βροντῆς υἱὸς Ἰωάννης, ἐλέγχων σου τὴν παγκάκιστον τῆς φιλαργυρίας ἔννοιαν, φανερωτάτως φησί· *Τοῦτο δὲ εἶπεν, οὐχ ὅτι περὶ τῶν πτωχῶν ἔμελεν αὐτῷ, ἀλλ' ὅτι κλέπτης ἦν, καὶ τὸ γλωσσόκομον ἔχων τὰ βαλλόμενα ἐβάσταζεν.* Ὁ μὲν οὖν Κύριος Ἰησοῦς Χριστὸς προγνωστὴς ὢν ὡς Θεὸς, καὶ γνοὺς τῷ πονηρῷ πάθει τῆς φιλαργυρίας ἡττώμενον, νικῆσαι θέλων τὴν ὑπερβολὴν τῆς ἀπλήστου καρδίας, τὸ κατὰ ἀνθρώπους ἐπιτίμιον αὐτῷ κατεπίστευσεν. Ὁ δὲ, οὐ μόνον ἐπλήσθη (81), τῶν τοῦ ἀγαθοῦ Δεσπότου δωρεῶν ἐν ἀπολαύσει τυγχάνων, καὶ τῶν θεοδωρήτων χαρισμάτων μηδενὸς ὑστερούμενος· ἀλλὰ τριάκοντα ἀργύρια τῶν τριακοσίων ἀντικαταλλάξατο δηναρίων. Ὦ τῆς τοῦ Ἰούδα κακοβουλίας! ὦ τῆς τοῦ Ἰούδα παραφροσύνης, ὅτι ἀκούσας παρὰ τοῦ ζωοποιοῦ διδασκάλου Χριστοῦ· *Τί ὠφελεῖται ἄνθρωπος τὸν κόσμον ὅλον κερδήσας, καὶ τὴν ψυχὴν ἀπολέσας, καὶ ζημιωθείς;* Τριάκοντα ἀργυρίοις πρὸς ὀλίγον τερφθεὶς, τὸν ζωοδότην Χριστὸν τοῖς ἀνόμοις παρέδωκε, τὴν δὲ ἑαυτοῦ ψυχὴν αἰωνίᾳ τιμωρίᾳ κατεδίκασε. Διὸ καὶ ὁ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς ἔλεγεν· *Οὐαὶ τῷ ἀνθρώπῳ ἐκείνῳ, δι' οὗ ὁ Υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου παραδίδοται· καλὸν ἦν αὐτῷ, εἰ οὐκ ἐγεννήθη ὁ ἄνθρωπος ἐκεῖνος.*

Γ'. Ὁ μὲν γὰρ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς ταῦτα ἔλεγε, θέλων αὐτὸν εἰς αἴσθησιν ἀγαγεῖν· ὥστε ἀνασφάλαντα ἀποστῆναι τοῦ πονηροτάτου ἐκείνου ἐπιτηδεύματος τῆς προδοσίας, καὶ εἰς μετάνοιαν χωρῆσαι,

[66] I Tim. VI, 10. [67] Zach. XI, 12. [68] Marc. XIV, 5. [69] Joan. XII, 6. [70] Luc. IX, 25. [71] Matth. XXVI, 24.

(78) *Humanæ illud mercedis et præmii*, τὸ κατὰ ἀνθρώπους ἐπιτίμιον. Velut salarium, ut eo haberet, quo suæ avaritiæ faceret satis, concrediiis Domini qualibuscunque pecuniis, quibus ad libitum uti posset. Riccardus: ἐπιτίμιον, *quod maximi honoris, maximæque æstimationis est;* nihil id ad propositum: nec enim ferre loculos, ac temporalem œconomium agere, eximium aliquid erat ac maximi honoris in collegio apostolico; nec honoribus, sed lucro ac pecuniis, avarus animus satiandus erat.

(79) Leg. ἐξέμηνε.

(80) Erat μοιχούσης.

(81) Leg. οὐ μόνον οὐκ.

καὶ σωτηρίας τυχεῖν. Ὁ δὲ τὴν παρακοὴν προτιμήσας τῆς ὑπακοῆς, γέγονε τοῦ ἀρχεκάκου ὄφεως οἰκητήριον. Διὸ καὶ ὁ Κύριος ἐπιμένοντα ὁρῶν αὐτὸν τῇ εἰκαιοβουλίᾳ τῆς προδοσίας, ἔκδοτον παρέδωκε τῷ ὑποθεμένῳ αὐτὸν (82) τὸ τῆς φιλαργυρίας πάθος. Ἐρωτώμενος γὰρ ὑπὸ τῶν γνησίων μαθητῶν ἐν τῷ δείπνῳ, τίς εἴη ὁ τὴν προδοσίαν ἐπιτηδεύων, ἀπεκρίνατο αὐτοῖς λέγων· ὯΙ ἐγὼ βάψας τὸ ψωμίον ἐπιδώσω, ἐκεῖνός ἐστιν, ὁ παραδιδούς με. Καὶ κατὰ τὸ λαβεῖν τὸ ψωμίον, φησὶν, εἰσῆλθεν εἰς αὐτὸν ὁ Σατανᾶς. Ὁ δὲ Κύριος πρὸς αὐτόν· Ὃ ποιεῖς, ποίησον τάχιον. Ἴδετε πῶς ἑκουσίως ἔσπευδεν ὑπὲρ σωτηρίας τοῦ γένους τῶν ἀνθρώπων, ἐπὶ τὸ πάθος ἐλθεῖν, ὁ φύσει Σωτήρ; Διὸ τὰ ἐν ἀνθρώποις ἐξαίρετα καλὰ, τὰ ὑπ' αὐτοῦ γενόμενα, φῶς ἐστι καὶ ζωή. Ταῦτα καὶ αὐτὸς καλεῖσθαι ηὐδόκησε· φῶς γάρ ἐστιν, ὡς Θεὸς, καὶ ζωὴ, ὡς ἀθάνατος, κἂν ἐγεύσατο πάθους σαρκὶ, οὐ θεότητι.

A tentiam, ac salutem nanciscereturⁱ. At ipse inobedientiam obedientiæ præferens, se ipsum domicilium serpentis malorum auctoris effecit. Idcirco etiam Dominus, ut vidit pervicaciter in perditissimo proditionis consilio persistere, in ditionem potestatemque illius tradidit qui avaritiæ affectionem ei suggesserat. Percontantibus namque veris sincerisque discipulis in cœna, quisnam esset qui proditionem moliretur, respondit eis, aitque : *Cui ego buccellam intinctam porrexero, ille est* qui me tradet. *Et post* acceptam *buccellam*, inquit, *introivit in eum Satanas. Et dixit illi* Dominus : *Quod facis, fac citius*[72]. Videtis quam sponte, is qui natura erat Salvator, pro humani salute generis, ad mortem venire satageret? Quapropter eximia ac B præcipua in humanis bona, ab eo condita, lux sunt et vita : quæ et ipse appellari voluit. Quippe lux est, qua Deus ratione; vita autem, qua immortalis est. Quanquam vero carne gustavit mortem, non deitate.

Δ'. Φύγωμεν οὖν πάντες τὴν πλεονεξίαν· ἐξεμέσωμεν μετὰ φιλαργυρίας καὶ τὴν ὑπόκρισιν· ἀσπαζώμεθα ἀλλήλους ἀπὸ καρδίας, μέλλοντες προσιέναι τοῖς θείοις μυστηρίοις· πᾶσαν ὀργὴν ἀποῤῥίψωμεν· πάσης μνησικακίας καθαρεύσωμεν· ἵνα εἰσελθὼν ὁ Δεσπότης ἐν ταῖς ἡμετέραις ψυχαῖς, μηδένα εὕρῃ κατὰ τὸν Ἰούδαν ὑποκρίσεως γέμοντα· ἀλλὰ πάντας καθαροὺς, κατὰ τὸν Ἰωάννην, τοὺς πατρικοὺς κόλπους μετὰ πίστεως θεολογοῦντας· κατὰ Παῦλον, τῷ κόσμῳ ἐσταυρωμένους· κατὰ τὸν Πέτρον, εὐσεβῶς C κηρύττοντας καὶ λέγοντας· Σὺ εἶ ὁ Χριστὸς ὁ Υἱὸς τοῦ Θεοῦ τοῦ ζῶντος· ὅπως τοῦ δεσποτικοῦ τύχωμεν μακαρισμοῦ· Μακάριος γὰρ, φησὶν, ἀνὴρ, ᾧ οὐ μὴ λογίσηται Κύριος ἁμαρτίαν, οὐδὲ ἔστιν ἐν τῷ στόματι αὐτοῦ δόλος. Ἐπὶ τίνα γὰρ ἐπιβλέψω, διὰ τοῦ προφήτου λέγει, ἀλλ' ἢ ἐπὶ τὸν πρᾶον καὶ ἡσύχιον, καὶ τρέμοντά μου τοὺς λόγους; καὶ ἐν Εὐαγγελίοις ἔλεγεν ὁ Σωτὴρ διδάσκων τοὺς ἑαυτοῦ μαθητάς· Μακάριοι οἱ πτωχοὶ τῷ πνεύματι, ὅτι αὐτῶν ἐστὶν ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν· ἧς γένοιτο πάντας ἡμᾶς ἀξίους καὶ ἐν ἀπολαύσει γενέσθαι, διὰ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, τοῦ ἑκουσίως ὑπὲρ ἡμῶν πραθῆναι καὶ παραδοθῆναι καταδεξαμένου, ὅπως ἡμᾶς ἐκ τῆς δουλείας τοῦ ἀοράτου ἐχθροῦ ἐλευθερώσῃ. Αὐτῷ ἡ δόξα ἅμα τῷ Πατρὶ, καὶ τῷ ἁγίῳ D καὶ ζωοποιῷ αὐτοῦ Πνεύματι, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

IV. Fugiamus itaque omnes inexplebilem plus habendi cupiditatem : cum avaritia foras pariter hypocrisim mittamus. Ad divina accessuri mysteria, invicem ex corde amplexemur ac osculemur : iram omnem projiciamus; ab omni simultate cor mundum habeamus, ut ingrediens Dominus in nostras animas, neminem Judæ instar inveniat plenum simulatione; sed mundos omnes, Joannis instar divinum Patris sinum[73] cum fide explicantes; Pauli instar mundo crucifixos[74] : more Petri pie prædicantes, atque dicentes : *Tu es Christus Filius Dei vivi*[75] : ut ita dominicam consequamur beatitudinem. *Beatus* enim, inquit, *vir, cui non imputaverit Dominus peccatum; nec est in ore ejus dolus*[76]. *Super quem enim respiciam*, ait per prophetam, *nisi super mitem et quietum, et trementem sermones meos*[77]? In Evangeliis quoque dicebat Salvator, cum suos ipsius doceret discipulos : *Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum cœlorum*[78] : quo utinam omnes nos digni ac participes efficiamur, per Dominum nostrum Jesum Christum, qui ultro pro nobis vendi ac tradi sustinuit, ut nos ab hostis invisibilis servitute liberaret : Ipsi gloria, una cum Patre sanctoque ac vivifico ejus Spiritu, nunc et semper et in sæcula sæculorum. Amen.

ΛΟΓΟΣ ια' (83).

Εἰς τὸ πάθος τοῦ Κυρίου, τῇ ἁγίᾳ καὶ μεγάλῃ Παρασκευῇ.

Α'. Φοβερὰ τῆς σημερινῆς παρατάξεως τὰ μυστή-

ORATIO XI (83).

In Dominicam passionem, in sancta ac magna Parasceve.

I. Terribilia sunt hodierni prælii mysteria.

[72] Joan. XIII, 26, 27. [73] Joan. I, 18. [74] Galat. VI, 14. [75] Matth. XVI, 16. [76] Psal. XXXI, 2. [77] Isa. LXVI, 2. [78] Matth. V, 3.

(82) Ἴσ. αὐτῷ.

(83) Habuit Riccardus ex Vaticano, contulitque cum uno Cryptæfer. codice, et altero Sirleti. Nihil Procli aliis charactere ac doctrina deterior est. Non male Riccardus distinguit a sequenti, tametsi codex Sirleti ex quo edidit, hæc illaque continua habebat. Palam enim spectant ad alium aliumque diem; nempe Parasceves, et Paschæ, sive etiam Sabbati sancti. Videtur tamen in secunda aliquid desiderari pro exordio, nisi ita ex abrupto incepit ad exhibendam magnitudinem affectus.

horrenda infernalis pugnæ tropæa : inenarrabilis subita hæc antiqui tyranni profligatio : cogitatu omni major victoria, quam pro nobis retulit is qui carnem assumpsit nostri causa. Cum morte congressus est tanquam mortuus : infernumque devastavit ut Deus fortis et potens. *Dominus* enim, *fortis et potens; Dominus potens in prælio* [79]. Quænam ergo copia fandi pro rei dignitate, huic poterit deservire miraculo? Quænam vero lingua terribilem hunc eloquetur ac enarrabit conflictum? Hodie namque impleta sunt prophetica obsignata oracula. Hodie infernus nesciens lethale epotavit venenum. Hodie mors eum suscepit mortuum, qui semper est vivens. Hodie soluta sunt vincula, quæ serpens in paradiso fabricaverat [80]. Hodie ii qui a sæculo servi fuerant, in libertatem vindicati sunt. Hodie latro, quinque millium ac quingentorum annorum spatio flammei gladii præsidio munitum clausumque paradisum, perfodit. Hodie *lux in tenebris lucens* [81], universum mortis thesaurum exhausit. Hodie Regis in carcerem novus ingressus designatus est. Hodie *contrivit portas æreas, ac vectes ferreos confregit* [82], is qui ut simplex mortuus absorptus est, utque Deus Verbum infernum vastavit. Hodie summangularis lapis Christus, jactum illud primigenium mortis fundamentum concussit : revulsit Adam, ac Abel incolumem revocavit, universumque inferni ædificium evertit. Hodie et qui olim lugebant, quos prævalens mors devoraverat [83], magna et elata voce clamant : *Ubi est, mors, victoria tua? Ubi est, inferne, stimulus tuus* [84]?

II. Quid ad hæc, o Judæe, dicis? Crucem sugillas? subsannas passionem? irrides mortem? sepulcrum obtrectas? At fige in victoria obtutum, ejusque reverere passionem qui Deus Verbum impatibilis exsistens, voluntate sua passus est carne. Justos omnes ex potestate et imperio absorbuit mors, nec ullus sanctorum ejus victor fuit. Admiraris Abel? at mors eum deglutiit. Mihi Noe dicis? sed præceps, etiam ipse in interitum corruit. Enoch mihi profers [85]? verum hic quoque declinavit (84) quidem, minime tamen legem abrogavit. Abraham mihi jactabunde quidem effers? at hunc quoque ipsum mors interemit. Isaac mentionem facis [86]? at ubi cecidisset, non resurrexit. Jacob adducis? verum patriarcha pulvis exsistit. De Joseph gloriaris? at in nudis aridisque ossibus memoria ejus posita est. Moysen divine extollis (85)? at ne sepulcrum

ρια· φρικτὰ τοῦ καταχθονίου πολέμου τὰ τρόπαια· ἀδιήγητος τοῦ παλαιοῦ τυράννου ἡ ἀθρόα καθαίρεσις· πάσης ἐνθυμήσεως κρείττων, ἡ τοῦ δι' ἡμᾶς σαρκωθέντος ὑπὲρ ἡμῶν νίκη. Συνεπλάκη μὲν γὰρ τῷ θανάτῳ, ὡς νεκρός· ἐσκύλευσε δὲ τὸν ᾅδην ὡς Θεὸς ἰσχυρὸς καὶ δυνατός. *Κύριος* γὰρ *κραταιὸς καὶ δυνατός· Κύριος δυνατὸς ἐν πολέμῳ*. Ποῖος οὖν λόγος ἐπαξίως δυνατὸς ὑπουργήσειε τῷ θαύματι; ποία δὲ γλῶσσα λαλήσει καὶ διηγήσεται τὴν φοβερὰν παράταξιν; Σήμερον γὰρ προφητικῶν φωνῶν πεπλήρωται σφραγίς. Σήμερον ὁ ᾅδης ἀγνοῶν κατέπιε δηλητήριον. Σήμερον ὁ θάνατος ἐδέξατο τὸν ἀεὶ ζῶντα νεκρόν. Σήμερον ἐλύθη δεσμὰ, ἅπερ ὁ ὄφις ἐν παραδείσῳ ἐχάλκευσε. Σήμερον οἱ ἐξ αἰῶνος ἠλευθερώθησαν δοῦλοι. Σήμερον ὁ ληστὴς ἐτυμβορύχησε, τὸν πεντακισχιλίοις καὶ πεντακοσίοις ἔτεσιν ὑπὸ φλογίνης ῥομφαίας φρουρούμενον παράδεισον. Σήμερον *τὸ φῶς ἐν τῇ σκοτίᾳ φαίνει*, καὶ ὅλον τοῦ θανάτου τὸν θησαυρὸν ἐκένωσε. Σήμερον βασιλικὴ εἰς τὸ δεσμωτήριον ἐκαινοτομήθη εἴσοδος. Σήμερον, *πύλας χαλκᾶς συνέτριψε, καὶ μοχλοὺς σιδηροῦς συνέθλασεν*, ὁ καταποθεὶς ὡς ψιλὸς νεκρὸς, καὶ πυρπολήσας ὡς Θεὸς Λόγος. Σήμερον ὁ ἀκρογωνιαῖος λίθος Χριστὸς, τὸ τοῦ θανάτου προγονικὸν θεμέλιον γενόμενον συνετάραξε, τὸν Ἀδὰμ ἀνέσπασε, καὶ τὸν Ἄβελ διέσωσε, καὶ πᾶσαν τοῦ ᾅδου τὴν οἰκοδομὴν κατέστρεψε. Σήμερον καὶ οἱ πρώην θρηνοῦντες, οὓς κατέπιεν ὁ θάνατος ἰσχύσας, μετὰ μεγάλης φωνῆς κράζουσι· *Ποῦ σου, θάνατε, τὸ νῖκος; Ποῦ σου, ᾅδη, τὸ κέντρον;*

Β'. Τί λέγεις πρὸς ταῦτα, ὦ Ἰουδαῖε; κωμῳδεῖς τὸν σταυρόν; χλευάζεις τὸ πάθος; γελᾷς τὸν θάνατον; διασύρεις τὸν τάφον; ἀλλὰ βλέπε τὴν νίκην, καὶ φρίξον τὸ πάθος τοῦ ἑκουσίως παθόντος σαρκὶ, ἀπαθοῦς ὄντος Θεοῦ Λόγου. Πάντας τοὺς δικαίους μετ' ἐξουσίας κατέπιε, καὶ οὐδεὶς τῶν ὁσίων περιεγένετο θανάτου. Τὸν Ἄβελ θαυμάζεις; ἀλλὰ θάνατος ἐῤῥόφησεν αὐτόν. Τὸν Νῶέ μοι λέγεις; ἀλλὰ καὶ αὐτὸς εἰς φθορὰν ἐγκυβίστησε. Τὸν Ἐνὼχ μοι προφέρεις; ἀλλὰ καὶ οὗτος ἔφυγε, καὶ οὐ τὸν νόμον κατήργησε. Τὸν Ἀβραὰμ μοι κομπάζεις; ἀλλὰ καὶ τοῦτον διέλυσεν ὁ θάνατος. Τὸν Ἰσαὰκ μνημονεύεις; ἀλλὰ πεσὼν οὐκ ἀνέστη. Τὸν Ἰακὼβ προφέρεις; ἀλλὰ κόνις ὁ πατριάρχης. Τὸν Ἰωσὴφ ἐγκαυχάσαι; ἀλλ' ἐν γυμνοῖς καὶ ξηροῖς ὀστέοις ἡ μνήμη αὐτοῦ. Τὸν Μωϋσέα ἐκθειάζεις; ἀλλ' οὐδὲ τὸν τάφον αὐτοῦ εὑρίσκεις. Πάντας τοὺς προφήτας μοι λέγεις; ἀλλ' ἐννόει τοὺς

[79] Psal. xxiii, 8. [80] Gen. iii, 24. [81] Joan. i, 5. [82] Psal. cvi, 16. [83] Isa. xxv, 28. [84] I Cor. xv, 55. [85] Gen. v, 24. [86] Gen. xxv, 8.

(84) *Hic quoque declinavit*, etc. Sirleti et Crypt. habent negativam, οὐκ ἔφυγε, sed melius abest a Vaticano. Revera enim effugit, sive vitavit mortem ac declinavit, juxta illud Hebr. xi, 5 : *Fide Enoch translatus est, ne videret mortem* : haud tamen congressione cum ea victor fuit, ejusve abrogavit legem, sicut Dominus, cum etiam in fine sæculorum maneat moriturus.

(85) *Divine extollis*, ἐκθειάζεις. Existimat Riccardus dictum hoc in superstitiosos Judæos, qui Moysen ut deum colerent, ejusque adorarent imaginem : eos nimirum quos Epiphanius refert lib. II *Panar.* hær. IV. Verum ii pauci admodum erant in Arabia Petræa, ac valde obscuri : ut non debuerit Proclus, ita universim scelus hoc Judæis improperare, ob paucorum illorum culpam. Mitius ergo accipio τὸ ἐκθειάζειν· ut in homines quoque sacros, quin et res alias, quadrare potest. Sic *Orat. in S. Stephanum*, τὸν κάλαμον ἐκθειάζων· *arundinem divine extollens*; quod bene ibi Riccardus reddit.

τάφους, καὶ μὴ κόμπαζε τοῖς λόγοις. Τοσούτους ἔλαβεν ὁ θάνατος, καὶ πάντας ἐρρόφησεν· ἕνα δὲ κατέπιε, καὶ κόσμον ὅλον ἀβουλήτως ἐξέμεσε. Βλέπε γὰρ σήμερον τοῦ διαβόλου τὴν κατὰ τοῦ ἀνευθύνου τοῦ θανάτου πονηρίαν. Ὑπηρέτας πρὸς σύλληψιν ὥπλησε· τὸν Ἰούδαν εἰς προδοσίαν ἠγόρασε· τὸν Πέτρον εἰς ἄρνησιν ὑπεσκέλισε· τὸν δοῦλον τοῦ ἀρχιερέως πρὸς ῥάπισμα ἐξέμηνε· τοὺς στρατιώτας πρὸς χλεύην ἐξεβάκχευσε· τὸν Πιλάτον πρὸς ἐρώτησιν διήγειρε· ὄῆμον πρὸς στασιασμὸν ἐκίνησε, βουλόμενος μαθεῖν τίς ἦν ὁ δεσπότης. Ἀλλ' εἰστήκει ὁ μακρόθυμος φέρων τὴν τόλμαν, ἵνα λύσῃ τὴν κατάραν.

A quidem ejus reperire vales [87]. Universos mihi recenses prophetas? verum ipsorum recole sepulcra, magnoque te verborum fastu jactare desine. Tot tantosque mors decerpsit, universosque exsorbuit: absorbuit autem unum, ac nolens volens mundum universum evomuit. Vide enim diaboli hodierna die adversus eum nequitiam, qui nihil mortis reus erat. Ministros armavit ut comprehenderent; Judam ut proderet, redemit; Petrum ad negandum supplantavit; servum principis sacerdotum, ut alapa in eum sæviret comparavit; milites ut illuderent, cæco furore exagitavit: Pilatum ad interrogandum prurei more excitavit; turbam ad seditionem concitavit, scire volens quisnam esset Dominus. Verum stetit ille longanimiter sustinens audax illud facinus, quo solveret maledictionem.

Γ'. Διὰ τοῦτο ὥσπερ ἐπὶ βασιλικοῦ θανάτου, πᾶσα ἡ τῶν πόλεων φαιδρότης φυγαδεύεται· οὕτως σήμερον πᾶσα ἡ κτίσις τὴν ἑαυτῆς ἠρνήσατο λαμπρότητα. Οὐρανὸς ἐμελανημόνει τὸ σκότος· ὁ ἥλιος ὥσπερ δοῦλος φιλοδέσποτος ἔφυγε, τὰς ἀκτῖνας συστείλας· τὰ ἄστρα τὴν φυσικὴν συνετάραττε τάξιν· ὁ ναὸς περιεσχίζετο διὰ τὸ πένθος· ἡ γῆ θρηνοῦσα οὐ βραχίονας ἔτυπτεν, ἀλλὰ πέτρας ἔσχιζεν· οἱ προφῆται πάντες προσιόντες, ἠρώτων τὸν Δεσπότην, καὶ ἔλεγον· *Τί αἱ πληγαὶ αὗται αἱ ἀναμέσον τῶν χειρῶν σου;* πῶς σοῦ τὸ πάθος ἅψασθαι ἐτόλμησε; θεότητι; ἀλλ' ἀνάλωτος ἡ θεότης. Ὅ οὖν πάσχει, σαρκὶ πέπονθε. Καὶ πῶς οὐκ ἠδέσθησάν σου οἱ σταυρώσαντες, καὶ οὐκ ἐμνήσθησαν τῆς εὐεργεσίας σου; Τί οὖν πρὸς αὐτοὺς ὁ Δεσπότης; αὗται αἱ πληγαὶ ἃς ἐκὼν ἐπλήγην ἐν τῷ οἴκῳ τοῦ ἀγαπητοῦ μου. Ἐξ Αἰγύπτου μετῆρα ἄμπελον· ἤρδευσα τῇ παρόδῳ τῆς θαλάσσης· περιέσκαψα τοῖς φοβήτροις· ἐκλάδευσα περιτομῇ· ἐχαράκωσα προφήταις· περιέφραξα νόμῳ. Καὶ ἔμεινα τοῦ ποιῆσαι σταφυλήν· ἐποίησε δὲ ἀκάνθας, καὶ οὐ δικαιοσύνην, ἀλλὰ κραυγήν. Καὶ, *Ἐγενόμην ὡς ἄνθρωπος ἀβοήθητος, ἐν νεκροῖς ἐλεύθερος.*

B III. Idcirco, sicut in regis alicujus morte, omnis ab urbibus festivus lepor abscedit; ita hodie creatura universa splendorem suum respuit ac abdicavit. Cœlum pullatas sibi tenebrarum sumebat vestes; sol uti servus domini sui amantissimus, radios contrahens, aufugiebat; astra naturalem invertebant ordinem; templum undique a luctu scindebatur; terra lugens ac mœrens, non brachia contundebat, sed petras scindebat; prophetæ omnes accedentes, Dominum interrogabant, dicebantque: *Quid sunt plagæ istæ in medio manuum tuarum* [88]? Quonam modo te passio ausa est attingere? Num deitate? Atqui deitas nihil perpeti potest. Quod itaque passus est, carne passus est. Qui vero, qui te egerunt in crucem, non te sunt reveriti, nec tuorum C beneficiorum memores exstiterunt? Quid ergo ad ipsos Dominus? Istæ sunt plagæ, quibus volens ipse plagatus sum in domo dilecti mei [89]. Ex Ægypto vineam transtuli [90]; maris transitu irrigavi; circumfodi terriculamentis; circumcisione putavi, circumvallavi prophetis; lege circumsepsi; *Et exspectavi ut faceret uvas: fecit autem spinas; fecit, non justitiam, sed clamorem* [91]. Et: *Factus sum sicut homo sine adjutorio, inter mortuos liber* [92].

Δ'. Ὦ πάθος κόσμου καθάρσιον! ὦ θάνατος ἀθανασίας ἀφορμὴ ζωὴν ἀνατέλλουσα! ὦ κάθοδος ἐν ᾅδου, τῶν ἐξ αἰῶνος νεκρωθέντων γέφυρα πρὸς ἀναβίωσιν! ὦ μεσημβρία τῆς δειλινῆς ἐν παραδείσῳ καταδίκης ἀνάκλησις! ὦ σταυρὸς δένδρου ἰατρός! ὦ ἥλοι τὸν κόσμον τῇ θεογνωσίᾳ προσηλώσαντες, καὶ θανάτου (86) καταπείραντες! ὦ ἄκανθαι, τοῦ Ἰουδαϊκοῦ ἀμπελῶνος οἱ βότρυες! ὦ χολή, τοῦ τῆς πίστεως μέλιτος πρόξενος, καὶ τῆς Ἰουδαίων πονηρίας κατήγορος! ὦ σπόγγος τὴν κοσμικὴν ἁμαρτίαν ἀποσπογγίσας καὶ ἀπομήξας! ὦ κάλαμος ἐν οὐρανοῖς τοὺς πιστοὺς πολιτογραφήσας, καὶ ἀρχεκάκου ὄφεως τὴν τυραννίδα συντρίψας! ὦ μυστήριον παρὰ ἀπίστοις ἀπιστούμενον, ὑπὸ δὲ πάντων πιστῶν προσκυνούμενον ἀκαταπαύστως! ὦ σημεῖον παρὰ ἀπίστων ἀντιλεγόμενον, καὶ παρὰ πιστῶν δοξαζόμενον! ὦ μυστήριον, *Ἰουδαίοις μὲν σκάνδαλον, ἔθνεσι δὲ μωρία·*

D IV. O passionem, mundi expiationem! O mortem, immortalitatis causam vitæque originem! O descensum ad inferos, iis qui a sæculo mortui erant, ascensionis pontem ad vitam redivivam! O meridiem, pomeridianæ in paradiso damnationis revocationem! O crucem, arboris medelam! O clavos, cognitionis Dei mundum affigentes, mortemque transfigentes! O spinas, Judaicæ vineæ botros! O fel, quod fidei dulcorem conciliet, ac Judæorum accuset nequitiam! O spongiam, quæ peccatum mundi detergat abstergatque! O arundinem, quæ fideles cœlestium civium albo inscribat, malorumque auctoris serpentis tyrannidem conterat! O mysterium cui ab infidelibus fides negatur: quodque jugiter fidelium omnium studio adoratur! O signum, cui ab infidelibus contradicitur, quodque fidelibus clarum habetur! O mysterium, *Judæis quidem scan-*

[87] Deut. XXXIV, 6. [88] Zach. XIII, 6. [89] ibid. [90] Psal. LXXIX, 9. [91] Isa. V, 4, 7. [92] Psal. LXXXVII, 6.

(86) Leg. θάνατον.

dalum, gentibus autem stultitia: nobis autem, *Christus Dei virtus, et Dei sapientia,* uti Paulus apostolus ait, *quia quod stultum est Dei, sapientius est hominibus* [93]; ita ut destruxerit mortem, spoliaverit infernum, ac mortuos qui a sæculo erant, vivificaverit: gratia Domini nostri Jesu Christi, cui gloria et imperium in sæcula sæculorum. Amen.

ἡμῖν δὲ, *Χριστὸς Θεοῦ δύναμις καὶ Θεοῦ σοφία,* καθά φησιν ὁ ἀπόστολος Παῦλος, *Ὅτι τὸ μωρὸν τοῦ Θεοῦ, σοφώτερον τῶν ἀνθρώπων ἐστίν·* ὡς θάνατον καταγρῆσαι, καὶ τὸν ᾍδην σκυλεῦσαι, καὶ τοὺς ἀπ' αἰώνων νεκροὺς ζωοποιῆσαι· χάριτι τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ· ᾧ ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος, εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

(87) ORATIO XII.

In Domini nostri Jesu Christi resurrectionem.

ΛΟΓΟΣ ΙΒ'.

Εἰς τὴν ἀνάστασιν τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ.

I. Pulchri itaque triduanæ sepulturæ flores; micanti fulgore coruscant lavacri lilia; ortæ sunt stellæ ex aqua. Ac merito: sol enim iis illuxit qui in tenebris positi sedebant in lacu inferiori et in umbra mortis [94]. Gloriosa est crucifixi captivitas. Specta tropæa, nec dubius sis de victoria. Admirare reginæ magnificentiam (88), omnibus fontis instar spiritales benedictiones effundentem. Olim quidem Judæi lapides in Stephanum intorquebant, animo obruendi primarium militiæ crucifixi, principemque athletam ac invictum oratorem: hæc autem virgo, Christo se consecrans, religionis ergo divitiarum thesauros erogando exhausit. Mortificavit furentes motus suæ carnis; crucifixum, in animo suo ceu thalamo collocavit: terrestre cœlum, templum nempe istud quod oculis aspectamus, eleganter exornavit. Confitetur salutis thesaurum esse sepulcrum; gloriatur cruce, per quam vetus discissum est chirographum; affusa amplexatur mortem, antiquæ maceriæ dissolutionem; magnum crucifixi donum, resurrectionem prædicat; admiratur baptismi fontem, qui tot tantosque parit, virgoque nihilominus permanet; per quem exorta sunt lumina: mysterium stupet, in quo diabolus mirabili ratione naufragium fecit. Sunt hæc crucifixi munera; hæc sepulcri tropæa; hæc communis Domini præclara facinora. In die Adam lethale venenum in paradiso sumpsit; nocte hac, eum infernus quem non agnoscens absorbuerat, evomuit. Quis unquam talia vidit? Quis rem ejusmodi audivit? Sepulcrum factum est medela paradisi; crux, arboris maledictionem solvit; quem Judas vendidit, ei creatura tremore venerationem habuit.

Α'. Φαιδρὰ τοιγαροῦν τοῦ τριημέρου πάθους τὰ ἄνθη· ἀστράπτει τῆς κολυμβήθρας τὰ κρῖνα· ἀστέρες ἐξ ὑδάτων ἀνέτειλαν. Καὶ εἰκότως· ὁ ἥλιος γὰρ ἐπέφανε τοῖς ἐν σκότει ἐν λάκκῳ κατωτάτῳ καθημένοις, καὶ ἐν σκιᾷ θανάτου. Ἔνδοξος τοῦ σταυρωθέντος ἡ αἰχμαλωσία. Βλέπε τὰ τρόπαια, καὶ μὴ ἀμφίβαλλε περὶ τῆς νίκης. Θαύμασον τὴν τῆς βασιλίδος μεγαλοψυχίαν, πᾶσι τὰς πνευματικὰς εὐλογίας πηγάζουσαν. Πάλαι μὲν γὰρ οἱ Ἰουδαῖοι λίθους κατὰ Στεφάνου ἠκόντιζον, καταχῶσαι βουλόμενοι τὸν τοῦ σταυρωθέντος πρώταρχον ἀθλητὴν καὶ ἄμαχον ῥήτορα· ἡ δὲ ἑαυτὴν τῷ Χριστῷ ἀναθεῖσα παρθένος, πλοῦτον δι' εὐλάβειαν ἐκένωσέ τε καὶ ἀνάλωσεν. Τὴν οἰκείαν σάρκα τοῖς πάθεσιν ἐνέκρωσε· τὸν σταυρωθέντα ἐν ψυχῇ ἐθαλάμευσεν· τὸν ἐπίγειον οὐρανὸν τὸν ὁρώμενον ἐκαλλώπισεν. Ὁμολογεῖ τάφον τὸν θησαυρὸν τῆς σωτηρίας· ἐγκαυχᾶται σταυρῷ, δι' οὗ τὸ παλαιὸν ἐσχίσθη χειρόγραφον· περιπτύσσεται θανατὸν τοῦ ἀρχαίου φραγμοῦ λυτήριον· κηρύττει ἀνάστασιν τὸ μέγα τοῦ σταυρωθέντος δῶρον· θαυμάζει κολυμβήθραν τὴν τοσούτους τεκοῦσαν καὶ μείνασαν παρθένον, δι' ἧς ψωστῆρες ἀνέτειλαν· ἐκπλήττεται μυστήριον, ἐν ᾧ διάβολος παραδόξως ἐναυάγησε. Ταῦτα τοῦ σταυρωθέντος τὰ δῶρα· ταῦτα τοῦ τάφου τὰ τρόπαια· ταῦτα τοῦ κοινοῦ Δεσπότου τὰ κατορθώματα. Ἐν τῇ ἡμέρᾳ ὁ Ἀδὰμ ἐν παραδείσῳ τὸ δηλητήριον ἔπιεν· ἐν ταύτῃ τῇ νυκτὶ ὁ Ἅδης ἤμεσεν, ὃν ἀγνοῶν κατέπιε. Τίς ἶδε τοιαῦτα; τίς ἤκουσεν οὕτως; Τάφος παραδείσου γέγονεν ἴαμα· σταυρὸς δένδρου κατάραν ἔλυσεν· ἡ κτίσις ἔφριξεν, ὃν Ἰούδας ἐπώλησε.

II. Quid ais, o Judæe? Ambo hæc insaniam tuam publico dedecore notant: verba nimirum prophetarum, et naturæ elementa. Si ad verba non erubescis, vel naturæ saltem horresce tremorem. Quippe luxerunt servi, injuriam Domini ferre non valentes. Cœlum tenebras induit, sol ad mysterii stuporem

Β'. Τί λέγεις, ὦ Ἰουδαῖε; δύο ταῦτα στηλιτεύει σου τὴν μανίαν· προφητῶν λόγοι, καὶ τὰ στοιχεῖα τῆς φύσεως. Εἰ οὐκ ἐρυθριᾷς τοὺς λόγους, φρίξον κἂν τὸν τῆς φύσεως τρόμον. Ἰδοὺ γὰρ οἱ δοῦλοι ἐπένθησαν, τὴν δεσποτικὴν ὕβριν οὐ φέροντες. Ὁ οὐρανὸς ἐνεδύσατο σκότος· ὁ ἥλιος ἐδραπέτευσε τὸ μυστήριον· ἡ γῆ

[93] I Cor. I, 23-25. [94] Psal. LXXXVII, 7.

(87) Vix adduci possum, ut ne hoc totum ἀπάνθισμα, seu partem plenioris orationis accipiam. Vox illa τοιγαροῦν, aliquid jam expositum respicit. Dicta videtur in Sabbato Paschæ, et in recens baptizatos; seu occasione baptismi, cujus ea die ritus celebris est.

(88) *Admirare reginæ magnificentiam.* Obscurum quid hic velit auctor, ac eo nomine intelligat. Riccardus existimat notare Pulcheriam augustam, quæ et βασιλὶς et virgo, tunc clara in urbe esset: in quam quadrent omnia illa pietatis opera, quæ ille commemorat. Ac sane ut unam aliquam personam hæc respiciant, vix aliam respexerint. Quod sic autem statim tria in Neophotistos verba prolocutus, ad imperatricem sermonem convertat; ea videtur ratio, quod forte ipsa adesset, ac interfuisset baptismo, inque baptizandos aliquid contulisset, ut ea Proclus occasione paucis laudans, velut ad exemplum novis Christianis proponat, atque in ea, Christi crucis tropæa prædicet.

ἐτρόμαξε τὴν τῦλμαν· ὁ ναὸς ἐθρήνησε τοὺς χριστοκτόνους· ὁ ᾅδης πρεσβευτὰς τοὺς νεκροὺς προέπεμψεν· ἡ γῆ τρέμουσα, ἄνευ φωνῆς ἐβόησεν Ἰουδαίοις· Ἕως πότε βαρυκάρδιοι, καὶ σκληροκάρδιοι διαμένετε πάντες οἱ νεκροὶ θαυμάζοντες τὸ πάθος, εὐαγγελίζονται λέγοντες· *Τῷ μώλωπι αὐτοῦ ἡμεῖς πάντες ἰάθημεν*, καθήμενοι ἐν σκότει καὶ σκιᾷ θανάτου ἐν τυραννίδι· [ἀλλὰ] *Διὰ σπλάγχνα ἐλέους ἐποίησε κράτος ἐν βραχίονι αὐτοῦ· ὁ δι' ἡμᾶς πτωχεύσας, πλούσιος ὤν*, ὁ Υἱὸς τοῦ Θεοῦ, τοῦ ζῶντος Χριστὸς Ἰησοῦς ὁ Κύριος ἡμῶν, καὶ διασκορπίσας τοὺς ὑπερηφάνους, ἀνύψωσε τοὺς ταπεινούς· *πατάξας τὸν τὸ κράτος ἔχοντα τοῦ θανάτου· τουτέστι τὸν διάβολον* τὸν ἀρχέκακον ὄφιν, καὶ σκολιὸν δράκοντα, καθὼς προείρηκεν ὁ τῶν προφητῶν ἐξοχώτατος Ἡσαΐας. Διὰ τοῦτο πᾶσα ἡ γῆ μετ' εὐφροσύνης τῆς τοῦ Δεσπότου καὶ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ ἀνάστασιν μεγαλοφώνως ἀνυμνεῖ, ὅτι ἐν αὐτῇ τοῖς ἀπ' αἰῶνος αἰχμαλώτοις γέγονεν ἄφεσις, καὶ τυφλοῖς ἀνάβλεψις. Τὸ γὰρ, *φῶς τὸ ἀληθινὸν, τὸ φωτίζον πάντα ἄνθρωπον ἐρχόμενον εἰς τὸν κόσμον*, ἐκ τῆς ἁγίας Παρθένου ἀτρέπτως, ἀσυγχύτως, καὶ ἀδιαιρέτως ἐνανθρωπῆσαν, διὰ τοῦ σταυροῦ τὸν ἀντίδικον ἡμῶν κατέβαλεν, τὸν φθονήσαντα τῷ γένει τῶν ἀνθρώπων εἰς στέρησιν τῶν αἰωνίων ἀγαθῶν, καὶ δι' αὐτῶν τὸν Θεὸν ὀνειδίζειν βουλόμενον· ὅτι καταφρονήσαντες τῶν σῶν ἐντολῶν, ταῖς τοῦ βίου ἡδοναῖς κατασύρονται· αὐτὸς οὖν ὁ Κύριος καὶ Θεὸς ἡμῶν ζωὴν αἰώνιον ἡμῖν ἐδωρήσατο διὰ τῆς τριημέρου ἐκ νεκρῶν παραδόξου καὶ προσκυνητῆς αὐτοῦ ἀναστάσεως. Αὐτῷ ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος, ἅμα τῷ ἀχράντῳ Πατρὶ, καὶ τῷ ἁγίῳ Πνεύματι, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

A fugit; tremuit terra ad tam audax facinus; templum Christi occisores luxit; infernus legatione mortuos præmisit; terra tremens muta voce Judæis inclamavit: Usquequo gravi permanetis ac duro corde [95]? Mortui omnes demirantes passionem, fausta acclamant, ac aiunt: *Ejus nos livore sanati sumus* [96], qui in tenebris et umbra mortis tyrannide pressi sedebamus. *Per viscera misericordiæ suæ* [97], *fecit potentiam in brachio suo* [98]. Qui *cum dives esset, propter nos egenus factus est* [99], Filius Dei vivi Christus Jesus Dominus noster, superbosque dispersit ac exaltavit humiles [1]; percutiens eum, *qui habebat mortis imperium, hoc est diabolum* [2], auctorem malorum serpentem ac tortuosum draconem, sicut eximius ille Isaias propheta prædixit [3]. Idcirco universa terra lætitia exsultans, Domini ac Salvatoris nostri Jesu Christi resurrectionem magnifice canticis celebrat: quod in ea in libertatem vindicati sint, qui a sæculo detinebantur captivi: ac cæcis visus restitutus sit. Siquidem *lux illa vera, quæ illuminat omnem hominem venientem in mundum* [4], ex sancta Virgine immutabiliter, inconfuse ac indivise hominem induens, per crucem adversarium nostrum prostravit, humano invidentem generi, ut ipsum æternis bonis exspoliaret, eoque, Deum probro afficere molientem, ut nimirum ejus præcepta spernentes, voluptatibus sæculi abjucerentur. Ipse itaque Dominus ac Deus noster, æternam nobis vitam elargitus est per triduanam suam a mortuis admirabilem illam ac adorandam resurrectionem. Ipsi gloria et imperium, una cum immaculato Patre et Spiritu sancto, nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

ΛΟΓΟΣ ιγ'.

Εἰς τὸ ἅγιον Πάσχα.

Α'. Νικάτω καὶ λόγων εὔροιαν τῆς σωτηρίου πανηγύρεως τὸ θαῦμα. Ἠττάσθω πάσης γλώττης μεγαληγορία, μὴ φθάσασα ἐπαξίως κηρύξαι τὴν τοῦ σταυρωθέντος εὐεργεσίαν. Τί γὰρ τοιοῦτον ἐξ αἰῶνος γέγονεν, οἷον νῦν τῇ πίστει ὁρῶμεν; πότε νοῦς ἐφαντάσθη, ἢ καρδία ἐνεθυμήθη, ἢ ἀνέπλασσε διάνοια, ἢ λόγος διηγήσατο, ἢ ὀφθαλμὸς ἐθεάσατο, ἢ ἀκοὴ ἐδέξατο πρᾶγμα τοιοῦτον, οἷς νῦν σαρκωθεὶς Χριστὸς τῷ κόσμῳ ἐδωρήσατο; Οὐδέποτε ἥλιος ἐπίδεν ἐπὶ ξύλου στηλιτευθέντα διάβολον· οὐδέποτε σταυρὸς ἀπὸ κατάρας ἠγόρασε φύσιν· οὐδέποτε τριάκοντα ἀργυρίων κοσμικὸν λύτρον ἐπράθη· οὐδέποτε πάθος ἀναμάρτου ἁμαρτίας γέγονε χωνευτήριον· οὐδέποτε ἐπὶ ξύλου ἐκρεμάσθη ζωὴ, ἐν ἀπάτορι σαρκὶ τὸν τύραννον θριαμβεύσασα· οὐδέποτε μνῆμα, θανάτου πορθητὴν ἐδέξατο· οὐδέποτε οὐρανὸς ἐν ἡμέρᾳ μέσῃ σκότος ἐνεδύσατο, ἵνα μὴ ἴδῃ τὸ δρᾶμα κατὰ Θεοῦ

I. Vincat etiam uberem dicendi copiam ingens salutaris hujus celebritatis miraculum. Superata cedat cujusvis linguæ magniloquentia, ac se imparem ad Crucifixi beneficentiam pro rei dignitate prædicandam agnoscat. Quid namque ejusmodi a sæculo gestum est, atque nunc fidei oculis cernimus? Quandonam mens sibi effinxit, aut concepit animus, efformavit sensus, expressit oratio, inspexit oculus, vel ipsa excepit auris par quidquam ei, quod nunc Christus in carne mundo donavit? Nunquam sol in ligno, ceu in cippo proscriptum diabolum spectavit: nunquam crux a maledicto naturam redemit; nunquam redemptionis mundi pretium ipsum triginta argenteis veniit: nunquam innoxii passio ac a peccato immunis, peccati conflatorium exstitit; nunquam in ligno vita pependit, atque in carne nullo sata patre de tyranno trium-

[95] Psal. IV, 3. [96] Isa. LIII, 5. [97] Luc. I, 78. [98] Hebr. II, 14. [99] Isa. XXVII, 1. [1] Joan. I, 9. [98] ibid. 51. [99] II Cor. VIII, 9. [1] Luc. I, 51, 52.

(89) Descripsit Riccardus ex vetustissimo codice Vaticano, et contulit cum altero Columnensi. Nicetas in Catena *in Lucam*, cap. XXIII, testimonium affert ex ista Oratione, ab illis verbis: ἀλλ' ὦ Ἰουδαῖε, a quibus auctor, Judæos, sive etiam Judaizantes Nestorianos, ac alios purum hominem Christum docentes, a creaturæ nova immutatione ipso patiente, egregie premit.

(89) ORATIO XIII.

In sanctum Pascha.

phum egit; nunquam monumentum mortis depopulatorem suscepit; nunquam cœlum ipso meridie tenebras induit, ne atrox aspiceret facinus, contra Deum quidem præsumptum; quod tamen carnem solam affecerit; nunquam terra, sepulcro quod vitæ receptaculum esset, ornata fuit: quin ne sepulcro quidem, sed nuptiali thalamo. Neque enim qui sepultus fuit, vidit corruptionem; sed descendens nuptias celebravit. Nunquam tribus diebus tribusque noctibus natura enixa est resurrectionis partum. Idem enim ipse, qui in Virginis utero suum ipsius corpus, modo quem ipse novit, sibimetipsi efformaverat: idem quoque diebus tribus, animam suam a proprio sejunctam corpore, ei rursum uniens, semetipsum a mortuis excitavit. Illic quidem tempus partui fidem astruit: quod sit homo; hic vero sepulcrum potestatem confirmat, quod sit Deus. Nunquam agnus qui mundi peccata tolleret [8] cepit; atque is qui formaverat pulverem, ipsum quem dem caro, vita est: sanguis, redemptionis pretium; pium non habens.

II. Pulchre ait beatus Paulus: *Vetera transierunt: ecce nova facta sunt omnia* [9]. Novum factum est cœlum, quod is qui descendit, suo consecravit ascensu. Terra nova, quam is qui in præsepio secundum carnem natus est, sanctificavit. Mare novum, vestigia suspensa tenens atque sustinens, quæ nec seminasset caro, nec peccatum gravasset. Mundus novus, quem a bello liberavit et tranquillitate replevit. Humanitas nova, quam aqua abluit, ac Spiritus sancti igne conflavit. Novus Dei cultus; nec enim jam sacrificiorum nidor et circumcisio, sed fides splendorem habet, quæ in una substantia tres personas dilaudans adorat.

III. Fausta hæc nuntians Isaias propheta dicebat: *In die illa illucescet Deus in consilio super terram* [7]. In quanam die, o propheta? In qua nempe, omnia supra naturam Deus, prout ipse novit, carnem sumens est operaturus; cum Virgo sine viro mysterii parens fuerit; clemens ille, ac in humanum propensior genus fuerit factus homo, nihil tamen ipse mutatus; cum mors evomet, quem non agnoscens absorbuerat; sepulcrum vitæ erit, ac resurrectionis thesaurus; captivitas, mater libertatis. Quid autem plura loquor? Cum Deus Verbum factus homo crucifigeretur, erat quidem carnis passio, deitatis autem potestas ac imperium. Verum nobis edissere, propheta, quonam modo habeat Deus illucescere iis qui sunt super terram? Num humanæ exsors naturæ? Num absque carne? Minime gentium. Nequit oculus ferre divinitatis radium; nec diabolus ad luctam descendisset. Perhorrescit enim mors creatorem, nec naturam non obnoxiam interitui absorbere audet. Tremit infernus Deum carne nudatum. Quem enim cherubim obtueri non audent, hunc quoque infernus perhorrescit. Quocirca tegumento opus fuit divinæ naturæ; non quo se ipsam integeret, sed quo nostram injuriam occuleret.

μὲν τολμώμενον, σαρκὸς δὲ ἁπτόμενον· οὐδέποτε ᾅδης ἔφριξεν ὃν κατέπιεν· οὐδέποτε ἡ γῆ ἐκαλλωπίσατο ζωοδόχῳ μνήματι, μᾶλλον δὲ, οὐ μνήματι, ἀλλὰ νυμφῶνι. Οὐ γὰρ ἐφθάρη ὁ ταφείς, ἀλλ' ἐνυμφεύσατο καταβάς. Οὐδέποτε τρισὶ νυχθημέροις φύσις εἰς ἀνάστασιν ἐλοχεύθη. Ὁ γὰρ ἐν τῇ γαστρὶ τῆς Παρθένου τὸ ἴδιον αὐτοῦ σῶμα, ὡς οἶδεν, ἑαυτῷ διαπλάσας, αὐτὸς καὶ ἐν τρισὶν ἡμέραις τὴν λύσιν τῆς ψυχῆς αὐτοῦ ἀπὸ τοῦ ἰδίου σώματος πάλιν ἑνώσας, τὴν ἑαυτοῦ ἀνάστασιν ἔδειξεν. Ἐκεῖ μὲν ὁ χρόνος πιστοῦται τὸν τόκον, ὅτι ἄνθρωπος· ἐνταῦθα δὲ ὁ τάφος πιστοῦται τὸ κράτος, ὅτι Θεός. Οὐδέποτε ἀμνὸς αἴρων ἁμαρτίας κοσμικὰς ἐπετέθη θυσιαστηρίῳ, εἰ μὴ ἔτε ὁ Θεὸς δούλου μορφὴν ἀνέλαβεν· καὶ ὁ πλάσας τὸν χοῦν, ἀνερμηνεύτως ὃν ἔπλασεν ἐνεδύσατο· οὗ ἡ μὲν σὰρξ ζωή· τὸ δὲ αἷμα λύτρον· τὸ δὲ πνεῦμα σφραγὶς· ἡ δὲ θεία φύσις, ἄναρχος.

altari impositus, nisi cum Deus servi formam acformaverat, inexplicabili ratione induit; cujus quispiritus, signaculum; divina vero natura, princi-

Β'. Καλῶς ἔλεγεν ὁ μακάριος Παῦλος· *τὰ ἀρχαῖα παρῆλθεν· ἰδοὺ γέγονε τὰ πάντα καινά*. Ὁ οὐρανὸς καινὸς, ὃν ὁ καταβὰς τῇ ἀνόδῳ ηὐλόγησε· γῆ καινὴ, ἣν ὁ ἐν φάτνῃ κατὰ σάρκα τεχθεὶς ἡγίασεν· θάλασσα καινὴ, ἡ μετεωρίσασα ἴχνος ὅπερ σὰρξ οὐκ ἔσπειρεν, οὔτε ἁμαρτία ἐβάρησε· βίος καινὸς, ὃν πολέμου ἀπήλλαξε, καὶ γαλήνης ἐπλήρωσεν· ἀνθρωπότης καινὴ, ἣν δι' ὕδατος ἀπέπλυνε, καὶ τῷ πυρὶ τοῦ πνεύματος ἐχώνευσε· θρησκεία καινή· οὐκέτι γὰρ κνίσσα καὶ περιτομὴ, ἀλλὰ πίστις λαμπρύνεται, ἡ ἐν μιᾷ οὐσίᾳ τρεῖς ὑποστάσεις δοξολογοῦσα λατρεύεται.

Γ'. Ταῦτα εὐαγγελιζόμενος ὁ προφήτης Ἡσαΐας, ἔλεγεν· *Ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ ἐπιλάμψει ὁ Θεὸς ἐν βουλῇ μετὰ δόξης ἐπὶ τῆς γῆς*. Ἐν ποίᾳ ἡμέρᾳ, ὦ προφῆτα; ἐν ᾗ, φησὶ, πάντα ὑπὲρ φύσιν ὁ Θεὸς, ὡς οἶδεν, ἐργάζεται ἐκ γυναικὸς σαρκούμενος. Παρθένος ἄνευ ἀνδρὸς τίκτουσα μυστήριον· ἄνθρωπος ὁ φιλάνθρωπος γενόμενος, καὶ μὴ τρεπόμενος· θάνατος ἐμῶν, ὃν ἀγνοῶν κατέπιε· τάφος θησαυρὸς ζωῆς καὶ ἀναστάσεως· αἰχμαλωσία, μήτηρ ἐλευθερίας. Καὶ τί πολλὰ λέγω; ἡνίκα ὁ Θεὸς Λόγος ἄνθρωπος γενόμενος ἐσταυροῦτο, σαρκὸς μὲν τὸ πάθος, θεότητος δὲ τὸ κράτος. Ἀλλ' εἰπὲ ἡμῖν, ὦ προφῆτα, πῶς ἐπιλάμψῃ ὁ Θεὸς τοῖς ἐπὶ γῆς; ἆρα ἐκτὸς ἀνθρωπότητος; ἆρα ἄνευ σαρκός; ἄπαγε. Οὐ φέρει τὴν τῆς θεότητος ἀκτῖνα ἡ ὄψις· οὐ προσέρχεται διάβολος πρὸς πάλην. Φρίττει γὰρ τὸν κτίστην ὁ θάνατος, οὐ τολμῶν καταπίνειν φύσιν ἀνόλεθρον. Τρέμει ὁ ᾅδης Θεὸν σαρκὸς γεγυμνωμένον· ὃν γὰρ οὐ προσβλέπει τὰ χερουβὶμ, τοῦτον τρέμει καὶ ᾅδης. Ἀλλὰ χρεία καλύμματος τῇ θείᾳ φύσει, οὐκ ἐκείνην καλύπτοντος, ἀλλὰ ἡμετέραν ὕβριν κατακρύπτοντος· οὐ Μωσαϊκοῦ καλύμματος· ἀγνωσία γὰρ καὶ ὁμίχλη· οὐ ποικίλου καταπετάσματος· χρωμάτων γὰρ τὸ ἄνθος· οὐχ ἱλαστηρίου κεχρυσωμένου· ὕλης γὰρ τὸ

[8] Joan. I, 29. [9] II Cor. V, 17. [7] Isa. IV, 2, sec. LXX.

κάλλος· οὐ χειροποιήτου (90) χερουβίμ· τέχνης γὰρ τὸ θαῦμα· ἀλλὰ χρεία μορφῆς προβάτου, ἵνα δελεάσῃ τὸν ἀνθρωποβόρον λύκον.

A Habuit opus, non Mosaico velamine; quippe ignorantia est atque nebula; non velo opere plumario intexto; est enim colorum flos; non propitiatorio aureo; materiæ siquidem pulchritudo est; non cherubim manufactis; totum enim artis miraculum est; sed ovina opus pelle, ut hominum voracem lupum esca illiceret atque falleret.

Δ'. Ἀλλ' εὐθὺς ἐπιπηδᾷ τοῖς λόγοις Ἰουδαῖος, καὶ κωμῳδεῖ τὴν τοῦ προφήτου μεγαληγορίαν, ἀεὶ τῷ Πνεύματι τῷ ἁγίῳ μαχόμενος. Καὶ τί φησιν; Ἐγὼ οὐ πιστεύω ὅτι ὁ Θεὸς ἐπὶ τῆς γῆς ἐπεφάνη, ἢ ἀνθρώπου ὄψις ἐμόρφωσε τὸν ἀσχημάτιστον. Ἀλλ', ὦ Ἰουδαῖε, εἰ καὶ νόμου παρακούεις, καὶ προφήτας παραλογίζεις, καὶ εὐαγγελίοις διαπτύεις, καὶ ἀποστόλους παραβλέπεις· ἐρωτήσωμεν τὰ στοιχεῖα, καὶ ἴδωμεν τίνα ὁμολογεῖ τὸν σαρκὶ παθόντα Δεσπότην. Καὶ ὡς δεῖ πρῶτον ἐρωτήσωμεν τὸν ἥλιον. Εἰπὲ οὖν ἡμῖν, ἥλιε, διὰ τί συνέστειλας τὰς ἀκτῖνας σταυρουμένου τοῦ Δεσπότου; ψιλὸς ἄνθρωπος ὁ σταυρούμενος; οὐκοῦν ὤφειλες τοῦτο ποιῆσαι καὶ ἐπὶ τοῦ δικαίου Ἄβελ ἀναιρουμένου. Ἐρωτήσωμεν καὶ τὸν οὐρανόν. Εἰπὲ ἡμῖν, ὦ οὐρανέ, διὰ τί σκότος ἐνέδυσας ἐν σταθηρᾷ μεσημβρίᾳ, ὅτε Ἰουδαῖοι τὴν δεσποτικὴν πλευρὰν ἐξεκέντησαν; ὅτι ψιλὸς ἄνθρωπος ὁ σταυρούμενος; διὰ τί οὐ μὴ ἐθρήνησας καὶ ἐπὶ τοῦ δικαίου Ναβουθὲ λιθαζομένου. Ἐρωτήσωμεν καὶ τὴν γῆν. Εἰπὲ ἡμῖν, γῆ, διὰ τί ἐτρόμασας, ὅτε οἱ θεομάχοι ταῦτα ἐτόλμων; ὅτι ψιλὸς ἄνθρωπος ὁ σταυρούμενος; πῶς οὖν οὐκ ἐτρόμασας βλέπουσα τὸν Ἡσαΐαν ὑπὸ τοῦ Μανασσῆ ξυλίνῳ πρίονι πριζόμενον; Ἀλλ' ἐρωτήσωμεν καὶ τὸν ναόν. Εἰπὲ ἡμῖν, ὦ ναέ, διὰ τί ἔσχισας τὸ καταπέτασμα τοῦ Χριστοῦ σταυρουμένου; ὅτι ψιλὸς ἄνθρωπος ὁ σταυρούμενος; πῶς οὖν οὐ περιέσχισας, ὅτι τὸ αἷμα Ζαχαρίου ἐν μέσῳ σου ἐξεχεῖτο. Ἀποκρίνεται ἄνευ φωνῆς πᾶσα ἡ κτίσις λέγουσα· Ἐκηρύξαμεν τῷ πένθει τὸν Δεσπότην. Οὐχ ὁμοδούλου πάθος ἐθρηνήσαμεν, ἀλλὰ δεσπότου ὕβριν ἐφρίξαμεν. Βοᾷ ὁ οὐρανός· Θεὸς ἦν ὁ ἐνανθρωπήσας, καὶ σαρκὶ σταυρωθείς, ἐμὲ ὡς Θεὸς *ἔκλινε καὶ κατῆλθε*. Βοᾷ ὁ ἥλιος· Δεσπότης μου ἦν ὁ σαρκὶ σταυρωθείς· ἐγὼ γὰρ τὸ φῶς τῆς Θεότητος αὐτοῦ φοβηθείς, συνέστειλα τὰς ἀκτῖνας. Βοᾷ ἡ γῆ· Δημιουργὸς ἦν σαρκοφορῶν ὁ σαρκὶ σταυρωθείς· εἰ γὰρ καὶ τὴν σάρκα ἐν φάτνῃ ἠγκαλισάμην, ἀλλὰ τῷ κράτει (91) τῆς Θεότητος αὐτοῦ οὐ περιέγραψα. Βοᾷ καὶ ἡ θάλασσα· Οὐκ ἦν ὁμόδουλός μου ὁ σαρκὶ σταυρωθείς· ἴχνος μὲν γὰρ τοῦ ὁμοδούλου Πέτρου βαρεῖ μου τὰ νῶτα, πόδες δὲ Δεσπότου ἁγιάζουσί μου τὴν φύσιν. Βοᾷ καὶ ὁ ναός· Ὁ πάλαι ἐν ἐμοὶ θρησκευόμενος Θεός, οὗτος νῦν ὁ σαρκὶ ὑβριζόμενος· διόπερ μὴ φέρων τὴν τόλμαν, διέῤῥηξα τὴν ἐσθῆτα. Βοᾷ καὶ ᾅδης· Οὐκ ἦν ψιλὸς ἄνθρωπος ὁ ὧδε καταβάς· οἶδα τί πέπονθα· ὃν γὰρ ἐδεξάμην ὡς αἰχμάλωτον, εὗρον ὡς Θεὸν παν-

IV. At illico, qui semper Spiritui sancto pugnaci contentione repugnat, insilit Judæus, mordacibusque dictenis prophetæ magniloquentiam carpit. Quid vero effutit? Non credo Deum in terris apparuisse; vel eum qui nulla forma specieve effingi potest, humanam speciem ac formam assumpsisse, Atqui, o Judæe, quanquam legi morem non geris; fallaciter cavillaris prophetas; evangelia rejicis; apostolos limis oculis aspicis despicisque; interrogemus elementa, ac videamus quemnam confiteantur Dominum carne passum. Atque ut par est, primo solem interrogemus. Age ergo tu nobis, sol, dicito, cur contraxeris radios, crucifixo Domino? num quia purus homo esset is qui crucifigebatur? Ergo id quoque præstandum fuit, cum Abel justus occidebatur.[8] Interrogemus et cœlum: Dic nobis cœlum, quid est cur ipso meridie tenebras induisti; cum Dominicum Judæi latus transfigerent? Num quia purus homo esset is qui crucifigebatur? Quidni vero etiam egisti luctum, cum Naboth justus lapidaretur[9]? Interrogemus et terram: Edicito, terra, cur intremueris, cum Dei hostes ausu nefario hæc præsumerent? An quia purus homo erat is qui cruci affigebatur? Cur ergo minime intremuisti, cum Isaiam cerneres serra lignea a Manasse secari (92)? Sed et templum interrogemus: Edicito nobis, o templum; cur Christo crucifixo velum conscidisti? Num quod purus homo esset, qui agebatur in crucem? Ut quid ergo non itidem velum discidisti, cum Zachariæ sanguis in medio tui effunderetur[10]? Sine voce respondet omnis creatura, aitque: Ipso quem exhibuimus, luctu Dominum prædicavimus. Non conservi passionem luximus, sed ad Domini atrocem adeo injuriam horruimus. Clamat cœlum: Deus erat is qui naturam humanam assumpsit, ac carne in crucem actus est; qui me ut Deus *inclinavit et descendit*[11] Clamat sol: Dominus meus erat is qui carne fuit crucifixus. Ejus enim ego splendorem Divinitatis pertimescens, radios subduxi. Clamat et terra: Creator erat carnem gerens qui carne fuit crucifixus. Quanquam enim carnem in præsepio fuerim complexa, haud tamen ejus potentiam Divinitatis circumscripsi. Clamat et mare: Non erat meus conservus, is qui carne fuit crucifixus. Nam Petri quidem qui conservus sit, gressus mea gravant ac premunt dorsa[12] (93); Dominici autem

[8] Gen. IV, 8. [9] III Reg. XXI, 14. [10] Matth. XXIII, 35. [11] Psal. XVII, 10. [12] Matth. XIV, 30.

(90) Leg. χειροποιήτων.

(91) Leg. τὸ κράτος.

(92) *A Manasse*, ὑπὸ τοῦ Μανασσῆ. Sic passim alii; ut certa traditio sit, secatum fuisse a Manasse. Quod serra lignea, habent præter Proclum, Justinus in *Dialog. cum Tryphone;* auctor imperf. Homil. XXXIII, *in c.* XIX *Matth.* Male Riccardus exponit τὸ *A Manasse*, hoc est, inquit, *sub ejus imperio*. Imo ab ipso, seu ejus jussu: cum quo stat, ut a populo sectus fuerit, quod ait Origenes *in cap.* XXIII *Matth.* sive regis impii mandatum exsequente, sive ad idem conspirante scelus.

(93) *Gravant ac premunt*, βαρεῖ. Respicit evangelicum illud: *Et cum cæpisset mergi*, etc., velut

pedes naturam meam sanctificant. Clamat et templum : Is qui in me olim colebatur Deus, ipse item nunc gravi in carne injuria afficitur : quocirca non ferens audax adeo facinus, discidi vestem. Denique clamat infernus : Non erat purus homo qui huc descendit ; novi quid sim passus : quem enim ut captivum susceperam, ut Deum omnipotentem inveni. At ne elementis quidem ipsis credis ? Ipsas interrogemus cœlestes virtutes. Dicite nobis angeli et is sit qui in terris visus est [13] carne crucifixus? exserta voce dicentes : *Dominus Deus virtutum, ipse est Rex gloriæ* [14]. Ipsi gloria in sæcula sæculorum. Amen.

A τοδύναμον. Ἀλλὰ ἀπιστεῖς τοῖς στοιχείοις ; Ἐρωτήσωμεν καὶ τὰς ἐπουρανίας δυνάμεις. Εἴπατε ἡμῖν, ἄγγελοι, ἀρχάγγελοι καὶ πᾶσαι τῶν οὐρανῶν αἱ δυνάμεις· τίς ἐστιν ὁ ἐπὶ γῆς φανείς, καὶ σαρκὶ σταυρωθείς ; καὶ ἀποκριθήσονται πᾶσαι διὰ τοῦ προφήτου Δαβὶδ βοῶσαι· *κύριος ὁ Θεὸς τῶν δυνάμεων, αὐτός ἐστιν ὁ βασιλεὺς τῆς δόξης* · αὐτῷ ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

(94) ORATIO XIV.

In sanctum Pascha.

I. Præclara quidem Paschalis solemnitas ; præclarus etiam præsens iste conventus. Tum vetera, tum nova complectitur mysteria. Tantam vero hebdomadæ hujus festivitas (95), seu magis lætitia, frequentiam habet, ut nedum in terra homines exsultent ac gestiant ; verum etiam supernæ virtutes ob Christi resurrectionem, nobiscum pariter diem festum agant, parique lætitia conventum celebrent. Nunc enim angeli ac archangelorum turmæ diem festum agunt, cœlorum Regem Christum Deum nostrum, e terra præstolantes ceu victorem excepturos in cœlum. Sed et sanctorum cœtus pariter festum agit, Christum ante luciferum [15] ortum prædicans. Agit et terra, divino abluta sanguine. Mare quoque agitat, Christi ipsius vestigiorum dignatum honore. Porro etiam agat, quisquis universim renatus est ex aqua et Spiritu sancto. Agat et primus homo Adam, liber jam a veteri exsecratione effectus.

II. Tanta nos autem lætitiæ gratia, sua nos Christus resurrectione perfudit, ut non modo festum nos diem agere faciat, verum etiam præstet nobis ex passione salutem ; ex morte immortalitatem ; ex plaga medelam ; ex ruina ac casu resurrectionem. Ac olim quidem, dilectissimi, ex legis præscripto paschale hoc sacramentum mystice in Ægypto peragebatur, quod nimirum agni victima (96) symbolice significaretur ; nunc vero ex Evangelii lege resurrectionis diem solemnitatem paschalem spiritaliter celebremus. Illic namque gregarius agnus ex

ΛΟΓΟΣ ΙΔ'.

Εἰς τὸ ἅγιον Πάσχα.

Α'. Λαμπρὰ μὲν ἡ τοῦ Πάσχα πανήγυρις· λαμπρὸς δὲ καὶ ὁ παρὼν σύλλογος. Καὶ παλαιὰ καὶ καινὰ περιέχει μυστήρια. Τοσοῦτον δὲ ἔχει πλῆθος ἡ τῆς ἑβδομάδος ἑορτή, μᾶλλον δὲ εὐφροσύνη, ὡς μὴ μόνον ἐπὶ γῆς ἀνθρώπους ἀγάλλεσθαι, ἀλλὰ καὶ τὰς ἄνω δυνάμεις συνεορτάζειν καὶ συμπανηγυρίζειν ἡμῖν διὰ τὸν ἀναστάντα Χριστόν. Νῦν γὰρ ἑορτάζουσιν ἄγγελοι, καὶ ἀρχαγγέλων στρατιαὶ τὸν βασιλέα τῶν οὐρανῶν, Χριστὸν Θεὸν ἡμῶν, ἀπὸ τῆς γῆς εἰς οὐρανοὺς προσδεχόμεναι ὡς νικητήν· ἑορτάζουσι δὲ καὶ τῶν ἁγίων χοροὶ, τὸν πρὸ ἑωσφόρου ἀνατείλαντα κηρύττοντες Χριστόν· ἑορτάζει καὶ ἡ γῆ θείῳ λελουμένη αἵματι· ἑορτάζει καὶ ἡ θάλασσα, τοῖς ἴχνεσι αὐτοῦ Χριστοῦ τετιμημένη. Ἑορταζέτω καὶ πᾶς ἄνθρωπος, δι' ὕδατος καὶ Πνεύματος ἁγίου ἀναγεννώμενος· ἑορταζέτω καὶ πρῶτος ἄνθρωπος Ἀδὰμ, τῆς πάλαι κατάρας ἐλευθερωθείς.

Β'. Τοσαύτην δὲ χάριν εὐφροσύνης ἐνέπλησεν ἡμᾶς διὰ τῆς ἀναστάσεως αὐτοῦ ὁ Χριστὸς, ὡς μὴ μόνον ἑορτάζειν ἡμᾶς, ἀλλὰ καὶ παρέχειν ἡμῖν ἐκ πάθους σωτηρίαν, ἐκ θανάτου ἀθανασίαν, ἐκ πληγῆς ἴασιν, ἐκ πτώσεως ἀνάστασιν. Καὶ πάλαι μὲν, ἀγαπητοὶ, διὰ τοῦ νόμου μυστικῶς τὸ τοῦ Πάσχα μυστήριον ἐπετελεῖτο ἐν Αἰγύπτῳ, συμβολικῶς δὲ διὰ τῆς τοῦ ἀμνοῦ σφαγῆς ἐδηλοῦτο· νυνὶ δὲ διὰ τοῦ Εὐαγγελίου πνευματικῶς ἐπιτελοῦμεν τὴν ἀναστάσιμον ἑορτὴν τοῦ Πάσχα. Ἐκεῖ μὲν γὰρ ἀμνὸς ἐξ ἀγέλης ἐθύετο κατὰ τὸν νόμον· ἐνταῦθα δὲ αὐτὸς ὁ Χριστὸς ὁ τοῦ

[13] Baruch III, 38. [14] Psal. XXIII, 10. [15] Psal. CIX, 3.

nimirum non ferente aqua ejus corporis pondus. Minus ergo apte Riccardus, *calcant* ; nam etiam Dominici calcarunt pedes, at non ea ratione, qua Petri, ita ut mare velut gravi pressum onere debisceret, sed ut Dominicis vestigiis quibus sanctificaretur, velut gestiret.

(94) Exscripsit Riccardus ex codice Vaticano, et contulit cum Columnensi. Notat passim dialectos, quæ sunt vitia scriptionis.

(95) *Hebdomadæ hujus festivitas.* Tota festive olim agebatur, cujus vestigium aliquod in officii divini ritu nobis remansit, qua sic paschales peragimus ferias, ut sola in eis recolamus Dominicæ resurrectionis sacramenta. Quod ait, habere illius festivitatem hebdomadæ, τοσοῦτον πλῆθος· *tantam multitudinem ac frequentiam* ; celebrantium accipit, quibus revera fiat illustris ac præclarus conventus : non rerum, quod reddit Riccardus, ut præcedentia verba, ad festi splendorem spectent ; nempe complecti nova et vetera ; alia ad splendorem conventus, quo simul festum diem agant angeli atque homines, ipsaque adeo elementa.

(96) *Agni victima, διὰ τῆς τοῦ ἀμνοῦ σφαγῆς.* Sic corrigo, pro φαγῆς· quæ vox neque Græca est, nec satis apta. Immolatione enim agni, ejusque sanguinis aspersione liberati sunt Israelitæ, non comestione præcise, quæ velut consequenter habuit, et quasi ad vires confirmandas pro itinere quod erant festinato auspicaturi, urgentibus ad profectionem Ægyptiis.

Θεοῦ ἀμνὸς προσάγεται. Ἐκεῖ πρόβατον ἐκ ποιμνίου· ἐνταῦθα δὲ ἀντὶ προβάτου αὐτὸς ὁ ποιμὴν ὁ καλὸς, ὁ τιθεὶς τὴν ψυχὴν αὐτοῦ ὑπὲρ τῶν προβάτων. Ἐκεῖ σημεῖον αἵματος ἀλόγου ῥαντιζομένου, παντὸς τοῦ λαοῦ ἐγένετο φυλακτήριον· ἐνταῦθα δὲ τίμιον αἷμα Χριστοῦ ὑπὲρ τῆς τοῦ κόσμου σωτηρίας ἐκχέεται, ἵνα τῶν ἁμαρτημάτων τὴν ἄφεσιν λάβωμεν. Ἐκεῖ τὰ πρωτότοκα τῶν Αἰγυπτίων ἐθανάτωσεν· ἐνταῦθα δὲ τὰ πολύτοκα τῶν ἁμαρτημάτων γεννήματα διὰ τῆς ἐξομολογήσεως καθαίρονται. Ἐκεῖ Φαραὼ μετὰ τῆς φοβερᾶς αὐτοῦ στρατιᾶς κατεποντίζετο· ἐνταῦθα ὁ νοητὸς Φαραὼ σὺν πάσῃ τῇ δυνάμει αὐτοῦ διὰ τοῦ βαπτίσματος βυθίζεται. Ἐκεῖ Ἑβραίων παῖδες, μετὰ τὸ διαβῆναι τὴν Ἐρυθρὰν θάλασσαν, τὸν ἐπινίκιον ὕμνον τῷ εὐεργέτῃ ἀνέμελπον, λέγοντες· *Ἄσωμεν τῷ Κυρίῳ· ἐνδόξως γὰρ δεδόξασται*· ἐνταῦθα οἱ τοῦ βαπτίσματος ἀξιωθέντες ᾄδουσι τὸν ἐπινίκιον ὕμνον μυστικῶς λέγοντες· *Εἷς ἅγιος· εἷς Κύριος Ἰησοῦς Χριστὸς, εἰς δόξαν Θεοῦ Πατρός. Ἀμήν.* Ὁ δὲ προφήτης ἀναβοᾷ λέγων· *Ὁ Κύριος* (97), *ἐβασίλευσεν· εὐπρέπειαν ἐνεδύσατο.* Οἱ Ἑβραῖοι, μετὰ τὸ διαβῆναι τὴν Ἐρυθρὰν θάλασσαν, ἐν τῇ ἐρήμῳ τὸ μάννα ἤσθιον· νυνὶ δὲ οἱ ἐκ τῆς κολυμβήθρας ἐσθίουσι τὸν ἄρτον τὸν ἐκ τοῦ οὐρανοῦ καταβάντα. Αὐτοῦ γάρ ἐστιν ἡ φωνὴ ἡ λέγουσα· *Ἐγώ εἰμι ὁ ἄρτος ὁ ἐκ τοῦ οὐρανοῦ καταβάς.*

legis constituto sacrificabatur [16]; hic vero, Christus ipse Agnus Dei offertur. Illic ovis de ovili; hic autem vice ovis ipse est Pastor bonus, qui animam suam posuit pro ovibus suis [17]. Illic signum aspersi sanguinis brutæ animantis, salubre universi populi amuletum fuit; hic autem pretiosus Christi sanguis pro mundi salute effunditur, ut remissionem consequamur peccatorum. Illic primigena Ægyptiorum interempta fuerunt; hic multigena peccatorum genimina per confessionem expiantur. Illic Pharao cum terribili exercitu suo submersus est [18]: hic spiritalis Pharao cum omni sua virtute, per baptismum profundo mergitur. Illic Hebræi a transitu maris Rubri, lætum victoriæ carmen benemerenti modulantes, dixerunt: *Cantemus Domino; gloriose enim magnificatus est* [19]: hic baptismate initiati, mystice canunt victoriale canticum, dicentes: (98) *Unus sanctus; unus Dominus Jesus Christus, in gloria Dei Patris. Amen.* Propheta quoque exserta resonat voce: *Dominus regnavit, decorem induit* [20]. Hebræi ut mare jam Rubrum transmisissent, in deserto manna comederunt: nunc autem ii qui e sacro baptismatis alveo exierunt, panem comedunt qui de cœlo descendit. Ejus namque illa vox est, quæ dicit: *Ego sum panis vivus, qui de cœlo descendi* [21].

Γ'. Καλῶς οὖν μακάριος Παῦλος ἐβόα· *Ταῦτα δὲ τυπικῶς συνέβαινον ἐκείνοις· ἐγράφη δὲ εἰς νουθεσίαν ἡμῶν, εἰς οὓς τὰ τέλη τῶν αἰώνων κατήντησε.* Ἰουδαίων παῖδες φανερῶς ἐσφάλησαν, ἀγνοήσαντες τὴν ἀλήθειαν· *Εἰ γὰρ ἔγνωσαν, οὐκ ἂν τὸν Κύριον τῆς δόξης ἐσταύρωσαν.* Οὐ συνῆκαν οἱ δείλαιοι, ὅτι μέχρις τότε οἱ τυπικοὶ χρησμοὶ, ἕως φανῇ ἡ ἀλήθεια. Καὶ γὰρ ἀνδριαντοποιὸς ἀνδριάντα βασιλέως ἀναστῆναι βουλόμενος ἀπὸ χρυσοῦ, ἢ ἀργύρου, ἢ χαλκοῦ, πρῶτον ἀπὸ πηλοῦ ἀναπλάττει τὸ ἐκτύπωμα τοῦ ἀνδριάντος, καὶ μέχρις τὸν ἀληθινὸν ἀνδριάντα ἀποπληρώσῃ, ἢ ἀπὸ χρυσοῦ, ἢ τοῦ ἀργύρου, ἢ τοῦ χαλκοῦ, φυλάττεται ἀκριβῶς ὁ τυπικὸς καὶ πήλινος, δι' ἀναγκαίαν χρείαν τῷ τεχνίτῃ. Ἐπὰν δὲ τὸν πρὸς ἀλήθειαν ἀνδριάντα ἀποπληρώσῃ, λύεται λοιπὸν ὁ τυπικὸς καὶ πήλινος, ὡσανεὶ ἄχρηστος ὢν, καὶ εἰς οὐδὲν ἐπιτήδειος τῷ τεχνίτῃ. Οὕτως καὶ οἱ Ἰουδαῖοι· πρὶν μὲν φανερωθῆναι τοῖς ἀνθρώποις τὴν ἀλήθειαν, καλῶς τοὺς τύπους ἐφύλαττον, μετὰ δὲ τὸ φανῆναι τὸν Κυρίον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν τὸν εἰπόντα· *Ἐγώ εἰμι τὸ φῶς τοῦ κόσμου, καὶ ἡ ἀλήθεια, καὶ ἡ ζωὴ, καὶ ἀνάστασις*· μάτην τοὺς τύπους κρατοῦσιν, ὅπερ οὐδὲ τοῦτο φυλάττουσι. Παυσάσθωσαν λοιπὸν οἱ θεομάχοι Ἰουδαῖοι, οἱ τὸ ἄλογον πρόβατον σφάζοντες ὑπὲρ τῆς ἀπολυτρώσεως τοῦ

III. Merito itaque beatus Paulus clamabat: *Hæc autem in figura contingebant illis: scripta sunt autem ad correptionem nostram, in quos fines sæculorum devenerunt* [22]. Erraverunt plane Judæi, non agnoscentes veritatem: *Si enim cognovissent, nunquam Dominum gloriæ crucifixissent* [23]. Non intellexerunt miseri, typica oracula eatenus permansura, quoad ipsa elucesceret veritas. Statuarius namque qui regis statuam ex auro argentove aut ære vult erigere, prius statuæ formam quam intendit, efformat e luto; ac quoad ipsam veram perfecerit statuam ex auro argentove vel ære, typicum illud luteumque simulacrum diligenter ab opifice servatur, velut maxime ipsi artifici necessarium. At vero adamussim peracta statua, tunc tandem typica illa luteaque diffingitur, utpote supervacanea, nulloque amplius usui artifici futura. Sic etiam Judæi: ante quam hominibus inclaresceret veritas, jure optimo typos servabant: at postquam Dominus noster Jesus Christus apparuit, ipse nimirum qui ait: *Ego sum lux mundi* [24]; *et veritas, et vita* [25] *et resurrectio* [26]; frustra retinent typos, qui ne ipsum quidem hoc servent (99), ut typi ac figuræ sint. Jam itaque desinant pugnaces Dei hostes Judæi, pro populi redemptione irrationabilem mactare ovem; cum

[16] Exod. XII, 3 sqq. [17] Joan. X, 11. [18] Exod. XIV, 27. [19] Exod. XV, 1. [20] Psal. XCII, 1. [21] Joan. VI, 31. [22] I Cor. X, 11. [23] I Cor. II, 8. [24] Joan. VIII, 12. [25] Joan. XIV, 6. [26] Joan. XI, 25.

(97) *Κύριος*. Ita rescripsi. Sic enim mox iterum citatur hic locus Davidicus, infra sub finem § 3, Riccardus et Combefisius, Χριστός.

(98) Hæc chorus in Chrysostomi liturgia.

(99) *Qui ne ipsum hoc servent*. Levi mutatione restituo, sequorque Columnensis lectionem, οἵπερ, loco ὅπερ. Quod ait hoc est; typos ac figuras frustra servari, qui ne quidem jam typi sint et figuræ, evacuante ea veritate. Erant enim signa rei futuræ, quæ jam desiit futura esse; eoque desierunt ipsa esse quod erant.

spiritalis Agnus, Dei Filius, qui tollit peccatum mundi [27], mactatus fuerit, nosque ab exterminatore redemerit. Vale dicant fermento veteri, novamque accipiant veritatis massam. Cessent manducare lactucas agrestes; siquidem Christus nostri causa fel ebibit, quo vicissim suarum nobis medelarum fontes, dulcem potum misceret. Nobiscum ergo epulentur, *non in fermento veteri, neque in fermento malitiæ et nequitiæ; sed in azymis sinceritatis et veritatis* [28], ut et post hujus vitæ exitum, unanimes cum angelis gloriæ Dominum laudantes dicamus: *Dominus regnavit: decorem induit* [29]. Ipsi gloria et honor, et adoratio in sæcula sæculorum. Amen.

A λαοῦ· ἐσφάγη γὰρ ὁ νοητὸς ἀμνός, ὁ Υἱὸς τοῦ Θεοῦ, ὁ αἴρων τὴν ἁμαρτίαν τοῦ κόσμου, καὶ λυτρωσάμενος ἡμᾶς τοῦ ὀλοθρευτοῦ. Ἐάσωσι τὰς παλαιὰς ζύμας, καὶ τὸ νέον φύραμα τῆς ἀληθείας λαμβανέτωσαν. Παυσάσθωσαν τὰς πικρίδας ἐσθίοντες· ἐξέπιε γὰρ ὁ Χριστὸς ὑπὲρ ἡμῶν τὴν χολήν, ἵνα γλυκείας ἡμῖν ἀντικεράσῃ παρ' αὐτοῦ πηγὰς τῶν ἰαμάτων. Ἑορταζέτωσαν τοίνυν μεθ' ἡμῶν, *μὴ ἐν ζύμῃ κακίας καὶ πονηρίας, ἀλλ' ἐν ἀζύμοις εἰλικρινείας καὶ ἀληθείας*· ἵνα καὶ μετὰ τὴν τοῦ βίου ἔξοδον ὁμοθυμαδὸν δοξάσωμεν τὸν Κύριον τῆς δόξης μετὰ τῶν ἀγγέλων, λέγοντες· *Ὁ Κύριος ἐβασίλευσεν· εὐπρέπειαν ἐνεδύσατο.* Αὐτῷ ἡ δόξα, καὶ ἡ τιμὴ, καὶ ἡ προσκύνησις, εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

(1) ORATIO XV.

In sanctum Pascha et in illud, In principio erat Verbum.

I. Cæteri quidem evangelistæ genealogiam Domini ac Dei nostri Jesu Christi, qua carne natus est, enarrarunt; Joannes vero evangelistarum præstantissimus, theologiæ illa lyra, Dei Verbi divinam æternamque substantiam exposuit, generationemque Filii a Patre (2) sæculis anteriorem testisque expertem edisseruit, dicens: *In principio erat Verbum: et Verbum erat apud Deum: et Deus erat Verbum. Hoc erat in principio apud Deum: omnia per ipsum facta sunt* [30]. Satis habent quinque hi lapides, ad munimen Ecclesiæ. *In principio erat Verbum.* Non dixit, In principio factum est Verbum; sed, *In principio erat Verbum.* Ostendit principii expertem atque æternam Filii personam, ac ejus ad Patrem relationem: firmissimumque constituit nostræ fidei fundamentum. *Et Verbum erat apud Deum.* Ostendit substantiam individuam: grandique Evangelista voce tonat adversus gentiles. *Et Deus erat Verbum.* Summam ostendit naturæ identitatem: magnaque est Judæorum plaga. *Hoc erat in principio apud Deum.* Coæternitatem ejus cum Patre declarat: gravisque est Manichæorum ruina (3). *Omnia per ipsum facta sunt.* Liberam absolutamque ostendit creandi potestatem; omniumque hæreticorum obstruxit ora. Plane enim omnia per ipsum sunt facta. Cœlum, ipsius est creatura: terra, factura ejus: mare, opus. Productus fuit aer: lux, ex nihilo facta: Angeli, servi: Virtutes, ministræ:

B

C

D

ΛΟΓΟΣ ΙΕ'.

Εἰς τὸ ἅγιον Πάσχα, καὶ εἰς τὸ, Ἐν ἀρχῇ ἦν ὁ Λόγος.

Α'. Οἱ μὲν ἄλλοι εὐαγγελισταὶ τὴν κατὰ σάρκα γενεαλογίαν τοῦ Κυρίου καὶ Θεοῦ ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ ἐξηγήσαντο· Ἰωάννης δὲ τῶν εὐαγγελιστῶν ὁ ἐξαίρετος, ἡ θεολόγος λύρα, τὴν ἄναρχον ὕπαρξιν τοῦ Θεοῦ Λόγου ἐθεολόγησε, καὶ τὴν προαιώνιον, καὶ ἀμάρτυρον τοῦ Πατρὸς πρὸς τὸν Υἱὸν γέννησιν ἐξηγήσατο, εἰπών· *Ἐν ἀρχῇ ἦν ὁ Λόγος, καὶ ὁ Λόγος ἦν πρὸς τὸν Θεόν, καὶ Θεὸς ἦν ὁ Λόγος. Οὗτος ἦν ἐν ἀρχῇ πρὸς τὸν Θεόν· πάντα δι' αὐτοῦ ἐγένετο.* Ἀρκοῦσιν οὗτοι οἱ πέντε λίθοι τῇ Ἐκκλησίᾳ εἰς τεῖχος. Εἶπε γὰρ, *Ἐν ἀρχῇ ἦν ὁ Λόγος·* οὐκ εἶπεν, Ἐν ἀρχῇ ἐγένετο ὁ Λόγος· ἀλλ', *Ἐν ἀρχῇ ἦν ὁ Λόγος.* Ἔδειξε τὸ ἄναρχον τῆς ὑποστάσεως τοῦ Υἱοῦ, καὶ πρὸς τὸν Πατέρα τὴν σχέσιν· καὶ ἔστιν ἰσχυρότερος τῆς ἡμῶν πίστεως ὁ θεμέλιος. *Καὶ ὁ Λόγος ἦν πρὸς τὸν Θεόν.* Ἔδειξε τῆς οὐσίας τὸ ἀδιαίρετον· καὶ ἔστι μεγάλη ἡ τοῦ εὐαγγελιστοῦ κατὰ Ἑλλήνων βροντή. *Καὶ Θεὸς ἦν ὁ Λόγος.* Ἔδειξε τὸ τῆς φύσεως ἀπαράλλακτον· καὶ ἔστι μεγάλη κατὰ Ἰουδαίων ἡ πληγή. *Οὗτος ἦν ἐν ἀρχῇ πρὸς τὸν Θεόν.* Ἔδειξε τὸ πρὸς τὸν Πατέρα συναΐδιον· καὶ ἔστι μέγα τῶν Μανιχαίων τὸ πτῶμα. *Πάντα δι' αὐτοῦ ἐγένετο.* Ἔδειξε τῆς δημιουργίας τὸ αὐτεξούσιον, καὶ ἀπέφραξε τῶν πάντων αἱρετικῶν τὰ στόματα. Πάντα γὰρ δι' αὐτοῦ ἐγένετο. Ὁ οὐρανὸς αὐτοῦ κτίσμα· ἡ γῆ ποίημα· ἡ θάλασσα ἔργον· ὁ ἀὴρ παρήχθη· τὸ φῶς ἐξ οὐκ ὄντων· οἱ ἄγγελοι, δοῦλοι· αἱ δυνάμεις, λειτουργοί (4)· τὰ Χερουβὶμ, θρόνος.

[27] Joan. I, 29. [28] I Cor. V, 8. [29] Psal. XCII, 1. [30] Joan. I, 1-3.

(1) Retinui titulum quem codex Columnensis præfert, rejecta illa parte quam ex aliis Vaticanis addiderat Riccardus, καὶ εἰς τὸν ἅγιον Ἰωάννην τὸν θεολόγον, ἀπόστολόν τε καὶ εὐαγγελιστήν. Non enim dicta est in sancti Joannis evangelistæ festo, vel in ejus peculiariter laudem. Ita spectat ad diem Paschæ, ut vix Proclus magis immoretur in Dominicæ resurrectionis mysteriis, quam in aliis. Legunt Græci illud Evangelium ipso die Paschæ, ut bene Riccardus colligit ex Chrysostomi hom. VII *De resurrect.* t. III, habentque etiamnum Græcorum libri ecclesiastici, quibus evangelia digesta sunt in usum totius anni: tota vero hebdomada legunt evangelia quæ vocant matutina, quibus continetur D Dominicæ resurrectionis historia.

(2) *Generationem Filii a Patre.* Quod hic sæpius repetitur, Πατρὸς πρὸς τὸν Υἱὸν γέννησιν, durius est ad verbum: *Generatio qua Pater ad Filium habet.*

(3) *Gravisque est Manichæorum ruina.* Difficilior illatio, ut Verbi cum Patre asserta coæternitas, sit Manichæorum ruina. Quia tamen illi pluribus erroribus erant implicati, hoc quoque potuerunt laborare, ut Christum creaturam existimarent, eoque non coæternum Patri. Sane, cum ipse Manes se Christum jactaret, haud ita insanus erat, ut se Deo coæternum ac ab æterno exsistentem putaret.

(4) Ἀλλ. λειτουργοῦσι· ἀλλ. αἰνοῦσι.

Ὁ Πατὴρ, Θεός· ὁ Υἱὸς, Λόγος καὶ Θεός· ἀλλὰ καὶ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, Θεός· καὶ ἀριθμὸς τῆς ὑποστάσεως τὴν φύσιν οὐκ ἤμβλυνεν, οὐδὲ ἡ Τριὰς τὴν οὐσίαν ἐμερίσατο· ἀλλ' ἔστι Τριὰς ὁμοούσιος ἐν δυνάμει, ἐν θεότητι, ἐν ἀγαθότητι, τὴν ἡμῶν πίστιν θεμελιώσασα καὶ τηρήσασα· τὴν Ἐκκλησίαν τειχίσασα, τὴν οἰκουμένην ἁγιάσασα, τὸν διάβολον καταργήσασα, τοὺς δαίμονας μαστίζουσα καὶ τήξασα, Ἰουδαίων περιτομὴν νεκρώσασα, Ἑλλήνων πλάνην διώξασα, καὶ αἱρετικῶν στόματα ἀποφράξασα. A

Β'. Ἐθεολόγησε δὲ ὁ εὐαγγελιστὴς τὴν προαιώνιον καὶ ἀμάρτυρον τοῦ Πατρὸς πρὸς τὸν Υἱὸν γέννησιν, εἰπὼν ἐν Εὐαγγελίοις· *Ὁ μονογενὴς Υἱὸς, ὁ ὢν ἐν τοῖς κόλποις τοῦ Πατρὸς, Ἐκεῖνος ἐξηγήσατο.* Καὶ πάλιν· *Ἰδοὺ φωνὴ ἐκ τῶν οὐρανῶν λέγουσα· Οὗτός ἐστιν ὁ Υἱός μου ὁ ἀγαπητὸς, ἐν ᾧ ηὐδόκησα.* Ἀμάρτυρος οὖν ἡ ἄνω πρὸ πάντων γέννησις, ὅτι μόνος ἐκ μόνου ἐγεννήθη. Καὶ οὐδεὶς οἶδε τὸ πῶς ἐγέννησεν, εἰ μὴ ὁ Πατήρ· καὶ ὁ Υἱὸς πῶς ἐγεννήθη. Χρόνος γὰρ οὐκ ἦν· αὐτὸς γάρ ἐστιν ὁ τῶν αἰώνων δημιουργός. Ἄγγελοι οὐ παρῆσαν· αὐτὸς γάρ ἐστιν *Ὁ ποιῶν τοὺς ἀγγέλους αὐτοῦ πνεύματα.* Οὐρανὸς οὐκ ἦν· *Τῷ* γὰρ *λόγῳ Κυρίου οἱ οὐρανοὶ ἐστερεώθησαν.* Ὁ ἥλιος οὐκ ἦν· αὐτὸς γὰρ ἔθετο *τὸν φωστῆρα τὸν μέγαν εἰς φαῦσιν τῆς ἡμέρας.* Σελήνη οὐκ ἦν, οὐδὲ ἀστέρες· *Σελήνην γὰρ καὶ τοὺς ἀστέρας αὐτὸς ἐθεμελίωσεν.* Ἡ γῆ οὐκ ἦν· αὐτὸς γὰρ εἶπε· *Συναχθήτω τὰ ὕδατα, καὶ ὀφθήτω ἡ ξηρά.* Θαυμαστῶς τοίνυν ὁ Εὐαγγελιστὴς ἐσαφήνισε τὴν ἄναρχον τοῦ Λόγου ὕπαρξιν, καὶ τὴν προαιώνιον καὶ ἀμάρτυρον τοῦ Υἱοῦ γέννησιν. B C

Γ'. Τίς σε ταῦτα ἐπαίδευσεν εἰπεῖν, ὦ μακάριε Ἰωάννη; Ἡ λίμνη Γενησαρέτ; Ἀλλ' οὐ δογματίζει. Ἡ ἀλεία; Ἀλλ' οὐ θεολογεῖ. Ζεβεδαῖος; Ἀλλ' ἰδιώτης. Ἡ πατρίς; ἀλλ' εὐτελής. Ἡ κώμη; ἀλλ' ἄγροικοι, οὐ πολῖται. Οἱ Ἰουδαῖοι; Ἀλλὰ παραβάται νόμου. Νόμος; ἀλλὰ σκιὰν εἶχε. Μωϋσῆς; Ἀλλ' ἰσχνόφωνος ἦν καὶ βραδύγλωσσος. Δαβίδ; Ἀλλὰ σκώληξ καὶ οὐκ ἄνθρωπος. Πῶς οὖν εἶπας τὸ, *Ἐν ἀρχῇ ἦν ὁ Λόγος*; Τίς σε πρὸς τοσοῦτον ὕψος ἐμετεώρισε; Τίς τῷ νοΐ σου τοιαῦτα ἐχαρίσατο πτερά; Ἀφῆκας γὰρ τῇ πίστει τὴν γῆν, καὶ ἐγένου ὑπὲρ τὸν ἀέρα· ὑπερέβης τὸν αἰθέρα· τὰ ὑπερκόσμια οὐρανοῦ ὕψη ὑπερπέτησας (5)· τὰ ἄνω ὑπερεπήδησας· ἀρχαγγέλους παρῆλθες· τῶν σεραφὶμ ἐξισώθης· τῷ τοῦ Δεσπότου χερουβικῷ θρόνῳ παρέστης. Ἑπτεροποιήθης τῇ πίστει· ἀπερινόητον ἐβρόντησας γέννησιν· ἀκατάληπτον ἐκήρυξας ὕπαρξιν· ἄναρχον ἐθεολόγησας τὸν Λόγον· εἶπας γάρ· *Ἐν ἀρχῇ ἦν ὁ Λόγος, καὶ ὁ Λόγος ἦν πρὸς τὸν Θεὸν, καὶ Θεὸς ἦν ὁ Λόγος.* D

Cherubim, sedes. Pater Deus est: Filius, Verbum ac Deus: sed et Spiritus sanctus, Deus: nec personarum numerus naturam infringit; vel Trinitas in partes secat substantiam. Sed est Trinitas consubstantialis in potentia, in deitate, in bonitate, fidem nostram fundans tuensque ac servans: Ecclesiam muniens; orbem terrarum sanctificans; diaboli vires enervans; excrucians dæmones atque macerans; Judæorum circumcisionem exstinguens; gentilium errorem eliminans; hæreticorumque obstruens ora.

II. Divinam porro, qua ex Patre Filius natus est, prææternam ac sine teste generationem, Evangelista fauste nuntiavit dicens in Evangeliis: *Unigenitus Filius qui est in sinu Patris, ipse enarravit* [31]. Et iterum: *Facta est vox de cœlis, dicens: Hic est Filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui* [32]. Caret itaque teste, superna antiquior omnibus generatio, eo quod solus ex solo genitus sit. Et nemo nisi Pater novit [33] quemadmodum generavit; neque alius quam Filius [34], quemadmodum ipse genitus sit. Nam non erat tempus: quippe cum ipse sæculorum conditor sit [35]. Angeli non aderant; cum ipse sit, *qui facit angelos suos spiritus* [36]. Cœlum non erat: nam, *Verbo Domini cœli firmati sunt* [37]. Sol non erat: ipse enim luminare majus posuit ut luceret in die [38]. Non erat luna, neque stellæ: nam *lunam et stellas ipse fundavit* [39]. Non erat terra: ipse enim dixit: *Congregentur aquæ, et appareat arida* [40]. Miro itaque modo Evangelista æternam Verbi expressit substantiam, generationemque Filii antevertentem sæcula ac testis expertem

III. Ecquisnam, o beate Joannes, hæc edicere docuit? Stagnumne Genesareth? At illud dogmata non tradit. Num piscatio? At illa non tractat divina. Zebedæus? At vir est idiota. Patria? Sed vilis erat (6) vicus? At ibi rustici non cives aderant. Judæi? At erant legis prævaricatores [41]. Lex? Sed umbram habebat. Moyses? Verum impeditioris ac tardioris linguæ erat [42]. Davidne? At vermis est, et non homo [43]. Quomodo igitur dixisti: *In principio erat Verbum*? Quis ad tantam te provexit celsitatem? Quis tuæ menti tales præbuit alas? Fide enim relinquens terram, supra aerem constitisti; supergressus es æthera; supermundana cœli transvolasti culmina; transiluisti supera; Archangelorum præteriisti choros; Seraphinis par effectus es; Cherubico Domini adstitisti throno. Fide volucris ac sublimis ales factus es: generationem cogitatu majorem tuæ vocis tonitruo explicasti: incomprehensam prædicasti substantiam: Verbum

[31] Joan. I, 18. [32] Matth. III, 17. [33] Matth. XI, 27. [34] ibid. [35] Hebr. I, 2. [36] Psal. CIII, 4; Hebr. I, 7. [37] Psal. XXXII, 6. [38] Gen. I, 16. [39] Psal. VIII, 4. [40] Gen. I, 9. [41] Rom. II, 27; Hebr. X, 1. [42] Exod. IV, 10. [43] Psal. XXI, 7.

(5) Vatic. ὑπερυψηπέτησας.

(6) *Vicus*, ἡ κώμη. Bethsaidam intelligit, qua natum Joannem habet Chrysostomus hom. I in Joannem. Facta est ex vico postea civitas ac πόλις, quod eam Joannes vocat cap. I, vers. 44. Sic Josephus narrat lib. XVIII. *Antiquit.* cap. 3, quamquam etiam majores vici, urbes etiam appellarentur. Plura notat Riccardus

Dei principii expers æternumque docuisti : nam dixisti : *In principio erat Verbum, et Verbum erat apud Deum, et Deus erat Verbum.*

IV. Ingens gratia, dilectissimi. Tricubitalis homo, mente ac cogitatibus, una in cœlum Verbum consectatus ascendit. Fide contpitus est e paterno nulla passione egredientem sinu ; Deumque ex Deo genitum. Vidit Spiritum sanctum cum Patre et Filio adoratum ; Trinitatem in unitate laudibus celebratam, eamdemque in tribus discretam personis, atque natura unitam. Atque adeo Evangelista, ipsis Seraphim inventus est sublimior : quippe cum illi corusco fulgore concussi facies velent suas [44] ; hic autem præsidiis fretus gratiæ, divinam cum generationem, tum substantiam enarraverit.

V. Tum inde rursum, operum consecutione e cœlis in terram descendens, ait : *Verbum caro factum est* [45]. Vidit Dei mysterium conversionis immune ac mutationis. Vidit Verbum in terris incarnatum, et a cœlis minime divulsum. Vidit puerperam Virginem, nihilque corruptam virginitatem. Vidit uterum cœlo latiorem. Vidit matrem sine viri commistione, partumque dolorum expertem. Vidit... natum ut hominem. Vidit infantem, eum qui ante sæcula perfectus erat. Vidit fasciis involutum, eum qui suo imperio solvit Lazari fascias [46]. Creaturam vidit, indicantem creatorem. Vidit speluncam, mundi factam propitiatorium. Vidit creaturam, portantem creatorem. Vidit nutrimento utentem, ipsum nutricantem nutricem. Vidit materno in sinu eum, qui a paterno nunquam sejunctus est sinu. Vidit a Magis adorari eum [47], qui laudatur ab angelis. Vidit carne fugientem in Ægyptum, ipsum terram pugillo comprehendentem [48]. Vidit eum aqua baptizari, qui aquarum fontes e terra emittit. Vidit Magistrum a discipulo proditum. Eum vidit ligatum qui non solvit matris virginitatem. Vidit sisti Pilato eum, qui e limo Pilatum finxisset. Vidit spinis coronatum eum, qui floribus redimisset terram. Vidit in terra crucifixum eum qui sublimis erat in cœlis. Vidit in sepulcro mortuum eum, qui mortuos excitasset e sepulcro. Vidit resurgentem eum, qui resurrectionem prænuntiasset. Vidit eum descendentem ad inferos, qui ascendit in cœlos. Infernus namque evomuit, quem ignorans deglutierat.

VI. At quisnam tandem est, quem vidit ? Quis, inquam ? Is utique, qui inclinavit cœlos, nulloque strepitu descendit [49] : qui superas ipsas latet Virtutes : qui incarnatione ex Virgine, non nudavit paternum sinum : qui in cœlis sine matre, Deus ex Deo, in terris ex matre Virginis filius, amans hominum, hominum causa factus est homo ; qui impollutum hospitio suo uterum sanctificavit ; ejusque sinus puros integrosque reliquit ; naturæ sacravit partes ; virgineos obsignavit partus. Is, quem cœlorum non capiunt spatia, quemque non arcte

Δ'. Μεγάλη ἡ χάρις, ἀγαπητοί. Ἄνθρωπος τριπήχυιος ὤν, εἰς τὸν οὐρανὸν τῷ νῷ καὶ τοῖς λογισμοῖς, ἅμα καὶ τῷ Λόγῳ μετῆλθεν. Ἐθεάσατο τῇ πίστει ἐκ πατρικῶν κόλπων ἀπαθῶς ἐξελθόντα, καὶ Θεὸν ἐκ Θεοῦ γεννηθέντα. Ἴδε τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον σὺν Πατρὶ καὶ Υἱῷ προσκυνούμενον· τὴν Τριάδα ἐν μονάδι δοξαζομένην, καὶ ἐν τρισὶν ὑποστάσεσι διαιρουμένην, καὶ φύσει ἡνωμένην. Καὶ τῶν σεραφὶμ ὁ Εὐαγγελιστὴς εὑρέθη ἀνώτερος, ὅτι ἐκεῖνα διὰ τὴν ἀστραπὴν καλύπτει τὰ πρόσωπα, οὗτος δὲ διὰ τὴν χάριν, καὶ τὴν γέννησιν καὶ τὴν ὕπαρξιν ἐθεολόγησε.

Ε'. Πάλιν δὲ τοῖς ἔργοις ἐξ οὐρανῶν ἐπὶ τὴν γῆν καταβὰς, εἶπεν· *Ὁ Λόγος σὰρξ ἐγένετο.* Ἴδε μυστήριον Θεοῦ, τροπῆς καὶ ἀλλοιώσεως χωρίς· ἴδε τὸν Λόγον ἐπὶ γῆς σαρκωθέντα, καὶ τῶν οὐρανῶν μὴ ἀποστάντα, ἴδε τὴν Παρθένον τεκοῦσαν, καὶ τὴν παρθενίαν μὴ φθαρεῖσαν· ἴδε γαστέρα, οὐρανοῦ πλατυτέραν· ἴδε μητέρα ἀλόχευτον, καὶ τόκον ἀνώδυνον· ἴδε ..... τικτόμενον ὡς ἄνθρωπον· ἴδε βρέφος, τὸν πρὸ αἰώνων τέλειον· ἴδε σπαργανωθέντα, τὸν προστάξει λύσαντα Λαζάρου τὰ σπάργανα· ἴδε κτίσιν γνωρίσαντα (7) τὸν κτίσαντα· ἴδε σπήλαιον, τὸ τοῦ κόσμου ἱλαστήριον· ἴδε τὸ κτίσμα βαστάζον τὸν κτίστην· ἴδε τρεφόμενον, τὸν τρέφοντα τὴν τρέφουσαν· ἴδε μητρικῷ κόλπῳ, τὸν μὴ χωρισθέντα τοῦ πατρῴου κόλπου. Ἴδε προσκυνούμενον ὑπὸ γάμων, τὸν αἰνούμενον ὑπὸ ἀγγέλων· ἴδεν εἰς Αἴγυπτον φυγόντα σαρκὶ, τὸν κατέχοντα τὴν γῆν δρακί· ἴδεν ὕδατι βαπτιζόμενον, τὸν τὰ ὕδατα ἀπὸ γῆς πηγάσαντα· ἴδε προδοθέντα ὑπὸ μαθητοῦ διδάσκαλον· ἴδε δεθέντα, τὸν τὴν παρθενίαν τῆς μητρὸς μὴ λύσαντα· ἴδε παρεστῶτα Πιλάτῳ, τὸν ἐκ πηλοῦ Πιλάτον πλαστουργήσαντα. Ἴδεν ἐξ ἀκανθῶν στεφανωθέντα, τὸν τὴν γῆν τοῖς ἄνθεσι στέψαντα· ἴδε σταυρωθέντα ἐπὶ γῆς, τὸν ὑψωθέντα ἐν οὐρανοῖς· ἴδε ἐν τάφῳ νεκρὸν, τὸν ἐκ τάφου τοὺς νεκροὺς ἐγείραντα· ἴδεν ἀναστάντα, τὸν τὴν ἀνάστασιν προμηνύσαντα· ἴδεν εἰς ᾅδην κατελθόντα, τὸν εἰς οὐρανοὺς ἀνελθόντα. Ἅδης γὰρ ἐξέμεσεν, ὃν ἀγνοῶν κατέπιεν.

Ϛ'. Καὶ τίς ἐστιν ἄρα ὃν ἴδεν; Τίς; *Ὁ κλίνας τοὺς οὐρανοὺς, καὶ κατελθὼν* ἀψοφητί· ὁ λαθὼν τὰς ἄνω δυνάμεις· ὁ μὴ γυμνώσας τὸν πατρικὸν θρόνον, σαρκωθεὶς ἐκ Παρθένου· ἐν οὐρανοῖς ἀμήτωρ, ἐκ Θεοῦ Θεὸς, καὶ ἐπὶ γῆς ἐκ μητρὸς, Παρθένου υἱὸς, ὁ φιλάνθρωπος δι' ἀνθρώπους ἐνανθρωπήσας· ὁ τὴν ἀμόλυντον γαστέρα τῇ οἰκήσει ἁγιάσας· ὁ τὰς λαγόνας ἐλευθερώσας· ὁ τὰς τῆς φύσεως γονὰς εὐλογήσας· ὁ τὰς παρθενικὰς ὠδῖνας σφραγίσας· ὁ τόπους οὐρανῶν μὴ χωρήσας, καὶ μήτραν οὐ στενοχωρήσας· ὁ πρὸ αἰώνων τοὺς αἰῶνας δημιουργήσας,

[44] Isa. VI, 6. [45] Joan. I, 14. [46] Joan. XI, 44. [47] Matth. II, 12. [48] Isa. XL, 12. [49] Psal. XVII, 10

(7) Ἴσ. γνωρίσασαν.

ὁ λόγῳ τὸν κόσμον μετ' ἐξουσίας ἐκτελέσας· ὁ τοῦ Πατρὸς ἄῤῥητος Λόγος· ὁ τοῦ γεννήσαντος ὁμοούσιος Υἱός· ὁ ἄναρχος, καὶ ἀρχὴν μὴ δεχόμενος, καὶ ἀρχὴν τοῦ εἶναι λαβών. Παράδοξα τὰ θαύματα, ἀγαπητοί· ὅτι ὁ ἐν οὐρανῷ θρόνος οὐκ ἐκενώθη, καὶ ὁ ἐπὶ γῆς κόσμος ἐσώθη. Ταῦτα πάντα περιέχουσιν οἱ πέντε λόγοι τοῦ μεγάλου βροντολόγου εὐαγγελιστοῦ Ἰωάννου. Διὰ τοῦτο θανατωθήτωσαν Ἕλληνες, καταργηθήτωσαν Ἰουδαῖοι· αἰσχυνέσθωσαν Σαμαρεῖται, διασκορπισθήτωσαν Μανιχαῖοι· ἀπολέσθωσαν αἱρετικοὶ, καὶ πάντες οἱ ἐχθροὶ τῆς ἀμωμήτου καθολικῆς καὶ ἀποστολικῆς Ἐκκλησίας· ὅτι πάντων ἐκείνων ἡ ἐλπὶς εἰς πτῶσιν καὶ ἀπώλειαν, ἡ δὲ ἡμετέρα ἐλπὶς εἰς ἀνάστασιν, καὶ εἰς ζωὴν αἰώνιον· διὰ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, μεθ' οὗ τῷ Πατρὶ καὶ τῷ ἁγίῳ Πνεύματι ἡ δόξα, καὶ τιμὴ, καὶ τὸ κράτος, εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

A complexus est uterus. Qui ante sæcula, sæculorum exsistit conditor; qui verbo mundum cum potestate perfecit; Patris ineffabile Verbum; Filius Genitori consubstantialis; æternus ille, nec principium admittens; quique tamen principium acceperit essendi. Mira sane, et admirabilia, dilectissimi, sunt ista; ut in cœlo minime vacuata sit sedes, mundusque hic terrenus salutem consecutus sit. Cuncta hæc complectuntur tonitrui voce loquentis magni Evangelistæ, quinque illa verba. Quocirca pereant tandem gentiles; tollantur Judæi; pudore suffundantur Samaritani; dispergantur Manichæi; dispereant hæretici, sanctæque catholicæ ac apostolicæ Ecclesiæ hostes universi. Eorum namque omnium spes, in ruinam ac interitum cedit; nostra autem, in re-
B surrectionem et vitam æternam. Per Dominum nostrum Jesum Christum, cum quo Patri et Spiritui sancto, gloria, honor atque potestas, in sæcula sæculorum. Amen.

ΛΟΓΟΣ ΙϚ' (8).

Εἰς τὴν ἁγίαν Πεντηκοστήν.

Α'. Σήμερον, ἀγαπητοὶ, ἐπεφοίτησε τοῦ ἁγίου Πνεύματος ἡ χάρις, ἀρξαμένη μὲν ἀπὸ τῆς σήμερον ἡμέρας· αὐξανομένη δὲ μέχρι τῆς σήμερον ἡμέρας μεγαλύνεται. Ἔλαμψεν ἡ τοῦ ἁγίου Πνεύματος χάρις, καὶ ἐξαίφνης εὔλαλα τῶν ἀλάλων τὰ στόματα· καὶ τῶν ἀπαιδεύτων αἱ γλῶτται ἐστομώθησαν· καὶ τῶν ἀλιέων αἱ καρδίαι πρὸς θάρσος μετεβλήθησαν. Διὸ καὶ τὴν πτωχεύσασάν μου διάνοιαν ἐξαρπάζει δειλίας ἡ σήμερον ἐπιφοιτήσασα ἐξ οὐρανοῦ χάρις. C Οὕτως γὰρ πρὸ τῆς παρουσίας τοῦ Πνεύματος δειλιῶν ὁ Πέτρος, ἐπὶ παιδίσκης ἠρνήσατο τὸν Δεσπότην· μετὰ δὲ τὴν κάθοδον τοῦ Πνεύματος, ἐπὶ δήμων καὶ βασιλέων μετὰ τοῦ θάρσους ὡμολόγει κράζων· *Οὐ δυνάμεθα ἡμεῖς ἃ ἠκούσαμεν καὶ εἴδομεν μὴ λαλεῖν.* Ὅθεν καὶ μέθην τὴν τοῦ ἁγίου Πνεύματος εὐγλωττίαν Ἰουδαῖοι ἐνόμισαν, λέγοντες· Ὅτι γλεύκους μεμεστωμένοι εἰσίν. Ἀντερητόρευσε δὲ πρὸς αὐτοὺς ὁ Πέτρος, ὃ καὶ τῆς ὥρας τῶν δοκίμων διὰ Τριάδος βεβαιουμένων (9). Ἐπειδὴ γὰρ τῇ τρίτῃ ὥρᾳ ὁ σταυρὸς ἐῤῥιζώθη, καὶ τρίτῃ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐν εἴδει πυρὸς ἐπὶ τοὺς ἀποστόλους ἐκάθησε, μηνύον ὅτι Θεὸς τὸ Πνεῦμα. *Ὁ γὰρ Θεὸς ἡμῶν πῦρ καταναλίσκον ἐστί.* Καὶ ἡ μὲν παρουσία τοῦ Πνεύματος (10), *ὡς ὑετὸς ἐπὶ πόκον* ἐγένετο, ἐπειδὴ οἰκονομίας ἦν σύμβολον. Ἐπὶ δὲ τοῦ Πνεύματος, ἵνα δειχθῇ ὅτι Θεὸς τὸ Πνεῦμα ὑπάρχει, *Ἦχος ἐκ τοῦ*

ORATIO XVI.

In sanctam Pentecosten.

1. Hodie, dilectissimi, advenit Spiritus sancti gratia: quæ quidem, cum ab ipsa hac die cœperit, ad usque eamdem hanc ipsam diem adulta auctaque, magnifice colitur ac celebratur. Affulsit Spiritus sancti gratia, illicoque facunda evaserunt mutorum ora; ineruditorum linguæ disertæ eruditæque redditæ sunt; piscatorum corda in erectos audentesque animos commutata. Proinde a mea etiam animi imbecillitate mentisque inopia, timiditatem ignaviamque discutiet illa ipsa, quæ cœlitus hodie advenit gratia. Sic quippe ante Spiritus sancti adventum, Petrus pavore confectus coram ancillula negavit Dominum [80]: post vero ejusdem descensum, coram populis et regibus magna animi securitate eum confessus, exserta extulit voce: *Non possumus quæ audivimus et vidimus, non loqui vobis* [81]. Quocirca Judæi quoque Spiritus sancti eloquentiam illam, temulentiam rati, musto eos plenos dixerunt [82]. Scite autem eos refellit Petrus, a quo etiam probatum tempus (11) aptumque mysterio a ternario confirmatum fuit. Quia enim hora tertia crux fixa fuerat, hora quoque tertia Spiritus
D sanctus in apostolos ignis specie descendit, indicans Deum esse Spiritum. *Deus enim noster ignis consumens est* [83]. Ac quidem Salvatoris adventus, *sicut pluvia in vellus* fuit [84] (12); eo quod dispensa-

[80] Matth. xxvi, 69. [81] Act. iv, 20. [82] Act. ii, 13. [83] Hebr. xii, 29. [84] Psal. lxxi, 6.

(8) Excripta est ex vetusto codice Cryptæ ferratæ. Tota adversus Macedonianos ac Eunomianos decurrit, variis Scripturæ locis Spiritus sancti divinitatem probans. Id enim illi contendebant, non haberi ex Scriptura, eum Deum esse.

(9) Leg. ᾧ τὸ δόκιμον βεβαιούμενον.

(10) Leg. Σωτῆρος.

(11) *A quo etiam probatum tempus*, etc. Mera barbaries est, quod habet textus, levi, quam feci, mutatione sanandus. Ex hora itaque tertia, quæ hora fuit crucis juxta Marcum xv, 25, congruum ostendit tempus adventus Spiritus sancti, excluditque ab eo Judæorum calumniam de ebrietate, cum Judæis, non nisi hora sexta, sabbatis ac festis diebus prandere moris esset, uti Josephus in Vita sua.

(12) *Salvatoris adventus.* Cogor aliquid præsumere, ac mutare nomen Spiritus, Πνεύματος· in quo palam videatur errasse antiquarius. Sequentia enim ἐπὶ δὲ τοῦ Πνεύματος aperte indicant comparare auctorem adventum Spiritus, alterius adventui; nempe Filii ac Verbi, qui ita quietus fuerit, eo quod ad œconomiam veniret, id est, ad sumendam carnem, inque ea suaviter ac mirabili incli-

tionis symbolum esset. In Spiritûs autem adventu, quo significaretur Deum esse Spiritum, *Factus est repente de cœlo sonus tanquam ruentis impetu flatus vehementis* [55]. Spiritum porro Deum esse accipe. Isaias namque ait: *Vidi Dominum sedentem super thronum excelsum et elevatum. Et seraphim stabant in circuitu ejus. Et dixit ad me: quis ibit ad populum istum, et quem mittam ad eum* [56]? *Incrassatum enim est cor populi hujus, et auribus suis graviter audierunt, et oculos suos compresserunt, ne forte rideant oculis, et auribus suis audiant, et corde intelligant, et convertantur, et sanem eos* [57]. Vis ergo tu qui Spiritum sanctum oppugnas, nosse fuisse Spiritum sanctum, qui supra thronum excelsum ac elevatum sedit? Paulum apostolum audi, et crede. Adductus ille Romam ad Neronem, Judæorum illic multitudinem invenit, eisque verbum salutis exposuit. *Quidam autem credebant; quidam vero non credebant. Cumque invicem non essent consentientes, discedebant, dicente Paulo unum verbum: Quia bene Spiritus sanctus locutus est de vobis per Isaiam prophetam* [58]. *Aure audietis, et non intelligetis.* Vides Spiritum sanctum, Dominum ac Deum esse? Usquam ne enim in lege non glorificatum in Trinitate Spiritum sanctum inveneris? Audi prophetam dicentem: *Verbo Domini cœli firmati sunt, et spiritu oris ejus omnis virtus eorum* [59].

II. Sed et gratiæ tempore, cum Salvator ad salutare baptisma accessit, Patre e cœlis testimonium perhibente Filio [60], Spiritus sanctus in columbæ specie advenit. Hic hodierna die Spiritus, in ignis specie supra singulos apostolos sedit [61]. Vides, apostolos quoque sedes esse? *Deus* enim, inquit, *sedet super sedem sanctam suam* [62]. Hic Spiritus mentitum Ananiam morte mulctavit [63]. Hic Spiritus charismatum distribuit dona, *dividens singulis privatim prout vult* [64]. Hoc Spiritu plenus apostolus Paulus, Elymæ mago tenebras ac caliginem effudit [65]. Hunc Gabriel Spiritum fausto nuntio Mariæ promisit, dicens: *Spiritus sanctus superveniet in te, et virtus Altissimi obumbrabit tibi* [66]. Qui idem nunc quoque super nos adveniat, ac nos benedicat. Ipse enim se aquæ commiscet, atque in modum ignis peccata conflat absumitque: ac nuper illuminatos, lucis instar fulgoribus illustrat; nostrique miseretur ut Deus. Quoniam eum decet gloria ac potestas, in sæcula sæculorum: Amen.

A οὐρανοῦ ἐγένετο ὥσπερ φερομένης πνοῆς βιαίας· Καὶ ὅτι Θεὸς τὸ πνεῦμα, διδάχθητι. Ἡσαΐας γάρ φησιν· *Εἶδον τὸν Κύριον καθήμενον ἐπὶ θρόνου ὑψηλοῦ καὶ ἐπηρμένου· καὶ τὰ σεραφὶμ εἱστήκεισαν κύκλῳ αὐτοῦ. Καὶ εἶπε πρὸς μέ· Τίς πορεύσεται πρὸς τὸν λαὸν τοῦτον, καὶ τίνα ἀποστελῶ πρὸς αὐτόν; ἐπαχύνθη γὰρ ἡ καρδία τοῦ λαοῦ τούτου, καὶ τοῖς ὠσὶν αὐτῶν βαρέως ἤκουσαν, καὶ τοὺς ὀφθαλμοὺς αὐτῶν ἐκάμμυσαν, μήποτε ἴδωσι τοῖς ὀφθαλμοῖς αὐτῶν, καὶ τοῖς ὠσὶν αὐτῶν ἀκούσωσι, καὶ τῇ καρδίᾳ συνῶσι, καὶ ἐπιστρέψωσι, καὶ ἰάσωμαι αὐτούς.* Θέλεις οὖν γνῶναι; πνευματομάχε, ὅτι Πνεῦμα ἔδρευσεν ἐπὶ τοῦ θρόνου τοῦ ὑψηλοῦ καὶ ἐπηρμένου; Ἄκουσον Παύλου τοῦ ἀποστόλου, καὶ πείσθητι. Παρεπέμφθη B τῷ Νέρωνι ἐπὶ τὴν Ῥώμην· κατέλαβε τὰ ἐκεῖ πλήθη τῶν Ἰουδαίων· ἐδίδασκεν αὐτοὺς τὸν λόγον τῆς σωτηρίας. *Οἱ μὲν ἐπείθοντο, οἱ δὲ ἠπίστουν. Ἀσύμφωνοι δὲ ὄντες πρὸς ἀλλήλους, ἀπελύοντο· εἰπόντος τοῦ Παύλου ῥῆμα ἕν· Καλῶς εἶπε τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον περὶ ὑμῶν διὰ Ἡσαΐου τοῦ προφήτου· Ἀκοῇ ἀκούσετε, καὶ οὐ μὴ συνῆτε.* Ὁρᾷς ὅτι Κύριος καὶ Θεὸς τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον; ποῦ γὰρ οὐχ εὑρήσεις τὸ Πνεῦμα ἐν τῇ Τριάδι πανταχοῦ δοξαζόμενον ἐν τῷ νόμῳ; Ἄκουσον τοῦ προφήτου λέγοντος· *Τῷ λόγῳ Κυρίου οἱ οὐρανοὶ ἐστερεώθησαν, καὶ τῷ πνεύματι τοῦ στόματος αὐτοῦ πᾶσα ἡ δύναμις αὐτῶν.*

Β'. Ἀλλ' ἐν τῇ χάριτι, ἡνίκα ἐπὶ τὸ σωτήριον βάπτισμα ὁ Σωτὴρ παρεγένετο, ὁ Πατὴρ ἄνωθεν τῷ C Υἱῷ ἐμαρτύρει, καὶ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐν εἴδει περιστερᾶς παρεγένετο. Τοῦτο τὸ Πνεῦμα σήμερον ἐν εἴδει πυρὸς ἐκάθησεν ἐφ' ἕκαστον τῶν ἀποστόλων. Ὁρᾷς ὅτι καὶ θρόνοι οἱ ἀπόστολοι; *Ὁ Θεὸς γάρ*, φησὶ, *κάθηται ἐπὶ θρόνου ἁγίου αὐτοῦ.* Τοῦτο τὸ Πνεῦμα Ἀνανίαν ψευσάμενον ἐθανάτωσε. Τοῦτο τὸ Πνεῦμα διανέμει τῶν ἀγαθῶν τὰ χαρίσματα, *Διαιροῦν ἰδίᾳ καθὼς βούλεται.* Τούτου τοῦ Πνεύματος πλησθεὶς Παῦλος ὁ ἀπόστολος, Ἐλύμαν τὸν μάγον ἐσκότισε. Τοῦτο τὸ Πνεῦμα Γαβριὴλ τῇ Μαρίᾳ εὐηγγέλισατο, λέγων· *Πνεῦμα ἅγιον ἐπελεύσεται ἐπὶ σὲ, καὶ δύναμις Ὑψίστου ἐπισκιάσει σοι.* Αὐτὸ καὶ νῦν ἐπέλθῃ ἐφ' ἡμᾶς καὶ εὐλογήσῃ. Τοῦτο γὰρ συναναμίγνυται τῷ ὕδατι, καὶ χωνεύει τὰς ἁμαρτίας D ὡς πῦρ, καὶ τοὺς νεωφωτίστους λαμπρύνει ὡς φῶς, καὶ ἡμᾶς ἐλεεῖ ὡς Θεός· ὅτι αὐτῷ πρέπει δόξα καὶ κράτος, εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

[55] Act. II, 2. [56] Isa. VI, 1, 2, 8-10. [57] Matth. XIII, 15; Act. XXVIII, 27. [58] Act. XXVIII, 24-26. [59] Psal. XXXII, 6. [60] Luc. III, 22. [61] Act. II, 3. [62] Psal. XLVI, 9. [63] Act. V, 4. [64] I Cor. XII, 11. [65] Act. XIII, 11 [66] Luc. I, 35.

natione operandam nostram salutem: cum adventus Spiritus fuerit in ostensione deitatis; eoque in ignis specie, qui ejus symbolum est. Præterea verba psalmi, *Descendet sicut pluvia in vellus:* non de Spiritu sancto, sed de Verbo, qua carnem in Maria sumit, Ecclesiæ usus exponit in officio diei sacræ Circumcisionis. Miserum est ut singularis unius depravati codicis fidei astringaris; nec æquæ conjecturæ dare aliquid possis. Non potest dici, quod auctor acceperit nomen illud Πνεύματος, quo sensu auctor *Imperfecti*, pro ipso Filio; tum quia valde obscure locutus esset; tum quia ipse brevi post exponit de Spiritu sancto in persona propria. Citatus ille, clare distinguit Spiritum sanctum apud Lucam, ac in negotio Dominicæ incarnationis, a Paracleto, ut valde frigidi sint, qui ex illa ejus expositione, Sabellianismi notam aspersam volunt. Utinam æque facile contraria Arianismi depelli posset. Equidem haud video ut omnino possit, vel in aliquo differat auctor ille ab Eusebianis.

(13) ΛΟΓΟΣ ΙΖ'.

Ἐγκώμιον εἰς τὸν ἅγιον πρωτομάρτυρα Στέφανον.

Α. Ὁ μὲν αἰσθητὸς ἥλιος ὑπὲρ γῆν ἀνατέλλων, ἄρκτουρον, καὶ ὠρίωνα, καὶ πλειάδα, ἢ καὶ αὐτὸν τὸν ἑωσφόρον παρανατέλλοντα (14) ἔχει· ὁ δὲ τῆς δικαιοσύνης ἥλιος ἐκ κόλπων παρθενικῶν ἀναλάμψας, τὰς μὲν ἀστρῴας χορείας, εἰς συνδρομὴν φωτὸς οὐκ ἐπιδέχεται, Στέφανον δὲ τὸν πρωτομάρτυρα συνανατολέα τῶν ἀθανάτων ἀκτίνων πεποίηται. Ἐκεῖνος μὲν τὴν ἀρκτῴαν εἰς τὴν νοτιαίαν τρίβον ἐλαύνων, ποτὲ μὲν συστέλλει, ποτὲ δὲ πλατύνει τῆς ἡμέρας τὰ μέτρα· οὗτος δὲ, τῇ πρὸς ἡμᾶς ἐξ οὐρανῶν ἐπιδημίᾳ τὴν δικαιοσύνην αὐξήσας, ἀμίαντον καὶ ἀμείωτον τὸ ταύτης ἐτήρησε φέγγος· ἐκεῖνος νυκτὸς διάδοχος, οὗτος θανάτου ἀντίπαλος· ἐκεῖνος σκότους φυγαδευτής, οὗτος ἁμαρτίας ἀνατροπεύς· ἐκεῖνος δωδεκάωρον φέγγει, οὗτος δι' αἰῶνος ἀστράπτει. Ἐκεῖνος δι' ἀστέρων ὁδεύει, οὗτος δι' ἀποστόλων ἐκλάμπει· ἐκεῖνος διὰ καιρῶν καὶ χρόνων περιέρχεται, οὗτος διὰ προφητῶν καὶ εὐαγγελιστῶν κηρύττεται· ἐκεῖνος τὰς ὥρας τῷ δρόμῳ ὑφαίνει, οὗτος τῷ λόγῳ τὰς ἐκκλησίας μεγαλύνει. Ἐκεῖνον ἐπὶ ἅρματος οἱ ζωγράφοι ἐπιβεβηκότα γράφουσι, τοῦτον οἱ θεολόγοι ἐπὶ φάτνης ἀναπαυόμενον διαγγέλλουσι· φάτνης, τὸν οὐρανὸν μιμουμένης· φάτνης τοῦ χερουβὶμ παρισουμένης· φάτνης, τῷ ἀῤῥήτῳ θρόνῳ συγκρινομένης· φάτνης, τὴν λογικὴν τροφὴν περιεχούσης· φάτνης, τὴν τοῦ παντὸς ζωὴν ὑποδεξαμένης· φάτνης, τὸν τὰ πάντα βαστάζοντα βασταζούσης· φάτνης, πάσης ὁμοῦ τῆς κτίσεως πλατυτέρας (δν γὰρ ἡ κτίσις οὐ χωρεῖ, τοῦτον ἡ φάτνη διὰ τὴν χάριν ἐχώρησε)· φάτνης, ὑπὸ ἀστέρος ἡμεροδρόμου μηνυομένης· φάτνης, ἐν ἑαυτῇ τὸ θυσιαστήριον προδιαγραφούσης· φάτνης, Ἐκκλησίαν τὸ σπήλαιον ἀποτελεσάσης.

Β'. Δεῦτε τοίνυν, καὶ ἡμεῖς τοὺς εὐσεβεῖς μάγους ζηλώσωμεν, καὶ τὴν Ἐκκλησίαν ἀντὶ τῆς Βηθλεὲμ κατανοήσωμεν· ἀντὶ τοῦ σπηλαίου τὸ ἱερατικὸν ἀσπασώμεθα βῆμα· ἀντὶ τῆς φάτνης τὸ θυσιαστήριον προσκυνήσωμεν· ἀντὶ τοῦ βρέφους περιπτυξώμεθα τὸν διὰ τοῦ βρέφους εὐλογούμενον ἄρτον· ἐφ' ἅπασι δὲ τούτοις τὸν ὑπὸ τοῦ Στεφάνου σήμερον καταγγελλόμενον Βασιλέα δοξάσωμεν. Ὢ ξένου Βασιλέως παράδοξα πράγματα. Χθὲς ἐτέχθη, καὶ σήμερον αὐτῷ Στέφανος προσηνέχθη· Στέφανος, ὁ φερώνυμος μάρτυς· Στέφανος, ὁ ἔμψυχος στέφανος· Στέφανος, τὸ αὐτόπλεκτον διάδημα· Στέφανος, τὸ αὐτοχάλκευτον περίθεμα· Στέφανος, τὸ αὐτοφυὲς τῆς ἰδίας κορυφῆς

[67] Hebr. I, 3. [68] Matth. II, 9.

A

ORATIO XVII.

Laudatio sancti protomartyris Stephani.

I. Sensilis quidem sol supra terram exoriens, Arcturum et Orionem et Pleiades, aut ipsum etiam Luciferum pariter coorientem habet; Sol autem justitiæ e virginali affulgens sinu, etsi astrorum choros quo coacervata luce coruscet, non recipiat, ut tamen immortalibus radiis protomartyr Stephanus cooriretur, effecit. Ille a septentrionali plaga ad australem excurrens, nunc quidem diei contrahit spatia, nunc protrahit; at hic suo ad nos e cœlis adventu justitiam augens, purum integrumque ejus servavit lumen. Ille nocti succedit; hic mortis adversarius est. Ille tenebras fugat; hic peccatum eliminat. Ille per horas duodecim lucet; B hic per sæcula splendet. Ille per astra incedit; hic per apostolos effulget. Ille per tempora et annos oberrat; hic prophetarum et evangelistarum præconio celebratur. Suo ille cursu anni tempestates conficit; hic Ecclesias claras magnificasque sermone reddit. Illum pictores currui insidentem depingunt; hunc theologi in præsepio recumbentem astruunt; præsepio, inquam, cœlorum æmulo; præsepio, cherubinis coæquato; præsepio, ineffabili illi throno comparato; præsepio, rationalem cibum complectente; præsepio, quod universi suscepit vitam; præsepio, eum portante qui portat omnia [67]; præsepio, omni simul creatura latiori; quem enim creatura non capit, eum præsepe per C gratiam capere potuit; præsepio, cujus stella interdiu lucens index est [68]; præsepio, quod in se sacri altaris formam designaret; præsepio, quod speluncam in Ecclesiam vertit.

II. Agite ergo, nos quoque pios ac religiosos magos æmulemur, ac Ecclesiam loco Bethlehem spiritaliter accipiamus; pro spelunca, sacrarium passis avidisque ulnis teneamus; præsepis vice, altare veneremur; pro infante, panem per infantem benedictum complectamur : atque ad hæc omnia, Regem hodie a Stephano annuntiatum, gloria ac laude prosequamur. O novi Regis res admirandas! Heri natus est, eique hodie Stephanus oblatus est. D Stephanus, inquam, pro nominis ratione martyrii corona laureatus; Stephanus, animata corona; Stephanus, a se contextum diadema; Stephanus suæ coronationis artifex; Stephanus, genuinum

(13) Præter alios codices quos citat Riccardus, etiam Seguierianus Procli hanc orationem habet. Stylus universus ac compositio Proclum loquitur; cujus nihil præferebat, quam ei in Stephanum alteram abrogavi, ac legitimo auctori restitui. — Malui scilicet eam Asterii orationem seorsim edere, ac reliquis ejusdem sancti Patris jam editis adjicere, quam confundere cum Procli orationibus, quibuscum nihil commune habet. Adverterat ipse Riccardus (pag. 496) nullos habere Procli characteres; *nullas antitheses, Procio satis familiares, nullam paronomasiam, non pressas sententias, nec sacræ Scripturæ flosculos inspersos :* ut sola codicum antiquitate persuasus ei ascripserit. . . . Photius ergo in sua *Bibliotheca* (cod. CCLXXI) sermonem hunc ut Asterii defloravit; totusque Asterii reliquis stylo ac omnibus consentit. — Hæc Combefisius in *Auctar. nov.* tom. I, pag. 299, ubi exstat laudata *Oratio in sanctum Stephanum* Asterio asserta, quæ in editione Riccardi sub nomine sancti Procli habetur pagg. 485-495; estque num. XVII.

(14) Vat. cod. προανατ.

proprii verticis coronamentum; Stephanus, florigerum fidei germen; Stephanus, fragrantissima charitatis rosa; Stephanus, spei immarcescibilis flos; Stephanus, uberrima gratiæ spica; Stephanus, feracissimus illius vitis sempiternæ vitæ palmes; Stephanus, mellifluus æternitatis botrus; Stephanus, in cœlum usque sublimis Crucifixi propago; Stephanus, totius boni operis ac sermonis plenitudo; Stephanus, inexpugnabilis confessionis turris; Stephanus, inconcussus tolerantiæ scopulus; Stephanus, continentiæ cruciarius armiger; Stephanus, invictus religionis miles; Stephanus, animosus bellici agminis ductor; Stephanus, adversus interfectores Christi orator intrepidus et acer. Defeci, defeci Stephano coronam nectens, etsi necdum nectere cœperim. Sinamus itaque divinam ipsam scripturam Stephano coronam intexere.

III. *Stephanus* enim, inquit, *plenus gratia et fortitudine, faciebat prodigia et signa magna in populo* [49]. Quanam laudem ratione, quam suis gratia digitis coronam intexuit? Quid Stephano tribuam, cum omne martyrum caput ipse coronet? Quid plexæ gratia coronæ possim adjungere? Quanam sermonis vi eum exornem, qui mundo omni splendidior est? Quibus verbis mirabilem eum prædicem, qui innumerabilibus cumulatus est comptusque miraculis? *Stephanus* enim, inquit, *plenus gratia et fortitudine, faciebat signa et prodigia magna in populo.* Gratia et fortitudo coronam Stephano intexebant; utriusque manu ad bonum illud certamen componebatur. Illa quidem ad fidem; hæc ad martyrium eum aptabat. Illa ad ministerium; hæc ad sermonem dux erat. Altera ad securitatem dicendique libertatem; altera ad tolerantiam componebat. Altera ad miracula; altera ad præclara facinora informabat. Gratia et fortitudo, ejusdem dignitatis planta; gratia et fortitudo, coævum germen; gratia et fortitudo, ejusdem radicis caudex; gratia et fortitudo, contubernalis conjugatio; gratia et fortitudo, congeminatus fidei stolo; gratia et fortitudo, consonus concentus; gratia et fortitudo, pulchra palpebrarum venustate honestata rectæ fidei lumina; gratia et fortitudo, gemina Ecclesiæ ubera; gratia et fortitudo, contubernales Christi milites; gratia et fortitudo, vigiles Stephani custodes. *Stephanus* enim, inquit, *plenus gratia et fortitudine.*

IV. Erat Stephanus gratiæ thuribulum, sanctitatis suffimen spirans. Erat fons gratiæ, perennibus virtutum laticibus redundanter exundans. Erat gratiæ Nilus, erumpente pietatis fluxu omnia undique irrigans. Erat pugil gratiæ, qui se adversariorum potentiæ omni opponeret. Miles erat gratiæ, qui in omnem hostium machinam, universaque turbarum ac incursionum genera irrueret: telis occursans; persecutiones forti animo tolerans;

A στεφάνωμα· Στέφανος, τὸ πολυανθὲς τῆς πίστεως βλάστημα· Στέφανος, τὸ τῆς ἀγάπης εὐωδέστατον ῥόδον· Στέφανος, τὸ τῆς ἐλπίδος ἀμάραντον ἄνθος· Στέφανος, ὁ τῆς χάριτος εὐθαλέστατος στάχυς· Στέφανος ὁ τῆς ἀειζώου ἀμπέλου τὸ πολυφόρον κλῆμα· Στέφανος, τῆς ἀθανασίας ὁ μελίστακτος βότρυς Στέφανος, ἡ τοῦ σταυρωθέντος οὐρανομήκης παραφυάς· Στέφανος, παντὸς ἀγαθοῦ ἔργου καὶ λόγου τὸ πλήρωμα· Στέφανος, ὁ τῆς ὁμολογίας ἀκαθαίρετος πύργος· Στέφανος, ὁ τῆς ὑπομονῆς ἀσάλευτος πρόβολος· Στέφανος, ὁ τῆς ἐγκρατείας σταυροφόρος ὁπλίτης· Στέφανος, ὁ τῆς εὐσεβείας ἀήττητος στρατιώτης· Στέφανος, ὁ ἔμψυχος στρατηλάτης· Στέφανος, ὁ κατὰ
B τῶν χριστοκτόνων θαρσαλαῖος ῥήτωρ. Ἔκαμον, ἔκαμον πλέκων τῷ Στεφάνῳ τὸν στέφανον, καὶ οὐδέ πω τῆς πλοκῆς ἐφηψάμην. Τῇ θείᾳ τοίνυν Γραφῇ τὸν Στέφανον στεφανῶσαι παραχωρήσωμεν.

Γ'. *Στέφανος* γὰρ, φησὶ, *πλήρης χάριτος καὶ δυνάμεως ἐποίει σημεῖα καὶ τέρατα μεγάλα ἐν τῷ λαῷ.* Πῶς ἐπαινέσω τὸν Στέφανον, ὃν ἡ χάρις τοῖς οἰκείοις δακτύλοις ἐπλέξατο; τί χαρίσωμαι τῷ Στεφάνῳ, πᾶσαν κεφαλὴν μαρτύρων στεφανοῦντι; τί δύναμαι προσθῆναι τῷ τῇ χάριτι πεπλεγμένῳ στεφάνῳ; ποίῳ λόγῳ κοσμήσω τὸν παντὸς φαιδρότερον κόσμου; ποίοις ῥήμασι θαυμάσω τὸν μυρίοις κομῶντα τοῖς θαύμασι; *Στέφανος* γὰρ, φησὶ, *πλήρης χάριτος καὶ δυνάμεως, ἐποίει σημεῖα καὶ τέρατα μεγάλα ἐν τῷ λαῷ.* Χάρις καὶ δύναμις τῷ Στεφάνῳ τὸν στέφανον ἔπλεκον· ἐξ ἑκατέρας χειρὸς πρὸς τὸν
C ἀγῶνα τὸν καλὸν συνετίθετο. Ἡ μὲν πρὸς τὴν πίστιν αὐτὸν, ἡ δὲ πρὸς τὸ μαρτύριον ἥρμοζεν. Ἡ μὲν πρὸς τὴν διακονίαν, ἡ δὲ πρὸς τὸν λόγον ὡδήγησεν. Ἡ μὲν πρὸς παῤῥησίαν, ἡ δὲ πρὸς ὑπομονὴν διερρύθμιζεν. Ἡ μὲν πρὸς θαύματα, ἡ δὲ πρὸς κατορθώματα παρεσκεύαζεν. Χάρις καὶ δύναμις, ὁμότιμον φύτευμα· χάρις καὶ δύναμις, ὁμόχρονον βλάστημα· χάρις καὶ δύναμις, ὁμόῤῥιζον κλάδευμα· χάρις καὶ δύναμις, ὁμοδίαιτος συζυγία· χάρις καὶ δύναμις, τὸ διττὸν τῆς πίστεως μόσχευμα· χάρις καὶ δύναμις, ὁμόηχος συμφωνία· χάρις καὶ δύναμις, οἱ καλλιβλέφαροι τῆς ὀρθοδοξίας ὀφθαλμοί· χάρις καὶ δύναμις, οἱ δίδυμοι τῆς Ἐκκλησίας μασθοί· χάρις καὶ δύναμις, αἱ ὁμόσκηνοι τοῦ Χριστοῦ στρατιώτιδες· χάρις καὶ δύναμις, οἱ τοῦ Στεφάνου ἄγρυπνοι φύλακες.
D *Στέφανος* γὰρ, φησὶ, *πλήρης χάριτος καὶ δυνάμεως.*

Δ'. Θυμιατήριον τῆς χάριτος ἦν ὁ Στέφανος, τὸ τῆς ἁγιωσύνης περιπνέον θυμίαμα. Πηγὴ ἦν τῆς χάριτος, ἀεννάοις ἀρετῆς πλημμυρῶν τοῖς νάμασι. Νεῖλος ἦν τῆς χάριτος, τῷ τῆς εὐσεβείας περιδλύζων ῥεύματι. Ἀθλητὴς ἦν τῆς χάριτος, πρὸς πᾶσαν ἀνταγωνιστῶν ἀντιφερόμενος δύναμιν. Στρατιώτης ἦν τῆς χάριτος, πρὸς πᾶσαν τῶν ἐναντίων μηχανὴν, τῶν τε θορύβων τὰ παντοῖα, καὶ τὴν ἐπανάστασιν ἐπιφερόμενος· ἀπαντῶν τοῖς τοξεύμασι· τοῖς διωγμοῖς ἐγχαρτερῶν·

[49] Act. vi, 8.

τοῖς θαύμασιν ἐγχορεύων· τὰ πάθη διώκων· τὰς νόσους φυγαδεύων· τοὺς δαίμονας ἀπελαύνων· τοῖς πτωχοῖς ὑπηρετῶν· τοὺς ἀῤῥώστους παραμυθούμενος· ταῖς χήραις ἐπαμύνων· ὀρφανῶν προϊστάμενος· ἀδικουμένων προασπίζων· τὸ κήρυγμα πλατύνων· τὴν πίστιν διαγγέλλων· τὸν σταυρὸν θεολογῶν· τοῖς ἥλοις ἐγκαυχούμενος· τὸν κάλαμον ἐκθειάζων· τὰ δεσμὰ μεγαλύνων· τὴν λόγχην διακηρύττων· τὴν ὑπὲρ τοῦ κόσμου πληγεῖσαν πλευρὰν εὐφημῶν· τὸ θανατοκτόνον πάθος προσκυνῶν· τὴν φάτνην προβαλλόμενος· τοῖς σπαργάνοις ἐγγαυρούμενος· τῷ ῥαπίσματι σεμνυνόμενος· τὸ Πιλάτου δικαστήριον οὐκ ἐπαισχυνόμενος· τὸν τάφον οὐκ ἐπικρυπτόμενος· τὴν ἀνάστασιν μεγαλαυχούμενος· Ἰουδαίους ἐλέγχων· Φαρισαίους ἐντρέπων· Σαδδουκαίους ὀνειδίζων· γραμματεῖς ἐπιστομίζων· τὸν νόμον ἑρμηνεύων· τοὺς προφήτας διερευνώμενος· τὰς Γραφὰς διανοίγων· λάμποντα τὸν Χριστὸν ἐν αὐταῖς ἐκκαλύπτων· τοῖς σταυρώσασιν ἐπεμβαίνων· τοῖς παρανόμοις ἐπιτιμῶν· τοῖς ἀσεβέσιν ἐναλλόμενος· τοὺς ἀπίστους τῇ πίστει καταγωνιζόμενος· τοῖς πανταχόθεν ἐπιδημοῦσιν Ἰουδαίοις περὶ τοῦ κηρύγματος συμπλεκόμενος. *Ἀνέστησαν γάρ τινες τῶν ἐκ τῆς συναγωγῆς τῆς λεγομένης Λιβερτινῶν, καὶ Κυρηναίων, καὶ Ἀλεξανδρέων, καὶ τῶν ἀπὸ Κιλικίας καὶ Ἀσίας, συζητοῦντες τῷ Στεφάνῳ, καὶ οὐκ ἴσχυον ἀντιστῆναι τῇ σοφίᾳ καὶ τῷ πνεύματι ᾧ ἐλάλει.* Πολλὰ τὰ κύματα· ἀλλ' ἐπουράνιος ὁ κυβερνήτης. Πυκναὶ αἱ θύελλαι· ἀλλὰ σταυροφόρον τὸ πλοῖον. Ἐπάλληλαι αἱ καταιγίδες· ἀλλ' ἡ τρόπις ἄνωθεν ἐσφιγμένη. Οὐ δύναται τὰ κύματα πρὸς οὐρανὸν ἀντεγείρεσθαι· οὐ δύναται πνεῦμα πονηρὸν τῷ ἄνωθεν Πνεύματι μάχεσθαι· οὐ δύναται λυθῆναι σκάφος τῇ ζωῇ κυβερνώμενον.

Ε'. *Ἀνέστησαν δέ τινες τῶν ἐκ τῆς συναγωγῆς τῆς λεγομένης Λιβερτινῶν, καὶ Κυρηναίων, καὶ Ἀλεξανδρέων, καὶ τῶν ἀπὸ Κιλικίας, καὶ Ἀσίας συζητοῦντες τῷ Στεφάνῳ· καὶ οὐκ ἴσχυον ἀντιστῆναι τῇ σοφίᾳ καὶ τῷ πνεύματι ᾧ ἐλάλει.* Καὶ περὶ τίνος ἡ ζήτησις; περὶ τοῦ ἀῤῥήτως κυοφορηθέντος· περὶ τοῦ παρὰ φύσιν τεχθέντος· περὶ τοῦ ὑπὲρ λόγον θηλάσαντος. Πῶς δίχα μίξεως ἡ Παρθένος μήτηρ ἐγένετο· πῶς μετὰ ὠδῖνας πάλιν παρθένος ηὑρίσκετο· πῶς ἡ φύσις τῷ θαύματι παρεχώρησε· πῶς ἐπὶ τῆς Μαρίας τοὺς ἰδίους οὐκ ἐξεζήτησεν ὅρους· πῶς ὁ ἀχώρητος εἰς βρέφος συνεστέλλετο· πῶς ἔμβρυον ἦν, καὶ τὰ πανταχοῦ διέπλαττεν ἔμβρυα· πῶς ἐτίκτετο, καὶ πᾶσι παρεῖχε τὸ τίκτεσθαι· πῶς ἐθήλαζε, καὶ πᾶσι τοῖς θηλάζουσι τὰς πηγὰς ἐχορήγει τοῦ γάλακτος. Πόση τοῦ νόμου καὶ τῆς χάριτος ἡ διαφορά· πῶς ὁ μὲν κατακρίνει, ἡ δὲ συγχωρεῖ· ὁ μὲν κολάζει, ἡ δὲ διασώζει· ὁ μὲν ὑπηρετεῖ, ἡ δὲ

miraculis triumphans; ægritudines depellens (15); morbos fugans; dæmones abigens; pauperibus inserviens; ægris solatia præbens; viduas ab injuria defendens; orphanos tutans; eos qui injuria afficerentur, propugnans; prædicationem dilatans; fidem divulgans; divina crucis mysteria enarrans; clavis glorians; arundinem divine extollens; vincula commendans; lanceam celebri præconio prosequens; latus mundi causa vulnere confossum summis laudibus evehens; passionem mortis enectricem (16) veneratione colens; præsepe prætendens; fascias ostentans; alapam honestamento deputans; non erubescens tribunal Pilati; sepulcrum non occulens; resurrectione magnifice glorians; Judæos arguens; Pharisæos pudore confundens; Sadducæis exprobrans; scribarum ora obstruens; legem interpretans; scrutans prophetas; Scripturas aperiens; Christum in illis lucentem detegens; crucifixoribus insultans; iniquos incusans; contra impios insurgens; fide infideles expugnans; cum Judæis ubique gentium degentibus, de prædicatione ac evangelio congrediens atque disputans. *Surrexerunt* enim *quidam de synagoga quæ appellabatur Libertinorum et Cyrenensium et Alexandrinorum, et eorum qui erant a Cilicia et Asia, disputantes cum Stephano: et non poterant resistere sapientiæ et Spiritui qui loquebatur* [70]. Multi sunt fluctus; at cœlestis est gubernator. Crebræ sunt procellæ; at crucem defert navigium. Turbines sese mutuo excipiunt; sed adstricta est desuper carina. Non valent fluctus contra cœlum insurgere. Nequit spiritus nequam cum cœlesti Spiritu bellare. Interire scapha non potest, quæ ab ipsa vita gubernatur.

V. *Surrexerunt autem quidam de synagoga quæ appellabatur Libertinorum et Cyrenensium et Alexandrinorum, et eorum qui erant a Cilicia et Asia, disputantes cum Stephano; et non poterant resistere sapientiæ et Spiritui qui loquebatur.* De quonam vero movebatur quæstio? De eo qui ineffabili ratione conceptus fuisset; præter naturæ natus ordinem; supra rationem lactatus. Quomodo nimirum Virgo sine concubitu mater effecta sit: quomodo rursum a partu virgo sit inventa: quomodo natura miraculo cesserit: quomodo in Maria suas ipsa leges non exquisierit: quomodo qui capi nequit, sese in infantem contraxerit: quomodo gestatus in utero fetus esset, qui cunctos in utero efformabat fetus: quomodo gigneretur, omnibusque gignendi vim præberet: quomodo lac sugeret, ac lactis fontes lactantibus omnibus suggereret. Quæ quantave foret legis et gratiæ differentia: quemadmodum

[70] Act. VI, 9, 10.

(15) *Ægritudines depellens*, τὰ πάθη διώκων ἐγχορεύειν, quo et sequentibus miracula declarat, quibus dixerat Stephanum ἐγχορεύειν· *eis velut tripudiare*: quocirca non probo quod Riccardus reddit: *perturbatos animi motus sedans.*

(16) *Passionem mortis enectricem*, τὸ θανατοκτόνον πάθος. Quippe mortem nostram Dominus moriendo destruxit. Male Riccardus *passionem mortem inferentem*; nisi omissum est aliquid, aut male typis expressum.

illa quidem damnet; hæc vero indulgeat : mulctet illa; hæc salvet : illa ancilletur; hæc dominetur : illa peccatum inferat; hæc peccatum auferat : illa gladium intentet; hæc misericordiam agitet : illa lictoris obtineat locum, hæc regia auctoritate decernat : illa reo restim innectat; hæc autem benigna ac clementi dextera mortis symbolum tollat.

VI. Porro Stephano talia tantaque adversum Judæos divinæ gratiæ nomine edisserente : *invadentes*, inquit, Dei hostes, *ac corripientes eum, adduxerunt in concilium* [71]. Ubi raptus, illic Judæorum concursus : ubi tumultus, illic Christi osor populus : ubi iniqua struitur cædes, illic adest scribarum concilium. Quid Moysis cathedram sceleste fœdas? Quid sedem deturpas quam lux decoravit? Moysis lex ait : *Non occides; non falsum testimonium dices* [72]. Vel ergo legem servato, vel locum deserito. *Statuerunt autem falsos testes, qui dicerent : Homo iste non cessat loqui verba blasphemiæ adversus locum sanctum istum et legem. Audivimus enim eum dicentem : Quoniam Jesus Nazarenus hic destruet locum istum, et mutabit traditiones quas tradidit nobis Moyses* [73]. Rursum itaque : *Summiserunt falsos viros qui dicerent, se audivisse eum dicentem verba blasphemiæ in Moysen et in Deum* [74]. Nunc, o sycophanta, Moysen admiraris? Nunc tanquam legislatorem honoras, quem viventem exsecrabaris? Nunc uti legis æmulator incalescis? Nunc pro Deo indignaris? Nunc tanquam blasphemia appetatur, ulciscris? Nonne in primis lapides in Moysen jactasti? Nonne lapides lignaque ac simulacra Deo semper præposuisti? Nunc vero ut cædem perpetres, religionis cultum prætexis? Ut insontem effundas sanguinem, Dei pietatem assimulas? tu, inquam, tunc pariter, nuncque veritatis perturbator : tunc perinde audacter injurius, nuncque nefastus ac impius cultor; studiosus improbusque sanguinum quos fundas, negotiator, qui falsorum semper testium cogas officinam. *Statuerunt* enim, inquit, *falsos testes, qui dicerent : Homo iste non cessat loqui verba blasphemiæ in Moysen et in Deum, et adversum locum sanctum istum et legem.* Quænam verba? *Audivimus enim eum dicentem, Quoniam Jesus Nazarenus hic destruet locum istum* [75]. Quid ergo? Num si Stephanum occides, locus forsan non destruetur? Imo multo magis destruetur, eo maxime quod et dominum et servum occideris : quod et pastorem et ovem mactaveris : quod Regem simul et militem trucidaveris. Non potest civitas, jugulato in ea rege, stare. Nullus amplius honor templo habetur, ubi Domini cædes fuerit perpetrata. Num enim Stephanus pronuntiavit : *Ecce relinquetur domus vestra deserta* [76]? Nunquid Stephanus dixit : *Non relinquetur in templo lapis super lapidem* [77]? O nova miracula! Proh per-

A αὐθεντεῖ· ὁ μὲν τὴν ἁμαρτίαν ἐπιτρίβει, ἡ δὲ τὴν ἁμαρτίαν ἐξαφανίζει· ὁ μὲν τὸ ξίφος ἐπιτείνεται, ἡ δὲ τὸ ἔλεος μεταχειρίζεται· ὁ μὲν δημίου τάξιν ἐπέχει, ἡ δὲ βασιλικῶς ἐξουσιάζει· ὁ μὲν τῷ καταδίκῳ τὸ σπαρτίον περιτίθησιν, ἡ δὲ φιλανθρώπῳ δεξιᾷ τὸ τοῦ θανάτου σύμβολον ἀφαιρεῖται.

Ϛ'. Τοσαῦτα τὰ (17) τοῦ Στεφάνου περὶ τῆς χάριτος θεολογοῦντος πρὸς τοὺς Ἰουδαίους· *ἐπιστάντες*, φησίν, οἱ θερμάχοι, *καὶ συναρπάσαντες αὐτὸν, ἤγαγον εἰς τὸ συνέδριον.* Ὅπου ἁρπαγὴ, ἐκεῖ Ἰουδαϊκὴ συνδρομή· ὅπου ταραχὴ, ἐκεῖ ὁ μισόχριστος δῆμος· ὅπου φόνος ἄδικος μελετᾶται, ἐκεῖ γραμματέων συνέδριον. Τί μιαίνεις τὴν καθέδραν Μωϋσέως, παράνομε; τί μολύνεις θρόνον, ὃν ὁ νόμος ἐκόσμησεν; ὁ νόμος Μωϋσέως εἶπεν· *Οὐ φονεύσεις· οὐ ψευδομαρτυρήσεις.* Ἢ τοίνυν τήρησον τὸν νόμον, ἢ τοῦ τόπου ἀπόστηθι. *Ἔστησαν δὲ μάρτυρας ψευδεῖς λέγοντας· Ὁ ἄνθρωπος οὗτος οὐ παύεται λαλῶν ῥήματα βλάσφημα κατὰ τοῦ τόπου τοῦ ἁγίου τούτου καὶ τοῦ νόμου. Ἀκηκόαμεν γὰρ αὐτοῦ λέγοντος, ὅτι Ἰησοῦς ὁ Ναζωραῖος οὗτος καταλύσει τὸν τόπον τοῦτον, καὶ ἀλλάξει τὰ ἔθη ἃ παρέδωκεν ἡμῖν Μωϋσῆς.* Πάλιν οὖν *ὑπέβαλον ἄνδρας ψευδεῖς λέγοντας· ὅτι ἀκηκόαμεν αὐτοῦ λαλοῦντος ῥήματα βλάσφημα εἰς Μωϋσῆν καὶ τὸν Θεόν.* Νῦν Μωϋσέα θαυμάζεις, ὦ συκοφάντα; νῦν ὡς νομοθέτην τιμᾷς, ὃν ζῶντα διέπτυες; νῦν ὡς ζηλωτὴς τοῦ νόμου διαθερμαίνεις; νῦν ὑπὲρ Θεοῦ ἀγανακτεῖς; νῦν ὡς βλασφημούμενον ἐκδικεῖς; οὐ πρὸ πάντων κατὰ Μωϋσέως λίθους ἔβαλες; οὐ τοῦ Θεοῦ λίθους, καὶ ξύλα, καὶ ξόανα προετίμησας πάντοτε; καὶ νῦν ἵνα ποιήσῃς φόνον, εὐλάβειαν ἐπαγγέλλῃ; ἵνα ἐκχύσῃς αἷμα ἀθῶον, θεοσέβειαν σχηματίζῃς; ὁ καὶ τότε, καὶ νῦν τὴν ἀλήθειαν συνταράσσων· ὁ καὶ τότε τολμηρῶς ἐνυβρίζων, καὶ νῦν ἀνοσίως τιμῶν· ὁ κακῶς ἀγοράζειν αἵματα μελετήσας· ὁ πάντοτε ψευδομαρτύρων ἐργαστήριον συγκροτῶν. *Ἔστησαν* γὰρ, φησὶ, *μάρτυρας ψευδεῖς λαλοῦντας· ὁ ἄνθρωπος οὗτος οὐ παύεται λαλῶν ῥήματα εἰς Μωϋσῆν καὶ εἰς τὸν Θεὸν, καὶ κατὰ τοῦ τόπου τοῦ ἁγίου τούτου καὶ τοῦ νόμου.* Ποῖα ῥήματα; *Ἀκηκόαμεν γὰρ αὐτοῦ λέγοντος, ὅτι Ἰησοῦς ὁ Ναζωραῖος οὗτος καταλύει τὸν τόπον τοῦτον.* Τί οὖν; ἐὰν φονεύσῃς τὸν Στέφανον, ὁ τόπος οὐ καταλυθήσεται; μᾶλλον οὖν καταλυθήσεται, ὅτι καὶ δεσπότην καὶ δοῦλον ἐφόνευσας· ὅτι τῷ ποιμένι τὸ πρόβατον συγκατέθυσας· ὅτι τῷ βασιλεῖ τὸν στρατιώτην συγκατέσφαξας. Οὐ δύναται πόλις ἑστάναι, ἔνθα ὁ βασιλεὺς κατεσφάγη. Οὐκέτι τιμᾶται ναὸς, ἔνθα δεσποτικὸς φόνος ἐτελέσθη. Μὴ γὰρ Στέφανος ἀπεφήνατο· *Ἰδοὺ ἀφίεται ὁ οἶκος ὑμῶν ἔρημος;* Μὴ γὰρ Στέφανος εἶπεν· *Οὐ μὴ μείνῃ ὧδε λίθος ἐπὶ λίθον;* Ὦ τοῦ παραδόξου θαύματος! ὦ τοῦ παραλόγου πράγματος!

[71] Act. VI, 12. [72] Exod. XX, 13, 16. [73] Act. VI, 13, 14. [74] ibid. 11. [75] ibid. 13, 14. [76] Matth. XXIII, 38 [77] Matth. XXIV, 2.

(17) Ἴσ. δέ.

Θεὸς ἀπεφήνατο, καὶ ἄνθρωπος κρίνεται. Χριστὸς κατεψηφίσατο, καὶ Στέφανος δίδωσι δίκας. Ὁ βασιλεὺς ἠλήθευσε, καὶ ὁ στρατιώτης εὐθύνεται. Σὺ τῆς τοιαύτης ἀποφάσεως αἴτιος εἶ, ὦ Ἰουδαῖε. Ἔπηξας σταυρὸν, καὶ τὴν Ἱερουσαλὴμ ἀνεμόχλευσας· εἶπας, *Τὸ αἷμα αὐτοῦ ἐφ' ἡμᾶς καὶ ἐπὶ τὰ τέκνα ἡμῶν*. Δέχου τοίνυν τὴν καταδίκην, ἣν αὐτὸς διώρισας. A

Ζ'. Ὑπάρχων δὲ, φησὶ, *Στέφανος πλήρης Πνεύματος ἁγίου, ἀτενίσας εἰς τὸν οὐρανὸν, εἶδε δόξαν Θεοῦ, καὶ Ἰησοῦν ἑστῶτα ἐκ δεξιῶν τοῦ Θεοῦ*. Καὶ μὲν πῶς ὁ Παῦλος καθεζόμενον αὐτὸν λέγει; *Ἐκάθισε* γὰρ, φησὶν, *ἐν δεξιᾷ τοῦ θρόνου τῆς μεγαλοσύνης τοῦ Θεοῦ ἐν ὑψηλοῖς*. Τί οὖν τὸ αἴτιον τοῦ νῦν αὐτὸν ἑστάναι; ποία σπουδὴ ἐκ τῶν πατρικῶν αὐτὸν ἐγείρεσθαι θρόνων; Εἶδε τὸν B ἀθλητὴν ἀγωνιζόμενον, καὶ βραβεῦσαι αὐτῷ τὴν νίκην, ἀνέστη. Εἶδε τὸν ἀεροπόρον ναύτην ἐπειγόμενον ἄνω, καὶ τοὺς οὐρανοὺς αὐτῷ ἀντὶ λιμένος ἠνέῳξε. Μὴ φοβηθῇς, φησὶν, ὦ Στέφανε. Οὐδείς σου τὴν πάλην παραβραβεύσει. Δεξιάν σοι βουλόμενος δοῦναι, ἐκ τῶν θρόνων ἀνέστην. Εἰς ἐμὲ τὸν σταυρωθέντα βλέπων, τῆς συμπλοκῆς κατατόλμησον. Ἐκεῖνός εἰμι ὃν εἶδες ἐν τῷ ξύλῳ κρεμάμενον σαρκὶ· τῇ προσηλώσει ἐν αὐτῇ σὲ βραβεύσω. Ἀγωνοθέτης εἰμὶ· ἀλλὰ γὰρ καὶ ἀθλητὴς μαρτυρίου γεγένημαι. Ἐπὶ τοῦ σταυροῦ, ὡς ἐπὶ παλαίστρας ἐπάλαισα. Ἐν τῷ με συλλαβεῖσθαι, τὸν ἀντίπαλον διάβολον ἔρρηξα. Μὴ φοβηθῇς τοὺς λιθάζοντας· ἄκοντές σοι κλίμακα πρὸς οὐρανὸν προστιθέασι· μὴ φοβηθῇς τοὺς λιθάζοντας, βαθμοί σοι πρὸς οὐρανὸν οἱ λίθοι γενήσονται· μὴ φοβηθῇς τοὺς λίθους, τὸν ἀκρογωνιαῖον λίθον ἔνδοθεν περιφέρων Ἰησοῦν Χριστὸν Θεόν· ᾧ ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος, εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν. C

versum turbatumque judicium! Deus sententiam tulit, homoque judicio sistitur. Christus damnavit, pœnasque Stephanus luit. Rex verum edixit, et miles mulctatur. Tu ejusmodi sententiæ auctor es, o Judæe. Fixisti crucem, ac Hierusalem subruisti. Dixisti: *Sanguis ejus super nos, et super filios nostros* [78]. Pendito nunc, quod tu tibi supplicium indixisti.

VII. *Cum esset autem*, inquit, *Stephanus plenus Spiritu sancto, intendens in cœlum vidit gloriam Dei, et Jesum stantem a dextris Dei* [79]. At quomodo Paulus eum sedere dixit? *Sedet* enim, inquit, *ad dexteram throni majestatis Dei in excelsis* [80]. Quæ ergo ratio ut stet modo? Quænam sollicitudo tam sedula eum e paterno solio surgere fecit? Vidit pugilem in stadio certantem, et ut victori bravium daret, assurrexit. Vidit alta petentem nautam in sublime actum, eique portus loco aperuit cœlos. Ne, inquit, Stephane, timeas; nullus te tuo luctaminis bravio fraudabit. Ut tibi dexteram porrigerem e throno surrexi. In me cruci affixum oculos conjiciens, audacter congredere. Ille ipse sum, quem in ligno vidisti carne suspensum; ea clavorum in carne fixione, certaminis tibi præmium tradam. Præses sum certaminis; qui tamen ipse martyrii athleta exstiterim. In cruce namque velut palæstra, lucta defunctus sum. Dum interim comprehensus essem, obluctatorem diabolum magno impetu illisum profligavi. Ne timeas eos qui lapidibus impetunt; inscii nolentesque scalas tibi in cœlum applicant. Ne timeas lapidantes; lapides gradus tibi erunt in cœlum. Ne lapides timeas, qui Jesum Christum Deum summangularem lapidem intus ac repositum animo circumferas: cui gloria ac potestas in sæcula sæculorum. Amen.

ΛΟΓΟΣ ΙΗ'.

Ἐγκώμιον εἰς τὸν ἅγιον Παῦλον τὸν ἀπόστολον.

Α'. Οὐδεὶς ἀσθενεῖ Παύλου ἀθλοῦντος· μετὰ γὰρ τῶν σουδαρίων αὐτοῦ, καὶ αἱ μνῆμαι τὰς νόσους θερίζουσι. Οὐδεὶς οὖν ἀσθενεῖ Παύλου ἀθλοῦντος. Ἰσχυρὸν ἀῤῥωστημάτων φάρμακον, ὁ ἄθλος τοῦ σκηνοῤῥάφου. Διὰ τοῦτο λαμπρὰ τοῦ Παύλου ἡ πανήγυρις· θαυμαστὰ τὰ τοῦ Ταρσέως θέατρα. Πάντα σκιρτᾷ ἀγωνιζωμένου τοῦ Παύλου, τοῦ τῆς εὐσεβείας πύκτου· παράδεισος ὃν ᾥκησεν· οὐρανὸς ὃν ἥρπασεν· κόσμος ὃν ἐσόφισεν· ἄβυσσος ἣν ἡγίασεν· ἥλιος ᾧ συνέδραμεν· ἡ σπυρὶς ἣν ἐλάμπρυνεν· κτίσις ἣν ἐνίκησεν· ἡ Ἐκκλησία ἣν ἐπελάγισε· τὸ δεσμωτήριον ὃ ἐφώτισεν· ὁ τάφος ὃν ἐκόσμησεν. Πάντα βλέπει τοῦ Παύλου τοὺς ἄθλους· τοῦ σκηνοῤῥάφου τοὺς δρόμους· τοῦ ἀθλητοῦ τὰς πάλας· τοῦ πύκτου τὰ στίγματα· τοῦ στρατιώτου τὰ τρόπαια· τοῦ κυβερνήτου τὸν φόρτον· τοῦ γεωργοῦ τὸν ἀμπελῶνα· τοῦ ἰατροῦ D

(18) ORATIO XVIII.

Laudatio sancti Pauli apostoli.

I. Nullus Paulo certante languet. Una enim cum ejus sudariis, etiam memoriæ languores amputant. Nullus ergo Paulo certante languet. Forte languorum medicamen, pellionis exsistit certamen. Quocirca præclara est solemnis Pauli celebritas; admiranda Tarsensis illius spectacula. Gestiunt cuncta decertante Paulo pietatis pugili; paradisus, quem ipse incoluit; cœlum, quod rapuit; mundus, quem sapientia imbuit; maris profunda, quæ sanctificavit; sol, cum quo æmulo contendebat cursu; sporta, quam illustrem fecit; creatura, quam vicit; Ecclesia, quam uberioribus fluentis inundavit; carcer, quem illuminavit; sepulcrum, quod exornavit. Spectant universa Pauli certamina; pellionis nimirum cursus; athletæ luctam; pugilis stigmata; militis tropæa; gubernatoris onus ac merces; agricolæ vi-

[78] Matth. xxvii, 25. [79] Act. vii, 55. [80] Hebr. xii, 2.

(18) Hæc Procli Oratio, sequenti in *Andream apostolum* valde affinis est, ut etiam eadem verba ex altera in alteram ab auctore derivata sint. Adeo autem effuse in Pauli rapitur laudes, ut pene mirifica amoris vi velut se excessisse significet. Exscripta est e codice antiquo Vatic.

neam; medici medicamentorum narthecium; aquilæ volatum; dæmonum casum; diaboli confusionem; synagogarum desolationem; idolorum demolitionem; crucis potestatem ac victoriam; vocis frenum; fulguris prædam; furoris audaciam; vocationis benignitatem; rectam respondentis sententiam; cæcitatis medelam; piscinæ partum; prædicationis libertatem; legis obliterationem; verbi declamationem. Vicit namque bellans, et simplici veracique oratione velut tonitruo perculit. Ubique gentium Paulus invictus miles. Mundus intorquebat tela, et fides lorica eum armabat. Tarsus protulit; sed paradisus rapuit. Damascus regeneravit; sed mundus beatum prædicavit. Roma tumulavit; sed cœlum coronavit. Stigmatis corpus compunctum est; omnisque lingua præclaris certamen laudibus celebravit. Ut mox solemnitatum radii erumpunt, Pauli res omnes maximam quamdam habent admirationem. Epistolæ, salutis sunt retia; sudaria, morborum falces; lingua, crucifixi tuba; casus, orbis terrarum resurrectio; cæcitas, dilucida fidei perspicacitas; sporta, evangelii sagena; plagæ, orbis medelæ; cursus, braviorum comparatio; naufragium, ecclesiæ clavus; catenæ, vinculum dilectionis; sanguis, libamen clementiæ; sepulcrum, ingenuitas Romanorum; memoria, orthodoxorum gloriatio.

δευτερούμενον· ἐνατένισον οὐρανῷ δεξιουμένῳ τὰ σά· εἰ μὴ χωρῇ σου τὸ βλέμμα θεωρῆσαι τὴν εἴσοδον, τῶν ἀγγέλων ἄκουσον μηνυόντων τὴν ἄνοδον· *Οὗτος*, φησίν, *ὁ Ἰησοῦς ὁ ἀναληφθεὶς ἀφ' ὑμῶν εἰς τὸν οὐρανόν*· καὶ τί τῆς ἀναλήψεως τοῦ Ἰησοῦ τοῖς ἀνθρώποις τὸ κέρδος, τῆς τούτου θεωρείας οὐκ οὔσης λοιπὸν ὀφθαλμοῖς ἀπολαῦσαι; Ναί φησιν· *Οὕτως γὰρ ἐλεύσεται ὃν τρόπον ἐθεάσασθε αὐτὸν πορευόμενον εἰς τὸν οὐρανόν*· ἀσφαλεῖς αἱ τοῦ γένους τῶν ἀνθρώπων εὐέλπιδες, ἐν οὐρανῷ βασιλέα συγγενῆ κεκτημένοις, καὶ πάλιν αὐτοῖς φανησόμενον ἐνδόξως.

A tum: cerne cœlum generi tuo patefactum. Quod si oculus tuus Christi ingressum spectare non valet, audi angelos qui regressurum prædicunt. *Hic*, inquiunt, *Jesus qui assumptus est a vobis in cœlum*, (sane quid prodesset hominibus Jesu ascensio, si forte eum nunquam postea fuissent visuri?) *hic utique sic reversurus est, ut eum vidistis euntem in cœlum* [47]. Firma est itaque humani generis spes, quæ regem sibi conformem in cœlo habet, qui denuo se conspiciendum dabit.

Ε'. Εὐχώμεθα τοίνυν τῆς οὐρανίας ἐλπίδος εὐέλπιδες Χριστῷ πιστεύοντες· τῷ τῆς εἰρήνης ἐνεχύρῳ θαῤῥῶμεν· ὅσα φίλα Θεῷ ἐργασώμεθα, σεσωσμένων εὐχαριστίαν ἐπιδεικνύμενοι. Φιλανθρωπευθέντων ἐπανόρθωσιν ἔχομεν· ἀποστῶμεν σαρκικῶν ἐπιθυμιῶν ὡς ἀσωμάτων πολῖται· ἁγιωσύνην τελῶμεν ὡς ναὸς Θεοῦ καὶ ἁγίας ἀνθρωποτήτος μέλη· εἰρηνεύωμεν πρὸς τὸν Θεὸν τὸν ἀντὶ κολάσεως βασιλείων ἡμῖν χαρισάμενον, καὶ διπλασιάσαντα τὴν τοῦ προφήτου φωνήν· πρότερον μὲν γὰρ ὁ προφήτης ἐβόα· *Ὁ οὐρανὸς τοῦ οὐρανοῦ τῷ Κυρίῳ, τὴν δὲ γῆν ἔδωκεν τοῖς ἀνθρώποις*· νῦν δὲ καὶ τὴν γῆν ἔδωκεν τοῖς ἀνθρώποις, καὶ ὁ οὐρανὸς τοῦ οὐρανοῦ τῷ ἀνθρώπῳ. Διὸ λέγει τὸ ἅγιον Πνεῦμα διὰ τοῦ προφήτου· *Πάντα τὰ ἔθνη, κροτήσατε χεῖρα*· διὰ τί; *Ὅτι Κύριος ὕψιστος φοβερὸς, βασιλεὺς μέγας ἐπὶ πᾶσαν τὴν γῆν*. Καὶ πάλιν· *Ἀνέβη ὁ Θεὸς ἐν ἀλαλαγμῷ, Κύριος ἐν φωνῇ σάλπιγγος*· αἱ τῶν οὐρανῶν δυνάμεις αἰτίνες ἐβόων, *Ἅγιος, ἅγιος, ἅγιος*, τριτὴν δοξολογίαις μίαν κυριότητα ὁμολογοῦσαι· αὐτῷ ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος σὺν τῷ παναγίῳ καὶ ἀγαθῷ καὶ ζωοποιῷ Πνεύματι, νῦν καὶ ἀεὶ καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας.

V. Quam ob rem gloriemur hac cœlestium rerum spe freti, Christo credentes; in hac pacis arrha confidamus, et quidquid Deo placitum est operemur, ut gratos nos saluti datæ præstemus. Clementiæ beneficio usi, vitam emendemus; carnalibus cupiditatibus, ceu angelorum sodales, abstineamus; sanctitatem sectemur, qui templum Dei [48], et sanctificatæ humanitatis membra sumus; pacem cum Deo conservemus, qui pro pœna nobis regnum largitus est, et prophetæ dictum duplicavit. Olim quippe propheta exclamaverat: *Cœlum cœli Domino, terram autem dedit hominibus* [49]. Nunc vero et terram hominibus dedit, et cœlum cœli homini. Quapropter sanctus Spiritus per prophetam dicit: *Omnes gentes, plaudite manibus.* Cur? *Quia Dominus altissimus terribilis, rex magnus super omnem terram* [50]. Et rursus: *Ascendit Deus in jubilo, Dominus in voce tubæ* [51]; quæ nimirum erant cœlorum virtutes clamantes: *Sanctus, sanctus, sanctus* [52], trina laude dominationem unicam confitentes. Ipsi gloria et potentia, cum sanctissimo et bono vivificoque Spiritu, nunc et semper et per sæcula.

Β'.

Τοῦ αὐτοῦ Πρόκλου ἀρχιεπισκόπου Κωνσταντινουπόλεως λόγος εἰς τὴν ὀκτωήμερον περιτομὴν τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ.

Α'. Κοινὸς μὲν ὁ λόγος τῆς θεοπνεύστου Γραφῆς, διδάσκει δὲ μέγα καὶ βαθὺ μυστήριον εἰς ὃ ἐπιθυμοῦσιν ἄγγελοι παρακύψαι, κατὰ τὸ γεγραμμένον. Ἑλλήνων μὲν γὰρ οἱ δοκοῦντες εἶναι σοφοὶ λαλοῦσιν μὲν τῶν χρησίμων καὶ ἀναγκαίων οὐδὲν, κατακέχρηνται δὲ τῇ κάλλει τῆς λέξεως, ἀπατῶντες διὰ τούτου τοὺς ἀκροωμένους· ἡμεῖς δὲ οὐράνιον θησαυρὸν ἐν ὀστρακίνοις σκεύεσιν ἔχοντες, τουτέστιν τῇ τῆς λέξεως εὐτελείᾳ καὶ κοινότητι, μακαρίους ἑαυτοὺς εἶναι πιστεύομεν ὅτι τὰ ἀρεστὰ Κυρίου γνωστὰ ἡμῖν ἐστιν· νόει τοίνυν τοῦ κατὰ Χριστοῦ μυστηρίου τὴν ἄῤῥητον οἰκονομίαν· ἐφ' ᾗ καὶ ὁ μακάριος προφήτης Ἡσαΐας κατεπλήττετολέγων· *Κύριε ὁ Θεός μου, δοξάσω σε καὶ ὑμνήσω τὸ ὄνομά σου, ὅτι ἐποίησας θαυμαστὰ τέρατα, βουλὴν ἀρχαίαν ἀληθεινήν*. Προώριστο μὲν γὰρ καὶ προέγνωστο πρὸ καταβολῆς κόσμου Χριστὸς, πεφανέρωται δὲ καὶ ἐν ἐσχάτοις καιροῖς τοῦ αἰῶνος·

II.

Ejusdem Procli archiepiscopi Constantinopolitani sermo de Christi Jesu Domini nostri circumcisione, octava post nativitatem die.

I. Vulgaris quidem est divinæ Scripturæ elocutio, sed tamen magnum profundumque mysterium docet, in quod desiderant angeli prospicere, uti scriptum est [53]. Etenim ethnici qui videntur sapientes, nihil reapse utile aut necessarium loquuntur, sed dictionis abuntur elegantia, ut hujus lenocinio audientes decipiant. Nos vero cœlestem thesaurum in fictilibus vasis habentes [54], hoc est in dictionis rusticitate ac vilitate, beatos nos nihilominus existimamus. Cogita igitur Christi ineffabilem mysterii dispensationem; quam admirans beatus quoque propheta Isaias aiebat: *Domine Deus mi, laudabo te, hymnum dicam nomini tuo, quia portenta mirabilia effecisti, consilium antiquum verax* [55]. Prævisus est enim et prænotus ante mundum conditum Christus, postremis autem sæculi temporibus manifestatus est: natus est de Virgine, eratque in

[47] Act. I, 11. [48] II Cor. VI, 16. [49] Psal. CXIII, 16. [50] Psal. XLVI, 2. [51] ibid. 6. [52] Isa VI, 3. [53] I Petr. I, 12. [54] II Cor. IV 7. [55] Isa. XXV, 1.

sinu matris tanquam modo genitus puer, caro factus qui erat Verbum æternum.

A ἐγεννήθη ἐκ γυναικὸς καὶ ἦν ἐν κόλποις μητρὸς ὡς παιδίον ἀρτιγενὲς, ἐν σαρκὶ γεγονὼς ὁ προαιώνιος Λόγος.

II. O rem magnam et admirabilem! Puer erat in terra secundum carnem; idemque rursus cœlum implebat; circumcisionem recepit, fuitque sub lege, is qui parem cum Patre thronum habebat; Moysis dominus, præceptum Moysis observavit. Hoc videlicet aiunt beati Pauli verba: *Cum venit plenitudo legis, misit Deus Filium suum factum ex muliere, factum sub lege* [36]. Non enim sub lege erat ante incarnationem, sed postquam ex muliere factus fuit, tunc legis factus est observator: decretus est autem illi dispensationis in carne modus, nempe ut sub lege esse oporteret eum, qui utpote Deus supra legem erat. Quippe erat æquum, ut qui homo factus B esset, humanitatis conditionem non aspernaretur. Reapse tamen humile prorsus et indignum majestate ejus fuisse, legi subjici, ego quoque affirmo. Sed quanquam humile quid esse fateor participare sanguini et carni, attamen necessarium erat, vel potius convenientius, servari ab eo mundum, mortem evacuari, peccatum destrui conversandoque inter homines, universum mundum Patri Deo ab eodem reconciliari.

Β'. Ὦ μεγάλου καὶ θαυμαστοῦ πράγματος! Βρέφος ἐπὶ γῆς κατὰ σάρκα, καὶ πάλιν ἐπλήρου τὸν οὐρανόν· κατεδέξατο τὴν περιτομὴν, ὑπὸ νόμον γέγονεν ὁ σύνθρονος τῷ Πατρί· τὴν Μωϋσέως τετήρηκεν ἐντολὴν ὁ Μωϋσέως Δεσπότης· τοῦτο ἦν ἄρα τὸ διὰ φωνῆς τοῦ μακαρίου Παύλου, *Ὅτε δὲ ἦλθεν τὸ πλήρωμα τοῦ νόμου, ἐξαπέστειλεν ὁ Θεὸς τὸν Υἱὸν αὐτοῦ γενόμενον ἐκ γυναικὸς, γενόμενον ὑπὸ νόμον*. Οὐ γὰρ πρὸ τῆς σαρκώσεως ὑπὸ νόμον ἦν· ἀλλ' ὅτε γέγονεν ἐκ γυναικὸς, τότε γέγονεν τὸν νόμον φυλάξας· νενόμικεν μὲν τοίνυν αὐτῷ μετὰ σαρκὸς οἰκονομίας ὁ τρόπος τὸ χρῆναι ὑπὸ νόμον γενέσθαι τὸν ὑπὲρ νόμον ὡς Θεόν. Ἔδει γὰρ ἄνθρωπον γεγονότα, τὸ τῆς ἀνθρωπότητος μὴ ἀτιμάσαι μέτρον· ὅτι μικρὸν καὶ ἀνάξιον παντελῶς τῆς ἐνούσης αὐτῷ μεγαλοπρεπείας τὸ ὑποκεῖσθαι νόμῳ, ἐρῶ σοι κἀγώ· οὐ γὰρ μικρὸν ἀλλ' ὡσαύτως τὸ μετασχεῖν αἵματος καὶ σαρκὸς μικρὸν ὁμολογούμενος· ἀλλ' ἦν ἀναγκαίως, μᾶλλον δὲ πρεπωδέστερον αὐτῷ διασῶσαι τὴν ὑπ' οὐρανῶν, καταργῆσαι θάνατον, ἀφανίσαι τὴν ἁμαρτίαν, καὶ στοιχῶν (38) τῷ ἀνθρωπίνῳ γένει, εἰς τὸ ἀπ' ἀρχῆς κατακτήσασθαι τὴν ὑπ' οὐρανῶν τῷ Θεῷ καὶ Πατρί.

III. Hujus rei gratia semen Abrahæ apprehendit [37], et æque ac nos carni et sanguini communicavit; formam servi assumpsit [38], ut legi esset obnoxius; servi enim officium est legi subesse. Sumpsit igitur servi formam, qui sua natura liber erat; circumcisus est ex legis præscripto; attulit etiam pro se par turturum et duos pullos columbarum [39]. Mirare et hæc; etenim in umbra et typo fiebant sub Moyse, sed rei veritas erat Christus. En sacrificium obtulit, typos implevit, sed veritas, ut dixi, Christus erat, qui tenui hac re, cujusmodi est turtur et columba, antiquis præsignatus fuit. Mitissima enim columba est, pulcherrima vero et canora turtur. Talis est Christus: mitissimus quidem ut Deus, canorus autem ut turtur; etenim universum mundum delectat evangelicis prædicationibus. Igitur prout innuunt legales typi, uti religiosissimus, turtur est; uti mitissimus, columba est. Servator noster immolatus est, ut nos redimeret pretioso D sanguine, et in Spiritu sancto sanctificaret. Ipsum decet gloria et potentia, honor et magnificentia, nunc et semper et per sæcula sæculorum. Amen.

Γ'. Ταύτης ἕνεκα τῆς αἰτίας σπέρματος Ἀβραὰμ ἐπελάβετο, καὶ παραπλησίως ἡμῖν μετέσχεν αἵματος καὶ σαρκός· ἔλαβεν δούλου μορφὴν, εἰ μὴ καὶ ἐν τῷ ὑποτάσσεσθαι τῷ νόμῳ· δούλου γὰρ τὸ ὑπὸ νόμον εἶναι· ἔλαβεν τοίνυν δούλου μορφὴν ὁ κατὰ φύσιν ἰδίαν ἐλεύθερος· περιετμήθη κατὰ τὸν νόμον· προσεκόμισεν δὲ καὶ ὑπὲρ αὐτοῦ ζεῦγος τρυγόνων καὶ δύο, φησὶν, νεοσσοὺς περιστερῶν. Θαύμαζε καὶ τούτων· ἐν σκιαῖς μὲν γὰρ καὶ τύποις ἦν ταῦτα διὰ Μωϋσέως· ἀλήθεια δέ ἐστιν ὁ Χριστός. Ἀλλ' ἰδοὺ προκεκόμικεν θυσίαν, τοὺς τύπους πεπλήρωκεν, ἡ ἀλήθεια αὐτὸς ἦν ὁ Χριστὸς ὁ διὰ τοῦ μικροῦ πράγματος ὡς ἐν τρυγόνι καὶ περιστερᾷ τοῖς ἀρχαίοις ὑποδηλούμενος· πραοτάτη μὲν γὰρ ἡ περιστερὰ, καλλιστάτη δὲ καὶ εὔφωνος ἡ τρυγών. Ἔστιν δὲ τοιοῦτος ὁ Χριστός· πραότατος μὲν γάρ ἐστιν ὡς Θεὸς, εὐφωνέστατος δὲ ὡς τρυγών· κατατέρπει γὰρ τὴν ὑπ' οὐρανῶν τοῖς εὐαγγελικοῖς διδάγμασιν. Οὐκοῦν ὡς ἐν τύποις τοῖς κατὰ τὸν νόμον, ὡς εὐλαβέστατος, τρυγὼν, ὡς πραότατος, περιστερά. Ὁ Σωτὴρ ἡμῶν ἐσφαγίζετο, ἵνα ἡμᾶς ἀγοράσῃ τῷ ἰδίῳ αἵματι, καὶ ἁγιάσῃ ἐν Πνεύματι ἁγίῳ· αὐτῷ γὰρ πρέπει δόξα καὶ κράτος, τιμὴ καὶ μεγαλοπρέπεια νῦν καὶ ἀεὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

[36] Gal. IV, 4. [37] Hebr. II, 16. [38] Philipp. II, 7. [39] Luc. II, 24.

(38) Sic legere malui obscuratum locum.

III.

EJUSDEM PROCLI ARCHIEPISCOPI CONSTANTINOPOLITANI

SERMO DE DOGMATE INCARNATIONIS, DICTUS IN SABBATO ANTE QUADRAGESIMAM,

Græce amissus, sed ex vetere interpretatione Syriaca nunc recuperatus.

I. Copiosa sunt divinæ gratiæ dona, innumeræ concionum spiritalium utilitates, laudabile nundinarum ecclesiasticarum commercium, gratus honor festorum coram altaribus, gloriosæ merces crucis, salutaris vindemiæ copia ineffabilis, copiosus et sine pare supernorum munerum thesaurus. Nescit paupertatem charitas, neque aliunde Christus divitias sibi conciliat. Inspice, si lubet, dilectissime, divinos libros, ut divitiarum amplitudinem et donatoris munificentiam apprime cognoscas: hinc enim passim doceberis, quomodo Dominus noster Jesus Christus jam inde a rerum initio nunquam destiterit ab humano genere multifariam juvando. Nam primo quidem Adamum illum paradiso pulsum [60] damnatumque revocavit, secumque in cœlis voluit considere. Abelem sacrificii sibi oblati causa vidit interfectum [61], sed eum post necem fecit homicidii accusatorem. Noachum pene naufragum aspexit, in eoque humani generis conservavit scintillam [62]. Servum deprehendit Abrahamum, patremque gentium fecit [63]. Captivum nactus Josephum, castitatis eum exemplar orbi constituit [64]. Fugitivum ex Ægypto offendit Moysem, atque innumero populo ducem præfecit [65]. Josuæ Palæstinæ exploratori cohibendi solis lunæque cursum potestatem attribuit [66]. Exiguo de grege sumptum Davidem, fecit eum regum satorem [67], radicem generationum, unde tremendum dispensationis mysterium manaturum erat. Balaami bruto jumento loquelam concessit [68]: navarchum utilem ad Erythræi transitum dedit; Aaronis virgam aridam floribus præter naturam ornavit [69]: æneum serpentem in deserto erexit admirabilem [70]; Eliam famulum in orbe extorrem, igneo curru sedentem ostendit [71]; Babylonicæ fornacis flammam in trium puerorum nutricem convertit [72]; leones in puteo coram Daniele tanquam reverentes ante librum discipulos statuit [73]: marinum cetum hospitium prophetæ exhibuit [74]: Rachabæ lupanar in amicum diversorium transmutavit [75]. Sed jam lingua narrando deficit.

II. Nunc ad divitias transeat oratio. Ecclesiastica solemnitas omnigena salutis merce redundat: hic terrestria dona, et cœlestia lucra; hic vitiorum abalienatio, et virtutum acquisitio; hic substantiarum oblatio, et tempus remunerationis, hic nubes pluviam parturiens, et sanatio evangelica; hic increata Trinitas, et tubæ apostolicæ; hic loco brutalium libidinum, gloriosi hymni cantantur; hic Adam terrestris dimittitur, et Dominus de cœlo resplendet; hic antiquus rebellis explodituir, et virgineum adoratur mysterium; hic scelerum chirographum scinditur, et concessæ libertatis libellus perscribitur; hic cupidinum interitus, et animorum lætitia. O solemnitas, quæ hic quidem laborem, in cœlis autem mercedem paris! Hic enim elata voce pœnitentia prædicatur, utile Quadragesimæ remedium, abstinentiæ præmium, virginitas regia, grata Deo eleemosyna, mansuetudinis beatitas, summa longanimitatis prudentia, patientia quæ a naufragio liberat, fidei fecunditas, incarnationis Dominicæ incomprehensibile arcanum. Prorsus quo diutius de his cogitabis, eo miranda magis et supra omnem vestigationem intelliges.

III. Revera enim infirmior est intellectus ad scrutandum, quomodo Deus inconvertibiliter factus sit homo; quomodo Verbum sine confusione limo copulatum fuerit, ac Deus impassibiliter ac sine mutatione semet in carnem figuraverit. Quatenus a Patre est, caret principio; quatenus vero factus est, phantasma reputari nequit; idem quippe verusque Deus est, et absque ulla falsitate homo. Qui Patri consubstantialis erat, idem mihi nativitate humana æqualis, excepto tamen peccato [76], factus est. Increata est natura divina, humanitatis autem assumptio non est imaginaria, unusque est Filius, neque in duas personas (39) dividitur; etenim cum veneranda œconomia duas sub una

[60] Gen. III, 24. [61] Gen. IV, 8. [62] Gen. VIII, 1 seqq. [63] Gen. XVII, 5. [64] Gen. XXXIX, 12. [65] Exod. III, 1 seqq. [66] Jos. X, 13. [67] I Reg. XVI, 12. [68] Num. XXII, 23 seqq. [69] Num. XVII, 8. [70] Num. XXI, 9. [71] IV Reg. II, 11, 12. [72] Dan. III, 21 seqq. [73] Dan. VI, 16 sqq. [74] Jon. II, 1. [75] Jos. II, 1. [76] Hebr. IV, 15.

(39) Insignem hoc loco deprehendimus (ut jam prænonui *Script. vett.* t. X, præf. p. 23) in Syriaco codice sycophantiam alicujus monophysitæ. Etenim cum priscus Procli interpres scripsisset hic vocabulum CNUME, *personas*, cujus vocabuli vestigia adhuc visuntur in codice, monophysita Syrus, ut dixi, nescio quis, orthodoxo abraso vocabulo, substituit hæreticam dictionem CHIONE, *naturas*. Cumulatur hujus criminis veritas, quia in alio Syro Vat. codice, in quo hæc eadem Procli oratio legitur, deest hoc loco folium, detractum fortasse manu hominis heterodoxi, cui orthodoxa Procli locutio displicebat. Certe Proclum ab eo errore longe abfuisse, tum cognita illius scripta satis demonstrant, tum disertius ejusdem alii loci, quos *Script. vet.* t. VII, pp. 39, 134, 205, nos protulimus. Mirum autem est quod hic Procli genuinus locus Græce superest, citante Ephræmio Antiocheno, apud Photium cod. 229, p. 805: Πρόκλος ὁ Κωνσταντινουπόλεώς φησιν ἐν τῇ Τεσσαρακοστῇ.

persona naturas adunaverit, unicus conflatur Filius; quamvis id hæretici irrideant, Judæi insaniam putent, ethnici animo aversentur. Haud semet a Patre separavit, et tamen inter homines versatus est [77]; caro factus [78] sine mutatione; homo, nec tamen in duos divisus: totus in cœlo, totusque in terra, et ubique, quia divisionem divina natura non patitur; passus est in eo quod assumpsit, impassibilis mansit in eo quod erat. Dicimus eum Filium, non tanquam deificatum per gratiam, etenim Verbum natura propria Deus est. Ipse est indivisibilis in propria natura, tanquam Patris Filius; sapientia est, uti rerum divinarum œconomus; potentia, ut universæ creaturæ conservator; veritas, ut verus Patris typus; imago, utpote Patri suo consubstantialis absque mutatione; lumen, uti sol animarum; vita, quia in ipso vivimus, movemur, et sumus [79]; justitia, tanquam singulorum pro ratione operum remunerator; sanctitas, tanquam peccati abrogator; salus, utpote mundi per sanguinem suum redemptor; resurrectio, tanquam ejus, qui in sepulcro depositus fuerat, renovator.

IV. Pergin' vero dicere plura? Pergo enimvero, o Judæe, nec pudet, magnaque voce proclamo, quod venerandum œconomiæ mysterium, salutem nobis negotiatum sit. Aio Christum, quod ad se attinet, esse qui erat; quod ad me autem, eum esse qui factus est. Miracula uti Deus patravit, dolores uti homo sustinuit; mansit is qui erat, et tamen amore hominum ductus, homo factus est per formæ fermentum, quia reapse corpore de femina sumpto natus est [80]. Idem porro et via est [81], quia ducit ad Patrem; janua est [82], quia intra paradisum recipit; pastor [83], quia eum qui deerraverat quærit; ovis [84], quia propter homines jugulatus est; agnus [85], quia mundi immunditiam purgat. Denique multifarium est œconomiæ mysterium; essentia autem est immutabilis. Summus est pontifex, prout in tempore factus fuit; Deus est, prout erat; matre caret, quatenus superior nobis est; patre autem caret, quatenus similis nobis est. Generatio ejus nunquam enarrabitur [86]: superne est ineffabilis, inferne item inenarrabilis, ubique inexplicabilis. Corpus ejus animam intellectumque assumpsit; ut in cunctis similis nobis evaderet.

V. Ob hæc omnia, et quia insuper te servaverit, erubesce, o Judæe, necnon ob eos quos tui causa passus est cruciatus, denique etiam ob miracula. Quænam, ais, sunt hæc miracula? Imo, inquam, quænam vos, o Dei hostes, miracula habetis nostris potiora? Majusne sit miraculum, panem de cœlo pluere, an Deum carne vestiri? Mare transeuntium gratia divisum, an virgo post partum incorrupta? Virga quæ petram fecit aquarum gurgitem, an crux quæ servatum orbem sanctificavit? Hæc te miracula pudore afficiant, eumque demum adora qui incarnatus est. Sed quænam sunt hæc quæ dico miracula? Generatio absque semine, conceptus sine virili commercio, virgo incorrupta facta mater, et adhuc deinceps virgo: stellæ cursus, angelorum laudatio, pastorum timor, oblatio munerum a magis, mare obediens, fuga spirituum, incessus in aquis, tempestatum sedatio, paralyticorum exsultatio, lux cæcis reddita, dæmonum expulsio, mortui suscitati, creaturæ territæ, cœli mœstitia, sol obscuratus, petræ confractæ, templi discissio, destructio inferorum, sepulcrum vacuum inventum, latronis conversio, suffixio chirographi, Synagogæ eversio, Ecclesiæ exaltatio, divinæ religionis propagatio, crucis adoratio. Cum ergo infidelitatis tuæ memineris, fatere cum Moyse: *Hic est Deus meus, hunc laudo* [87], cui sit gloria et honor per sæcula sæculorum. Amen.

—

IV.

EJUSDEM PROCLI SERMO DE NATIVITATE DOMINI

Græce amissus, sed in interpretatione Syriaca conservatus.

—

1. Jam tempus est ut Isaiæ prophetæ verba repetantur: *Lætentur cœli desuper, et nubes depluant justitiam, quia misertus est Dominus populi sui* [88]. *Lætentur cœli desuper*, quia cum ipsi ab initio crearentur, Adam pariter a Creatore de virgine terra formatus fuit, Deique amicus et familiaris apparuit. *Lætentur cœli desuper*, quia nunc per Domini nostri in carne dispensationem sanctificata terra est, atque humanum genus de idololatriæ sacrificiis liberatum fuit. *Nubes* autem *depluant justitiam*, quia hodie Evæ error ablatus fuit et condonatus per Virginis Mariæ puritatem, perque Deum simul et hominem ex ipsa natum. Hodie Adam, post veterem damnationem, ex horrenda illa mortis sententia liberatus fuit; fraudis autem auctor (40) .... Deum enim nemo vidit unquam, quem-

[77] Baruch III, 38. [78] Joan. I, 14. [79] Act. XVII, 28. [80] Luc. II, 7. [81] Joan. XIV, 6. [82] Joan. X, 9. [83] Ibid. 14. [84] Isa. LV, 7. [85] Joan. I, 29. [86] Isa. LIII, 8. [87] Exod. XV, 2. [88] Isa. XLV, 8.

(*Sermone dicto in Quadragesima, sive initio jejunii quadragesimalis*) : Ἡ θεία φύσις ἄκτιστος, ἡ ἐξ ἐμοῦ πρόσληψις ἀνόθευτος· καὶ ἔστιν εἷς Υἱός, οὐ τῶν φύσεων εἰς δύο ὑποστάσεις διαιρουμένων, ἀλλὰ τῆς φρικτῆς οἰκονομίας τὰς δύο φύσεις εἰς μίαν ὑπόστασιν ἑνωσάσης. Imo idem locus est in opere Leontii apud me *Spicil.* t. IX, p. 35. Non unum igitur habemus de genuina hac homilia testimonium.

(40) Hic unum saltem folium ex codice excidit.

admodum ipse dixit : *Nemo vidit faciem meam, et vivit* [89]. Natus est igitur ex Virgine Christus, a qua carnem per œconomiæ rationem sumpsit, ut ipsi est libitum : *Verbum caro factum est, et habitavit in nobis* [90] ; atque idcirco Virgo Dei mater evasit. Quomodo virgo post partum manserit verbis explicari nequit, neque item nativitas ejus, propter incomprehensibile divini Verbi erga suam visibilem humanitatem mysterium. Nam secundum suam carnis dispensationem divinum Verbum visibile est ; invisibile autem, quia manens quod erat, factum est quod non fuerat. Idem passibile est, et impassibile (41) ; passibile quidem in eo quod cernitur, impassibile vero, quatenus ejus divinitatem de eadem Patris substantia esse cognoscimus. Porro est de substantia nostra, quia eadem humanitate præditum, præter peccatum. Jam vero Virgo, mater est, quia Verbum incarnatum sine semine edidit ; sic tamen ut virginitatem retineat, propter mirabilem illius, qui sic voluit nativitatem. Ipsa mater est secundum substantiam naturæ humanæ divini Verbi, quod in ipsa incarnatum est, et apparuit, atque unitum est, juxta sapientiam ac voluntatem ejus, qui prodigia operatur. *Ex ipsis Christus in carne*, ut ait Paulus beatus [91].

II. Cave enim putes, eum qui natus est, simplicem esse hominem, vel tantummodo esse Deum. Nam si Christus tantummodo homo esset, qui fieri poterat, ut sancta Virgo, post partum etiam virgo maneret? Igitur dicamus hinc confieri, Christum in duabus naturis subsistere divinitatis atque humanitatis, unum esse Jesum Christum, unicum Filium Dominum Jesum Christum. Etenim duarum naturarum unio, in unica filiatione peracta est, unio fuit non confusio, unio non immutatio, unio, inquam, non permistio : nam manens quod erat, factus quod non fuerat. Etenim ipse fuit, qualis nunc est, qualisque erit et permanebit ; homo tamen nostri gratia factus est ; amator hominis factus est homo, id quod antea non erat ; sed homo factus est, Deus simul manens absque ulla immutatione. Factus est igitur similis mihi propter me, factus est quod non erat, retinens tamen id quod fuerat. Denique factus est homo, ut proprias efficiens passiones nostras, idoneos nos adoptioni in filios reddat, concedatque illud regnum, cujus utinam nos dignos efficiat gratia et misericordia Domini Jesu Christi, cui cum Patre et Spiritu sancto gloria est, honor, et potestas nunc et omni tempore et per sæcula sæculorum. Amen.

V.

EJUSDEM PROCLI DE SANCTO CLEMENTE MARTYRE SERMO (42).

Græce amissus, sed apud Syros superstes.

I. Duplex, fratres mei, festum hodierna die agitur ob sacerdotis athletæ commemorationem ; fuit enim sacerdos simul et martyr : ideoque duplicem fore curam necesse est illorum qui huic contexere panegyricam orationem volent ; etenim inter sacerdotium atque martyrium laudes oratorem partiri opus erit. Atqui difficile mihi videtur utramque rem verbis dignis exæquare, cum singulæ verborum modulum eximie superent. Sed enim sancti homines nihil a nobis præter studiosam voluntatem postulant, non ut ipsorum meritis celebrandis pares simus : quippe qui sine ullo verborum meorum adminiculo, suis tantum certaminibus coronam obtinuerunt. Quidnam igitur satis mirabimur in beato martyre ac sacerdote Clemente? Num ejus in sacerdotio puritatem, an inclytum martyrii certamen? ejus erga pauperes misericordiam, an quas fundebat pro peccatoribus lacrymas ? ejus pro Ecclesia sollicitudines, an contra errores strenuitatem? singularem ejus mansuetudinem, an tempore omni fiduciam? verborum facundiam, an continuam operum exsecutionem? Mentis cum Deo conjunctionem, an corporis a puero virginitatem? Sacrorum librorum scientiam, an divinarum minarum prædicationem? ejus ultra temporarias res elationem, an in utroque rerum ordine felicitatem? Miremurne illum magis, tanquam patriæ suæ decus, an illius testem qui orbem tuetur? tanquam florem Galatarum, an ut vas ministerii angelorum? Utrum ut sal Christianæ pietatis, an ut adversus ethnicos gladium? Lumenne mundi, an Judaicæ sectæ persecutorem? Trinitatis prædicatorem, an tubam æqualitatis quæ in ejusdem Trinitatis essentia est? Dicamne hæresum dissipatorem, an Ecclesiæ congregatorem?

II. His quippe dotibus cunctis, quas etiam Paulus tanquam virtutis subsidia episcopique imaginem pinxit, sanctus hic Clemens præditus erat : quatenus enim sacerdos Deum hominibus conciliabat, quatenus martyr bellum pro iisdem contra er-

[89] Exod. xxxiii, 20. [90] Joan. i, 14. [91] Rom. ix, 5.

(41) Hunc locum ex Procli nominatim sermone εἰς τὰ Θεοφάνια, *De natividate Domini*, citat Ephræmius apud Phot. cod. 229, p. 828 (quæ res veritatem inventi nostri luculenter demonstrat), his verbis : Ἔνα Υἱὸν δύο φύσεων, παθητῆς τε καὶ ἀπαθοῦς.

(42) Agitur non de Clemente papa Romano, sed de Clemente episcopo Ancyræ in Galatia, qui celebre martyrium fecit sub Diocletiano an. 285. De hoc martyre Ancyrano Baronius in Martyrol. die 23 Januar, et copiose Surius, Bollandiani, ac Menæa Græca.

rores gerebat. O anima, quæ per duos hos honoratissimos veluti fratres, sacerdotium atque martyrium, purificata es! Quid enim est martyr? pro cruce victor per sanguinem; pugnator pro dogmate resurrectionis post triduum peractæ; fervidus pro fide athleta; quia Dei timor vocem ejus adigebat, violentam, inquam, pro mysteriorum veritate vocem. Turris fuit alte fundata, quæ minime decidit, fidelis rei mandatæ exsecutor, corporis sui consummator, errorum messor, vitæ nuntius his qui vitam implorant, planta laboribus irrigata, arbor quæ cæsa fructum germinat, patiens athleta, vulnera non exhorrens. Hic ignominiam hosti intulit, seque virum omni laude majorem præbuit; hic morte sua paradisum sibi præripuit. Medicus fuit virtutis remediorum conscius, negotiator qui suo sanguine cœleste regnum comparavit, gladius rutilans contra inimicum, crudelitatem plagarum non renuens a dæmonibus perpeti, fanorum terror laudabilis, idolorum molendinum, sedulus sacrificiorum purgator, sacrorum cœtuum lux inexstincta, sapiens Ecclesiæ architectus, abditus altaris thesaurus; atque, ut uno verbo dicam, vera stabilisque virtutis columna. Talis est martyr.

III. Quid vero sacerdos est? lux Ecclesiæ, fons in civitate, sedis ecclesiasticæ sol, altaris corona, mœrentium portus, luna discurrens, justitiæ regula, virginitatis imago, exemplar mansuetudinis, fiduciæ argumentum, provisor pauperum, improborum hostis, gratuitus viduarum lugentium defensor, miserorum autem pupillorum imploratus tutor, iniquam vim retundens, rapinas impediens, alieni doloris particeps, pro aliis sponte sollicitus, fida adversus mortem salus, pauperum thesaurus, memoriale veluti ac liber sacræ Scripturæ, tonans fidei orthodoxæ lingua, populi monitor, rationalis hæresum laqueus. Prorsus nihil aliud sacerdos est, quam Deus quidam in orbe visibilis. Talis, inquam, fuit Dei sacerdos beatus Clemens. Sacerdos quidem major Aarone fuit, martyr autem Stephano par.

IV. Quæ enim est comparatio ministerii sub lege, cum illo regnantis gratiæ? Nomina utique paria sunt, verum actus longe diversi. En illic, o Judæi, sacerdotium legis, hic autem incruentum ministerium; illic altare lapideum, hic suavitas de conscientia pura procedens. Caput illius sacerdotii fuit Aaron, nobis holocaustum est Christus. Quantum inter famulum et herum, tantum prorsus inter duo sacerdotia interest. Aaron in eremo vitulum conflavit, Christus in cruce semet veluti ignominiam Patri obtulit; illic arca tabulas virgam urnamque continens, hic Virgo Verbum incarnatum concipiens et formidandi mysterii ministra; illic stola sacerdotalis, hyacintho, purpura, bysso, crocoque intexta, hic gratiæ tunica de aqua, spiritu, fideque baptismi composita; illic ephod cum gemmis, hic suave jugum et pondus leve; illic lamina cum signaculo, hic frontibus nostris impressa crux; illic aurea tiara, hic justitiæ unctio; illic tympana reboantia, hic laudantium linguæ; illic malorum splendor Punicorum, hic virtutum lumina; illic gemmæ duodecim rationale ornantes, hic duodecim evangelizantes apostoli; illic cruore et aqua cum hyssopo et lana coccinea aspergitur populus, hic baptismus aqua scilicet cum spiritu unctionis populum sanctificat; illic una in familia sacerdotium consistebat, hic potestas operibus impetratur; sacerdotium illud tanquam fenum mane præteriit, nostrum autem ceu luna in æternum manebit.

V. Ne nimium gloriere sacrificiis, o Hebræe; umbra erant, ideoque disparuerunt. Cur mihi sacrificiorum multitudinem enumeras, qui Abrahæ fidem contemnis? Converte cogitationem tuam ad rei initium, ut inscitiam tuam recognoscas. Nam sacrificia quidem perficit sacerdotium; stirps vero ad sacerdotium provehit; stirpis origo Abraham, verumtamen Abrahæ non stirps, sed fides, laudata fuit. Cur ergo cum fide careas, indictis a lege sacrificiis contentus es? Si tu quidem filius es Abrahæ, cur eum crucifixisti, cujus Abraham figura fuit? Illic juvenes comitantur, hic angeli laudant; illic mons excelsus, hic lancea; illic ignea flamma, hic Judæus exclamans; illic angelus cœlitus vocat, hic sol in cœlo tristatur; illic aries pro liberato primogenito immolatur, hic templum dissolvitur, Verbumque æternam redemptionem peragit. Videu' ut umbra in rem veram transiit?

VI. Cæterum maligni homines contradicendi voluntate non carent. Jam impudenter Judæus responsum concinnavit hujusmodi: Cur vos, inquit, nobis illuditis, qui majore quam vos gloria ornamur? Res quidem nostræ commendabiles, vestræ contra detestabiles sunt. Propter nos aquæ in sanguinem versæ sunt. Propter nos panis de cœlo pluit; propter nos mare divisum fuit; propter nos denique virga floruit. Porro nihil hujusmodi apud vos est: vobis antrum, præsepe, panniculi sunt, quæ sunt extremæ necessitatis atque ignobilitatis indicia. O Judaicam impudentiam! Tu passionem memoras, et prodigia retices? Paupertatem irrides, nec gloriam prædicas? Jesum de Maria ortum affirmas, eumque priorem esse Maria dissimulas? Vociferaris filium esse Mariæ quod ad carnem attinet, creatorem autem illius esse, quatenus Deus est, non profiteris? Antrum appellas, et astrum non respicis? Clamitas eum in præsepe positum, cantus angelicos silentio premis? Panniculos vituperas, magorum adorationem non commemoras?

VII. Ego, o Judæe, unum Filium profiteor; credo increatam Trinitatem, nec Filii unitatem confusione aliqua aut permistione conflatam judico. Idem Deus homoque est; quatenus Deus, miracula operabatur; quatenus homo, passionem perpetiebatur. Undenam hoc? Audi, o Judæe, Isaiam prophetam utramque rem prædicantem [11]: *Parvulus natus est*

[11] Isa. IX, 6.

nobis (43); hic illius dispensationem in carne narrat. *Filius datus est nobis;* nunc de ejus æterna natura loquitur. Dic jam aliquid, o propheta, de duarum naturarum unione, deque unica Filii persona. *Et facta est potestas illius super humerum ipsius;* ipsius, inquam, non ipsorum. *Et vocabitur nomen ejus Angelus magni consilii;* unius, inquam, non duorum. Postremo dic, o propheta, quis hic qui advenit, homone an Deus incarnatus? Deus est, qui hominis gratia corpus est factus: *Vocabitur* enim *nomen ejus Angelus magni consilii, Deus, fortis, dominator, princeps pacis, pater futuri sæculi;* per quem et cum quo gloria sit Patri, nunc et in omne tempus, et sæcula. Amen.

(43) Ex Procli sermone deperdito in hæc Isaiæ verba, Παιδίον ἐγεννήθη ἡμῖν, καὶ υἱὸς ἐδόθη ἡμῖν, citatur fragmentum ex concil. Chalced. et ex Anastasii *Hodego* apud Galland. *Bib. PP.* t. IX, p. 703.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ ΑΓΙΟΥ ΠΡΟΚΛΟΥ

ΛΟΓΟΣ ΠΕΡΙ ΠΑΡΑΔΟΣΕΩΣ ΤΗΣ ΘΕΙΑΣ ΛΕΙΤΟΥΡΓΙ

EJUSDEM S. PROCLI

TRACTATUS DE TRADITIONE DIVINÆ MISSÆ.

Interprete Vincentio Riccardo, cler. regul.

Πολλοὶ μέν τινες καὶ ἄλλοι τῶν τοὺς ἱεροὺς ἀποστόλους διαδεξαμένων θεῖοι ποιμένες καὶ διδάσκαλοι τῆς Ἐκκλησίας, τὴν τῆς μυστικῆς λειτουργίας ἔκθεσιν ἐγγράφως καταλιπόντες, τῇ Ἐκκλησίᾳ παραδεδώκασιν. Ἐξ ὧν δὲ πρῶτοι οὗτοι καὶ διαπρύσιοι τυγχάνουσιν· ὅ τε μακάριος Κλήμης, ὁ τοῦ κορυφαίου τῶν ἀποστόλων μαθητὴς καὶ διάδοχος, αὐτῷ τῶν ἱερῶν ἀποστόλων ὑπαγορευσάντων· καὶ ὁ θεῖος Ἰάκωβος, ὁ τῆς Ἱεροσολυμιτῶν Ἐκκλησίας τὸν κλῆρον λαχών, καὶ ταύτης πρῶτος ἐπίσκοπος ὑπὸ τοῦ πρώτου καὶ μεγάλου ἀρχιερέως Χριστοῦ τοῦ Θεοῦ ἡμῶν κατασταθείς. Ὁ δὲ μέγας Βασίλειος μετὰ ταῦτα τὸ ῥᾴθυμον καὶ κατωφερὲς τῶν ἀνθρώπων θεωρῶν, καὶ διὰ τοῦτο τὸ τῆς λειτουργίας μῆκος ὀκνούντων, ταύτην οὐ περιττὴν καὶ μακρὰν εἶναι νομίζων, ἀλλὰ τὸ τῶν συνευχομένων τε καὶ ἀκροωμένων ῥᾴθυμον διὰ τὸ πολὺ τοῦ χρόνου παρανάλωμα ἐκκόπτων, ἐπιτομώτερον παρέδωκε λέγεσθαι· μετὰ τὴν εἰς οὐρανοὺς ἀνάληψιν τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν, οἱ ἀπόστολοι, πρὸ τοῦ εἰς τὴν οἰκουμένην πᾶσαν διασπαρῆναι, ὁμοθυμαδὸν εὑρισκόμενοι, εἰς προσευχὰς πανημερίους ἐτρέποντο, καὶ τὴν τοῦ Δεσποτικοῦ σώματος μυστικὴν ἱερουργίαν παραμύθιον εὑρηκότες, διεξοδικώτατα αὐτὴν ᾖδον· τοῦτο γὰρ καὶ τὸ διδάσκειν πάντων προὐργιαίτερον ἡγοῦντο. Πολλῷ δὲ μᾶλλον μετ' εὐφροσύνης καὶ πλείστης χαρᾶς ἦσαν προσκαρτεροῦντες τῇ τοιαύτῃ θείᾳ τελετῇ, ἀεὶ τοῦ Κυριακοῦ μεμνημένοι λόγου, *Τοῦτό ἐστι τὸ σῶμά μου*, λέγοντος· καὶ, *Τοῦτο ποιεῖτε εἰς τὴν ἐμὴν ἀνάμνησιν*· καὶ, *Ὁ τρώγων μου τὴν σάρκα, καὶ πίνων μου τὸ αἷμα ἐν ἐμοὶ μένει, κἀγὼ ἐν αὐτῷ.* Διὸ καὶ πνεύματι συντετριμμένῳ πολλὰς εὐχὰς ἐμελ-

Multi quidem et alii divinæ Ecclesiæ pastores et doctores, qui sacris successerunt apostolis, sacrosanctæ missæ editionem scriptis demandantes tradiderunt Ecclesiæ. Quorum primi, iique præclarissimi censentur: beatus nimirum Clemens summi illius apostolorum principis discipulus et successor, qui sacris apostolis ei dictantibus, illam edidit; et divus Jacobus, qui Hierosolymitanam Ecclesiam nactus est in sortem, ejusque primus a primo magnoque illo summo pontifice Christo Deo nostro fuit constitutus episcopus. Tum inde magnus Basilius hominum socordiam et in deterius prolapsionem conspicatus, ac proinde longinquitate productæ missæ pertæsos: non quod ipse supervacaneum quidquam vel nimis longius productum in ea fore arbitraretur; sed ut pariter tum simul orantium, tum audientium ignaviam ex longo illo temporis intervallo præcideret, breviorem recitandam tradidit. Salvatore nostro in cœlos assumpto, apostoli antequam per omnem terrarum orbem dispergerentur, conspirantibus animis convenientes, ad integram orandum diem convertebantur; et cum multam consolationem in mystico illo Dominici corporis sacrificio positam reperissent, fusissime longoque verborum ambitu missam decantabant: id enim pariter ac docendi institutum, cæteris rebus omnibus tanquam præstantius anteponendum existimabant. Maxima sane cum alacritate plurimoque gaudio huic divino sacrificio tempus insumentes instabant impense; jugiter memores illorum verborum Domini dicentis: *Hoc est corpus meum* [44]. Et: *Hoc facite in meam commemorationem* [45]. Et: *Qui man-*

[44] Luc. XXII, 19. [45] 1 Cor. XI, 24.

ducat meam carnem et bibit meum sanguinem, in me manet et ego in eo [55]. Quocirca et contrito spiritu multas preces decantabant, impense divinum implorantes Numen. Quin etiam eos qui ex Judæis ac gentibus recenter baptizati erant, his gratiæ mysteriis assuefaciebant : et ea quæ ante gratiæ tempus erant, utpote quæ gratiæ forent umbra, relinquere docentes, pie religioseque instituebant. Ejusmodi itaque precibus Spiritus sancti accessum præstolabantur, ut divina ejus præsentia propositum in sacrificium panem et vinum permistum aqua, ipsum illud corpus, ipsumque sanguinem Salvatoris nostri Jesu Christi palam faciat, consecratumque demonstret. Qui plane religiosus ritus huc usque servatur, et ad finem usque sæculi servabitur. Ac posteri fidei firmitatem fervoremque abjicientes, negotiis hujusce sæculi et mundi curis mancipati, longinquitate productæ missæ, ut superius dixeram, pertæsi, vix ad divinam audiendam recitationem Dominicorum conveniebant verborum. Quamobrem et divus Basilius medica quadam ratione usus, breviorem eam concisioremque reddidit. Haud vero multo post Pater ille noster, aurea præditus lingua Joannes, de ovium salute, ut pastorem decet, strenua cura sollicitus, naturæ humanæ socordiam ignaviamque respiciens, fibras omnes ac radices satanici prætextus hujus prorsus voluit evellere. Et idcirco multa præcidit, et concisiori pressiorique oratione sacrum conficiendum statuit, ne sensim homines qui libertatem quamdam et inertiam quam maxime complectuntur, fallacibus hac et divina absterriti traditione, eam omitterent; quemadmodum hoc ipsum multis, variis sæpe in locis accidisse, ad hunc usque diem deprehendimus.

A πον, τὸ Θεῖον ἐκλιπαροῦντες· οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ τοὺς ἐξ Ἰουδαίων καὶ ἐθνῶν νεοφωτίστους τοῖς τῆς χάριτος ἐθίζοντες, καὶ τὰ πρὸ τῆς χάριτος παραλείπειν διδάσκοντες, σκιὰ τῆς χάριτος ὑπάρχοντες, εὐσεβῶς ἐπαιδαγώγουν. Διὰ τοιούτων τοίνυν εὐχῶν τὴν ἐπιφοίτησιν τοῦ ἁγίου Πνεύματος προσεδόκων, ὅπως τῇ αὐτοῦ θείᾳ παρουσίᾳ τὸν προκείμενον εἰς ἱερουργίαν ἄρτον, καὶ οἶνον ὕδατι μεμιγμένον, αὐτὸ ἐκεῖνο τὸ σῶμα, καὶ αἷμα τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ ἀποφήνῃ τε καὶ ἀναδείξῃ· ὅπερ οὐκ ἔλαττον καὶ μέχρι τοῦ νῦν γίνεται, καὶ μέχρι συντελείας τοῦ αἰῶνος γενήσεται. Ἀλλ' οἱ μετέπειτα τὸ στερρὸν καὶ θερμὸν τῆς πίστεως ἀποβαλόντες, ἐν ταῖς τοῦ κόσμου πράξεσι καὶ φροντίσι καταγενόμενοι, τὸ μῆκος, ὡς ἔφθην εἰπών, τῆς λειτουργίας ὀκνοῦντες, μόλις B ἐφοίτων εἰς τὴν θείαν ἀκρόασιν τῶν Δεσποτικῶν ῥημάτων. Διὸ καὶ ὁ θεῖος Βασίλειος θεραπευτικῇ τινι μεθόδῳ χρώμενος, ἐπιτομώτερον ταύτην ἀπαγγέλλει. Μετ' οὐ πολὺ δὲ πάλιν ὁ ἡμέτερος Πατὴρ ὁ τὴν γλῶτταν χρυσοῦς Ἰωάννης τῆς τῶν προβάτων σωτηρίας οἷα ποιμὴν προθύμως κηδόμενος, εἴς τε τὴν τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως ῥᾳθυμίαν ἐφορῶν, πρόῤῥιζον πᾶσαν σατανικὴν πρόφασιν ἠβουλήθη ἀποσπάσασθαι· διὸ καὶ τὰ πολλὰ ἐπέτεμε, καὶ συντομώτερον τελεῖσθαι διετάξατο, ἵνα μὴ κατὰ μικρὸν οἱ ἄνθρωποι ἐλευθερίαν τινὰ καὶ σχολὴν τὰ μάλιστα φιλοῦντες, τοῖς τοῦ ἀντιπάλου διαλογισμοῖς ἐξαπατώμενοι, τῆς τοιαύτης ἀποστολικῆς καὶ θεϊκῆς παραδόσεως ἀφιστῶνται, ὡς πολλοὶ πολλάκις πολλαχόσε τοῦτο διαπραττόμενοι καὶ μέχρι τῆς σήμερον ἐφωράθησαν.

adversarii rationibus decepti, ab ejusmodi apostolica et divina absterriti traditione, eam omitterent; quemadmodum hoc ipsum multis, variis sæpe in locis accidisse, ad hunc usque diem deprehendimus.

[55] Joan. VI, 57.

EPISTOLÆ SANCTI PROCLI

ARCHIEPISCOPI CP.

ET VARIORUM AD IPSUM ET ALIOS.

(44) EPISTOLA I,

Ex libellis porrectis a presbyteris et diaconis, qui transmissi sunt ab episcopis et clericis et monachis, et cæteris Magnæ Armeniæ et Persidis et aliis gentibus.

Proclo sanctissimo episcopo Constantinopolitanæ civitatis.

Fuit aliquis pestifer (45) homo, magis autem fera, hominis habens formam diabolicam, mentito nomine Theodorus, qui schema et nomen episcopi C habuit, in angulo et ignobili loco orbis terrarum latitans, in Mopsuesteno secundæ Ciliciæ vili oppido, vere quidem et principaliter a Paulo Samo-

(44) Exstat in collat. 5 concilii Constantinopolitani II, œcumenici V. — Collect. Ven. Labb. tom. VI, pag. 76, cum subsequentibus notis Baluzii.

(45) *Pestifer.* Veteres libri, *pestis.* Ita etiam in epistola tertia Pelagii II *Ad episcopos Istriæ.* Mox vero iidem libri, *fera hominis, habens.* Sic etiam in codice epistolarum ejusdem Pelagii II.

sateno descendens, licet Photino et cæteris hæresiarchis in libro *De incarnatione Domini nostri Jesu Christi*, in toto suo proposito ipsis verbis inveniatur usus, et si quid pejus. Iste per machinationem et audaciam et errorem diaboli, volebat omnes homines acuta sua, sicut colubri (46), lingua, et veneno quod sub lingua aspidis est, deperire. Et interim quidem retinebatur suo latibulo, timens potestatem eorum qui a magno Deo et Salvatore nostro Jesu Christo acceperant calcare supra colubros et scorpios [96], et omnes vires inimici : dico autem sanctos apostolos, et qui consequenter ab his susceperunt, martyres et confessores et episcopos, et cæteros sanctos. Invento autem, nescio quomodo, tempore, cœpit repere et extra fines suos, fiduciam gerens, et in parœcia (47) ad eum non pertinente, tanquam eruditus sermocinator, et in Antiochia Syriæ in ecclesia alloquens, sic dixit : « Homo Jesus. *Quid est* enim *homo, quod memor es ejus* [97]? Apostolus autem (48) de Jesu dictum fuisse hoc dixit : *Eum enim qui paulo minus ab angelis minoratus est, videmus*, inquit [98], *Jesum*. Quid ergo? Homo Jesus (49) similiter omnibus hominibus, nullam habens differentiam ad homines ejusdem generis præter ea quæ gratia ei dedit : gratia autem data naturam non immutat. Sed post mortis destructionem *donavit ei Deus nomen super omne nomen* [99]. Qui donavit, Deus est : cui donavit, homo Jesus Christus, primitiæ resurgentium ; *est* enim *primogenitus ex mortuis* [1]. Ascendit ergo et ad dexteram Patris sedet, et est supra omnia. O gratia, quæ super omnia data est Jesu! O gratia, quæ superavit omnium naturam! Qui est ejusdem mihi naturæ, super cœlum demonstratus est, in dextera Patris sedet, et dico ad eum : Non una natura mea et tua? et tu quidem in cœlo, ego autem in passionibus (50) : et tu quidem supra omnem principatum et potestatem, ego autem in cœno. Sed audiam ad ea, quod bene complacuit in me Patri. *Nunquid dicit figmentum ei qui se finxit : Quare sic me fecisti* [2]? Nihil habeo ad hoc quod dicam ; sed mei fratres, qui ejusdem mihi matris filii sunt, dicunt mihi : Ne disjungas hominem et Deum, sed unum eumdemque dic hominem. Dico connaturalem mihi, dico Deum. Si dixero connaturalem Deo, dico : Quomodo homo et Deus unum? Nunquid una natura hominis et Dei, domini et servi, factoris et facturæ? Homo homini consubstantialis, Deus autem Deo consubstantialis. Quomodo ergo Deus et homo unum per unitatem esse possunt? Salvans, et qui salvatur? qui ante sæcula, et qui ex Maria apparuit? Sed vehementer doleo, quia mei fratres hæc mihi dicunt, ut loquar in Ecclesia, quæ non est possibile dicere bene sapientes. » Hæc (51) ab impio Theodoro dicta posuerunt, et inferunt sic : Non qualemcunque autem tumultum ex impiissimis suis verbis Ecclesiæ movens, cognitus est huc atque illuc a rectitudine dogmatum declinans. Nec enim recta via ejus, qui perversus est. Unde multi clericorum fiduciam (52) habuerunt eum convincentes ; et miserum autem Nestorium moveri, et tædiose quæ ab eo dicta sunt, suscepisse ; et alia multa perturbatio a populo facta est ex dissonantibus Christianorum Ecclesiæ verbis ejus, sicut continet epistola Joannis Antiochiæ *ad Nestorium*. Multo autem tempore scilicet perseverans Theodorus, persuasit multis et Nestorio, quod Christus Filius Dei vivi, qui de sancta Virgine Maria natus est, non est qui ex Patre natus est Deus Verbum, consubstantialis Genitori ; sed homo pro quantitate suæ voluntatis ex Deo Verbo cooperationem suscipiens, et non prius meritus conjunctionem Dei Verbi, antequam immaculatus fieret, ut particeps fiat immaculationis, solius nominis filiationis et dominationis. « Quomodo enim, inquit, homo et Deus unum (53) per unitatem esse potest? qui salvat et qui salvatur? qui ante sæcula, et qui ex Maria apparuit? dominus et servus, factor et factura? » Ita et talia (54) ipse Christi impugnator Theodorus ausus est dicere, et in suis conscriptis inseri fecit, fingens quasi contradicere Ario et Eunomio et Apollinario, et non penitus Deo Verbo de substantia Dei Patris genito dans, aut secundum carnem de sancta Virgine Maria nativitatem, aut aliud aliquid de incarnatione et humanatione ; sed Jesu Christo, qui et unctus est et participatur honorem, cujus particeps est propter ex Deo Verbo et consubstantiali Filio præparationem sibi factam, ut conversetur bene. Persuaso (55) autem impio Nestorio una cum aliis, gaudebat jam diabolus, quod per filium suum Theodorum persuasit multis et Nestorio, errori servire. Non est autem contentus quorumdam in locis Syriæ perditione, sed volebat multo amplius terram comprehendere. Contigit autem istam Ecclesiam viduam fieri, et nescimus ex quibus peccatis aut quomodo obtinuit episcopatum

[96] Luc. x, 19. [97] Psal. viii, 5. [98] Hebr. ii, 9. [99] Philipp. ii. 9. [1] Coloss. i, 18 ; Apoc. i, 5. [2] Isa. xlv, 9 ; Rom. ix, 20.

(46) *Colubri*. Veteres libri, *colubræ*. Sic etiam in epistola Pelagii.

(47) *Parœciæ*. Paris. liber, *parochiam ad eum non pertinentem*. Epistola Pelagii, *parœchiam ad eum non pertinentem*.

(48) *Autem*. Vox hæc deest in libro Parisiensi.

(49) *Homo Jesus*. Paris., *homo est Jesus Christus*.

(50) *Et tu quidem... in passionibus*. Supplendus hic locus in codice Parisiensi, in quo sic habetur. *Et tu quidem in cœlo, ego autem in terra. Et tu quidem in dextera Patris, ego autem in passionibus*.

(51) *Hæc.... inferunt sic*. Ista omittit Riccardus.

(52) *Fiduciam*. Veteres libri, *tunc fiduciam*.

(53) *Unum*. Deest hæc vox apud Riccardum : improvide ; paulo enim ante repetitur.

(54) *Ita et talia*. Paris., *ista et alia*.

(55) *Persuaso*. Idem codex, *persuasit*.

Nestorius quorumdam circumventione, non habentium nec ex Deo accipientium gratiam : et potestate abutens (56), exsultabat sua impietate superare auctorem suum Theodorum. Miseratus autem Deus Ecclesias, suscitavit multa (57) contra eum ; in quibus et humiles constituti, nihil prætermisimus usque ad mortem pro veritate certantes, sicuti et in nostris contra Theodorum et scripta ejus, libellis ad Alexandrinum religiosissimum episcopum Cyrillum diximus (58), et in his quæ ad vestram dicimus beatitudinem. Et petimus postquam isti præ- A lecti (59) fuerint, et illos perlegere, quatenus fiat unitas vestra contra Theodorum, et sacrilega capitula, et dogmata ejus et eorum qui similia sapiunt vel docent. Et sicut Domino placuit condemnari manifeste et nominatim in Epheso ab universali synodo sacrilegum Nestorium, si per vos etiam antea condemnatum sine nomine, sacrilegiorem in varia impietate Theodorum nominatim condemnari, et eos qui secundum impiissimam ejus expositionem hactenus in Syria et Cilicia sapiunt et docent.

EPISTOLA II.

Procli episcopi Constantinopolitani ad Armenios, de fide (60).

Dei amantissimis ac religiosissimis episcopis et B presbyteris et archimandritis, per universam Armeniam orthodoxæ sanctæ Ecclesiæ, Proclus in Domino gaudere.

I. Non mediocriter, fratres, animum rationemque nostram violento mœrore confudit ac sauciavit rumor novellorum ac fallacium zizaniorum, quæ nuper in vestra regione communis ille nostræ naturæ inimicus callide superseminavit. Solet enim tristium rumor intolerabili vulnere animum percutere, nondum ejusmodi exercitationibus assuetum ; tantoque acerbius ferit, telaque altius infigit, quanto periculum non in concreta corporis natura sistit, sed gliscente fama subtiliorem animi statum obsidet, sermone dispergens pretiosam illam fidei vestem aut discissam esse, aut prorsus deprædatione sublatam. Omnem etenim virtutem ii expetendam putant, in quibus rationis vis non fuerit culpa naturæ materialis obscurata : omne quoque vitium a prudentibus viris jure fugiendum censetur ; quippe eum ex adverso pugnet cum ipsa natura, eo ipso quod est contra naturam. Sicut enim id quod utile est eligentibus, necessario tuendum est : ita quod ejusmodi non est ac potius contrarium, aut præsens repellendum est, aut si metuitur, ne eveniat sollicite præcavendum. Virtutis igitur multæ sunt species : hanc autem varie definierunt, sive gentiles qui errore ducuntur, et quorum discernendi subtilitatem ignoratio Divinitatis obscurat ; seu Christiani, qui fidei luce mentis oculos illuminatos habentes, solem justitiæ clarius per confessionem intuentur.

II. Illi namque in suis cogitationibus velut in tenebris offendentes, et propter anticipatam opinionem animum habentes duce ac rectore destitutum, ratiocinationum ductu periculosum iter ingrediuntur ; nihil in iis quæ decernunt, præter fluxam et instabilem visibilium rerum naturam attrectantes ; cum veræ contemplationis aciem aut vi temporis hebetem habeant, aut erroris vitio obcæcatam ami-

(56) *Et pot. abut.* Idem codex, *ut potestate abutentes.*

(57) *Multa.* Melius in Paris., *multos.*

(58) *Diximus.* Idem codex, *direximus.*

(59) *Prælecti.* Edit. *Conc.* Labb., *perlecti* ; quod minus placet.

(60) Exstat in edit. *Conc.* Ven. Labb. tom. III, pag. 1737 seqq.

(61) Forte, ἀγόμενοι.

ΕΠΙΣΤΟΛΗ Β'.

Πρόκλου ἀρχιεπισκόπου Κωνσταντινουπόλεως, πρὸς Ἀρμενίους, περὶ πίστεως.

Τοῖς θεοφιλεστάτοις καὶ θεοσεβεστάτοις ἐπισκόποις B καὶ πρεσβυτέροις, καὶ ἀρχιμανδρίταις τοῖς οὖσι κατὰ πᾶσαν τὴν Ἀρμενίαν τῆς ὀρθοδόξου ἁγίας Ἐκκλησίας, Πρόκλος ἐν Κυρίῳ χαίρειν.

Α'. Οὐ μετρίως, ἀδελφοί, συνέχεεν ἡμῶν τὴν ψυχὴν καὶ τὸν λογισμὸν τῇ τυράννῳ λύπῃ, καὶ ἔτρωσεν ἡ φήμη τῶν νεαρῶν τῆς ἀπάτης ζιζανίων, ἅπερ ἔναγχος τῇ ὑμετέρᾳ πανούργως ἐπέσπειρε χώρᾳ ὁ κοινὸς τῆς φύσεως ἐχθρός. Πλήττειν γὰρ ἀφορήτως ἡ τῶν ἀπευκτῶν εἴωθεν ἀκοὴ τὴν μήπω προγυμνασθεῖσαν ἐν τῇ τοιαύτῃ μελέτῃ ψυχήν· καὶ τοσούτῳ πλέον χαλεπώτερον τοξεύει, κατὰ βάθους εἰσωθοῦσα τὰ βέλη, ὅσῳ τὸν κίνδυνον οὐ περὶ τὴν τοῦ σώματος ἵστησι παχύτητα, ἀλλὰ τὸν ἄϋλον πολιορκεῖ ταῖς φήμαις, τὸ ἔντιμον τῆς πίστεως διαθρυλλοῦσα, ἢ ἐλεεινῶς διερρῆχθαι, ἢ παντελῶς σεσυλῆσθαι ἱμάτιον. C Πᾶσα μὲν γὰρ ἀρετὴ, περισπούδαστος ὑπάρχει τοῖς τὸ λογικὸν μὴ ἀμαυρωθεῖσιν ὑπὸ τῆς ὕλης· πᾶσα δὲ κακία βδελυκτὴ οὐκ ἀπεικότως τοῖς εὐφρονοῦσι κρίνεται, οἷα δὴ κατ' ἐναντιότητα πολεμοῦσα τῇ φύσει τῷ παρὰ φύσιν. Ὥσπερ γὰρ τὸ συμφέρον τοῖς αἱρουμένοις ἀναγκαίως περιμάχητον, οὕτω τὸ μὴ τοιοῦτον, ἀλλὰ ἀντικείμενον, ἢ παρὸν ἀποβολῆς ἄξιον, ἢ προσδοκώμενον τὸ μὴ συμβῆναι, φροντίδος οὐκ ἀλλότριον. Ἀρετῆς μὲν οὖν εἴδη πολλά· διαφόρως δὲ ὡρίσαντο περὶ ταύτης οἵ τε ὑπὸ πλάνης ἀγχόμενοι (61) Ἕλληνες, καὶ τὸ ἀκριβὲς τῆς διακρίσεως ὑπὸ τῆς περὶ τὸ Θεῖον ἀγνοίας ἐπισκοτούμενοι· καὶ οἱ διὰ πίστεως τοὺς ὀφθαλμοὺς τῆς διανοίας πεφωτισμένοι D Χριστιανοὶ, καὶ πρὸς τὸν τῆς δικαιοσύνης ἥλιον τρανῶς διὰ τῆς ὁμολογίας ἀτενίζειν δυνάμενοι.

Β'. Οἱ μὲν γὰρ τοῖς οἰκείοις λογισμοῖς ὥσπερ ἐν σκότει προσπταίοντες, καὶ ἀνηγεμόνευτον ἔχοντες ὑπὸ προλήψεως τὸν νοῦν, ἐπισφαλῶς ὁδεύουσι τοῖς λογισμοῖς, μόνην ἐν οἷς δογματίζουσι ψηλαφῶντες τὴν ῥέουσαν καὶ ἄστατον τῶν ὁρωμένων· τὸ δὲ τῆς ἀληθοῦς θεωρίας ὄμμα, ἢ ἀμβλυώττοντες ὑπὸ χρόνου, ἢ πηρωθέντες ὑπὸ πλάνης ἀπώλεσαν. Καί φασιν ἀρετῆς τέτταρα εἴδη εἶναι, δικαιοσύνην φημὶ, καὶ φρό-

tiam. Ad quid vero dico? Quod multi inclamant (83) hic religiosissimum Edessenorum episcopum Ibam, non solum clerici quidam Edesseni et monachi, sed enim etiam primates et clari militia, quibus rectæ fidei calidus zelus accenditur, quod tantum diligit Nestorii insaniam, ut et quædam capitula quæ supposui scripto a nobis *ad Armenios* tomo, et direxi tuæ reverentiæ, quæ sunt stulta et profana et omni plena impietate, transferret voce Syrorum, et transmitteret ubique; ut multis simpliciorum inconsiderato auditu læsionem perniciosorum suscipientibus, persuaderet ita sapere sicut abdicatum est Dei Ecclesiæ. Quæ quando per lectionem cognoveris, festinare digneris cum omni alacritate eum compellere tomo quidem scripto *ad Armenios* subscribere; vaniloquium vero, magis vere monstriloquium, vel quod est verius dicere, Judaicam impietatem capitulorum illorum condemnantem viva voce, et salva manu (84) anathematizare dementiam. Flagitium enim est, virum non manifeste ostendi, qualis est. Si quidem enim capitulorum illorum, quod non credo, morbum habeat, defendat; si adest instabilibus cogitationibus fidei vel verborum (85) tenor, quomodo duos dicit filios, unum quidem ante sæcula, alterum vero in ultimis? Vel quomodo Christus alter præter Deum Verbum? Vel quomodo super terram visum, et hominibus conversatum [46] calumniatur purum aliquem, sicut unum ex coitu natis, sed non ipsum qui est sine principio et increabilis, *ad quem non æstimabitur alter*, secundum prophetam [47]? Si enim et visus est carne; sed ille erat incarnatus, qui omni quidem principio superior, omni vero passione liber, omni vero translatione et immutatione alienus; qui ex Patre splenduit super sensum, et ex Virgine ortus est super rationem; qui hoc quod est creabile, in deitate non admittit; et hoc quod est phantasiæ, in carne rejicit: qui secundum veritatem et Deus est, et factus est homo: et illud quidem quod erat, permansit; hoc vero quod factum est, salvum fecit. Hic igitur est unus Filius unigenitus (86).

III. Sed non ita quidam perversa mente et cogitationis dementia capitulorum istorum genitores facti, impiorum abortivorum et sibi perniciosorum patres apparuerunt. Deinde si memoratus comministerIbas cognoscit ea quæ ad destructionem legentium et audientium evomita sunt capitula, sicut et arbitror eum prudentem constitutum, et a puericia divinis Scripturis nutritum; abominari ea et rejicere; confidenti voce et non erubescenti fronte, quod in anima sapit, ostendat, omnia subjecta *ad Armenios* epistolæ capitula abjiciens et calcans, utpote diabolicæ insaniæ inventiones et constituta, et omnia anathemate digna esse judicans: ut de viro hoc verum scientes qui hic sunt omnes, jam indiscretam confidenter cogitationem ad illum habeant. Nec enim oportet, religiosissime, sicut et ipse nobis consentiens, eos despicere qui sine causa lædentur, ad deteriora impetum habentes; sed plurimam facere rationem eorum qui scandalizantur, ut indiscretio extendatur in omnes cum concordia horrescentes maxime terribilissimam illam in Evangeliis condemnationem, quæ pro uno humilium scandalizato [48] infertur audentibus vel despicientibus. Si enim beatus Paulus exempla bonorum operum sacerdotes esse legitime statuit [49]; quomodo non magis fidei auctores et doctores, sine qua placere impossibile est [50]? Nam aliæ quædam virtutes, utpote ex moribus perfectionem accipientes, naturam habent ad emendationem doctricem; fides vero sola quæ est natura et ratione superior, utpote huic propinquans quod semper est natura intelligibile et inoccupabile, deprehensione et omni virtute melior est, per hoc solum cedens charitati, quod qui creditur Deus, propter solam charitatem homo factus est. Rogo igitur studium adsit effectum. Cognosce enim, religiosissime, quod non alii cuidam gratificabitur memoratus episcopus Ibas, obsecundans præsenti epistolæ, quantum sibi ipsi. Habebit enim non solum eos qui nunc de ipso dubitant, mirantes eum, sed enim etiam sanctissimum nostrum patrem presbyterum et archimandritam Dalmatium nimium honorantem et mirantem; si videat sapientem ea quæ piæ fidei sunt. Modo enim, utpote super aliis eo vulgato, memoratus sanctissimus propter charitatem non mediocriter laceratur, quod ii qui debent in divinioribus prædicare, in adversis accusantur, sive zelo dicentium, sive invidia criminantium. Propter quod et Theodotum reverendissimum nostræ Ecclesiæ diaconum, ad tuam cum chartis reverentiam direxi, ut cognoscas, religiosissime, quod non contemptibilem, sed studiosam existimo causæ perfectionem.

(87) EPISTOLA IV.

Proclus episcopus Constantinopolitanus, Joanni Antiocheno.

..... Dicentes autem iterum passibilem (88) Deum, id est, Christum, confitemur eum non esse passum eo quod est (89), sed eo quod factum est,

[46] Baruch III, 38. [47] ibid. 36. [48] Matth. XVIII, 6. [49] Tit. II, 7. [50] Hebr. XI, 7.

(83) *Multi inclam.* Hæc recitantur in collat. 5 ejusdem concilii CP. l. c. pag. 104.

(84) *Salva manu.* Codex Paris. *sua manu.* Al. *sana m.*

(85) *Vel verborum.* Idem codex non habet *vel.*

(86) *Hic igitur*, etc. Hic item locus recitatur in modo laudata collat. 5, l. c. HARDUIN.

(87) Hujus epistolæ fragmentum exstat apud Facundum Hermianensem lib. I, cap. 1, pag. 403, b. edit. Paris., et apud Liberatum diaconum in *Breviario* cap. 10, p. 46, edit. Garner.

(88) *Passibilem D.* Ita Facundus et Liberatus. At Riccardus legit *impassibilem.*

(89) *Eum non esse*, etc. Hunc locum ita effert Liberatus. Facundus vero, *eum non eo passum quod erat, sed quod factum est.* Quem in locum videas

id est, propria carne. Et ita prædicantes nullo modo fallimur : quoniam quidem et unum ex Trinitate secundum carnem crucifixum fatemur, et divinitatem (90) passibilem minime blasphemamus.

(91) EPISTOLA V.

Joannes Antiochenus episcopus Proclo.

Tomum qui *ad Armenios* factus est, a reverentissimo nostro filio diacono Theodosio (92) qui dignus est tuis dispositionibus ministrare, ob eam quæ inest ei super ætatem diligentiam, et petivimus (93), et cum omni delectatione ejus fecimus mentionem. Faciebat autem nobis delectationem non pulchritudo compositionis sola, neque argumentorum multitudo contra utramque partem adversantium pertractata, quantum ipsa sacrorum dogmatum cautela simul et pietas. Pietas quidem, quia regalem (94) divinarum Scripturarum viam in his quæ dicebantur, verbum veritatis recte confitens, pergebas, non sine testimoniis Scripturæ præsumens aliquid ex potestate propria prædicare : cautela vero, quia cum divinis Scripturis etiam Patrum dicta, ad probandum quæ dicebantur, proponebas.

(95) EPISTOLA VI.

Joannes Antiochenus episcopus et Orientis synodus, Proclo Constantinopolitano.

Nimis animæ nostræ vulneratæ sunt, quia non solum nos viventes tales calumnias ab his qui conturbare volunt Ecclesias, continue sustinemus : sed et qui bene de vita profectus est B. Theodorus, et qui quinque et quadraginta annis clare in doctrina præfulsit, et omnem hæresim expugnavit, et nullam alicubi detractionem (96) ab orthodoxis in vita suscipiens, post longi temporis hinc discessum, et post multa certamina, et post decem millia libros adversus errores (97) scriptos, et postea quam in conspectu sacerdotum et imperatorum et populorum probatus est, periclitatur quæ hæreticorum sunt (98) sustinere, et illis proximus prædicari. Hæc nos confusione et turbis compleverunt : non autem nos solum, sed etiam Christianos populos, qui hæc cognoscentes nullatenus sine turba ecclesiasticas celebrationes impleri permittunt : sed adversum nos seditiones faciunt, nec usque ad auditum passi suscipere quod adversus dormientes patres meditantur anathema, et decem millia mala adversum nos minantur, si quid ab aliquo fuerit tale præsumptum. Sciat autem et hoc tua sanctitas, quia scripturas antiquorum doctorum Ecclesiæ requirentes, decem millia talia et his similia invenimus, qualia quidam malo more ex libris Theodori (99) colligentes, et corpus reliquum abscindentes, tuæ obtulere sanctitati. Etenim apud magnum martyrem Ignatium, qui secundus post Petrum apostolorum primum, Antiochenæ (1) sedis ordinavit Ecclesiam ; et apud beatissimum Eustathium, qui sanctorum Patrum qui apud Nicæam congregati sunt, primus exsistens fidem orthodoxam confirmavit ; et apud sanctissimum et beatissimum Athanasium, qui millia millium certamina pro evangelicis dogmatibus passus est ; ad hæc autem et apud Basilium et utrumque Gregorium qui ejusdem sententiæ fuerunt ; et apud beatissimum Flavianum, Diodorum et Joannem, qui clara lumina Orientis fuerunt totius : rursum autem et apud beatissimum Ambrosium qui omnes partes Hesperias illustravit ; et apud beatissimum Amphilochium probatissimum doctorem (2) : nec non et apud beatum Atticum tuum patrem, et apud probatissimos alios decem millia, ne singulos percurramus, consona decerptis his capitulis invenimus : quibus anathematizatis, necesse est et ea quæ a prædictis Patribus sunt dicta, complecti. Et quis de cætero ejusmodi nominis (3) adsit doctrinis, sic admirabilibus et famosissimis viris post mortem damnatis ? Non nostrum ergo est, gloriosis eorum qui præcesserunt opinionibus insultare, neque judicare eos qui honorate defuncti sunt, sed solius judicis vivorum et mortuorum.

Garnerium pag. 56. Edidit Riccardus, *cum non esse passum quod est, sed quod factum est.* Mox Liberatus, *fallemur :* quod minus placet.

(90) *Divinitatem.* Ita Liberatus. Sed Facundus, *deitatem.*

(91) Hujus item epistolæ fragmentum servavit nobis Facundus lib. I, cap. 1, pag. 405, c.

(92) *Theodosio.* Riccardus ex cod. Vat. *Theodoto.* Et mox, *ejus dispos.* Sed Veneta Facundi editio ad vetustissimum codicem Veronensem exacta consona est Sirmondianæ.

(93) *Et petivimus, et cum omni delectatione.* Ita Sirmondus, consentiente codice Veronensi. At Riccardus, *expetivimus et cum omni dilectione :* apud quem paulo post, *quanta ipsa.* Minus recte omnia, ut videtur.

(94) *Regalem — viam.* Sic recte codex Veron. : quam quidem lectionem confirmat sequens verbum *pergebas.* In editione Sirmond. deest *viam :* et Riccardus mendose, *regulam — pergebas.*

(95) Exstat apud Facundum lib. VIII, cap. 1, pag. 639, c.

(96) *Detractionem.* Ita Riccardus ex cod. Vat. At Sirmondus, *detrectationem.* Paulo ante Riccard. *sed etiam hæc, qui — Theod.*

(97) *Errores.* Riccardus, *hæreses.*

(98) *Hæreticorum sunt — et illis proximus.* Riccardi lectionem retinemus. Vox item *proximus* legitur in cod. Veron. Sed Sirmondus omittit *sunt*, et habet *primus.* Non bene. Mox vero cum Riccardo legimus : *Hæc nos — compleverunt.* Neque aliter codex Veron. At Sirmondus, *Hac.*

(99) *Theodori.* Sirmondus, *B. Theodori :* qui mox habet *reliquum*, prout edidimus. Riccardus vero, *aliquod.*

(1) *Antiochenæ.* Ita rescripsimus cum Sirmondo, pro *Antiochiæ* apud Riccardum.

(2) *Probatissimum.* Hanc vocem præterit Riccardus, quam sumpsimus ex Sirmondo.

(3) *Ejusmodi nominis.* Ista omittit Sirmondus, a Riccardo ex cod. Vat. exhibita. Hæc vero et quæ sequuntur usque ad finem, refert denuo Facundus lib. VIII, cap. 5, pag. 662, his verbis : *Et quid de cætero nominis adsit doctrinis, sic admirabilibus et famosissimis viris post mortem damnatis ? Non meum ergo est*, etc. Hinc reformandus prior locus apud Sirmondum, ubi habetur, IN *sic admirab.*, quam præpositionem recte omittit Riccardus.

EPISTOLA VII.

Joannes Antiochenus et synodus, Cyrillo Alexandrino.

(Vide inter Epistolas S. Cyrilli Alex.)

EPISTOLA VIII.

S. Cyrilli epistola ad Acacium episcopum Melitinæ. Scripsit vero eamdem ad Theodotum Ancyræ, et ad Firmum Cæsareæ Cappadociæ.

(Vide ibid.)

EPISTOLA IX.

S. Patris nostri Cyrilli episcopi Alexandrini epistola ad Proclum episcopum Constantinopolitanum : de Theodoro Mopsuesteno, ubi petit ab eo ut non permittat anathematizari Theodorum, ne id tumultus causa fiat.

ΕΠΙΤΣΟΛΗ Θ'.

Τοῦ ἐν ἁγίοις Πατρὸς ἡμῶν Κυρίλλου ἐπισκόπου τῆς Ἀλεξανδρείας Πρόκλῳ ἐπισκόπῳ Κωνσταντινουπόλεως· περὶ Θεοδώρου τοῦ Μοψουεστίας· αἰτοῦντος αὐτὸν ὥστε μὴ συγχωρῆσαι ἀναθεματισθῆναι αὐτὸν ὡς αἴτιον τοῦτο ταραχῆς γενόμενον.

(Vide ibid.)

(4) EPISTOLA X.

Proclus archiepiscopus Constantinopolitanus, Joanni Antiocheno episcopo.

..... Quando enim ego scripsi tuæ sanctitati oportere aut Theodorum, aut alios quosdam qui pridem defuncti sunt, anathemati subdi, aut nominatim alicujus feci mentionem (5)? sed puto, sicut et ipsæ litteræ ad tuam sanctitatem directæ clamant, nihil difficile vel pravum epistola continet. Sed quia oportet omni suspicione liberari et detrahentium ora consuere; ex hoc quod in tomo directo subscripsi, et illa capitula quæ subjecta sunt repuli, utpote subtilitatem non habentia pietatis. Neque autem de Theodoro, neque de alio quoquam qui jam defuncti sunt, scripsi tibi, amantissime, aut ut anathematizetur (6), aut ut abdicetur. Sed neque charissimus Theodotus, qui a nobis directus est, diaconus, talia mandata percepit.

(7) EPISTOLA XI.

Proclus archiepiscopus Constantinopolitanus, Maximo diacono.

Memor est tua reverentia, quando ad sanctissimum Antiochenum episcopum (8) tibi litteras injungebam, quia omnia cum ejus admonui voluntate fieri oportere, et nihil ad confusionem vel tumultum Ecclesiarum pacem habentium agi : sed tomum quidem subscribi; capitula autem subdita sine nomine, hæc tanquam non habentia subtilitatem pietatis averti et abdicari. Quomodo ergo per litteras didici nunc, quia Theodori Mopsuesteni et aliorum quorumdam nomina præposita sunt capitulis ad anathematizandum, cum illi ad Deum jam migraverint : et eos qui jam vitam reliquerunt, supervacuum est injuriari post mortem, quos nec vivos aliquando culpavimus? Rogo ergo, festina sicut filius patri obediens nihil amplius exquirere (9), sed omnia permittere auctoritati eidem reverentissimi consacerdotis Joannis. Post subscriptionem autem tomi et post abjectionem capitulorum, quæ cujus sint ignoramus, continuo præpara diaconum Theodotum venire ad regiam civitatem, quatenus tempestate et tumultu non impleantur Ecclesiæ ubique (10) sanctissimæ, et donetis aliquid desiderio impii Nestorii, qui se putat multos habere similia sapientes.

(11) EPISTOLA XII

Theodosius et Valentinianus imperatores, Joanni Antiocheno et synodo.

Imperatores Cæsares Theodosius et Valentinianus, victores, triumphatores, piissimi, semper Augg., Deo amatori Joanni archiepiscopo et synodo cum eo congregatæ.

Turbam atque tumultum (12) qui evenit in Oriente, nostrum cognovit imperium per religiosissimum et sanctissimum Patrem nostrum et episcopum Proclum. Quoniam ergo pro quiete et pace omnium providemus, præcipue autem pro fide catholica quæ nostrum quoque custodit imperium, vestræ scribimus sanctitati, quatenus pacem obtineatis, et nullum verbum intendatis eorum, qui volunt contra salutem propriam religionem sanctam conturbare. Intentio etenim nostræ divinitatis illa est, ut omnes homines cum quiete degant, præcipue autem sanctæ Dei ecclesiæ, per quas et nos salvamur, et nostrum pollet imperium. Hac itaque (13) voce quieti Ecclesiæ providentes, nos aliquid de vobis utilius

(4) Exstat hujus epistolæ fragmentum apud Facundum lib. VIII, cap. 2 et 5, pag. 643, 662.

(5) *Feci ment.* Ita recte Riccardus : cui lectioni suffragatur codex Veron. Sirmondus, *fieri ment.*

(6) *Anathematizetur.* Sic Sirmondus, qui mox habet, *aut abdic.* omisso *ut.* Atque ita utrobique : nimirum pag. 643 et 662, ut modo innuimus. Riccardus, *anathematizaretur.*

(7) Hanc recitat Facundus lib. VIII, cap. 2, ejusdemque fragmentum mox rescribit cap. 5, pag. 644, 662. Hujus epistolæ meminit Liberatus cap. 10.

(8) *Episcopum.* Codex Veron. *archiepiscopum.*

(9) *Festina — exquirere.* Hunc locum antea mutilum ita restituimus ex codice Veron. Nam apud Riccardum et Sirmondum legitur : *Festina* (seu *festines*) *sicut filius exquirere.* Mox Riccardus, *exquirere. Sed omnia permitte.*

(10) *Ubique.* Ita Riccardus. At Sirmondus, *urbis*, haud repugnante codice Veron.

(11) Hanc refert Facundus lib. VIII, cap. 3, pag. 649. Sacræ hujus meminit Liberatus cap. 10.

(12) *Turbam atque tumultum.* Turbabat Orientales, ut est in epistola Cyrilli *ad Proclum*, quod vir nobilis et defunctus in communione Ecclesiarum anathematizaretur. Hoc itaque est quod rescripto suo nunc vetat Theodosius, ne quis eos lacessat qui in Ecclesiæ pace defuncti sunt. Quo fit, ut suspectum sit Theodori nomen quod in Theodosii edicto de damnatione Nestorii adjectum legitur act. 5 synodi v, cum in Ephesina et in codicibus non legatur. SIRMOND.

(13) *Hac itaque — præsumat.* Hæc ad finem usque desiderantur apud Riccardum, quæ leguntur apud Sirmondum.

exspectamus (14). Est autem hac utilius, nisi ut hoc quoque cum omni statuatis Ecclesia, ne quis adversus eos qui in ejus pace defuncti sunt, quidquam de cætero tale præsumat?

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΙΓ'.

Ἀντίγραφον συνοδικοῦ γράμματος.

Πρόκλος Δόμνῳ ἐπισκόπῳ τῆς Ἀντιοχείας.

Τῷ ὁσιωτάτῳ, καὶ θεοφιλεστάτῳ, καὶ συλλειτουργῷ Δόμνῳ, Πρόκλος, ἐν Κυρίῳ χαίρειν.

Τὸ φιλάλληλον, θεοφιλέστατε, μέγιστον ἐν τούτῳ τυγχάνει [ν] δῶρον· συνδεσμῶν γὰρ εἰς ὁμογνωμοσύνην ὁ ἀριστοτέχνης Θεὸς, ἣν ἐδημιούργησε φύσιν, τῇ διαθέσει τοὺς λόγῳ διοικουμένους συνέσφιγξεν, ἵν' οἰκειούμενοι τὰ ἀλλήλων πάθη, καὶ ἕκαστος ἐφ' ἑαυτοῦ τὸ τοῦ ἑτέρου μετρῶν, εἰς ἅλυτον συμπαθείας ὁμοφροσύνην συμπλέκοιτο τὰ ὁμοφυῆ. Τὰ μὲν γὰρ ἀφεστῶτα κατὰ σχέσιν, πρὸς τὴν ἀλλήλων ἀναγκαίως ἐπείγεται φθοράν· τὰ δὲ ἡνωμένα κατὰ γνώμην, οὐ ῥᾳδίως ἀπολισθαίνει τοῦ οἰκείου ἀσφαλοῦς. Διὸ καὶ ὁ μακάριος Παῦλος τὸ πλῆθος τῶν πιστῶν, καὶ τὸ συγκρότημα τῆς Ἐκκλησίας, σώματι ἀπείκασε, λέγων· *Ὑμεῖς ἐστε σῶμα Χριστοῦ, καὶ μέλη ἐκ μέλους*, πάντως διαγορεύων τὴν τοῦ πλήθους σύμπνοιαν, καὶ ἀπαγορεύων νοσεῖν τὴν φιλοπόλεμον ἀντίστασιν, ἐκ τῆς τῶν μελῶν συμφωνίας. Πρὸς τί δὲ ταῦτα γράφω, θεοφιλέστατε, μικρὸν ἀνάσχου μαθεῖν. Ὁ θεοφιλέστατος ἐπίσκοπος τῆς Περῤῥηνῶν Ἐκκλησίας Ἀθανάσιος ἄπιστον ὁμοῦ καὶ πλήττουσαν οὐ μετρίως τοὺς ἀκούοντας ἀπεθρήνησε τραγῳδίαν, φήσας· τοὺς αὐτοῦ κληρικοὺς, ὥσπερ ἀποδυσαμένους τὸν λογισμὸν τῆς ὑποχειριότητος, καὶ νομίσαντας ἀρκεῖν αὐτοῖς ἐκ τοῦ βούλεσθαι, καὶ εἶναι ἱεροτυράννους, ἀπώσασθαι μὲν αὐτὸν τῆς Ἐκκλησίας σὺν οὐδενὶ δικαίῳ λόγῳ, καὶ τό γε ἐπ' αὐτοῖς, καὶ ὅσον ἦκεν εἰς μανίας ὑπερβολὴν, καθελεῖν, καὶ τοῖ; ἔργοις πεῖσαι, ὅτι ἐν τῇ γνώμῃ τῶν προπετευομένων, ἀλλὰ μὴ ἐν τῇ ψήφῳ τῶν κανόνων, ἡ τῶν ἱερῶν κρατύνεται τάξις· οἰκονόμους τε καὶ φροντιστὰς κατ' οἰκείαν αὐθεντίαν ἐπιστῆναι τῇ Ἐκκλησίᾳ, καὶ τῶν ἱερῶν δέλτων περιελεῖν τὸ ὄνομα τοῦ ἐπισκοπέουντος· καὶ συντόμως εἰπεῖν, ἀναφανδὸν ἐξορχήσασθαι τὴν ἐκκλησιαστικὴν εὐταξίαν· προσθεὶς, ὡς ἔτρεψεν αὐτῶν τὴν περὶ τὰ τοιαῦτα τόλμαν ἡ τῶν πάλαι παρ' αὐτῶν ἀνοσιουργηθέντων οὐκ εὔλογος συγγνώμη· τοῖς γὰρ πρὸ αὐτοῦ τὰ ὅμοια πεποιηκότες, ὁδῷ τὴν ὁρμὴν ἐπὶ τὸ χεῖρον ἐκορύφωσαν, ἐφ' οἷς μὴ πάλαι ἀξίαν δεδώκασι δίκην, τοῦ μηδὲ αὖθις σωφρονῆσαι ἐσχηκότες ἐφόδιον. Ἀλλ' αὐτὸς, θεοφιλέστατε, καταξίωσον, παρ' ἡμῶν δυσωπούμενος (δύνασαι γὰρ), οἰκειώσασθαι τοῦ συνιερέως τὰς ἀσθενείας, μάλιστα πειθόμενος τῷ μακαρίῳ Παύλῳ, βοῶντι· *Εἰ πάσχει ἓν μέλος, συμπάσχει πάντα τὰ μέλη*. Καὶ εἰ μακρὰν τῶν Ἀντιοχέων μεγαλοπόλεως ἡ πόλις, ἐν ᾗ ταῦτα ἐδραματουργήθη,

(15) EPISTOLA XIII.

Rescriptum synodicarum litterarum.

Proclus Domno episcopo Antiocheno.

Sanctissimo et Dei amantissimo fratri et consacerdoti Domno, Proclus, in Domino gaudere.

Charitas mutua, Deo dilectissime, maximum ut invicem complectamur est donum. Vinciens enim ad concordiam præclarus artifex Deus naturam quam condidit, benevolentia eos qui ratione reguntur conjunxit, ut cum alii aliorum casus proprios ducerent, ac unusquisque ex se ipso res alterius metiretur inenodabili conjunctionis naturæ vinculo, una consentientique voluntate ea connecterentur quæ ejusdem naturæ sunt. Ea enim quæ affectu disjuncta sunt, necessario in mutuum exitium sunt: quæ vero ex animo unita sunt, non facile a firmitate sua dilabuntur. Quapropter et beatus Paulus multitudinem fidelium et conjunctionem Ecclesiæ corpori comparavit, dicens: *Vos estis corpus Christi, et membra ex membro* [81]; omnino prædicans multitudinis conspirationem, et ex concordia membrorum prohibens, ne contentionis morbo cui bella sunt amica, laboremus. Cur autem hæc ipsa scribam, Dei amantissime Pater, parumper ne graveris agnoscere. Dei amantissimus Ecclesiæ Perrhenorum episcopus Athanasius incredibilem simul et audientibus non mediocriter molestam tragœdiam deflevit, dicens: clericos suos velut abjecta cogitatione subjectionis, et putantes sibi sufficere voluntatem, ut essent sacrorum tyranni, expulisse eum ab Ecclesia, cum justa ratio nulla subsisteret: et quantum ad eos attinet, in tam immanem vesaniam exsilisse, ut etiam damnarint eum, et operibus sibi persuaserint in effreni voluntate procacium, et non in decreto canonum, sacrorum ordinem consistere; œconomos autem et curatores propria auctoritate constituisse Ecclesiæ Dei, et ipsius qui tunc Ecclesiam regebat episcopi nomen e sacris diptychis abstulisse; et, ut breviter dixerim, palam ecclesiasticum omnem expulisse ordinem; adjiciens, nutrivisse hanc ipsam istorum temerariam procaciam veteribus et impiis eorum sceleribus, veniam rationi minime congruentem datam. Nam cum præcessores ejus similia facerent, inde gradu facto, redintegrarunt impetum suum ad illis pejora, quorum promeritas olim pœnas non sustinuere; aditum hinc aperientes ne in posterum etiam sibi temperarent. Sed tu, Dei amantissime, dignare a nobis rogatus (potes enim) consacerdotis infirmitates tuas

[81] I Cor. XII, 27; Ephes. V, 30.

(14) *Exspectamus — utilius.* Hæc addidimus ex codice Veronensi, quæ ob repetitam vocem *utilius* exciderunt e Sirmondiano exemplari.

(15) Interprete Vincentio Riccardo clerico regulari. Exstat hæc epistola G. L. Act. 14 concilii Chalcedonensis, tom. IV *Concil.* edit. Ven.-Labb., pag. 1647. Recusa est a Baluzio ex Dionysii Exigui versione, ibidem pag. 2039, qui tamen interpretem ignorasse videtur. Eamdem quoque ante Riccardum ediderat Elmenhorstius pag. 117. Habetur item ex duplici versione in *Bibliotheca Patrum* Parisiensi ann. 1644, tom. XV, pag. 648 et 658.

proprias efficere, obsequens præcipue beato Paulo dicenti : *Si patitur unum membrum, compatiuntur omnia membra* [82]. Et si longe a magna urbe Antiochena est constituta civitas in qua acerba hæc perpetrata noscuntur, aliquos Dei amantissimos episcopos ipsi urbi vicinos et personas non accipientes, ad audiendum hanc causam sanctitas tua decernat. Formidat enim religiosissimum illum metropolitanum episcopum, utpote ex odio adversus eum flammæ furoris adversariorum ipsius vim præbentem atque materiam. Et si quidem convicti fuerint in quibus accusantur, ii de quibus ipse conqueritur, et qui animi elationem illius Absalom imitati sunt, simili exemplo pariter ac ille plectantur. Adeo enim odit Deus eos qui adversus suos armantur patres, ut publicitus tanquam patrum invasores in omni mundo infamia notet. Novi autem, Dei amantissime, cum omnes complectaris in Christi visceribus et commiseratione sis plenus, te consolaturum senem et lacrymas ejus tribulationis abstersurum, et te ei actæ improbitatis ostensurum osorem; et sacerdotii adversarios postquam convicti fuerint, furori justo et competenti vindictæ subjiciens, expulsurum, malum quod serpendo pascitur et communitatem sacerdotii lædit, sapienter excidens. Nam si quis condonaverit iis qui ea quæ non decent præsumunt, et in tantam procacitatem exsiliunt, ut etiam illa perpetrare audeant quæ sacerdotium dedecore opprimant; immerito ac temere misericordiam illis impertiendo, ex eo quod misericordiam pro scelere deprecari conentur et extorqueant : vel illud unum supererit tantum ut omnes Ecclesiarum præsules in lusum et opprobrium fiant ipsis etiam diabolicis instrumentis. Sed Deus ad hoc etiam tuam religiositatem ad sacerdotium promovit, ut et injustitias removeas, et temerarias procacitates comprimas, et sacerdotio laboranti succurras, et propriis maledictis locum non præbeas; sed post cognitionem, ei quidem qui calumniam patitur, si modo patitur, opem feras; illum vero qui calumniam facit, si vere est calumniatus, abscindas. Non igitur tua religiositas arbitretur, huc venisse memoratum Dei amantissimum episcopum, ut injuriam sedi præclaræ civitatis Antiochenæ inferret : sed quo, metuens quosdam, sicut ait, seditionibus gaudentes et passioni propriæ militantes, daret ad tempus locum iræ [83] : quandoquidem clementiam et mansuetudinem et amorem justitiæ tuæ religiositatis prædicare non cessat. Nec minus ut quemquam accuset (absit hoc !), sed quia sibi persuadet hac intercessione dignius se exoraturum. Quocirca illi commeatu præsentibus litteris dato, erecto eum esse animo ac fidenti jussimus, ego atque sanctissimus episcopus et consacerdos noster Cyrillus, propter charitatem quæ inter nos regnat; exorabilem te exhibendo scribentibus atque placatum, harum litterarum gerulo modis omnibus te opem laturum. Omnem quæ tecum est in Christo fraternitatem plurimum salvere jubeo.

A ἀπῴκισται, τινὰς τῶν ἀστυγειτόνων καὶ ἀπροσωπολήπτων θεοφιλεστάτων ἐπισκόπων ἀκοῦσαι τῆς ὑποθέσεως· ὑφορᾶται γὰρ τὸν θεοφιλέστατον ἐπίσκοπον τῆς μητροπόλεως, ὡς τῇ τῆς μανίας τῶν ἀντιπάλων φλογὶ τὴν ἐκ δυσμενίας κατ' αὐτοῦ παρασχόντα δύναμίν τε καὶ ὕλην. Καὶ εἰ ἐλεγχθεῖεν ἐφ' οἷς ἠτιάθησαν οἱ παρ' αὐτοῦ καταβοώμενοι, καὶ εἰς ἀπόνοιαν τὸν Ἀβεσσαλὼμ ἐκεῖνον μιμησάμενοι, ἐπίσης ἐκείνῳ δέξασθαι καὶ τὴν ἐκ τοῦ παραδείγματος τιμωρίαν. Οὕτω γὰρ μισεῖ ὁ Θεὸς τοὺς κατὰ πατέρων ὁπλιζομένους, ὡς ἐν πάσῃ τῇ κτίσει στηλιτεύειν τοὺς πατραλοίας. Οἶδά δὲ, θεοφιλέστατε, ὡς πάντας περιπτυσσόμενος ἐν σπλάγχνοις Χριστοῦ, καὶ γέμων συμπαθείας, οἰκειώσῃ τὸν πρεσβύτην, καὶ ἀπομάξεις αὐτοῦ τὸ τῆς θλίψεως δάκρυον, καὶ χαριῇ αὐτῷ τὸ μισοπόνηρον, καὶ τοὺς τῆς ἱερωσύνης ἐπιβούλους, καὶ μετὰ τοὺς ἐλέγχους ὀργῇ δικαίᾳ χρησάμενος, καὶ ἀμύνῃ τὸ πρέπον ἐχούσῃ, παρασκευάσεις ἐκποδὼν γενέσθαι, πονηρὰν νομὴν, τὸ κοινὸν τῆς ἱερωσύνης καταβλάπτουσαν, ἐπιστημόνως ἐκτέμνων. Εἰ γὰρ δοίη τις, τοὺς τολμῶντας, ἃ μὴ δεῖ, καὶ εἰς τοσοῦτον φθάνοντας θράσους, ὡς καὶ τοιούτων κατατολμᾷν, δι' ὧν ἱερωσύνην καθυβρίζουσιν, οἰκτείρειν ἀκρίτως, ἀφ' ὧν τὸν ἔλεον περὶ ἀνομίας θηρῶνται, καὶ παρακαλεῖν· λείπεται οὐδὲν, ἢ πάντας τοὺς τῶν Ἐκκλησιῶν προεστῶτας παίγνιον εἶναι καὶ τῶν διαβολικῶν ὀργάνων. Ἀλλ' ὁ Θεὸς ἐπὶ τούτῳ καὶ τὴν σὴν θεοσέβειαν προεχειρίσατο, ἐπὶ τῷ καὶ παύειν ἀδικίας, καὶ τόλμας ἀναστέλλειν, καὶ ἱερωσύνῃ καμνούσῃ βοηθεῖν, καὶ ταῖς οἰκείαις λοιδορίαις χώραν μὴ παρέχειν· ἀλλὰ μετὰ διάγνωσιν, τῷ μὲν συκοφαντουμένῳ, εἴγε συκοφαντεῖται, βοηθεῖν· τὸν δὲ συκοφαντοῦντα, εἴ γε ἀληθῶς συκοφαντεῖ, ἐκτέμνειν. Μὴ τοίνυν νομίσῃ σου ἡ θεοσέβεια, ὡς ἐφ' ὕβρει τοῦ θρόνου τῆς μεγίστης Ἀντιοχέων πόλεως κατέλαβε τὰ τῇδε ὁ μνημονευθεὶς θεοφιλέστατος ἐπίσκοπος· ἀλλ' ὑφορώμενός τινας, ὥς φησι, τοὺς ταραχαῖς χαίροντας, καὶ οἰκείῳ πάθει στρατευομένους, δέδωκε πρὸς καιρὸν τόπον τῇ ὀργῇ· ἐπεὶ τό τε ἀνεξίκακον καὶ ἥμερον καὶ φιλοδίκαιον τῆς σῆς θεοσεβείας κηρύττων οὐ παύεται· καὶ ἄλλως οὐκ αἰτιώμενος, μὴ γένοιτο, ἀλλὰ δυσωπῶν αἰδεσιμωτέραν γενέσθαι τὴν ἐπ' αὐτῷ μεσιτείαν. Διὸ καὶ τοῖς παροῦσιν αὐτὸν ἐφοδιάσαντες γράμμασι, θαῤῥεῖν εἴπομεν, ἐγώ τε καὶ ὁ ὁσιώτατος ἐπίσκοπος καὶ συλλειτουργὸς ἡμῶν Κύριλλος. Ὡς διὰ τὴν κρατοῦσαν ἐν ἡμῖν ἀγάπην αἰδεσθεὶς τοὺς ἐπιστείλαντας, βοηθήσεις πάντως τῷ κομίσαντι. Πᾶσαν τὴν σὺν σοὶ ἀδελφότητα πλεῖστα προσαγορεύω.

[82] I Cor. XII, 26. [83] Rom. XII, 19.

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΙΔ'.

Τοῦ ἐν ἁγίοις Πατρὸς ἡμῶν Κυρίλλου ἐπισκόπου τῆς Ἀλεξανδρείας Γενναδίῳ πρεσβυτέρῳ καὶ ἀρχιμανδρίτῃ περὶ τοῦ, Δεῖ παρορᾶν τι τῆς ἀκριβείας μείζονος ἕνεκα κατορθώματος.

EPISTOLA XIV.

Sancti Patris nostri Cyrilli episcopi Alexandriæ epistola ad Gennadium presbyterum et archimandritam. Quod connivendum sit in aliquo a juris rigore, majoris emolumenti causa.

(Vide inter S. Cyrilli Alex. Epistolas.)

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΙΕ'.

Θεοδώρητος Πρόκλῳ ἐπισκόπῳ Κωνσταντινουπόλεως.

EPISTOLA XV

Theodoretus Proclo episcopo Constantinopolitanæ urbis.

(Exstat inter Opera Theodoreti.)

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΙϚ'.

Θεοδώρητος Φλαβιανῷ ἐπισκόπῳ Κωνσταντινουπόλεως.

EPISTOLA XVI.

Theodoretus Flaviano episcopo Constantinopolitanæ urbis.

(Exstat ibid.)

—

(*) EPISTOLA XVII.

PROCLI SYNODICA.

Initium Synodicæ Ecclesiæ de Proclo factæ.

Non minus, quam quandolibet, etiam nunc opportune ostendit gratia Dei suam manifestissime bonitatem, contra malitiæ magnitudinem Ecclesiæque ægritudinem virtute clementi resistens; et dum grave profundum metueretur, veloci efficacique medicamine curans, et futurum periculum admirabili et insperato quodam salvationis modo prævenient. Quoniam quidem multa medio tempore tempestas tenuit seditiosorum, qui ex corruptificis seminibus doctrinæ Nestorii surrexerunt, et insiste-

B bant; dum pro sanctissima Ecclesia in medium staret sanctæ memoriæ Maximianus, qui omni quidem diligentia usus est ad hujus mali peremptionem; nec tamen suffecit hanc malam plantationem eradicare. Igitur dum subito idem beatissimus a præsenti vita migrasset; tanquam facultatem præsumptionis susciperent qui hanc parturiebant seditionem; neque in occulto habere, neque absconditam nequitiam suam continere dignati sunt, sed coarcervatæ multitudines in multis partibus civitatis Nestorium publico clamore reposcebant, et urbi pericula Ecclesiæque minabantur incendium. Et certe ista etiam sub illo beatæ memoriæ, huic repugnante languori.

(*) Hujusmodi Synodicæ Procli fragmentum Riccardo incompertum primus edidit Christianus Lu-C pus inter *Epistolas Ephesinas*, cap. 150, ejus opp. tom. VII, pag. 313, et post ipsum Joannes Garnerius in *Auctario Theodoreti*, pag. 653.

FRAGMENTA OPERUM S. PROCLI.

I.

Ἐν τῇ Τεσσαρακοστῇ.

Ἡ θεία φύσις ἄκτιστος, ἡ ἐξ ἐμοῦ πρόσληψις ἐνόθευτος· καὶ ἔστιν εἷς Υἱός, οὐ τῶν φύσεων εἰς δύο ὑποστάσεις διαιρουμένων, ἀλλὰ τῆς φρικτῆς οἰκονομίας τὰς δύο φύσεις εἰς μίαν ὑπόστασιν ἑνωσάσης.

Homilia in Quadragesima.

Divina natura increata, et nostræ carnis legitima assumptio; et unus est Filius, naturis in duas hypostases non divisis, sed mirabili quadam dispen

D satione duas naturas in unam hypostasim conjungente.

Hæc refert Ephræmius in *Oratione* III, *ad Dominum*, apud Photium in *Biblioth.*, cod. CCXXIX; et Anastasius Sinaita lib. *Ὁδηγοῦ* cap. 7, fol. 110; et cap. 10, fol. 166; Leont. Byzant. lib. I *contr. Nestor. et Eutych.* in tom. IV *Antiq. lect.* Canis. Sed inscriptio est: *Proclus in illud*, Puer natus est nobis. *Ipse vere Deus et vere homo, Patri quatenus erat consubstantialis; et mihi quatenus factus est sine peccato, ejusdem naturæ. Divina natura increata*, etc. Ex quibus constat superiorem Orationem unam eamdemque cum proxima sequenti esse.

II.

Ἐξ ὁμιλίας, τῆς εἰς τὸ, Παιδίον ἐγεννήθη ἡμῖν, υἱὸς καὶ ἐδόθη ἡμῖν.

Ex homilia in illud, Puer natus est nobis, et filius datus est nobis.

Καὶ τὰς φύσεις τῷ λόγῳ δίελε, καὶ τὴν ἕνωσιν τοῦ μυστηρίου θεολόγησον.

Et naturas ratione divide, et unionem mysterii divinis extolle præconiis.

Habentur hæc verba in concilio Chalcedon. in testimoniis sanctorum Patrum, et apud Anastasium Sinaitam lib. *Ὁδηγοῦ* cap. 7, et cap. 10, et Leontium apud Canisium tom. IV *Antiq. lect.* fol. 33.

III.

Ἔστι γὰρ εἷς καὶ μόνος μονογενὴς Υἱὸς καὶ Λόγος τοῦ Θεοῦ, οὐ τῶν φύσεων αὐτοῦ εἰς δυάδα ὑποστάσεων τεμνομένων, ἀλλὰ τοῦ ἀῤῥήτου λόγου εἰς μίαν ὑπόστασιν ἑνώσαντος· ἔνδοθεν κοσμουμένου τοῦ

Est enim unus et unigenitus Filius et Verbum Dei; naturis ejus non in duplicem hypostasim divisis, sed ineffabili ratione in unam hypostasim conjunctis: intus sanctissimo ejus corpore per

Verbum exornato; foris autem Spiritus sancti protectione custodito; ut ex utrisque claritas naturarum emineat ac elucescat. Sic enim ipsum etiam comedisse dicimus, non modo ante passionem, sed et post resurrectionem, ut naturam corporis sui comprobaret.

A παναγίου σώματος, διὰ τοῦ θείου Λόγου· ἔξωθεν δὲ τῷ Πνεύματι φρουρουμένου· ἵνα ἐξ ἀμφοτέρων τὸ περιφανὲς τῶν φύσεων δειχθῇ. Οὕτω γὰρ καὶ ἐσθίειν αὐτὸν φαμὲν, οὐ πρὸ τοῦ πάθους μόνον, ἀλλὰ καὶ μετὰ τὴν ἀνάστασιν, τὴν φύσιν τοῦ σώματος αὐτοῦ πιστούμενος.

Testimonium hoc profert Flavianus episcopus Constantinopolitanus, successor sancti Procli, in suo tomo, quod etiam recenset Anastasius Sinaita in lib. *Ὁδηγοῦ* cap. 10, fol. 196.

Egit etiam S. Proclus aliam Orationem post victoriam de barbaris a Theodosio imperatore relatam, explicans verba illa Ezech. XXXVIII, 2: *Et tu fili hominis, vaticinare contra Gog*, etc. De qua Socrates lib. VII *Histor.* cap. 43. Quæ non absimilis est illi, quæ de eadem re eodem fere tempore scribit S. Ambrosius lib. II *De fide* cap. ult. in fine tom. IV, et videntur assuta ex alia quadam Oratione: nam inquit: *Neque vero te, imperator, pluribus tenere debeo bello intentum*, etc. Et tamen tres alios scribit deinde libros ad eumdem de eadem re, licet non eodem anno, ut apud Baronium tom. IV. Et ea fortasse ex Procli Oratione illa desumpta sunt. Fragmenta hæc sic tradidi, cum integras Orationes habere non licuit. RICCARD.

FRAGMENTA EPISTOLÆ SANCTI PROCLI AD ARMENIOS.

I.

Ex Joannis Maxentii De Christo professione. In tom. IV, *part.* I, Bibliothecæ Patrum *Paris. ann.* 1644, *pag.* 437 *C.*

Sed sciscitaris me fortassis illum novitium vanumque sensum seu vaniloquium, dicens: Quia qui B confitetur eum qui crucifixus est, Christum Deum, et Patrem et Spiritum sanctum crucifixum confitetur, si una est Trinitatis natura. Ego autem e contrario objicio tibi, et quæro: Unus ex Trinitate est qui crucifixus est, an aliquis alius extra Trinitatem? Et si quidem Unus, solutum est jurgium; si autem alius aliquis præter Trinitatem, Quartus est sine dubio gloriæ Dominus, et ab illa glorificatione qua seraphim glorificant[84], exsistit extraneus. Illa autem animalia Trinitatem laudant, et unitatem confitentur. Hoc autem si non mendaciter docet vox illa, quomodo Quartus quos non plasmavit, salvavit? aut chirographum peccatorum destruxit in cruce[85], qui non habet potestatem peccata dimittere, si non est secundum te Deus?

Et iterum post pauca: Si autem proferas mihi, dicens: Quia qui confitetur crucifixum Deum Filium, et Patrem et Spiritum sanctum confitetur; super aquam scribis, et super arenam ædificas. Attende igitur catholicæ fidei nervos, et ablue imprudentiam tuam. Quid enim est quod nos sapimus atque sentimus? Quia in hac ipsa essentia et divina natura, qua constat et qua conjunctus et unitus est Filius Patri sanctoque Spiritui, non dicimus eum deitate passum fuisse, sed carne quam pro nobis assumpsit, et quæ ex nobis et pro nobis est factus. Non autem alius est factus, nisi unus de Trinitate, et crucifixus est carne qua factus est; et non est passus divinitate qua unitus est Patri et Spiritui sancto, ne et ipsos crucifixos pariter dicamus. Si autem diceremus eum divinitate crucifixum, revera in Trinitatem passionem induceremus. Si autem dicimus quod in carne sua passiones Verbum suscepit, confitemur, quia et unus est de Trinitate qui passus est, et Trinitatis natura impassibilis mansit.

Et iterum: Si autem incarnatus non esset passus, haberet fortassis rationem versutissima objectio. Si autem incarnatus passus est; evidenter, quoniam causa incarnationis est crux, hoc crucifixum est quod incarnatum est. Si autem quod incarnatum est, crucifixum est; Pater autem et Spiritus non est crucifixus: unus ergo de Trinitate est crucifixus. Divinitatem vero qua communicat Patri et Spiritui servavit impassibilem. Carne autem, quia ipse solus est factus; ipsa, et solus idem ipse est passus.

II.

Fragmentum ejusdem epistolæ ex epistola 3 *B. Joannis papæ II, tom. V Epist. decretalium.*

Ex evistola ad Occidentales. Super hæc etiam confitemur unum ex Trinitate increata atque ineffabili Deum Verbum factum hominem.

III.

Fragmentum ex S. Cyrillo in Symbol. apud concil. Ephesinum part. III, *cap.* 43.

Scripsit enim et ipse Proclus ad Orientales piissimos episcopos in hæc verba: *Et incarnatur quidem absque conversione is qui speciei est expers; nascitur autem secundum carnem, qui principio caret; proficit vero per illam secundum corpus ætatem, qui natura perfectissimus est; et passiones sustinet qui passionibus est superior; non in eo quod erat sustinens contumelias, sed in eo quod factus est suscipiens corporis passiones.*

D Γέγραφε γὰρ καὶ αὐτὸς πρὸς τοὺς τῆς ἑῴας θεοφιλεστάτους ἐπισκόπους αὐταῖς λέξεσιν ὧδε· *Καὶ σαρκοῦται μὲν ἀτρέπτως ὁ ἀνείδεος· τίκτεται δὲ καὶ κατὰ σάρκα ὁ ἄναρχος· προκόπτει δὲ τῇ κατὰ τὸ σῶμα ἡλικίᾳ ὁ φύσει παντέλειος· καὶ παθῶν ἀνέχεται ὁ ταθῶν ἀνώτερος, οὐχ ᾧ ἦν ὑπομένας τὰς ὕβρεις, ἀλλ' ᾧ γέγονε καταδεξάμενος τὰ τοῦ σώματος πάθη.*

[84] Isa. VI, 3; Apoc. IV, 8. [85] Coloss. II, 14

ANNO DOMINI CDXLIX

S. FLAVIANUS

CONSTANTINOPOLITANUS EPISCOPUS

—

NOTITIA

(*Oriens Christianus*, tom. I, pag. 216.)

—

Anno Theodosii junioris Aug. 40, secundum Theophanem, Christi 447, Constantinopolitanam sedem Flavianus capessivit, quo anno, Flavio Zenone et Posthumiano coss., v Idus Nov., synodum habuit episcoporum triginta, vel, ut Theophanes scribit, quadraginta. In ea Eusebius Dorilæi in Phrygia episcopus Eutychem archimandritam accusavit, negare Christum assumpta carne, nobis consubstantialem esse. Vocatus Eutyches impietatem confessus est, quam quia retractare noluit, a Patribus proscribi meruit. Per amicos, quorum maxima apud imperatorem auctoritas erat, obtinuit ut judicium contra se latum in conventu altero coram Thalassio Cæsariensi, Flaviano quoque præside, ad examen revocaretur : palam vero errorem iterum suum affirmavit, nec ejurare prorsus voluit, Romanum papam appellans. Cuncta Flavianus quæ gesta erant litteris duabus retulit Leoni papæ, qui illam ei rescripsit quæ rectæ deinceps de Verbo carne facto fidei tessera habita est, data Id. Jan., Asterio et Protogene coss., anno 449, quo Ephesina synodus secunda convenit, VI Id Aug. In quo profano conventu, Dioscorus Alexandrinus nihil non prædatorio more gerens, Eutychete absoluto, Flaviano sacerdotium abrogavit, effecitque ut Hypæpam in Lydiæ oppidum amandaretur, ubi statim, seu superveniente, seu ingesta morte, ut scribit auctor *Breviculi historiæ Eutychianistarum*, fato functus est.

S. FLAVIANI EPISTOLÆ.

—

I.

AD LEONEM PAPAM, CONTRA EUTYCHETIS HÆRESIN.

(*Exstat Græce et Latine inter epistolas S. Leonis ; vide Patrologiæ Latinæ tom. LIV, col.* 723.)

II.

AD EUNDEM. ITEM CONTRA EUTYCHIANOS.

(*Vide ibid., col.* 745.)

III.

AD THEODOSIUM AUGUSTUM.

(Mansi, VI, 539.)

Ἀντίγραφον τῆς ἰδιοχείρου πίστεως Φλαβιανοῦ ἐπισκόπου Κωνσταντινουπόλεως, ἐπιδοθείσης παρ' αὐτοῦ αἰτήσαντι τῷ βασιλεῖ.

Φλαβιανὸς ἐπίσκοπος Κωνσταντινουπόλεως τῷ εὐ-

Exemplum fidei Flaviani episcopi Constantinopolitani, manu propria ab ipso scriptæ, et imperatori poscenti exhibitæ.

Flavianus episcopus Constantinopolitanus, piis-

simo et amatori Christi imperatori nostro Theodosio, salutem.

Nihil ita convenit sacerdoti Dei, et dogmatibus erudito divinis, quam paratum esse ad satisfactionem omni poscenti eum rationem de spe quæ in nobis est, et gratia [1]. *Non enim erubesco Evangelium Dei. Virtus enim Dei est ad salutem omni credenti* [2]. Quia igitur et nos misericordia regis omnium Christi Dei, sacerdotium Evangelii (1) sortiti sumus, sapimus recte atque inculpabiliter, semper Scripturas divinas sequentes, et expositiones sanctorum Patrum, qui in Nicæa convenerunt, et centum quinquaginta qui hic [Constantinopoli] congregati sunt, et qui in Epheso sub sanctæ memoriæ Cyrillo, qui fuit Alexandrinus episcopus; et prædicamus unum Dominum nostrum Jesum Christum, ante sæcula quidem ex Deo Patre sine principio natum secundum divinitatem, in novissimis autem diebus eumdem propter nos et propter nostram salutem ex Maria Virgine secundum humanitatem, Deum perfectum, et hominem perfectum eumdem in assumptione animæ rationalis et corporis, consubstantialem Patri secundum divinitatem, et consubstantialem matri eumdem secundum humanitatem. In duabus utique naturis (2) confitentes Christum, post incarnationem ex sancta Virgine, et inhumanationem, in una subsistentia et una persona (3) unum Christum, unum Filium, unum Dominum confitemur. Et unam quidem Verbi Dei (4) naturam, incarnatam tamen et inhumanatam, dicere non negamus, eo quod ex ambabus unus atque idem sit Dominus noster Jesus Christus. Eos vero qui aut duos filios, aut duas subsistentias, aut duas personas annuntiant, et non unum et (5) eumdem Dominum Jesum Christum Filium Dei vivi prædicant, anathematizamus, et alienos esse ab Ecclesia judicamus; et ante omnes Nestorium impium anathematizamus, et sapientes quæ ejus sunt, ac loquentes ea: et abscindantur (6) hujusmodi a filiorum adoptione, promissa recte credentibus. *Et post hæc adjecit, et in adnotationibus scripsit* (7): Domine Christe, adjuva nos, Deus. *Et iterum:* Hæc scripsi mea manu ad satisfactionem vestræ potestatis, et ut confundantur calumniam facientes (8) nostræ bonæ et simplici in Christo conversationi.

σεβεστάτῳ καὶ φιλοχρίστῳ ἡμῶν βασιλεῖ Θεοδοσίῳ χαίρειν.

Οὐδὲν οὕτω πρέπει ἱερεῖ Θεοῦ, καὶ τῷ τὰ θεῖα παιδευθέντι δόγματα, ὡς ἕτοιμον εἶναι πρὸς ἀπολογίαν παντὶ τῷ αἰτοῦντι αὐτὸν λόγον περὶ τῆς ἐν ἡμῖν ἐλπίδος καὶ χάριτος. *Οὐ γὰρ ἐπαισχύνομαι τὸ Εὐαγγέλιον τοῦ Χριστοῦ. Δύναμις γὰρ Θεοῦ ἐστιν εἰς σωτηρίαν παντὶ τῷ πιστεύοντι.* Ἐπεὶ οὖν καὶ ἡμεῖς ἐλέει τοῦ παμβασιλέως ἡμῶν Χριστοῦ τοῦ Θεοῦ, ἱερουργοὶ τοῦ Εὐαγγελίου ἐκληρώθημεν, φρονοῦμεν ὀρθῶς καὶ ἀνεπιλήπτως, πάντοτε ταῖς θείαις Γραφαῖς ἑπόμενοι, καὶ ταῖς ἐκθέσεσι τῶν ἁγίων Πατέρων, τῶν ἐν Νικαίᾳ καὶ ἐν Κωνσταντινουπόλει συνελθόντων, καὶ τῶν ἐν Ἐφέσῳ ἐπὶ τοῦ τῆς ὁσίας μνήμης Κυρίλλου, τοῦ γενομένου ἐπισκόπου τῆς Ἀλεξανδρέων· καὶ κηρύττομεν τὸν ἕνα Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν, πρὸ αἰώνων μὲν ἐκ Θεοῦ Πατρὸς ἀνάρχως γεννηθέντα κατὰ τὴν θεότητα, ἐπ' ἐσχάτων δὲ τῶν ἡμερῶν τὸν αὐτὸν δι' ἡμᾶς, καὶ διὰ τὴν ἡμετέραν σωτηρίαν, ἐκ Μαρίας τῆς Παρθένου κατὰ τὴν ἀνθρωπότητα, Θεὸν τέλειον, καὶ ἄνθρωπον τέλειον τὸν αὐτὸν ἐν προσλήψει ψυχῆς λογικῆς καὶ σώματος, ὁμοούσιον τῷ Πατρὶ κατὰ τὴν θεότητα, καὶ ὁμοούσιον τῇ μητρὶ τὸν αὐτὸν κατὰ τὴν ἀνθρωπότητα. Καὶ γὰρ ἐν δύο φύσεσιν ὁμολογοῦντες τὸν Χριστὸν μετὰ τὴν σάρκωσιν τὴν ἐκ τῆς ἁγίας Παρθένου, καὶ ἐνανθρώπησιν, ἐν μιᾷ ὑποστάσει, καὶ ἐν ἑνὶ προσώπῳ, ἕνα Χριστὸν, ἕνα Υἱὸν, ἕνα Κύριον ὁμολογοῦμεν· καὶ μίαν μὲν τοῦ Θεοῦ Λόγου φύσιν, σεσαρκωμένην μέντοι, καὶ ἐνανθρωπήσασαν, λέγειν οὐκ ἀρνούμεθα, διὰ τὸ ἐξ ἀμφοῖν ἕνα καὶ τὸν αὐτὸν εἶναι τὸν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν τὸν Χριστόν. Τοὺς δὲ δύο υἱοὺς, ἢ δύο ὑποστάσεις, ἢ δύο πρόσωπα καταγγέλλοντας, ἀλλ' οὐχὶ ἕνα καὶ τὸν αὐτὸν Κύριον Ἰησοῦν Χριστὸν, τὸν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ τοῦ ζῶντος κηρύττοντας, ἀναθεματίζομεν, καὶ ἀλλοτρίους εἶναι τῆς Ἐκκλησίας κρίνομεν. Καὶ πρῶτον πάντων Νεστόριον τὸν δυσσεβῆ ἀναθεματίζομεν, καὶ τοὺς τὰ αὐτοῦ φρονοῦντας, ἢ λέγοντας· καὶ ἐκπέσωσιν οἱ τοιοῦτοι τῆς υἱοθεσίας, τῆς ἐπηγγελμένης τοῖς ὀρθῶς πιστεύουσι. *Καὶ μετὰ ταῦτα προσέθηκε, καὶ σημείοις ὑπεσημήνατο·* Δέσποτα Κύριε, βοήθησον ἡμῖν, ὁ Θεός. *Καὶ πάλιν·* Ταῦτα ἔγραψα τῇ ἐμαυτοῦ χειρὶ, εἰς πληροφορίαν τοῦ ὑμετέρου κράτους, καὶ εἰς τὸ καταισχυνθῆναι τοὺς ἐπηρεάζοντας ἡμῶν τὴν ἀγαθὴν καὶ ἁπλῆν ἐν Χριστῷ ἀναστροφήν.

[1] I Petr. III, 15. [2] Rom. I, 16.

(1) Vetera omnia exemplaria synodi Chalcedonensis et omnes editiones ante Romanam habent, *sacerdotium tale Evangelii*. Sic etiam apud Liberatum, qui hanc epistolam refert.

(2) Veteres libri et editiones Romana antiquiores. *Ex duabus utique naturis*. Sic etiam Liberatus.

(3) Iidem libri et editiones, *inhumanatum in una substantia et in una persona*. Ita etiam apud Liberatum.

(4) Legendum *Dei Verbi*, ut in veteribus codicibus et editionibus, et apud Liberatum.

(5) Libri nostri et antiquæ editiones non habent vocalem *et*: Liberatus legebat ut est in libris nostris.

(6) Vetera exemplaria et Liberatus legunt, *sapientes quæ ejus, ac loquentes ea, et abscindantur*.

(7) Codices Corbeiensis et Divionensis, *et adnotationibus scripsit*. Colbertinus, *adnotationibus subscripsi*, omissa etiam conjunctione. Annotatio ergo significat subscriptionem, ut infra in libello precum quem Eutyches obtulit imperatori Theodosio. Et Act. I Synod. Chalced., *et has ejus pietas subnotavit*, ubi vide annotationem Rustici. Vide etiam Act. IV et XI. Vide *Synodicon adversus Tragœdiam Irenæi* cap. 179. Unde apud Liberatum pro his verbis legitur, *Et subscriptio*.

(8) Omnia vetera exemplaria habent, *confundantur qui calumniam facientes*. Sed Liberatus non habet vocem *qui*.

CIRCA INITIUM SÆCULI V, ET ANTE ANNUM CDL.

SANCTUS MARCUS

EREMITA

B. MARCUS DIADOCHUS

ET

MARCUS DIACONUS

NOTITIA IN MARCUM EREMITAM.

(Galland. *Vet. Patr. Biblioth.*, VIII, Proleg. III.)

I. Inter celeberrimos Ægypti monachos, sæculo IV desinente, floruisse comperitur Marcus, Ἀσκητὴς sive *Exercitator* κατ' ἐξοχὴν appellatus, quem annos prope centum agentem se adiisse testatur Palladius (*a*). De eo item Sozomenus (*b*) et Nicephorus (*c*). Utrum vero hic idem fuerit cum Marco eremita, cujus nomine aliquot circumferuntur opuscula ascetica in *Bibliothecis Patrum*, quæ hic primum sistimus, haud satis compertum existimant viri eruditi (*d*). Id quidem in Basilii *Menologio* manifeste astrui videtur (*e*), ubi sanctus Marcus sive doctrina, sive miraculorum gratia præstans fuisse traditur ; inter quæ illud enarratur quod in catulo hyenæ patravit. Atqui prodigium idem memoriæ prodens Palladius (*f*), illud Marco monacho ascribit, si Græca respicias ; ab re namque ad Macarium Alexandrinum refert interpres ; quod probe advertit Tillemontius (*g*) : ut propterea unus et idem esse censeatur Marcus, de quo Palladius et *Menologium* ; adeoque sub finem sæculi IV floruerit opusculorum auctor de quo hic sermo.

II. Atque in hanc sane sententiam aliquando descendimus : nunc vero demum, re penitius inspecta, in aliam abeundum existimamus. Primum enim antiquiores, Palladius inquam et Sozomenus, Marcum Macariis coævum ab ineunte quidem adolescentia sacræ Scripturæ libros memoria tenuisse perhibent : at ipsum in libellis conscribendis operam posuisse, aut aliqua litteris consignata post se reliquisse nuspiam produnt. Præterea, ut apposite vir doctus (*h*), Epiphanium quemdam nominat auctor (*i*) quem appellat *religiosissimum filium* ; neque enim Marcus Palladianus, monachus in Celliis ut videtur degens (*j*), eo nomine compellasset Epiphanium Eleutheropolitanum, qui primum monasticam vitam in Palæstina professus, magno Hilarione magistro usus, deinceps anno 368 Salaminæ in Cypro episcopatum sortitus est (*k*). Longe alius igitur a Constantiensi episcopo fuerit Epiphanius eo loci ab auctore memoratus ; quem nimirum cum Ancyræ adiisset Nicolaus quidam, ut ibidem narratur, e sanctis locis Constantinopolim rediens, ab eo in disciplinam susceptus fuit atque in viam salutis deductus. Monachum enimvero agebat circa sæculi V medium Epiphanius nescio quis, cui sancti Nili epistolam inscriptam habemus (*l*) : quem tamen eumdem esse cum eo cujus meminit noster auctor, affirmare non ausim. Utcunque autem se res habeat, cum laudato viro erudito existimaverim equidem, sub initium sæculi V scriptorem de quo loquimur claruisse, si fides habenda Nicephoro (*m*) ; qui eum et sancti Joannis Chrysostomi discipulum fuisse, et eadem tempestate qua Isidorus Pelusiota, Nilus ac Theodoritus, floruisse tradit.

III. Multa porro sanctum Patrem nostrum litte-

(*a*) Pallad. *Hist. Laus.*, cap. 21.
(*b*) Sozom. *Hist. eccl.* lib. VI, cap. 29.
(*c*) Niceph. *Hist. eccl.* lib. XI, cap. 35.
(*d*) Tillem. *Mem. eccl.* tom. X, pag. 457-801.
(*e*) *Menol. Basil.* part. III, pag. 5.
(*f*) Pallad. l. c. cap. 20, pag. 931.
(*g*) Tillem. l. c., tom. VIII, pag. 811.
(*h*) Remond. præfat. ad S. Marc. mon. Serm.
(*i*) Marc. opusc. V, § VI.
(*j*) Tillem. l. c., tom. X, pag. 457.
(*k*) Lequien. *Or. Christ.*, tom. II, pag. 1045.
(*l*) Nil. Epist. LIII, lib. VI, pag. 487 edit. Allat.
(*m*) Niceph. *Hist. eccl.* lib. XIV, capp. 30, 54.

ris consignasse, memoriæ proditum. Octo ejus libellos asceticos se legisse testatur Photius (*a*) : quibus accesserat nonus *adversus Melchisedecitas*. Plura memorat Nicephorus (*b*) : quorum tamen pars maxima ætatem non tulit. Et priora quidem octo ascetica opuscula Photio perlecta, quamvis alio ac in editis ordine digesta, jamdudum ex interpretatione Joannis Pici Parisiis in vulgus exierunt ; quæ postea ibidem Græce simul et Latine in *Auctario Ducæano* prodiere. At vero haud ita pridem fuerunt evulgata, quæ antea in editis desiderabantur : nimirum pars posterior opusculi VI, ubi auctor agit *De jejunio ;* cujus tamen versionem jam ab anno 1574, Venetiis ediderat Petrus Franciscus Zinus cum aliis sanctorum Ephremi, Nili et Isaiæ ascetæ scriptis, ut auctor est Fabricius (*c*), nec non sermo *De Melchisedech*, Photio laudatus. Hæc autem ex ms. codice Græco papyraceo qui omnia sancti Marci monachi opera Photio recensita complectitur, anno demum 1748 Romæ in lucem protulit notisque illustravit V. C. Balthassar Maria Remondini, Zacynthi ac Cephaleniæ episcopus : quæ quidem omnia opusculis asceticis jam pridem vulgatis, in varias tamen sectiones pro more nostro distincta, subjicienda curavimus. — Præter sancti Patris nostri scripta hactenus memorata, circumfertur adhuc in Bibliothecis Patrum ejusdem nomine inscriptæ *Epistolæ II fragmentum*.

IV. Nostri demum officii esse ducimus, nonnulla hoc loci advertere, quæ indubia sancti Patris scripta recipiunt. Et primum quidem, in vulgatis codicibus præmittitur auctoris nostri operibus, ipsius nomine inscripta homilia *De paradiso et lege spirituali*, quam constat sancto Macario Ægyptio esse tributam, estque inter Macarianas XXXVII, ut post viros doctos admonuimus in Prolegg. ad t. VII *Biblioth. Patr.*, cap. 1, § 5. Præterea ab optimo ac erudito sodali nostro Joanne Baptista Gallicciolio accepimus, sancti Patris nostri opusculis varia ex modo laudatis homiliis Macarianis fuisse intexta ; neque enim ex Marci monachi opusculorum laciniis illas Macarii homilias fuisse consutas, fas fuerit existimare. Sed, ut ut est, inde illud commodi accessit, ut collatione instituta lacunæ aliquot quæ in antea editis comparent, expletæ fuerint, locaque mutila sanitati restituta. Quod quidem ut compertum fiat ex homilia VIII sancti Macarii §§ 2 et 6, desumpta sunt κατὰ λέξιν quæ occurrunt §§ 26 et 27 opusculi VI sancti Marci *De temperantia*, ubi duo loca suppleta : alterum in Interrogatione, sic : Εἰπὲ ἡμῖν, ἐν ποίοις εἶ μέτροις ; alterum in Responsione, in qua hæc fuerant omissa, ἄλλῃ ὥρᾳ υἱὸς βασιλέως, οὕτω θαῤῥεῖ τῷ Υἱῷ τοῦ Θεοῦ ὡς πατρί, ob voces nimirum ὡς πατρὶ repetitas. In eodem quoque opusculo VI sancti Marci, quæ habentur § 21 ab his verbis : Τὰ δὲ πράγματα οὕτως ἐστίν, *Res autem sic se habet*, exstant in sancti Macarii opusculo VI *De charitate*, § 12. Confer item, si lubet, quæ leguntur § 28 laudati opusculi VI sancti Marci, cum iis quæ docet sanctus Macarius in eodem opusculo VI, § 30. Cætera omittimus.

V. Antequam vero manum de tabula, superest admonendum cum viris doctis, Joanne Maria Brasichellano in *Romano indice* anni 1607, Bellarmino, Labbeo et Combefisio in suis *recensitis Auctoribus* (*d*), *Marci monachi opuscula complures continere sententias a recta fidei regula exorbitantes, hæretica manu fortasse corrupta ; adeoque caute semper et acri judicio legenda, propter sentes et vepres errorum, in quos nonnunquam offendi possit*, ut alicubi notandum curavimus. Photius enimvero *Quædam in auctore nostro notat obscura* (*e*), *quo ferme vitio laborant qui ascetica ejusmodi scribunt, ipsa magis operibus quam verbis condiscenda.* Quin et de opusculo nuper edito Εἰς τὸν Μελχισεδέκ, hæc habet : Ὁ δὲ θ' (λόγος) κατὰ Μελχισεδεκιτῶν ἀγωνιζόμενος, οὐδὲν ἔλαττον τὸν γεννήσαμενον αὐτὸν αἱρέσεως ἔνοχον οὐ μετριωτέρως στηλιτεύει. Quæ quidem verba ita reddenda censet apud Fabricium (*f*) Mathur. Veiss. la Croze : *Liber nonus decertans adversus Melchisedecitas, non minus* IPSUM LIBRI PARENTEM *haud levioris hæreseos reum peragit.* Aliter tamen visum viris doctis, qui Photiana verba modo recitata eo sensu passim acceperunt, quo Marcus monachus eo in sermone adversus Melchisedecitas depugnans, *in sui ipsius parentem* hæreseos hujus labe contaminatum invectus fuisse perhibetur. Ita sane Labbeus (*g*), Tillemontius (*h*) et Caveus (*i*), ut Schottum Photii interpretem aliosque omittamus. Quibus addere libet eruditissimum ejusdem sermonis editorem, qui hujusmodi verba expendens § 11, διὰ ἀνάνηψον, ὦ ἄνθρωπε, hæc habet (*j*) : *Nullus dubito quin hic sanctus Pater aggrediatur alloqui genitorem suum, in quem cum Melchisedecitis sentientem nihilo minus quam in illos stylum acuisse sanctum Marcum, Photius memoriæ traditum reliquit. Profecto illud* ὦ ἄνθρωπε, o homo, *videtur esse compellantis hominem notum, et tantum non de nomine inclamantis.* Hactenus V. C. Qui et in Præfatione, hujusmodi eodem de sermone judicium tulit : *Sermo* de Melchisedech, *inquit, cum amplissimum illud de regno justitiæ et pacis et de sacerdotio Christi vaticinium, in persona Melchisedech editum, difficilis, ut ait D. Paulus, interpretationis, luculente explicat ; tum vero etiam convellendis, si qui adhuc uspiam sunt, Melchisedecitarum argumentis usui esse potest.*

(*a*) Phot. *Bibl.* cod. CC, pag. 519.
(*b*) Niceph. *Hist. eccl.* lib. XIV, cap. 54.
(*c*) Fabric. *Bibl. Gr.* tom. VIII, pag. 350, num. 6.
(*d*) Labb. *Dissert. de script. eccl.*, tom. II, pag. 50.
(*e*) Phot. *Bibl.* cod. CC, pag. 521.
(*f*) Fabric. *Bibl. Gr.*, tom. IX, pag. 445.
(*g*) Labb. *Dissert. de script. eccl.*, tom. II, p. 51.
(*h*) Tillem. *Mem. eccl.*, tom. X, pag. 801.
(*i*) Cav. *Hist. litt.*, tom. I, pag. 373.
(*j*) Not. 15 ad opusculum *De Melchisedech.*

NOTITIA ALTERA.

De S. Marco Eremita et Marco Diadocho.

(Jos. Fessler, *Institutiones Patrol.*, II, 631.)

Marcus eremita, S. Chrysostomi discipulus cæteroquin ignotus, ineunte sæculo V floruit (*a*).

Ejusdem *Opuscula ascetica* X hodie supersunt (*b*), scilicet :

1. *Tractatus de lege spirituali* (qui 201 sententiis constat), explanans quo sensu *Lex spiritualis* [1] dicatur, tum quæ sit cognitio, quæ actio eorum, qui legem spiritualem observare volunt.

2. *Tractatus de his qui putant se ex operibus justificari* (qui 211 sententiis constat), ostendens gratiæ divinæ necessitatem fideique præstantiam (*c*), et redarguens nimiam in vires proprias fiduciam animique de bonis operibus elationem.

3. *Tractatus de pœnitentia* (μετάνοια), quam cunctis Christianis semper necessariam nec unquam dimittendam esse demonstrat, atque tribus præcipue contineri asserit, exstirpandis malis cogitationibus, orando sine intermissione ac obvenientes afflictiones perferendo.

4. *Responsio ad eos, qui de divino baptismate dubitant*, exponit necessitatem et efficaciam baptismi, relationem agonis Christiani ad gratiam baptismi perfectam, nec non peccati originalis (quod ipse vocat *mortem*, scil. animæ) ad baptismum, ad certamen spirituale et peccatum personale.

5. *Præcepta animæ salutaria* Nicolaum monachum egregie prudenterque instruunt, qua ratione, quibus mediis in pugna spirituali victor exsistere ac perniciosas affectiones superare queat, potissimum cavendas monens ignorantiam, oblivionem et socordiam, n. 12 cf. op. 7, n. 21 (*d*).

6. *Capitula de temperantia* (κεφάλαια νηπτικά) plerumque allegoriis e S. Scriptura petitis describunt status varios eorum, qui in via perfectionis ambulare incipiunt magisque proficiunt ; eadem summum perfectionis scopum et quasi culmen (*e*) ob oculos ponunt, simul ad studium perfectionis incitant atque informant.

7. *Disputatio cum quodam Causidico* duplicem refellit accusationem, tum quod monachi dicentes, non esse in jus vocandos eos, qui injuriam inferunt, *justitiam præter leges*, tum quod abstinentes ab operibus corporis *otium præter naturam* sectari videantur ; hinc digressus valde commendat veram orationem ad Deum atque humilitatem, discrimen monachorum et hominum sæcularium scite explicat, denique commoda ex rebus adversis hominibus obvenientia exhibet.

8. *Consultatio intellectus cum sua ipsius anima* est allocutio rationis ad animam, qua veros peccati fontes, studium vanæ gloriæ laudisque humanæ et corporis voluptatem illi proponit, eosque rejectis quibusvis aliis prætextis causis peccati obstruendos gravissime urget.

[1] Rom. VII, 14.

(*a*) Unus hujus rei testis est Nicephorus Callistus in *Hist. eccles.* lib. XIV. c. 53 et 54. Ab hoc Marco distinguendus est abbas Marcus, dictus Exercitator, paulo antiquior, de quo Palladius in *Hist. Laus.* c. 21, et Sozomenus *Hist. eccles.* lib. VI, c. 29. Cf. Tillemont. t. X, Silvain (p. 457). Nota (p. 801) et Galland. *Bibliot. Patrum* t. VIII, Prolegom. c. I, n. 1, 2.

(*b*) Nicephorus Callistus l. c. c. 54, longe plura hujus Marci scripta commemorat, quorum argumenta paucis perstringit. Ejusdem Marci scripta ascetica generatim laudant Joannes Antiochenus patriarcha (sæc. XII) in Cotelerii *Monum. eccles. Græcæ* t. I, p. 167, et poeta anonymus Græcus, qui scripsit iambos in tractatus asceticos SS. Patrum (Amadutii *Anecdota litterar.* Romæ 1773, vol. II, p. 28) Marcique Opuscula vocavit σοφοῦ Μάρκου πρακτικωτάτους λόγους. Dudum vero antea Photius cod. 200. (p. 268-69) opuscula Marci, quæ hodie ejus nomine circumferuntur, uno excepto, legit ac descripsit, alio tamen ordine. His Marci Opusculis, quæ proximo sequuntur, præmittitur aliquando Proœmii loco ejusdem nomine inscripta *Homilia de paradiso et lege spirituali*, quæ etiam inter homilias S. Macarii Ægyptii reperitur tanquam homilia 37, atque huic communi eruditorum calculo attribuitur.

(*c*) Quo sensu autem fides ab eo accipiatur, ne cesse est propriis ipsius verbis declarare, ne vox ista minus recte intellecta falsis opinionibus ansam præbeat. Sic autem ipse : *Fides est, ut non solum in Christum baptizemur, sed etiam ejus mandata opere compleamus* (Opusc. IV, resp. 2, 14, 17). Huic itaque fidei opera quæ absque fide perpetrantur ideoque non justificant, opponi

(*d*) Ex hoc opusculo nomine *Marci sapientissimi inter ascetas* jam olim S. Joannes Damascenus in lib. *De virtutibus et vitiis* (opp. t. I, p. 510) locum quemdam laudavit, scilicet n. 12, 13, cf. n. 3, 4, item opusc. I, n. 62, 79, 98, 102, 103, 107 ; opusc. II, n. 80, 97, 114. Eidem opusculo in editionibus opp. Marci subjungitur *Nicolai* hujus *rescriptum ad Marcum*, quo illi gratias agit ob præcepta hæc salutaria sibi tradita.

(*e*) Hic vero notatu dignum, culmen istud ab auctore nostro in ea ἀπαθείᾳ seu affectuum carentia reponi, quam nonnulli veterum (ut S. Nilus et S. Joannes Climacus) bene, alii (ut Evagrius) minus recte intellexerunt. Opusculum hocce Photius non memorat, unde dubitatio quædam de ejus authentia suboritur. Cf. Remondini not. in Marci opusc. *De jejunio* (Galland. t. VIII, p. 101), qui argumentis sat validis authentiam *horum de temperantia capitulorum* impugnat.

9. *Tractatus de jejunio*, in quo non solum jejunii utilitatem spiritualem, verum etiam humilitatem disertis verbis extollit.

10. *Tractatus de Melchisedech*, cum amplissimam illam de regno justitiæ et pacis et de sacerdotio Christi prophetiam, in persona Melchisedeche dictam, interpretatu difficilem, luculente explicat, tum vero etiam convellendis Melchisedechitarum (de quibus vid. S. Epiphanii hæres. xxv) argumentis incumbit (*a*).

Observarunt viri eruditi, in homiliis S. Macarii Ægyptii et in opusculis Marci complures locos iisdem verbis conceptos deprehendi, adeo ut ex uno auctore in alterum translati videantur (*b*). Nec illud prætereundum, Marci hujus opuscula ob ipsius argumenti naturam, quæ vel sagaciori intellectu, vel continua mandatorum exsecutione indigeat aliquando paululum obscuriora esse ; imo *cautissime semper et acri judicio legenda esse* propter errores, in quos incidisse nonnullis, verba quædam duriora interpretationis Latinæ attendentibus visus est eo tempore, quo textus Græcus nondum fuerat editus(*c*).

Huic Marco adjungi solet Diadochus, Photices in veteri Epiro sive Illyrico episcopus, qui, vel exeunte sæculo iv, vel potius juxta alios circa medium sæculi v floruisse creditur (*d*). Is reliquit *centum capita ascetica de spirituali perfectione*, quibus *definitiones decem* præcedunt (*e*). In his virtutes principales Christiani hominis exponuntur, varii gradus in via perfectionis describuntur, pericula salutis ac subsidia virtutum indicantur, supremus denique finis, in quem omnibus viribus conniti decet, monstratur. Præterea ipsius nomine exstat *Homilia adversus Arianos* (*f*), quam tamen vetustioris cujusdam *Marci Diadochi* fetum esse alii autumant, et *Sermo de ascensione D. N. Jesu Christi* (*g*), ubi etiam de Verbi incarnatione doctrina catholica sat bene exponitur.

(*a*) His Marci scriptis addere oportet *Fragmentum ex S. Marci epistola II* in *Bibliothecis Patrum* obvium et ap. Galland. t. VIII, Prolegom. c. 1, n. 4 recusum.

(*b*) Cf. Galland. t. VIII, Prolegom. c. 1, n. 5.

(*c*) Vid. Photii Cod. 200 (p. 269), J. M. Brasichelliani Index librorum expurgandorum Romæ 1607, t. I, p. 173-79. c. Bellarmin et Labbe *De scriptor eccles.* ed. cit. p. 316. Galland. l. c. n. 6. — Editio præstantissima Gr. et Lat. exstat in Galland. *Biblioth. Patrum* t. VIII, p. 1-104. De aliis prioribus editionibus, nec non de opusculis hujus Marci cf. J. A. Fabricii *Biblioth. Græc.* vol. IX, p. 266-69, edit. nov. et vol. XIII, p. 753, edit. vet. G. Cave vol. I, p. 373 et Cas. Oudin. t. I, p. 903-8.

(*d*) Ejus dignitatem episcopalem et sedem codd. mss. jam sic indicabant Photii ætate, vid. Photii cod. 201 (p. 269-70). Hunc eumdem Diadochum esse putant, quem Victor Vitensis in Prologo *Histor. persecut. Vandal.* magna cum laude memorat : cf. Ruinart. Not. 3 in *Victoris Vit. histor.* cit. Neque improbabile est, *Didacum episcopum Phocæ* (al. *Foticæ*), qui in *Epistola episcoporum veteris Epiri ad Leonem imp.* (concil. Chalcedon. p. III, c. 58, ap. Mansi t. VII, col. 619) subscriptus legitur, illum ipsum esse Diadochum episcopum Photices, corruptis per librarios (quod haud raro contigit) nominibus propriis. Cf. Ceillier t. VIII, cap. 13, n. 1 (p. 531-32) et J. A. Fabricii *Biblioth. Græc.* vol. IX, p. 265-66.

(*e*) Capita hæc, de quibus vid. Photius cod. 201 (p. 269-70), item S. Maximus confessor in Disputat. cum Pyrrho (opp. S. Maximi ed. Combefis., Paris. 1675, t. II, p. 168, cf. ibid. p. 153) ; item inter ejusdem quæstiones et dubia interrogat. x (ibid. t. I, p 305), edita sunt Latine ex Fr. Turriani versione Florentiæ 1570 in 8°, iterumque Antverpiæ 1575, *Ingolstadii* 1585, Lugduni 1627, et in *Bibliothecis Patrum*, tum etiam Græce Florentiæ 1578 in-8° *. Cf. J. A. Fabricii *Biblioth. Græc.* vol. IX, p. 266-68. Ceillier l. c. n. 2-17 (p. 532 52).

(*f*) *Homilia adversus Arianos* Græce et Latine edita est a R. Wetstenio ad calcem Origenis, *De oratione*, Basileæ 1694, p. 152 ; recusa in *Bibliotheca* Gallandii, tom. V.

(*g*) Primus edidit Angelo Mai *Spicil. Rom.* IV, XCVIII-CVI.

* Hæc post Fabricium Jos. Fessler, et Fabricius post Oudinum ; sed editio Græca, si unquam exstitit, jam nullibi comparet. Edit. Patr.

NOTITIA IN MARCUM DIACONUM.

(Galland., *Vet. Patr. Biblioth.*, t. IX, Proleg. p. XVIII.)

I. Marcus, in Asia ortus ut videtur (*a*), primum quidem calligraphus (*b*), deinde a beato Porphyrio episcopo Gazensis Ecclesiæ diaconus ordinatus (*c*), ejusdem sancti præsulis laborum atque itinerum comes individuus ad supremum usque vitæ ipsius diem fuisse perhibetur (*d*). Qui proinde rerum ab eo gestarum historiam omni fide testatam, haud procul ab illius obitu, id est, circa annum Christi 422 memoriæ tradidit ; simplici quidem stylo conscriptam, sed præclaro veritatis candore, ut inquit magnus Baronius (*e*) : ubi et multa scitu digna narrantur, quæ alibi frustra quæras. In eamdem sententiam de hoc ingenuo scriptore doctus Henschenius (*f*) : *Est is*, ait, *diligens et veritatis cultor et*

(*a*) Marc. *Vit. S. Porph.* § 5.
(*b*) Id. ibid.
(*c*) Id. ibid. § 25.
(*d*) Id. ibid. § 3.

(*e*) Baron. *ad ann.* 398, § 98.
(*f*) Hensch. *ad Act. SS. Febr.* tom. III, pag. 644 num. 7.

illorum temporum gnarus historicus; vir, inquam, admodum eruditus, ut ex tota Vitæ hujus (sancti Porphyrii) serie accurate deducta conspicitur. Neque aliter de nostro diacono censuere viri doctrina et eruditione præstantes quos inter, ut alios prætereamus (*a*), eminent Norisius (*b*), Tillemontius (*c*) atque in primis Mazochius (*d*); quorum postremus Marci opus *quantivis pretii monumentum neque sine maximo fructu legendum*, appellare non dubitat.

II. Hanc porro sancti Porphyrii Vitam a Marco diacono litteris consignatam, ex interpretatione Gentiani Herveti minus quidem expolita ediderunt Lipomanus et Surius nec non socii Bollandiani ad diem 26 Februarii. Dolendum sane nondum in lucem erutum textum Marci Græcum, quem inter mss. codices bibliothecæ Vindobonensis exstare nos edocet Lambecius (*e*). *Verum, ut cum Mazochio loquar (f), quo interim æquiore animo hujusmodi feramus incommodum, ea ipsa interpretis rudis simplicitas efficit; qui cum fidissime verbum verbo appendat, ubicunque demum adire fontem usus poposcerit, haud difficile fore auguror ex Latinis Hervetianis Græca Marci scriptoris restituere, ut propterea iniquum plane fuerit de hujusce monumenti sinceritate vel tantillum dubitare: tanta est hujus historiæ bonitas, gravitas, simplicitas atque in oculos incurrens εἰλικρίνεια.* Hæc autem eapropter adnotasse libuit, ut iis occurramus quibus Dn. abbas de Longuerue et Claudius Castellanus, viri cætera eruditissimi, opusculi quo de agimus, integritatem elevare sunt agressi.

III. Et ille quidem lectores admonendos existimavit (*g*) *acta illa sancti Porphyrii quæ circumferuntur, non esse genuinum Marci diaconi opus, licet hactenus ea tanti fecerint viri maximi, quos ideo miratur. Nam hæc acta*, inquit, *non habemus jam nisi a Simeone Metaphraste, qui quam plurima et absurda in Marci opusculum intrusit. Non omnia itaque, subdit, in hac metaphrasi seu potius paraphrasi, recipienda; sed ad examen singula sunt revocanda.* Hæc aliaque ille, Baronii videlicet auctoritate ductus, ut ipsemet ait, qui hæc acta descripsisse testatur Metaphrastem (*h*), a quo sua Lipomanus et Surius hauserunt. Haud equidem inficias ierim id loco citato testari Baronium. Verum ipsemet quod ibi minus pensiculate pronuntiavit, curis posterioribus doctior factus sententiam suam diligentius exposuit. Verba enim faciens in *Annalibus* de Marci opusculo, præter superius allata, hæc iterum habet (*i*): *Multa scitu digna omnique fide testata (Marcus diaconus) posteris commendavit, licet rudiori stylo et versione scrupulosa ad verbum reddita, appareant minus compta. Sed ad ornatum satis ipsa sibi veritas est, cujus fulgore obscura quæque nitescunt.* Hæc Baronius: ubi videas unius interpretationis Hervetianæ mentionem injici, neutiquam ad Metaphrastæ paraphrasim, sed ad textum auctoris primigenium exactæ ac totidem verbis expressæ. Quæ cum ita sint, haud erat sane quod V. C. ad hujusmodi opusculi sinceritatem oppugnandam, Baronii judicium ex ejus notationibus in Martyrologium Romanum proferret; in primis vero postquam vir ille maximus præscripsit, ut si quid in iisdem notationibus legenti occurreret quod ab *Annalibus* differret, ex his in posterum emendarentur illæ. *Quod autem*, inquit (*j*), *in nostris notis ad Martyrologium Romanum negatum est, Lucium esse passum sub Volusiano, ex Annalibus errorem corrige:* sicque semper cum videris discrepare ab iisdem notis Annales, eas ex his emenda. *Nunquam hactenus concessum doleo, ut easdem singulas recognoscerem, licet lucri cupidus typographus, eas ab auctore posuerit esse recognitas in pagina liminari.* Huc usque Baronius.

IV. Claudius quoque Castellanus, eruditissimi abbatis de Longuerue vestigiis insistens, de monumenti hujus integritate dubitare animum induxit, illudque a Metaphraste fuisse interpolatum censuit (*k*). At ejus dubitationem diluit cl. Mazochius his verbis (*l*): *Incidit Castellanus*, inquit, *in Vitæ Porphyrii Græcum compendium manu exaratum in Regia bibliotheca num. 2010. Id vero volumen non intus, sed in dorso Metaphrastis nomen inscriptum habebat, de quo vide eumdem Castellanum (m). Estne vero id satis, ut fusiori alteri Vitæ ab Herveto Latine redditæ, quæ veritatis characteres ad miraculum omnes signatos habet, ex Metaphrastica manu fuci aliquid aut alienæ incrustationis accesserit? Quid enim, obsecro, in tota hac Vita usquam Metaphrastici occurrit? cujus stylum potius anti-Metaphrasticum vero licebit appellare. Mitto quod externæ librorum inscriptiones, quas non ipsi librarii, sed ineptissimus quisque glutinator aut quivis alius e trivio solebat dorso illinere, plerumque fallunt, nec quidquam fidei merentur.* Hæc vir doctissimus: qui præterea illas inter difficultates ex historia petitas quibus hæc Vita intricatur, eam potissimum enodandam sibi sumpsit, quæ maxima planeque insuperabilis vulgo habetur: quo pacto scilicet Praylii qui sanctum Porphyrium presbyterum ordinavit, episcopatus Hierosolymitanus cum Joannis item Hierosolymitani temporibus componatur. Cæ-

(*a*) Mallincrot. *Paralip. de hist. Gr.*, pag. 40. G. J. Voss. *De hist. Gr.* lib. II, cap. 20, pag. 258. Longuer. *De var. epoch. vet. Orient.*, pagg. 13, 107, 148 sub fin.

(*b*) Noris. *De epoch. Syromac.* Dissert. V, capp., 2, 3.

(*c*) Tillem. *Mem. eccl.* tom. X, pagg. 703 et 848, § 9.

(*d*) Mazoch. *Comment. in vet. marm. eccl. Neapol. Kalend.* vol. I, pag. 71.

(*e*) Lambec. *Comment.* lib. VIII, pag. 92.

(*f*) Mazoch. l. c.

(*g*) Longuer. l. c., pag. 145.

(*h*) Baron. in not. ad Martyrol. Rom. sub die XXVI Febr.

(*i*) Id. ann. 401, § 16.

(*j*) Id. ad ann. 257, § 3.

(*k*) Chatelain, *Martyrol. Romain*, pag. 777 seq.

(*l*) Mazoch. l. c. pagg. 79 et 72.

(*m*) Chatelain l. c. pag. 790.

teras enim copiose complexus est Tillemontius (*a*). A

Ad hæc idem V. C. subinde laudatus summum hujusce opusculi pretium perpendens, atque incredibile dictu reputans (*b*), quanta antiqui moris penus ex hac Vita depromatur; in eam aliquot *Animadversiones*, missis aliorum observationibus, elucubravit, dignas enimvero quæ ab eruditis viris perlegantur; quasque propterea editioni Bollandianæ (*c*) nobis hic descriptæ, jure optimo duximus subjiciendas.

V. Hactenus dictis illud quoque adjicere fortasse juverit, Marcum diaconum in hac sancti Porphyrii Vita conscribenda Gazensium æra fuisse usum. Mensium enim Gazensium semel iterumque mentionem injicit. Et primum quidem (*d*) : *Cum autem*, inquit, *pergeret Deus non pluere primo mense, qui* B *ab eis* (Gazensibus) *vocatur* Dios; *deinde etiam secundo, qui dicitur* Ep'lleos [leg. *Apellæus*], etc. Et infra (*e*) : *Est autem apud eos* Lydenæus [leg. *Audinæus*] *apud Romanos Januarius. Præcedunt autem quinque diebus eorum menses, Romanos. Undecimo vero die peregimus diem Theophaniorum Domini Jesu Christi :* id est, die VI Januarii, stylo Romano. Præterea subdit auctor (*f*) : *Navigavimus Gazam vicesimo tertio* Xantici, *qui est apud Romanos octavus decimus Aprilis.* Denique ait (*g*) : *Beatissimus autem Porphyrius.... in pace dormiit cum sanctis, secundo* (die) *mensis* Dystri, *anno, ut est Gazæorum computatio, quadragintesimo octogesimo.* Quapropter ut scriptoris nostri sententia clarius pateat, Gazen- C sium menses cum Romanis compositos hic subjiciendos existimamus.

I.	Δῖος,	*Dius.*	November.
II.	Ἀπελλαῖος,	*Apellæus.*	December.
III.	Αὐδυναῖος.	*Audynæus.*	Januarius.
IV.	Περίτιος,	*Peritius.*	Februarius.
V.	Δύστρος,	*Dystrus.*	Martius.
VI.	Ξανθικός,	*Xanthicus.*	Aprilis.
VII.	Ἀρτεμίσιος,	*Artemisius.*	Maius.
VIII.	Δαίσιος,	*Dæsius.*	Junius.
IX.	Πάνεμος,	*Panemus.*	Julius.
X.	Λῶος,	*Lous.*	Augustus.
XI.	Γορπιαῖος.	*Gorpiæus.*	September.
XII.	Ὑπερβερεταῖος,	*Hyperberetæus.*	October.

Porro de his Gazensium mensibus quorum singuli quinque diebus Romanos præcedunt, ut ex ipso Marco modo didicimus (*h*), Fabricium consulere operæ pretium fuerit (*i*). Cæterum de Gazensium æræ initio, cujus postremo loco nobis modo recitato meminit auctor, variæ circumferuntur eruditorum opiniones, quas excutit evertitque cardinalis Norisius (*j*); statuens proinde cum ex Marco diacono aliisque scriptoribus, tum ex numismatibus in Christianissimi regis cimeliarchio asservatis, Gazenses æram suam inchoasse anno periodi Julianæ 4653 urbis Romæ 693, Olympiadis 179, anno IV, ante æram Christianam LXI, cyclo solis V lunæ XVII M. Pupio Pisone et M. Valerio Messalla coss. Cum vero scribat Marcus supremum diem obiisse sanctum Porphyrium *die secundo Dystri anno Gazensium* 480 *episcopatus ab eo gesti* XXIV, *mense* XI, inde concludit eminentissimus scriptor, anno Gazensium 455 vere circiter ineunte, Porphyrii ordinationem contigisse; adeoque ejusdem beati præsulis obitum in die XXVI Februarii incidisse anno Christi 420. V. C. 1173, impp. Theodosio IV, et Constantio III coss. In eamdem ferme sententiam Pagius (*k*) et Dn. abbas de Longuerue (*l*); quorum tamen posterior in aliis nonnullis a placitis Norisianis dissentit. Verum hac de re præterea Tillemontium præstat adire (*m*); qui plura non contemnenda cum de anno quo fuit ordinatus sanctus Porphyrius, tum vero de illius anno emortuali, diligenter pro more suo animadvertit.

EX S. P. N. MARCI EPISTOLA II.

(Fragmentum.)

Auscultantium verbum Dei et fructum bonum producentium signa sunt hæc : gemitus, fletus, attentio, silentium, demissio, perseverantia, quies, capitis motus, gravis luctus, dolor cordis ex pio affectu procedens. Opera vero, vigilia, continentia, jejunium, mansuetudo, magnanimitas, assidua oratio, sacrarum litterarum cura, fides, humiliatio, fraterna dilectio, labor, adversitatis perpessio, charitas, subjectio, probitas, morum aptitudo et universorum lumen, qui est Dominus. Contra, eorum qui æternæ vitæ fructum non faciunt, indicia sunt ejusmodi : acedia, elatio, despectus, mentis evagatio, murmur, levitas. Opera autem, edacitas, prodigalitas, ira, furor, detractio, fastus, arrogantia, incredulitas, importunitas loquendi, seditio, oblivio, turbatio, turpis quæstus, avaritia, invidia, rixa, fastidium, blateratio, risus, gloriæ libido, omnisque ebriositas, qui Satanas est (1).

(*a*) Tillem. *Mem. eccl.* tom. X, pag. 843 seqq.
(*b*) Mazoch. l. c. pag. 74.
(*c*) Act. SS. Febr. tom. III, pagg. 645-661.
(*d*) Marc. *Vit. S. Porphyr.*, § 19.
(*e*) Id. ibid. § 21.
(*f*) Id. ibid. § 54.
(*g*) Id. ibid. § 103.
(*h*) Id. ibid. § 21.
(*i*) Fabric. *Menol.* § 33, pag. 44 seq.
(*j*) Noris. *De epoch. Syromaced.* Dissert. V, cap. 3.

D (*k*) Pagi. ad ann. 398, § 24, et in *Appar. ad Annal. Baron.* § 56.
(*l*) Longuer. l. c. *De mens. et epoch. Gazens.* cap. 5, § 2.
(*m*) Tillem. *Mem. eccl.* tom. X pag. 849, not. 2.
(1) Huc usque fragmentum. Cæterum an istud auctorem nostrum parentem agnoscat, ut censet Fabricius (*Bibl. Gr.* VII, 350), an vero ex aliquo ejusdem opusculorum quæ superant, excerptum fuerit, aliis dijudicandum relinquimus.

S. MARCI MONACHI ET EREMITÆ

OPUSCULA.

OPUSCULUM I.

Περὶ νόμου πνευματικοῦ.

Ἐπειδὴ πολλάκις ἐβουλήθητε γνῶναι, πῶς ὁ νόμος πνευματικός ἐστι, κατὰ τὸν θεῖον Ἀπόστολον· καὶ τίς ἡ γνῶσις, καὶ ἡ ἐνέργεια τῶν φυλάττειν αὐτὸν βουλομένων, τούτου χάριν κατὰ δύναμιν εἰρήκαμεν.

Α'. Πρῶτον, ὅτι Θεὸν οἴδαμεν παντὸς ἀγαθοῦ εἶναι αἴτιον, καὶ ἀρχὴν, καὶ μεσότητα, καὶ τέλος· τὸ δὲ ἀγαθὸν, ἀμήχανον ἐνεργεῖν ἢ πιστεύεσθαι, εἰ μὴ ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ καὶ ἁγίῳ Πνεύματι.

Β'. Πᾶν ἀγαθὸν παρὰ Κυρίου δεδώρηται· καὶ ὁ οὕτω πιστεύων, οὐκ ἀπολέσει αὐτό. Ἡ δὲ βεβαία πίστις, πύργος ἐστὶν ἰσχυρός· Χριστὸς δὲ τὰ πάντα τῷ πιστεύοντι γίνεται.

Γ'. Καταρχέτω σου πάσης προθέσεως, ὁ κατάρχων παντὸς ἀγαθοῦ, ὅπως κατὰ Θεὸν γένοιτο τὸ προκείμενον.

Δ'. Ὁ ταπεινόφρων καὶ ἔργον ἔχων πνευματικὸν, ἀναγινώσκων τὰς θείας Γραφὰς, πάντα εἰς ἑαυτὸν νοήσεις, καὶ οὐκ εἰς ἕτερον.

Ε'. Ἐπικαλοῦ τὸν Κύριον, ἵνα ἀνοίξῃ τοὺς ὀφθαλμοὺς τῆς καρδίας σου, καὶ ἴδῃς τὴν ὠφέλειαν τῆς προσευχῆς καὶ ἀναγνώσεως.

Ϛ'. Ὁ ἔχων τι χάρισμα, καὶ συμπάσχων τοῖς μὴ ἔχουσι, διὰ τῆς συμπαθείας φυλάσσει τὸ δώρημα. Ὁ δὲ ἀλαζὼν ἀπολεῖ αὐτὸ, τοῖς τῆς ἀλαζονείας πειρασμοῖς περικρουόμενος.

Ζ'. Στόμα ταπεινόφρονος λαλήσει ἀλήθειαν· ὁ δὲ ἀντιλέγων αὐτῇ, ὅμοιός ἐστι τῷ ὑπηρέτῃ ἐκείνῳ, τῷ ἐπὶ σιαγόνα τὸν Κύριον ῥαπίσαντι.

Η'. Μὴ γίνου μαθητὴς τοῦ ἐπαίροντος ἑαυτὸν, ἵνα μὴ ἀντὶ ταπεινοφροσύνης ὑπερηφάνειαν μάθῃς.

Θ'. Μὴ ἐπαρθῇς ἐν τῇ καρδίᾳ σου ἐπὶ νοήμασι γραφικοῖς, μήποτε τῷ πνεύματι τῆς βλασφημίας περιπέσῃς.

Ι'. Μὴ πειρῶ πρᾶγμα σκολιὸν ἐπιλῦσαι διὰ φιλονεικίας, ἀλλὰ δι' ὧν ὁ πνευματικὸς παρακελεύεται νόμος, δι' ὑπομονῆς, καὶ προσευχῆς, καὶ μονολογίστου ἐλπίδος.

A *De lege spirituali.*

Cum sæpenumero scire desideraveritis, quinam lex spiritualis se haberet, secundum divinum Apostolum [1]; tum quomodo cognoscenda, et opere implenda sit iis qui eamdem servare decrevissent animo, ejus rei gratia pro virili nostra disseruimus.

I. Primum igitur omnium certo scimus, Deum totius boni esse auctorem, cum principium, tum medium, tum finem; porro impossibile esse, nos quidquam boni facere aut credere, nisi per Christum Jesum et Spiritum sanctum.

II. Omne bonum a Domino gratuito nobis datum est. Ad hunc ergo modum credens, illud neutiquam amissurus est. Cæterum firma et constans fides, turris est fortissima; Christus autem credenti fit omnia.

B III. Incipiat ille promovendo omne animi tui propositum, qui omnis boni consuevit esse principium, ut secundum Deum fiat, quidquid faciendum statueris.

IV. Homo humilis, et opus habens spirituale, sacras Scripturas perlegendo, omnia in seipsum, et non in alium dicta intelligere debet.

V. Invoca Dominum, ut aperiat oculos cordis tui, et videas ac reipsa intelligas utilitatem orationis et lectionis.

VI. Qui habuerit aliquod donum seu gratiam, et compatitur non habentibus, hac ipsa compassione conservat munus a Deo acceptum. Cæterum homo jactabundus et arrogans amittit illud, dum arrogantiæ tentationibus decipitur.

C VII. Os humilia sentientis loquetur veritatem; at qui veritati contradicit, similis est servo illi qui Domino in maxillam incussit alapam.

VIII. Ne fias discipulus hominis semetipsum extollentis, ne humilitatis loco discas superbiam.

IX. Ne extollaris unquam in corde tuo propter Scripturæ intelligentiam, ne quando in spiritum blasphemiæ incidas.

X. Cave ne unquam tentes rem difficilem per contentionem dissolvere, sed per ea quæ lex spiritualis facienda mandat, nempe, per patientiam et precationem et spem unicam.

[1] Rom. VII, 14.

XI. Cæcus est clamans et dicens : *Fili David, miserere mei* [3]. Precabatur autem corporaliter, nondum instructus cognitione spirituali. Idem, receptis oculis ac viso Domino, non amplius eumdem, filii David, sed Filii Dei appellatione confessus adoravit.

XII. Ne extollaris, si inter orandum profuderis lacrymas : Christus enim oculos cordis tui tetigit, et jam visum intellectualem recepisti.

XIII. Qui cæcum imitans, abjectis vestimentis Domino appropinquaverit, eumdem sequitur, ac perfectiorum doctrinarum præco fit.

XIV. Malitia animi cogitationibus meditata cor indurat; dum autem per temperantiam et spem tollitur, emollit illud.

XV. Quædam est contritio cordis recta et utilis, tendens ad ejus illustrationem; est et altera perversa et noxia, tendens ad perturbationem ipsius.

XVI. Vigiliæ et precatio, et earum rerum quæ nobis objiciuntur tolerantia, contritio est inoffensa et cordi utilis, nisi alicujus lucri gratia earumdem commistionem absciderimus. Etenim in hisce constanter perdurans, et in reliquis sentiet auxilium; at ista negligens et effundens temere, in exitu difficiles dolores sentiet.

XVII. Cor voluptatis amans, carcer et catena est animæ in tempore egressionis; at idem laboris studiosum, janua est aperta.

XVIII. Ferrea porta ducens ad civitatem, cor durum est. Cæterum ei qui malis affligitur et tribulationibus jactatur, sua sponte, quemadmodum beato Petro, aperitur.

XIX. Multæ sunt precationis faciendæ rationes; altera tamen est altera præstantior. Verumtamen nulla exsistit noxia, nisi non fuerit precatio, sed operatio quædam diabolica.

XX. Homo malum facinus perpetrare volens, primum pro more precatus est; at divina dispensatione præpeditus ne male ageret, postea gratias egit.

XXI. David cum apud animum suum decrevisset neci dare Nabal Carmelitam, cum ejus mentem subiisset divina retributio, abstractus a proposito, magnas Deo egit gratias.

XXII. Neque rursum ignoramus, quid fecerit Dei oblitus; neque ejus rei prius finem fecit, quam eidem Nathan propheta Deum vindicem in memoriam revocarit.

XXIII. Quo tempore memoria Dei in mentem tibi venerit, omnibus modis precationi vacandum censeas, ut si ejus forte tibi venerit oblivio, ille te sui commonefaciat.

XXIV. Sacram Scripturam perlegens, mysteriorum rationem habe. *Quæcunque enim præscripta sunt, ad nostram doctrinam præscripta sunt* [4].

XXV. Fidem vocat Scriptura, *rerum sperandarum substantiam* [5]; et eos qui nullam habent habitationis Christi in nobis cognitionem, reprobos esse dixit [6].

XXVI. Quemadmodum operibus et sermonibus

IA'. Τυφλός ἐστι κράζων καὶ λέγων· *Υἱὲ Δαβίδ, ἐλέησόν με*, ὁ προσευχόμενος σωματικῶς, καὶ μή πω ἔχων γνῶσιν πνευματικήν. Ὁ ποτὲ τυφλὸς ἀναβλέψας καὶ ἰδὼν τὸν Κύριον, οὐκέτι υἱὸν Δαβὶδ, ἀλλ' Υἱὸν Θεοῦ ὁμολογήσας προσεκύνησε.

IB'. Μὴ ἐπαρθῇς ἐχχέων δάκρυον ἐν προσευχῇ σου· Χριστὸς γὰρ ἥψατο τῶν ὀφθαλμῶν τῆς καρδίας σου, καὶ νοερῶς ἀνέβλεψας.

IG'. Ὁ κατὰ μίμησιν τοῦ τυφλοῦ ἀποβαλὼν τὸ ἱμάτιον, καὶ ἐγγίσας τῷ Κυρίῳ, ἀκολουθεῖ αὐτῷ, καὶ κήρυξ γίνεται τῶν τελειοτέρων δογμάτων.

ID'. Κακία ἐν λογισμοῖς μελετωμένη, θρασύνει καρδίαν· ἀναιρουμένη δι' ἐγκρατείας καὶ ἐλπίδος, συντρίβει αὐτήν.

IE'. Ἔστι συντριμμὸς καρδίας ὀμαλὸς καὶ ἐπωφελής, εἰς κατάνυξιν αὐτῆς· καὶ ἔστιν ἕτερος ἀνώμαλος καὶ ἐπιβλαβής, εἰς πλῆξιν αὐτῆς.

IS'. Ἀγρυπνία, καὶ προσευχή, καὶ τῶν ἐπερχομένων ὑπομονή, συντριμμός ἐστιν ἀνεπηρέαστος, καὶ ἐπωφελὴς τῇ καρδίᾳ, μόνον εἰ μὴ διά τινος πλεονεξίας ἐγκόψομεν αὐτῶν τὴν σύγκρασιν. Ὁ γὰρ ἐν τούτοις ὑπομένων, καὶ ἐν τοῖς λοιποῖς βοηθήσεται· ὁ δὲ ἀμελῶν καὶ διαχεόμενος, ἐν ἐξόδῳ ἀφορήτως ὀδυνηθήσεται.

IZ'. Φιλήδονος καρδία, εἱρκτὴ καὶ ἅλυσις τῇ ψυχῇ ἐν καιρῷ ἐξόδου· ἡ δὲ φιλόπονος, θύρα ἐστὶν ἀνεῳγμένη.

IH'. Σιδηρᾶ πύλη ἐπὶ τὴν πόλιν ἀπάγουσα, ἐστὶ σκληρὰ καρδία. Τῷ δὲ κακοπαθοῦντι καὶ τεθλιμμένῳ αὐτομάτη ἀνοιχθήσεται, καθὼς καὶ τῷ μακαρίῳ Πέτρῳ.

IQ'. Πολλοὶ μὲν εἰσὶ προσευχῆς τρόποι, ἕτερος ἑτέρου διαφορώτερος. Ὅμως οὐδὲ εἷς τρόπος εὐχῆς ἐπιβλαβὴς τυγχάνει· εἰ μή τι ἂν οὐκ ἔστιν εὐχή, ἀλλ' ἐργασία σατανική.

K'. Ἄνθρωπος κακοποιῆσαι θέλων, πρῶτον ηὔξατο κατὰ συνήθειαν· καὶ οἰκονομικῶς ἐμποδισθείς, ὕστερον εὐχαρίστησεν.

KA'. Ὁ Δαβὶδ φονεῦσαι βουληθεὶς Ναβὰλ τὸν Καρμήλιον, ὑπόμνησιν λαβὼν περὶ θείας ἀνταποδόσεως, ἐγκοπεὶς τῆς προθέσεως, πολλὰ εὐχαρίστησεν.

KB'. Οἴδαμεν δὲ πάλιν ἃ πεποίηκεν ἐπιλαθόμενος τοῦ Θεοῦ· καὶ οὐκ ἐπαύετο, ἕως ὁ Νάθαν αὐτὸν εἰς μνήμην κατέστησεν.

KG'. Ἐν καιρῷ μνήμης Θεοῦ πολυπλασίασον δέησιν, ἵνα ὅταν ἐπιλάθῃς, ὁ Κύριος ὑπομνήσῃ σε.

KD'. Ὁ ἀναγινώσκων τὰς θείας Γραφὰς, νόησον τὰ κεκρυμμένα. *Ὅσα γὰρ προεγράφη, φησὶν, εἰς τὴν ἡμετέραν διδασκαλίαν προεγράφη.*

KE'. Τὴν πίστιν ἡ Γραφὴ λέγει, *ἐλπιζομένων ὑπόστασιν*· καὶ τοὺς μὴ ἐπιγινώσκοντας τὴν ἐνοίκησιν τοῦ Χριστοῦ, τούτους ἀδοκίμους εἴρηκεν.

KS'. Ὥσπερ δι' ἔργων καὶ λόγων φανεροῦται ἐν-

[3] Luc. XVIII, 38. [4] Rom. XV, 4. [5] Hebr. XI, 1. [6] II Cor. XIII, 5.

νοια, οὕτω διὰ τῶν καρδιακῶν ἐνεργημάτων ἡ μέλλουσα ἀνταπόδοσις.

A manifestatur animi cogitatio, sic cordis operationibus futura retributio.

ΚΖ'. Οἰκτίρμων καρδία δῆλον ὅτι οἰκτειρήσεται· καὶ ἐλεηθήσεται ὁμοίως ἐλεήμων. Τὰ δὲ ἐναντία, ἡ ἀκολουθία ἀντιπεφώνηκεν.

XXVII. Cor clemens et benignum clementiam videlicet consequitur; pari quoque ratione, miserescens, misericordiæ fit particeps. Cæterum ab his virtutibus alieno et averso consimilis etiam respondebit consequentia.

ΚΗ'. Ὁ νόμος τῆς ἐλευθερίας διδάσκει πᾶσαν ἀλήθειαν· καὶ οἱ μὲν πολλοὶ τοῦτον κατὰ γνῶσιν ἀναγινώσκουσιν· ὀλίγοι δὲ νοοῦσιν αὐτὸν κατὰ ἀναλογίαν τῆς ἐργασίας τῶν ἐντολῶν.

XXVIII. Lex libertatis omnem veritatem perdocet; atque non pauci quidem illam juxta cognitionem legunt; porro autem perpauci eamdem juxta proportionem operationis mandatorum cognoscunt.

ΚΘ'. Μὴ ζήτει αὐτοῦ τὴν τελειότητα ἐν ἀρεταῖς ἀνθρωπίναις· τέλειος γὰρ ἐν αὐταῖς οὐχ εὑρίσκεται. Ἡ γὰρ τελειότης αὐτοῦ ἐν τῷ σταυρῷ τοῦ Χριστοῦ ἐγκέκρυπται.

XXIX. Ne quæras legis illius perfectionem in humanis virtutibus; perfectus enim nullus in illis invenitur. Siquidem perfectio illius legis in cruce abscondita est.

Λ'. Ὁ νόμος τῆς ἐλευθερίας διὰ μὲν γνώσεως ἀληθοῦς ἀναγινώσκεται· διὰ δὲ ἐργασίας τῶν ἐντολῶν νοεῖται· πληροῦται δὲ διὰ τῶν οἰκτιρμῶν τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ.

XXX. Lex libertatis, veritatis quidem cognitione legitur; operatione autem mandatorum intelligitur; completur autem per miserationes Domini nostri Jesu Christi.

ΛΑ'. Ὅταν πρὸς πάσας τὰς ἐντολὰς τοῦ Θεοῦ διὰ συνειδήσεως κατορθοῦσθαι βιαζώμεθα, τότε νοήσομεν τὸν νόμον τοῦ Κυρίου ἄμωμον, ἐν τοῖς ἡμετέροις μὲν καλοῖς ἐπιτηδευόμενον· χωρὶς δὲ οἰκτιρμῶν τοῦ Θεοῦ, ἐν ἀνθρώποις τελειωθῆναι μὴ δυνάμενον.

XXXI. Quando ad omnia mandata Dei conscientia nostra emendari cogemur, tunc primum intelligemus legem Domini esse irreprehensibilem: quæ nostris quidem bonis operibus exercetur, verum citra Dei miserationes ab hominibus compleri non potest.

ΛΒ'. Ὅσοι πάσης ἐντολῆς Χριστοῦ ἑαυτοὺς ὀφειλέτας οὐκ ἐλογίσαντο, οὗτοι τὸν τοῦ Θεοῦ νόμον σωματικῶς ἀναγινώσκουσι, *μὴ νοοῦντες μήτε ἃ λέγουσι, μήτε περὶ τίνος διαβεβαιοῦνται*· διὸ καὶ πληροῦν αὐτὸν ἐξ ἔργων νομίζουσιν.

XXXII. Quicunque totius legis Christi debitores seipsos non reputaverunt, illi legem divinam tantum legunt corporaliter, *non intelligentes quæ dicant, neque de quibus certo affirment* [1]. Propterea eamdem semet operibus quoque complere posse existimant.

ΛΓ'. Ἔστι πρᾶγμα προφανῶς ἐπιτελούμενον, ὡς καλὸν, καὶ ὁ σκοπὸς τοῦ ἐπιτελοῦντος αὐτὸ, εἰς πονηρόν· καὶ ἔστιν ἕτερον ὡς πονηρὸν, καὶ ὁ σκοπὸς τοῦ ἐπιτελοῦντος αὐτὸ, εἰς ἀγαθόν.

XXXIII. Est res, quæ manifeste perficitur ut bona, neque tamen scopus perficientis illam, bonus est; est rursum alia velut mala, scopus tamen illam perficientis tendit ad bonum.

ΛΔ'. Οὐ μόνον δὲ ἔργα ποιοῦσί τινες, ἀλλὰ καὶ λόγους λαλοῦσι τῷ τρόπῳ ᾧ προειρήκαμεν. Οἱ μὲν γὰρ ἐναλλάσσουσι πράγματα κατὰ ἀπειρίαν ἢ ἄγνοιαν· οἱ δὲ ἐναλλάσσουσι κατὰ πρόθεσιν πονηρίας· ἕτεροι δὲ κατὰ σκοπὸν εὐσεβείας.

XXXIV. Non solum autem opera quidam faciunt, verum sermones etiam loquuntur, ad eum modum quem prædiximus. Alii enim immutant opera juxta imperitiam aut ignorantiam; alii vero immutant proposito malitiæ; partim autem juxta scopum pietatis.

ΛΕ'. Ὁ ἐν προβολῇ ἐπαίνου ἐγκρύπτων διαβολὴν, δυσεύρετός ἐστι τοῖς ἁπλουστέροις· ὅμοιος δὲ τούτῳ ἐστὶν ὁ κενοδοξῶν ἐν ταπεινῷ σχήματι.

XXXV. Qui laudis prætextu celat calumniam, comprehensu difficilis est simplicioribus; similis autem illi est, qui vestitu sordido amictus, ambitiose arrogans est.

ΛΣ'. Οἵτινες ἐπὶ πολὺ κατασυφισάμενοι τὴν ἀλήθειαν ἐν τῷ ψεύδει, παραχωρηθέντες ὕστερον, διὰ τῶν πραγμάτων ἐξελέγχονται.

XXXVI. Qui aliquandiu veritatem mendaciis fraudulenter obfuscarunt, tandem ubi secesserint, ipsis operibus mendaces redarguuntur.

ΛΖ'. Ἔστι ποιῶν τις προφανὲς ὡς καλὸν τῷ πλησίον ἀμυνόμενος· καὶ ἔστιν ἐν τῷ μὴ ποιῆσαι αὐτὸν ὠφεληθεὶς κατὰ διάνοιαν.

XXXVII. Est qui aperte bonum opus facit, et nocet per hoc proximo; est rursum, qui illud non facit, et proximo utilis est secundum animi cogitationem.

ΛΗ'. Ἔστιν ἔλεγχος κατὰ κακίαν, καὶ δι' ἄμυναν· καὶ ἔστιν ἕτερος κατὰ φόβον Θεοῦ καὶ ἀλήθειαν.

XXXVIII. Est reprehensio, quæ fit impulsu malitiæ et propter vindictam; et rursum alia, quæ fit in timore Dei et secundum veritatem.

ΛΘ'. Τὸν παυσάμενον καὶ μετανοοῦντα μηκέτι

XXXIX. Eum qui delinquendi finem fecit, et

[1] I Timoth. I, 7.

resipiscit, non amplius coargue. Si autem dixeris, secundum Deum te illum redarguere, primum tua vitia palam facito.

XL. Omnis virtutis initium et auctor Deus est, quemadmodum sol quotidiani luminis.

XLI. Quoties aliquid virtutis feceris, fac memor sis ejus, qui dixit : *Sine me nihil potestis facere* [8].

XLII. Per tribulationes et afflictiones bona parantur hominibus, quemadmodum mala per vanam gloriam et voluptatis studium.

XLIII. Peccata solet effugere quicunque ab hominibus injuriose afficitur, ac æquale tribulationi invenit subsidium.

XLIV. Qui non credit Christo de retributione, omnem injustitiam suffert, juxta proportionem fidei.

XLV. Qui pro hominibus injuriam inferentibus precatur, maledicit dæmonibus; qui vero primis resistit, a secundis vulnus accipit.

XLVI. Melior est injuria ab hominibus illata, quam a dæmonibus; cæterum qui Domino placuerit, utrosque superavit.

XLVII. Omne bonum proficiscitur a Deo, pro nutu dispensante; qui secreto judicio repellere solet stupidos, ingratos et ignavos.

XLVIII. Omne vitium in desperantem voluptatem desinit, et omnis virtus in consolationem spiritualem. Ac illud quidem prædominans, provocat domestica seu propria, hæc vero similiter cognata.

XLIX. Probrum objectum ab hominibus, cordi tribulationem exhibet; sanctimoniæ autem et puritatis causa est pertoleranti.

L. Ignorantia occasio fit contradicendi iis quæ sunt utilia; quæ si audacia animatur, auget vitiorum propositum.

LI. Nullam inferens injuriam, molesta et affligentia te suscipe : et tanquam rationem redditurus, abjice a te avaritiam.

LII. Si quid occulte aut clanculum peccaveris, ne coneris celare aut clam habere, *Omnia enim nuda et aperta sunt oculis illius, ad quem nobis sermo* [9].

LIII. Etiam quod ad animum et cogitationes attinet, Domino Deo temet ostende, *Homines enim faciem, Deus autem intuetur cor* [10].

LIV. Nihil cogites aut facias citra scopum Deo gratum. Etenim qui sine scopo iter facit, nequidquam laborat.

LV. Qui nulla necessitate coactus peccat, hunc difficulter subit pœnitentia : propterea falli non potest divina justitia.

LVI. Casus molestus ac dolorem afferens, Dei memoriam homini intelligentia exculto exhibet; pari modo affligit eum qui Domini obliviscitur.

LVII. Omnis labor quem invitus feceris, Dei reminiscendi tibi magister sit : ita fiet ut nunquam tibi desit occasio resipiscentiæ.

LVIII. Oblivio per se nullius est virtutis, sed

Ἐλεγχε. Εἰ δὲ λέγεις κατα Θεὸν ἐλέγχειν, πρῶτον τὰ σὰ κακὰ φανεροποίησον.

Μ'. Πάσης ἀρετῆς κατάρχει Θεὸς, καὶ τοῦ μεθημερινοῦ φωτὸς ὁ ἥλιος.

ΜΑ'. Ποιήσας ἀρετὴν, μνήσθητι τοῦ εἰρηκότος, ὅτι *Χωρὶς ἐμοῦ οὐ δύνασθε ποιεῖν οὐδέν*.

ΜΒ'. Διὰ θλίψεως τὰ ἀγαθὰ τοῖς ἀνθρώποις ἡτοίμασται· ὁμοίως καὶ τὰ κακὰ διὰ κενοδοξίας καὶ ἡδονῆς.

ΜΓ'. Ἐκφεύγει ἀπὸ ἁμαρτίας ὁ παρὰ ἀνθρώπων ἀδικούμενος, καὶ ὁμοίαν τῆς θλίψεως εὑρίσκει τὴν ἀντίληψιν.

ΜΔ'. Ὁ μὴ πιστεύων τῷ Χριστῷ περὶ ἀνταποδόσεως, πᾶσαν ἀδικίαν ὑπομένει κατὰ ἀναλογίαν τῆς πίστεως.

ΜΕ'. Ὁ ἀδικούντων ἀνθρώπων ὑπερευχόμενος καταράσσει τοὺς δαίμονας· ὁ δὲ τοῖς πρώτοις ἀντιτασσόμενος, ὑπὸ τῶν δευτέρων τιτρώσκεται.

ΜϚ'. Κρείσσων πλημμέλεια ἀνθρώπων, καὶ μὴ δαιμόνων· ὁ δὲ εὐαρεστῶν τῷ Κυρίῳ, ἀμφοτέρους ἐνίκησε.

ΜΖ'. Πᾶν ἀγαθὸν παρὰ Θεοῦ οἰκονομικῶς παραγίνεται· διαφεύγει δὲ μυστικῶς τοὺς ἀγνώμονας καὶ ἀχαρίστους καὶ ἀργούς.

ΜΗ'. Πᾶσα κακία εἰς τὴν ἀπηγορευμένην ἡδονὴν καταλήγει, καὶ πᾶσα ἀρετὴ εἰς παράκλησιν πνευματικήν. Καὶ ἡ μὲν προτέρα κρατοῦσα, προσερεθίζει τὰ οἰκεῖα· καὶ ἡ δευτέρα δὲ, ὁμοίως τὰ συγγενῆ.

ΜΘ'. Ὀνειδισμὸς ἀνθρώπων θλῖψιν παρέχει τῇ καρδίᾳ· ἀγνείας δὲ γίνεται αἰτία τῷ ὑπομένοντι.

Ν'. Ἄγνοια ἀντιλέγειν πρὸς τὰ ὠφέλιμα παρασκευάζει· καὶ θρασυνομένη αὔξει τὰς κακίας.

ΝΑ'. Τὰ προεγκείμενα μηδὲν ζημιούμενος, τὰ θλιβερὰ προσδέχου· καὶ ὡς ἀποδώσων λόγον, πλεονεξίαν ἀπόβαλε.

ΝΒ'. Ἁμαρτήσας λαθραίως, μὴ πειρῶ λανθάνειν· *Πάντα γὰρ γυμνὰ τετραχηλισμένα τοῖς ὀφθαλμοῖς αὐτοῦ, πρὸς ὃν ἡμῖν ὁ λόγος*.

ΝΓ'. Κατὰ διάνοιαν σεαυτὸν ἐπιδείκνυε τῷ Δεσπότῃ· *Ἄνθρωπος γὰρ εἰς πρόσωπον, ὁ δὲ Θεὸς εἰς καρδίαν ὁρᾷ*.

ΝΔ'. Μηδὲν λογίζου ἢ πράττε ἄνευ σκοποῦ. Ὁ γὰρ ἀσκόπως ὁδοιπορῶν, ματαιοπονήσει.

ΝΕ'. Τῷ ἐκτὸς ἀνάγκης ἁμαρτάνοντι δυσμετανόητα γίνεται· διότι ἀλάθητος ἡ τοῦ Θεοῦ δικαιοσύνη.

ΝϚ'. Σύμβασις ὀδυνηρὰ μνήμην Θεοῦ παρέχει τῷ συνετῷ· θλίβουσα κατὰ ἀναλογίαν τὸν ἐπιλανθανόμενον τοῦ Κυρίου.

ΝΖ'. Πᾶς ἀκούσιος πόνος γινέσθω σοι μνήμης Θεοῦ διδάσκαλος· καὶ οὐκ ἐπιλείψει σοι ἀφορμὴ πρὸς μετάνοιαν.

ΝΗ'. Λήθη καθ' ἑαυτὴν οὐδεμίαν ἔχει δύναμιν,

[8] Joan. xv, 5. [9] Hebr. iv, 13. [10] 1 Reg. xvi, 7.

ἀλλ' ἐκ τῶν ἡμετέρων ἀμελειῶν κατ' ἀναλογίαν κρατύνεται.

A per nostra scelera viribus roborata dominatur.

ΝΘ'. Μὴ λέγε· Τί ποιήσω, ὅ τι οὐκ ἐθέλω, καὶ ἔρχεται; Διότι μνημονεύων παρελογίσω τὸ ὀφειλόμενον.

LIX. Ne dicas: Quid faciam, quoniam quod non volo, mihi evenit? Proterea deliberans statue quod factu sit optimum.

Ξ'. Ὃ γὰρ μνημονεύεις, ποίησον· καὶ ὃ ἀμνημονεῖς, ἀποκαλύπτεταί σοι· καὶ οὐ μὴ παραδῷς ἀκρίτως τὴν ἔννοιαν λήθῃ.

LX. Quorum memor es, facito; et quorum non memor es, ea revelantur; et ne citra judicium et temere prodas tuam cogitationem.

ΞΑ'. Ἡ Γραφή φησιν· Ἅδης, *καὶ ἀπώλεια φανερὰ παρὰ Κυρίῳ*. Ταῦτα δὲ περὶ καρδιακῆς ἀγνοίας καὶ λήθης λέγει.

LXI. Scriptura dicit: *Infernus et perditio manifesta sunt apud Dominum* [11]. Hæc autem de cordis ignorantia et oblivione dicta sunt.

ΞΒ'. Ἅδης ἐστὶν ἄγνοια· ἀπώλεια δέ ἐστι λήθη. Ἀμφότερα δὲ ἐστιν ἀφάνερα· διότι ἐξ ὑπαρχόντων ἀπώλοντο.

LXII. Infernus est ignorantia; perditio autem, oblivio. Utraque vero obscura est; propterea quoque noxia.

ΞΓ'. Τὰ σὰ περιεργάζου κακὰ, καὶ μὴ τὰ τοῦ πλησίον· καὶ οὐ μὴ συλλυθῇ σου τὸ νοερὸν ἐργαστήριον.

LXIII. De tui ipsius malis satage, et non de proximi; ne una mentis tuæ sedulitas intereat.

ΞΔ'. Πάντων τῶν κατὰ δύναμιν καλῶν, δυσχώρητος ἡ ἀμέλεια· ἐλεημοσύνη δὲ καὶ προσευχὴ ἀνακαλεῖται τοὺς ἀμελήσαντας.

LXIV. Nihil magis distrahit ab omni genere boni, quam socordia; misericordia autem et precatio adhortantur negligentes.

ΞΕ'. Πᾶσα θλῖψις κατὰ Θεὸν, ἔργον ἐστὶν εὐσεβείας ἐνυπόστατον· ἡ γὰρ ἀληθινὴ ἀγάπη δι' ἐναντίων δοκιμάζεται.

LXV. Omnis afflictio secundum Deum, opus pietatis est certissimum; siquidem vera charitas in adversis probatur.

ΞϚ'. Μὴ λέγε κεκτῆσθαι ἀρετὴν ἐκτὸς θλίψεως· ἀδόκιμος γάρ ἐστι διὰ τὴν ἄνεσιν.

LXVI. Ne dicas te virtutis possessorem esse citra afflictionem; neque enim probari potest propter requiem et tranquillitatis otium.

ΞΖ'. Πάσης ἑκουσίου θλίψεως ἀναλογίζου τὴν ἔκβασιν, καὶ εὑρήσεις ἐν αὐτῇ ἁμαρτίας ἀναίρεσιν.

LXVII. Omnis voluntariæ afflictionis exitum considera, et invenies in illa peccati interitum.

ΞΗ'. Πολλαὶ συμβουλίαι τοῦ πέλας πρὸς τὸ συμφέρον· ἑκάστῳ δὲ τῆς ἰδίας γνώμης οὐδὲν ἁρμοδιώτερον.

LXVIII. Multa consilia proximi ad utilitatem; unicuique autem propria sententia nihil convenientius.

ΞΘ'. Ζητῶν θεραπείαν, ἐπιμέλησαι τῆς συνειδήσεως· καὶ ὅσα λέγει, ποίησον· καὶ εὑρήσεις τὴν ὠφέλειαν.

LXIX. Quærens remedium, curam habe conscientiæ; et quæcunque loquitur, facito; et ita utilitatem invenies.

Ο'. Τὰ κρυπτὰ ἑκάστου ὁ Θεὸς οἶδε, καὶ ἡ συνείδησις· καὶ διὰ τούτων αὐτῶν λαμβανέτω διόρθωσιν.

LXX. Cujusque hominis arcana Deus comperta habet, et conscientia; et propter hæc ipsa semet emendat et corrigit.

ΟΑ'. Ὁ ἀβουλήτως κοπιῶν, καθολικῶς πτωχεύει. Ὁ δὲ μετ' ἐλπίδος τρέχων, δίπλουτός ἐστιν.

LXXI. Inconsulto labore semet conficiens, prorsus mendicum agit. Cæterum qui spe proposita currit, locuples est admodum.

ΟΒ'. Ἄνθρωπος ὅσα δύναται ἐπιτηδεύει, κατὰ τὸ θέλημα· ὁ δὲ Θεὸς τὰς τούτων ἐκβάσεις ποιεῖ, κατὰ τὸ δίκαιον.

LXXII. Quæcunque potest homo, pro voluntate sua facit; verum Deus horum exitum, prout justum est, dispensat.

ΟΓ'. Ἐὰν θέλῃς ἀκατακρίτως παρὰ ἀνθρώπων ἔπαινον λαβεῖν· πρῶτον ὑπὲρ ἁμαρτιῶν σου ἀγάπησον ἔλεγχον.

LXXIII. Quod si animus est, nullius judicio laudem obnoxiam ab hominibus consequi: primum de peccatis tuis redargutionem amans boni consule.

ΟΔ'. Ὅσην ἂν τις ὑπὲρ ἀληθείας Χριστοῦ καταδέξηται ἐντροπὴν, ἑκατονταπλασίως ὑπὸ πλήθους δοξασθήσεται.

LXXIV. Quantamcunque pro veritate Christi ignominiam quis pertulerit, tantum in centuplo magis a multitudine gloriæ consequetur.

ΟΕ'. Κρεῖσσον δὲ πᾶν ἀγαθὸν ἐργάζεσθαι διὰ τὰ μέλλοντα.

LXXV. Satius autem est omne bonum operari propter futura.

ΟϚ'. Ὅταν ἄνθρωπος ἄνθρωπον ὠφελήσῃ ἐν λόγοις ἢ ἐν πράγμασιν, Θεοῦ εἶναι τὴν χάριν νοείτωσαν ἀμφότεροι. Ὁ δὲ μὴ συνιὼν τοῦτο, παρὰ τοῦ συνιέντος ἐξουσιασθήσεται.

LXXVI. Quoties homo homini verbis profuerit aut operibus, Dei uterque gratiam esse agnoscat. Cæterum hoc non intelligens, ab intelligente potestate superabitur.

ΟΖ'. Ὁ ἐπαινῶν τὸν πλησίον κατά τινα ὑπόκρισιν, ὀνειδίσει αὐτὸν ἐν καιρῷ, καὶ αὐτὸς ἐντραπήσεται.

LXXVII. Laudans proximum simulata quadam et figurata laude, temporis progressu illum probro afficiet, et ipse rursum pudore suffundetur.

ΟΗ'. Ὁ ἀγνοῶν ἐνέδρας πολεμίων, σφάζεται εὐ-

LXXVIII. Ignorans hostium insidias, haud diffi-

[11] Prov. xv, 11.

culter jugulatur; et cui affectionum causæ non sunt perspectæ, facile labitur.

LXXIX. A voluptatis amore et studio, negligentia; a negligentia proficiscitur oblivio. Rerum enim utilium cognitionem Deus omnibus largitus est.

LXXX. Homo dat consilium homini, quemadmodum novit; Deus autem operatur in audiente, secundum quod credidit.

LXXXI. Vidi homines idiotas opere humilia sapientes, et facti sunt sapientiores sapientibus. Alter idiota cum audisset illum extolli laudibus, humilitatem non est imitatus; sed in privata sua conditione ambitiose et arroganter semet efferens, superbiam arripuit.

LXXXII. Respuens intellectus prudentiam, et ad imperitiam semet convertens, non solum est idiota sermone, sed etiam cognitione.

LXXXIII. Quemadmodum aliud est sapientia sermonis, et aliud intellectus : sic aliud sermonis imperitia, aliud insipientia.

LXXXIV. Quemadmodum viro pio non nocet imperitia dicendi : sic neque eloquentia nocet humili.

LXXXV. Ne dixeris : Nescio quid mihi sit agendum, et ob id sum extra culpam, si illud non egero. Si enim facis quæcunque scis esse bona, cætera deinceps tibi revelabuntur, et unum ex uno peculiari modo intelliges.

LXXXVI. Nihil tibi conducit nosse posteriora, antequam priora peregeris : siquidem *scientia inflat*, nullum opus producendo, *charitas vero ædificat* [12], omnia perferendo.

LXXXVII. Legens verba Scripturæ sanctæ, opere ipso exsequere; et ne verba fundas temere, glorians de nuda ejus cognitione.

LXXXVIII. Qui relicto operandi studio, solam cognitionem amplectitur, pro gladio bis acuto baculum arundineum tenet; qui tempore belli, ut ait Scriptura [13], perforabit atque ingredietur manum ejus, atque in conspectu hostium naturale venenum immittet.

LXXXIX. Metitur Deus et trutinat omnem intellectum. Licet enim eamdem rem animo graviter affecto cogitare, et temperato.

XC. Qui facit mandatum, pro eo sufferre tentationem non dubitet; quia dilectio erga Christum per contraria probatur.

XCI. Curam cogitationum tuarum nunquam negligas; quoniam Deum nulla conceptio latere potest.

XCII. Cum animadverteris, cogitationem polliceri tibi gloriam humanam, probe noveris, quod ignominiam tibi præparet.

XCIII. Cognoscit inimicus justitiam legis spiritualis, ac tantum nititur occupare dispositionem intellectus. Hoc enim modo vel pœnitentem sibi captivum reddet, aut non resipiscentem gravibus calamitatibus afficiet.

XCIV. Quandoque ad resistendum afflictionibus provocabit, ut ita dolores multiplicet; et

καίρως· καὶ ὁ μὴ εἰδὼς τὰς αἰτίας τῶν παθῶν, καταπίπτει ῥᾳδίως.

Οθ'. Ἀπὸ φιληδονίας ἀμέλεια, καὶ ἀπὸ ἀμελείας λήθη προσγίνεται. Τῶν συμφερόντων γὰρ τὴν γνῶσιν ὁ Θεὸς πᾶσι δεδώρηται.

Π'. Ἄνθρωπος ὑποτίθεται τῷ πλησίον, καθὰ ἐπίσταται· Θεὸς δὲ ἐνεργεῖ τῷ ἀκούοντι, καθὰ ἐπίστευσεν.

ΠΑ'. Εἶδον ἰδιώτας ἔργῳ ταπεινοφρονήσαντας, καὶ ἐγένοντο τῶν σοφῶν σοφώτεροι. Ἕτερος ἰδιώτης ἀκούσας ἐκείνου ἐπαιρομένου, τὴν ταπείνωσιν οὐκ ἐμιμήσατο· ἀλλ' ἐπὶ τῇ ἰδιωτείᾳ κενοδοξῶν, ὑπερηφάνειαν προσελάβετο.

ΠΒ'. Ὁ σύνεσιν ἐξουθενῶν, καὶ εἰς ἀμαθίαν ἐγκαυχώμενος, οὐκ ἔστιν ἰδιώτης μόνον τῷ λόγῳ, ἀλλὰ καὶ τῇ γνώσει.

ΠΓ'. Ὥσπερ ἐστὶν ἄλλο σοφία λόγου, καὶ ἄλλο φρόνησις· οὕτως ἕτερον ἰδιωτεία λόγου, καὶ ἕτερον ἀφροσύνη.

ΠΔ'. Οὐδὲν βλάψει ἀμαθία λέξεων τὸν εὐλαβέστατον, ὡς οὐδὲ σοφία λόγων τὸν ταπεινόφρονα.

ΠΕ'. Μὴ λέγε· Οὐκ ἐπίσταμαι τὸ δέον, καὶ ἀναίτιός εἰμι μὴ ποιῶν αὐτό. Εἰ γὰρ ἐποίεις καλὰ ὅσα ἐπίστασαι, καὶ τὰ λοιπά σοι ἀκολούθως ἀπεκαλύπτετο, οἰκείῳ τρόπῳ ἓν δι' ἑνὸς κατανοούμενα.

ΠΣ'. Οὐ συμφέρει σοι πρὸ τῆς ἐργασίας τῶν πρώτων, εἰδέναι τὰ δεύτερα· Ἡ γὰρ γνῶσις φυσιοῖ διὰ τὴν ἀργίαν, ἡ δὲ ἀγάπη οἰκοδομεῖ, διὰ τὸ πάντα ὑπομένειν.

ΠΖ'. Τῆς Γραφῆς τὰ ῥήματα διὰ πράξεων ἀναγίνωσκε· καὶ μὴ πλατυλόγει, ἐπὶ ψιλοῖς τοῖς νοήμασι εἰκῇ φυσιούμενος.

ΠΗ'. Ὁ ἀφεὶς τὴν πρᾶξιν, καὶ γυμνῇ τῇ γνώσει ἐπερειδόμενος, ἀντὶ διστόμου μαχαίρας καλαμίνην ῥάβδον κρατεῖ, ἥτις ἐν καιρῷ πολέμου, κατὰ τὴν Γραφὴν, τρήσει τὴν χεῖρα αὐτοῦ, καὶ εἰς αὐτὴν εἰσελεύσεται, τὸν ἰὸν τῆς φύσεως πρὸ τῶν πολεμίων ἐμβάλλουσα.

ΠΘ'. Μέτρον ἔχει καὶ σταθμὸν παρὰ Θεῷ πᾶσα ἔννοια. Ἔστι γὰρ τὸ αὐτὸ ἢ ἐμπαθῶς ἢ μεσοτρόπως λογίσασθαι.

Ϟ'. Ὁ ποιήσας ἐντολὴν, ἐκδεχέσθω τὸν ὑπὲρ αὐτῆς πειρασμόν· ἡ γὰρ εἰς Χριστὸν ἀγάπη, δι' ἐναντίων δοκιμάζεται.

ϞΑ'. Μὴ καταφρονήσῃς ποτὲ ἐν λογισμῶν ἀμελείᾳ· ἀλάθητος γάρ ἐστιν ὁ Θεὸς ἐπὶ πάσης ἐννοίας.

ϞΒ'. Ὅταν ἴδῃς λογισμὸν ἀνθρωπίνην σοι δόξαν ὑπαγορεύοντα, γίνωσκε σαφῶς, ὅτι αἰσχύνην σοι κατασκευάζει.

ϞΓ'. Ἐπίσταται ὁ ἐχθρὸς, τοῦ πνευματικοῦ νόμου τὸ δίκαιον, καὶ ζητεῖ μόνον τὴν νοερὰν συγκατάθεσιν. Οὕτω γὰρ ἂν ἢ τὸν τῆς μετανοίας ὑπεύθυνον ποιήσῃ τὸν ὑποχείριον, ἢ μὴ μετανοοῦντα, ἀκουσίοις ἐπιφοραῖς ὀδυνήσῃ αὐτόν.

ϞΔ'. Ἔστι δ' ὅτε καὶ πρὸς τὰς ἐπιφορὰς ἀντιμάχεσθαι παρασκευάσει, ὅπως καὶ ὧδε τὰς ὀδύνας πο-

[12] I Cor. VIII, 1. [13] Isa. XXXVI, 6.

λυπλασιάσῃ, καὶ ἐν ἐξόδῳ διὰ τὴν ἀνυπομνησίαν ἀποδείξῃ ἄπιστον.

ΚΕ'. Πρὸς τὰ ἐπερχόμενα πολλοὶ πολλὰ ἀντετάξαντο· ἀλλ' ἐκτὸς προσευχῆς καὶ μετανοίας οὐδεὶς τὸ δεινὸν διέφυγεν.

ΚΣ'. Ἓν δι' ἑνὸς τὰ κακὰ λαμβάνει τὴν δύναμιν, ὁμοίως καὶ τὰ ἀγαθὰ δι' ἀλλήλων αὐξάνεται· καὶ τὸν ἑαυτῶν μέτοχον ἐπὶ τὰ πρόσω μείζονα προτρέπονται.

ΚΖ'. Τὰ μικρὰ ἁμαρτήματα ἐξευτελίζει ὁ διάβολος· ἄλλως γὰρ ἐπὶ μεῖζον κακὸν ἀγαγεῖν οὐ δύναται.

ΚΗ'. Ῥίζα αἰσχρᾶς ἐπιθυμίας, ἀνθρώπινος ἔπαινος· ὥσπερ καὶ σωφροσύνης, ὁ περὶ κακίας ἔλεγχος, οὐχ ὅταν ἀκούωμεν, ἀλλ' ὅταν αὐτὸν καταδεχώμεθα.

ΚΘ'. Οὐδὲν ὠφελήθη ὁ ἀποταξάμενος καὶ ἡδυπαθῶν· ὃ γὰρ ἐποίει διὰ τῶν χρημάτων, τοῦτο καὶ μηδὲν ἔχων ἐργάζεται.

Λ'. Πάλιν δὲ ὁ ἐγκρατὴς ἐὰν κτᾶται χρήματα, ἀδελφός ἐστι τοῦ προτέρου κατὰ διάνοιαν· μητρὸς μὲν τῆς αὐτῆς διὰ τὴν νοερὰν ἡδονήν· πατρὸς δὲ ἑτέρου διὰ τὴν τοῦ πάθους ἐναλλαγήν.

ΛΑ'. Ἔστιν ὁ περικόπτων πάθος διὰ μείζονα ἡδυπάθειαν· καὶ ὑπὸ τῶν ἀγνοούντων αὐτοῦ τὸν σκοπὸν, δοξάζεται. Τάχα δὲ καὶ ἑαυτὸν ἀγνοεῖ κοπιῶν ἀνόνητα.

ΛΒ'. Ἡ αἰτία πάσης κακίας, κενοδοξία καὶ ἡδονή· ὁ δὲ μὴ μισήσας αὐτὰ, οὐ μὴ περιάρῃ πάθος.

ΛΓ'. *Ῥίζα πάντων τῶν κακῶν* εἴρηται *ἡ φιλαργυρία*· ἀλλὰ καὶ αὕτη σαφῶς δι' ἐκείνων συνίσταται. Ἐκτυφλοῦται δ' ὁ νοῦς διὰ τῶν τριῶν τούτων παθῶν, φιλαργυρίας λέγω, κενοδοξίας, καὶ ἡδονῆς.

ΛΔ'. Τρεῖς θυγατέρας λέγω βδέλλης· αὗταί εἰσι, κατὰ τὴν θείαν Γραφὴν, ὑπὸ μητρὸς ἀφροσύνης ἀγαπήσει ἀγαπώμεναι.

ΛΕ'. Γνῶσις καὶ πίστις, αἱ τῆς φύσεως ἡμῶν σύντροφοι, δι' οὐδὲν ἕτερον ἢ δι' ἐκείνας ἠμβλύνθησαν.

ΛΣ'. Θυμὸς καὶ ὀργὴ, καὶ πόλεμος καὶ φόνοι, καὶ πᾶς ὁ λοιπὸς κατάλογος τῶν κακῶν, δι' ἐκείνας ἐν ἀνθρώποις σφόδρα ἐκραταιώθησαν.

ΛΖ'. Οὕτω μισῆσαι δεῖ φιλαργυρίαν καὶ κενοδοξίαν καὶ ἡδονὴν, ὡς μητέρας τῶν κακῶν, καὶ μητρυιὰς τῶν ἀρετῶν.

ΛΗ'. Διὰ ταῦτα μὴ ἀγαπᾷν τὸν κόσμον, μηδὲ τὰ ἐν τῷ κόσμῳ προσετάχθημεν· τοῦτο δὲ εἴρηται, οὐχ ἵνα τὰ κτίσματα τοῦ Θεοῦ ἀκρίτως μισήσωμεν, ἀλλ' ὅπως τῶν τριῶν ἐκείνων παθῶν τὰς ἀφορμὰς περικόψωμεν.

ΛΘ'. *Οὐδεὶς*, φησὶ, *στρατευόμενος τῷ Θεῷ, ἐμπλέκεται ταῖς τοῦ βίου πραγματείαις*· ὁ γὰρ μετὰ τῆς ἐμπλοκῆς τὰ πάθη νικῆσαι θέλων, ὅμοιός ἐστι τῷ μετὰ ἀχύρων σβεννύοντι ἐμπυρισμόν.

ΜΓ'. Ὁ διὰ χρήματα, ἢ δόξαν, ἢ ἡδονὴν ὀργιζόμε-

A tandem per oblivionem perfidum demonstrabit.

XCV. Adversus imminens infortunium multi multa opposuerunt; sed citra orationem et resipiscentiam nullus fatum effugere potuit.

XCVI. Quæ mala sunt, gradatim ac sensim incrementum accipiunt : similiter etiam quæ bona sunt, mutuo augmento multiplicantur, suique participem subinde porro ad majora cohortantur et impellunt.

XCVII. Modica delicta admodum elevat et extenuat diabolus; alioqui enim ad majus malum aut vitium hominem adducere non posset.

XCVIII. Turpis concupiscentiæ radix est laus humana : quemadmodum etiam molestiæ, vitiorum
B reprehensio, non quando illam audimus, sed quando illam non gravatim suscipimus.

XCIX. Nihil utilitatis consecutus est, qui bonis suis renuntiavit, et indulget deliciis : quod enim faciebat opes possidens, illud etiam nihil habens operatur.

C. Rursus homo temperans, si opum dives fuerit, frater est prioris, quoad animum; matris quidem ejusdem propter spiritualem delectationem; patris vero alterius propter affectuum mutationem.

CI. Est qui affectus resecat, majoris voluptatis consequendæ gratia; atque ita ab ignorantibus scopum ejus, gloriam consequitur. Fortasse autem seipsum quoque ignorat, quod inutili labore semet conturbet.

C CII. Omnis vitiositatis causa, est inanis gloriæ cupiditas et voluptas : quas qui non odio habuerit, nunquam affectus abjiciet.

CIII. *Radix omnium malorum* dicta est *avaritia*[14]; verum etiam hæc per illa manifesta consistit. Excæcatur autem mens tribus hisce affectionibus, avaritia videlicet, et gloriæ cupidine, ac voluptate.

CIV. Tres hirudinis seu sanguisugæ filias illas esse affirmo, quæ divinæ Scripturæ testimonio [15], a matre immodestia summo amore diliguntur.

CV. Cognitio et fides naturæ nostræ co-alumnæ, nulla alia re quam per illas hebetatæ sunt.

CVI, Furor et iracundia, et bellum et cædes, et reliquus universus vitiorum catalogus, propter illas
D inter homines vehementer invaluerunt.

CVII. Ita odio habenda est avaritia et vana gloria et voluptas, ut vitiorum matres, et virtutum novercæ.

CVIII. Propter hæc ne diligamus mundum, neque ea quæ in mundo sunt [16] nobis colenda proponamus. Quod dictum est, non ut ea quæ a Deo creata sunt, sine judicio prosequamur odio, verum ut horum trium affectuum occasiones præcidamus.

CIX. *Nemo*, inquit Apostolus [17], *militans Deo, hujus vitæ negotiis implicatur.* Etenim qui hisce implicitus, affectiones superare voluerit, similis est ei qui paleis conatur incendium restinguere.

CX. Qui propter opes aut gloriam aut voluptatem

[14] I Tim. VI, 10. [15] Prov. XXX, 15. [16] I Joan. II, 15. [17] II Tim. II, 4.

proximo irascitur, nondum cognovit Deum justitia res mundanas administrare solere.

CXI. Quando audieris Dominum dicentem : *Nisi quis renuntiaverit omnibus substantiis suis, non est me dignus* [18] : non tantum de relinquendis divitiis hoc dictum accipias, sed etiam de omnibus vitiorum ac improbitatis actionibus.

CXII. Qui non cognoscit veritatem, nequaquam vere potest credere. Siquidem cognitio secundum naturam præcedit fidem.

CXIII. Quemadmodum unicuique rerum quæ videntur, Deus quod naturale est tribuit : sic humanis quoque cogitationibus, sive velimus, sive nolimus.

CXIV. Si quis aperte et obstinate peccans, et non pœnitens, nihil passus fuerit usque ad vitæ exitum ; in hunc judicium sine misericordia [19] futurum ne dubites.

CXV. Qui cordate orat, suffert ea quæ illi objiciuntur. Cæterum qui acceptarum injuriarum memor est, nondum pure precatus est.

CXVI. Damno affectus, aut probro et contumelia lacessitus, aut persecutionem passus a quopiam, fac ne animo tecum cogites, quod præsens est, sed quod futurum est, suscipe ; atque ita certo invenies, eum multorum bonorum tibi fuisse auctorem, non tantum in præsenti, sed etiam in futuro sæculo.

CXVII. Quemadmodum iis qui crudo et indigesto sunt stomacho, amarum prodest absinthium : sic male moratis mala tolerare utile est. Illos enim ad bonam valetudinem consequendam, hos vero ad resipiscentiam amplectendam inducunt pharmaca.

CXVIII. Quod si nolueris mala pati, neque male facere velis ; siquidem illud huic indivisus comes esse consuevit. Quod enim quisque seminat, hoc etiam metet [20].

CXIX. Volente animo mala seminantes, et invito eadem metentes, justitiam Dei admirari debemus. Cum sationis ac messis tempus medio interjecto definitum sit, hujus rei gratia diffidimus de retributione.

CXX. Si quid flagitiose deliquisti, cave ipsum culpes facinus, sed potius mentis tuæ cogitationem. Nisi enim præcurrisset cogitationem animus, corpus nunquam fuisset subsecutum.

CXXI. Aperte peccantibus multo improbior est in occulto admittens flagitia : propterea ille quoque graviore punietur supplicio.

CXXII. Qui nectit et conatur dolos per fallaciam, et occulte malis afficit proximum, ille serpens est, secundum Scripturam [21], qui jacet in via, et equi pungit calcaneum.

CXXIII. Qui eadem de causa apud hunc quidem laudat, apud alium vero vituperat proximum, illum ambitione et invidentia victum esse constat : et per laudem quidem invidentiam celare nititur, per reprehensionem vero seipsum illo præstantiorem ostendere conatur.

νος τῷ πλησίον, οὔπω ἔγνωκεν ὅτι ἐν δικαιοσύνῃ διακονεῖ ὁ Θεὸς τὰ πράγματα.

ΡΙΑ'. Ὅταν ἀκούσῃς τοῦ Κυρίου λέγοντος, ὅτι *Εἴ τις οὐκ ἀποτάσσεται πᾶσι τοῖς ὑπάρχουσιν αὐτῷ, οὐκ ἔστι μου ἄξιος*, μὴ μόνον περὶ χρήματα νόει τὸ εἰρημένον, ἀλλὰ καὶ περὶ πάντων τῶν τῆς κακίας πραγμάτων.

ΡΙΒ'. Ὁ μὴ γινώσκων τὴν ἀλήθειαν, οὔτε ἀληθῶς πιστεύειν δύναται. Ἡ γὰρ γνῶσις κατὰ φύσιν προηγεῖται τῆς πίστεως.

ΡΙΓ'. Ὥσπερ ἑκάστῳ τῶν ὁρωμένων τὸ προσφυὲς ἀπένειμεν ὁ Θεός· οὕτω καὶ τοῖς ἀνθρωπίνοις λογισμοῖς, κἂν θέλωμεν, κἂν μή.

ΡΙΔ'. Εἴ τις προφανῶς ἁμαρτάνων καὶ μὴ μετανοῶν, οὐδὲν ἔπαθεν ἕως ἐξόδου, τούτου νόμιζε ἀνίλεων εἶναι τὴν κρίσιν ἐκεῖ.

ΡΙΕ'. Ὁ ἐμφρόνως προσευχόμενος, ὑπομένει τὰ ἐπερχόμενα· ὁ δὲ μνησικακῶν, οὔπω καθαρῶς προσηύξατο.

ΡΙϚ'. Ζημιωθεὶς, ἢ ὀνειδισθεὶς, ἢ διωχθεὶς παρά τινος, μὴ λογίζου τὸ παρὸν, ἀλλὰ τὸ μέλλον ἐκδέχου· εὑρήσεις ὅτι πολλῶν σοι ἀγαθῶν γέγονε πρόξενος, οὐ μόνον ἐν τῷ παρόντι, ἀλλὰ καὶ ἐν τῷ μέλλοντι αἰῶνι.

ΡΙΖ'. Ὥσπερ τοὺς κακοσίτους ἀψίνθιον ὠφελεῖ τὸ πικρόν· οὕτω τοῖς κακοτρόποις κακὰ πάσχειν συμφέρει. Τοὺς μὲν γὰρ εὐεκτεῖν, τοὺς δὲ μετανοεῖν παρασκευάζει τὰ φάρμακα.

ΡΙΗ'. Εἰ μὴ θέλεις κακοπαθεῖν, μηδὲ κακοποιεῖν θέλε· διότι τοῦτο ἐκείνῳ ἀπαραβάτως ἀκολουθεῖ. Ὃ γὰρ σπείρει ἕκαστος, τοῦτο καὶ θερίσει.

ΡΙΘ'. Ἑκουσίως τὰ φαῦλα σπείροντες, καὶ ἀκουσίως θερίζοντες, τὴν δικαιοσύνην τοῦ Θεοῦ θαυμάζειν ὀφείλομεν. Ἐπειδὴ δὲ καὶ θέρους καὶ ἀνὰ μέσον σπόρου καιρός τις διώρισται, τούτου χάριν ἀπιστοῦμεν περὶ τὴν ἀνταπόδοσιν.

ΡΚ'. Ἁμαρτήσας, μὴ αἰτιῶ τὴν πρᾶξιν, ἀλλὰ τὴν ἔννοιαν. Εἰ μὴ γὰρ ὁ νοῦς προέδραμεν, οὐκ ἂν τὸ σῶμα ἐπηκολούθησε.

ΡΚΑ'. Τῶν προφανῶς ἀδικούντων πονηρότερός ἐστιν ὁ λαθροκακοῦργος· διόπερ ἐκεῖνος καὶ πονηροτέρως κολάζεται.

ΡΚΒ'. Ὁ δόλους συμπλέκων, καὶ κεκρυμμένως κακοποιῶν, ὄφις ἐστὶ, κατὰ τὴν Γραφὴν, ὁ καθήμενος ἐν ὁδῷ, καὶ δάκνων πτέρναν ἵππου.

ΡΚΓ'. Ὁ ἐν τῷ αὐτῷ εἷς τινα μὲν ἐπαινῶν, εἷς τινα δὲ ψέγων τὸν πέλας, οὗτος κενοδοξίᾳ καὶ φθόνῳ κεκράτηται· καὶ διὰ μὲν τῶν ἐπαίνων, κρύπτειν πειρᾶται τὸν φθόνον, διὰ δὲ τῶν ψόγων, ἑαυτὸν εὐδοκιμώτερον ἐκείνου συνίστησιν.

[18] Luc. XIV, 33. [19] Jac. II, 33. [20] Galat. VI, 8. [21] Gen. XLIX, 17.

ΡΚΔ'. Ὥσπερ οὐκ ἔστιν ἐπὶ τὸ αὐτὸ καὶ πρόβατα βόσκειν καὶ λύκους· οὕτως ἀδύνατον ἐλέους τυχεῖν τὸν δολοποιοῦντα τὸν πλησίον.

ΡΚΕ'. Ὁ τῇ ἐπιταγῇ ἐπιμίσγων λάθρα τὸ ἴδιον θέλημα, μοῖχός ἐστι, καθὼς ἐν τῇ Σοφίᾳ δεδήλωται, καὶ δι' ἔνδειαν φρενῶν, ὀδύνας καὶ ἀτιμίας ὑποφέρει.

ΡΚϚ'. Ὥσπερ ὕδατος καὶ πυρὸς ἐναντία ἡ σύνοδος, οὕτως ἐναντιοῦται ἀλλήλοις δικαιολογία καὶ ταπείνωσις.

ΡΚΖ'. Ὁ ζητῶν ἄφεσιν ἁμαρτιῶν, ἀγαπάτω ταπεινοφροσύνην· ὁ δὲ κατακρίνων τὸν ἕτερον, σφραγίζει τὰ ἑαυτοῦ κακά.

ΡΚΗ'. Μὴ ἀφῇς ἀνεξάλειπτον ἁμαρτίαν, κἂν βραχυτάτη τυγχάνῃ, ἵνα μὴ ὕστερον ἐπὶ μεῖζον κακὸν κατασύρῃ σε.

ΡΚΘ'. Ἐὰν θέλῃς σωθῆναι, ἀληθῆ λόγον ἀγάπησον, καὶ μηδέποτε ἀκρίτως ἔλεγχον ἀποστραφῇς.

ΡΛ'. Λόγος ἀληθὴς μετέβαλε γεννήματα ἐχιδνῶν, καὶ ὑπέδειξεν αὐτοῖς φυγεῖν ἀπὸ τῆς μελλούσης ὀργῆς.

ΡΛΑ'. Ὁ δεχόμενος λόγους ἀληθείας, ὑποδέξεται τὸν Θεὸν Λόγον· φησὶ γὰρ ὁ Κύριος· *Ὁ δεχόμενος ὑμᾶς, ἐμὲ δέχεται.*

ΡΛΒ'. Παραλυτικός ἐστι χαλασθεὶς διὰ τοῦ δώματος, ἁμαρτωλὸς παρὰ πιστῶν κατὰ Θεὸν ἐλεγχόμενος, καὶ διὰ τὴν ἐκείνων πίστιν λαμβάνων τὴν ἄφεσιν.

ΡΛΓ'. Κρεῖσσον μετ' εὐλαβείας ὑπερεύχεσθαι τοῦ πλησίον, ἢ ἐλέγχειν αὐτὸν ἐν παντὶ πράγματι.

ΡΛΔ'. Ὁ ὀρθῶς μετανοῶν, ὑπὸ ἀφρόνων χλευάζεται. Τοῦτο δὲ αὐτῷ ἐστι τεκμήριον εὐαρεστήσεως.

ΡΛΕ'. *Ὁ ἀγωνιζόμενος, πάντα ἐγκρατεύεται,* καὶ οὐ παύσεται, ἕως ἂν ἐξολοθρεύσῃ Κύριος σπέρμα ἐκ Βαβυλῶνος.

ΡΛϚ'. Λόγισαί μοι ἔνδεκα εἶναι τὰ πάθη τῆς ἁμαρτίας· ἐὰν ἓν ἐξ αὐτῶν ἀγαπήσῃς θελήματι, ἐκεῖνο ἀναπληρώσει τὸν τόπον τῶν ἕνδεκα.

ΡΛΖ'. Πῦρ ἐστι καιόμενον ἡ ἁμαρτία. Ὅσον ἂν περικόψῃς τὴν ὕλην, τοσοῦτον σβεσθήσεται· καὶ καθὸ ἐν ἐπιθῇς (1), ἀναλόγως ἐκκαυθήσεται.

ΡΛΗ'. Ἐπαρθεὶς ἐν ἐπαίνοις, ἐκδέχου ἀτιμίαν. Φησὶ γάρ· *Ὁ ὑψῶν ἑαυτόν, ταπεινωθήσεται.*

ΡΛΘ'. Ὅταν πᾶσαν ἐκούσιον κακίαν ἀποβάλωμεν τῆς διανοίας, τότε ἂν πολεμήσωμεν πάθεσι τοῖς κατὰ πρόληψιν.

ΡΜ'. Πρόληψίς ἐστι τῶν πρωτέρων κακῶν μνεία ἀκούσιος, παρὰ μὲν τῷ ἀγωνιστῇ προβῆναι εἰς πάθος κωλυομένη· παρὰ δὲ τῷ νικητῇ ἕως προσβολῆς ἀνατρεπομένη.

ΡΜΑ'. Προσβολὴ ἔστιν ἀνείδωλον κίνημα καρδίας, κλεισούρας δίκην, ὑπὸ τῶν ἐμπείρων κατεχομένη.

ΡΜΒ'. Ὅπου εἰκόνες λογισμῶν (2), ἐκεῖ γέγονε συγ-

CXXIV. Quemadmodum non licet simul et oves et lupos pascere : ita nullo modo fieri potest, ut is misericordiam consequatur, qui dolose agit cum proximo.

CXXV. Qui mandato sibi injuncto propriam voluntatem subimmiscet, mœchus est, quemadmodum in Sapientia manifestatum est [23], et propter mentis inopiam, dolorem sustinet et ignominiam.

CXXVI. Quemadmodum aquæ et ignis contraria est societas, sic quoque contraria sunt inter se justificatio sui et humiliatio.

CXXVII. Quærens peccatorum condonationem et veniam, humilitatem diligat. Cæterum qui condemnat proximum, obsignat sua ipsius mala.

CXXVIII. Ne dimittas peccatum indeletum, tametsi sit valde modicum, ne te postea ad majus malum et vitium pertrahat.

CXXIX. Quodsi animus est salvari, veracem sermonem dilige, neque unquam præcipitanter et temere reprehensionem averseris.

CXXX. Sermo verus mutavit viperarum progenies, illisque ostendit, ut fugerent a futura ira [24].

CXXXI. Qui suscipit sermones veritatis, suscipiet Deum Verbum : dicit enim Dominus : *Qui recipit vos, me recipit* [25].

CXXXII. Paralyticus per tectum demissus [26], est peccator, qui a fidelibus secundum Deum redarguitur, et propter illorum fidem remissionem consequitur.

CXXXIII. Satius est cum timore orare pro proximo, quam eumdem in omni opere redarguere.

CXXXIV. Qui vere resipiscit, emendata in melius vita, ab hominibus fatuis subsannatur : hoc autem illius probitatis argumentum est.

CXXXV. *Qui certat, ab omnibus se temperat* [27], nec prius finem facit, quam Dominus omne semen Babylonis profligatum exterminaverit.

CXXXVI. Considera, undecim esse peccati affectiones : quarum si unam ultro amaveris, ea omnium undecim locum occupabit.

CXXXVII. Ignis ardens est peccatum. Jam quantum peccandi materiam sustuleris, tantum exstinguetur ; quantumque adjeceris, tantum accendetur.

CXXXVIII. Si laudatus, animo sublato superbieris, ignominiam amplectitor. Ait enim : *Qui se exaltat, humiliabitur* [28].

CXXXIX. Quando nostra sponte omnem iniquitatem ex animo ejecerimus, tunc adversus affectiones quæ mentem præoccupant, dimicabimus.

CXL. Mentis præoccupatio, est priorum malorum aut vitiorum memoria non voluntaria, quæ a certatore, ne in affectum erumpat, prohibetur ; a victore vero usque ad impetum violentiorem subvertitur.

CXLI. Impetus vero violentior, est motus cordis carens imaginationibus, occultum judicium in expertis detinens.

CXLII. Ubi cogitationum imagines, ibi facta est

[23] Prov. VI, 32, 33. [24] Matth. III, 7. [25] Matth. X, 40. [26] Luc V, 19. [27] I Cor. IX, 25. [28] Luc. XIV, 11.

(1) F ἐνεπιθῇς, vel ἂν ἐπιθῇς. Edit.

(2) Ὅπου, κ. τ. λ. Caute lege.

assensio; motus enim est ab imaginationibus alienus, extra noxam impetus. Est autem, qui etiam ex iis aufugit, veluti ex igne stipes aut titio; est rursus, qui non revertitur, donec flamma concremata subsederit.

CXLIII. Ne dicas : Quod nolo, accidit. Omnino enim etsi illud nequaquam volueris, tamen rei quæ contigit, causas amare te verisimile est.

CXLIV. Qui laudem venatur, in affectus incidit, et tribulationem venientem deplorans, amat requiem.

CXLV. Tanquam in statera voluptates sectantis fluctuat cogitatio; nonnunquam plorat et deflet peccata; mox pugnat et contradicit proximo, excusans atque defendens voluptates.

CXLVI. Omnia probans, et bonum retinens, consequenter ab omni quoque malitia semet abstinet.

CXLVII. Homo longanimis multa sapientia præditus est; similiter, qui verbis sapientiæ suam aurem accommodat.

CXLVIII. Citra Dei recordationem aut memoriam, vera cognitio non potest subsistere. Etenim sine priore, illud posterius spurium et illegitimum est.

CXLIX. Hominem gravi corde præditum, nihil juvat subtilioris et argutioris cognitionis oratio, propterea quod præ superbia pœnitentia laborem subire nequeat.

CL. Homini miti confert credulitas, quatenus Dei longanimitatem non tentat, neque crebra transgressione percutitur.

CLI. Hominem potentem ne coarguas ambitionis et inanis gloriæ, sed potius futuræ damnationis ignominiam illi ostende : hoc enim modo homo intelligens et cordatus haud difficulter coarguitur.

CLII. Qui odio habet redargutionem, secundum propositum adhuc subjectus est affectibus. Cæterum qui amat eam, videlicet secundum mentis præoccupationem rapitur.

CLIII. Ne velis cupidus esse audiendi aliena flagitia : hac enim audiendi voluptate flagitiorum quoque characteres nutriuntur.

CLIV. Maledicas orationes inaudiens, tibi ipse, non ei qui locutus est, irascere : pravarum enim rerum auditor, pravus evadit nuntius.

CLV. Si quis in vaniloquos homines inciderit, reum seipsum putet talium verborum, quanquam non ex recenti colloquio, sed ex antiquo debito.

CLVI. Si quem videris simulanter et hypocritice te laudantem, ab eodem suo tempore vituperationem quoque exspecta.

CLVII. Præsentes tribulationes cum futuris bonis commuta, et ita nulla unquam difficultas tuum certamen eludet.

CLVIII. Quando propter externam aliquam, hoc est corporalem largitionem, hominem ut virum bonum extra Deum laudaveris, postea ille tibi improbus apparebit.

CLIX. Omne bonum a Domino pro sua dispen-

A κατάθεσις· κίνημα γάρ ἐστιν ἀνείδωλον, ἀναίτιος προσβολή. Ἔστι δὲ καὶ ὁ ἐκ τούτων ἐκφεύγων, ὡς δαλὸς ἐκ πυρός· καὶ ἔστιν ὁ μὴ ἀναστρέφων, ἕως ἂν ἐκκαύσῃ φλόγα.

ΡΜΓ'. Μὴ λέγε· Ὅ τι οὐ θέλω, καὶ ἔρχεται. Πάντως γὰρ κἂν μὴ αὐτὸ ἀγνοῇς, τὰς δὲ αἰτίας ἀγαπᾷς τοῦ πράγματος.

ΡΜΔ'. Ὁ ζητῶν ἔπαινον, ἔγκειται πάθει· καὶ θλῖψιν ἐπελθοῦσαν ἀποδυρόμενος, ἀγαπᾷ τὴν ἄνεσιν.

ΡΜΕ'. Ὡς ἐπὶ ζυγοῦ ἀστατεῖ τοῦ ἡδυπαθοῦντος ὁ λογισμός, καὶ ποτὲ μὲν κλαίει καὶ ἀποδύρεται δι' ἁμαρτίας· ποτὲ δὲ πολεμεῖ καὶ ἀντιλέγει τῷ πλησίον, ἐκδικῶν τὰς ἡδονάς.

B ΡΜϚ'. Ὁ πάντα δοκιμάζων καὶ τὸ καλὸν κατέχων, ἀκολούθως ἀπὸ παντὸς πονηροῦ ἀφέξεται.

ΡΜΖ'. Μακρόθυμος ἀνὴρ, πολὺς ἐν φρονήσει· ὁμοίως καὶ ὁ λόγοις σοφίας παραβάλλων τὸ οὖς αὐτοῦ.

ΡΜΗ'. Χωρὶς μνήμης Θεοῦ, γνῶσις ἀληθὴς εἶναι οὐ δύναται· ἐκτὸς γὰρ τῆς προτέρας, ἡ δευτέρα νόθος ὑπάρχει.

ΡΜΘ'. Τὸν σκληροκάρδιον οὐκ ὠφελεῖ λεπτοτέρας γνώσεως λόγος, διότι ἐκτὸς φόβου, μετανοίας πόνους οὐ καταδέχεται.

C ΡΝ'. Τῷ πραεῖ ἀνθρώπῳ πιστολογία συμβάλλεται, καθότι οὐ πειράζει Θεοῦ μακροθυμίαν, καὶ οὐ τύπτεται ἐν πυκνῇ παραβάσει.

ΡΝΑ'. Ἄνδρα δυνατὸν μὴ ἐλέγξῃς ἐπὶ κενοδοξίᾳ, ἀλλὰ τὴν ἐπιφορὰν τῆς μελλούσης ἀτιμίας ὑπόδειξον· τούτῳ γὰρ τῷ τρόπῳ ὁ συνετὸς ἡδέως ἐλέγχεται.

ΡΝΒ'. Ὁ μισῶν ἔλεγχον, κατὰ πρόθεσιν ἔγκειται τῷ πάθει. Ὁ δὲ ἀγαπῶν, δηλονότι κατὰ πρόληψιν παραφέρεται.

ΡΝΓ'. Μὴ θέλε ἀκούειν ἀλλότρια πονηρεύματα· τῷ γὰρ τοιούτῳ θελήματι καὶ οἱ χαρακτῆρες τῶν πονηρευμάτων διατρέφονται.

ΡΝΔ'. Ὁ κακοῖς λόγοις ἐνηχηθεὶς, σεαυτῷ ὀργίζου, καὶ μὴ τῷ λαλήσαντι· πονηρᾶς γὰρ ἀκοῆς, πονηρὸς καὶ ὁ ἀποκρισιάριος.

D ΡΝΕ'. Εἴ τις ματαιολόγοις ἀνθρώποις περιτύχοι, ὑπεύθυνον ἑαυτὸν ἡγείσθω τῶν τοιούτων ῥημάτων, κἂν μὴ προσφάτως, ἀλλ' ἐκ παλαιοῦ χρεωστήματος.

ΡΝϚ'. Ἐὰν ἴδῃς τινὰ καθ' ὑπόκρισιν ἐπαινοῦντά σε, ἐν ἰδίῳ καιρῷ παρ' ἐκείνου ψόγον ἐκδέχου.

ΡΝΖ'. Τὰ παρόντα θλιβερὰ προσσυνάλλασσε τοῖς μέλλουσιν ἀγαθοῖς, καὶ οὐδέποτέ σου τὸν ἀγῶνα χαυνώσει πλημμέλεια.

ΡΝΗ'. Ὅταν διὰ σωματικὴν παροχὴν ἄνθρωπον ὡς ἀγαθὸν ἐκτὸς τοῦ Θεοῦ ἐπαινέσῃς, ὕστερον ὁ αὐτός σοι πονηρὸς καταφανήσεται.

ΡΝΘ'. Πᾶν ἀγαθὸν παρὰ Κυρίου οἰκονομικῶς ἐπ-

ἔρχεται· καὶ οἱ φέροντες αὐτὸ, εἰσὶν ἀγαθοῦ διάκονοι.

A satione venire solet : cæterum illud deferentes, boni illius ministri sunt.

ΡΞ'. Ἀγαθῶν καὶ κακῶν τὰς μετεμπλοκὰς ὁμολῷ λογισμῷ ὑποδέχου· καὶ οὕτως ἀνατρέπει ὁ Θεὸς τῆς ἀνωμαλίας τὰ πράγματα.

CLX. Bonarum et malarum rerum communes implicationes æqua ratione suscipito; atque ita Deus avertit inæqualitatis occasiones.

ΡΞΑ'. Ἡ ἀνισότης τῶν λογισμῶν, τὰς τῶν ἰδικῶν ἀνιδίως μεταβολὰς ἐπιφέρει· ὁ Θεὸς γὰρ τὰ ἀκούσια τοῖς ἑκουσίοις προσφυῶς ἀπένειμε.

CLXI. Cogitationum inæqualitas, propriorum improprie mutationes infert; nam Deus invita voluntariis prompte distribuit.

ΡΞΒ'. Τὰ αἰσθητὰ, τῶν νοερῶν ἐστιν ἔκγονα, τὸ δέον φέροντα ψήφῳ Θεοῦ.

CLXII. Opera externa promanant ex intelligibilibus, atque ex sententia divina suppeditant quod necessarium est.

ΡΞΓ'. Καρδίας ἡδυπαθούσης, λογισμοὶ λοιμοὶ ἀναφύονται· καὶ ἐν τῷ καπνῷ τὴν ἐγκειμένην ὕλην ἐπιγινώσκομεν.

CLXIII. Cordi deliciis indulgenti, pestilentes succrescunt cogitationes; et in fumo materiam subjacentem cognoscimus.

B

ΡΞΔ'. Παράμενε τῇ διανοίᾳ, καὶ οὐ κοπιάσεις ἐν πειρασμοῖς· ἐκεῖθεν δὲ ἀναχωρῶν, ὑπόμενε τὰ ἐπερχόμενα.

CLXIV. Permane constans in animo, et nullam senties in tentationibus molestiam : illinc autem discedens, suffer contingentia.

ΡΞΕ'. Εὔχου μὴ ἐλθεῖν σοι πειρασμόν· ἐλθόντα δὲ, κατάδεξαι ὡς σὸν, καὶ οὐκ ἀλλότριον.

CLXV. Precare Deum, ne tibi veniat tentatio; cæterum venientem suscipito, ut tuam, non ut alienam.

ΡΞϚ'. Ἆρον τὴν ἔννοιαν ἀπὸ πάσης πλεονεξίας, καὶ τότε δυνήσει ἰδεῖν τὰς μεθοδείας τοῦ διαβόλου.

CLXVI. Tolle cogitationem tuam ab omni avaritia, ac tum conspicere poteris omnes diaboli insidias.

ΡΞΖ'. Ὁ λέγων πάσας εἰδέναι τὰς μεθοδείας τοῦ διαβόλου, οὐκ οἶδεν ἑαυτὸν τέλειον εἰσφέρειν.

CLXVII. Qui dixerit se nosse omnes diaboli insidias, non novit se ipsum perfectum gerere.

ΡΞΗ'. Ὅταν ἐξέλθῃ ὁ νοῦς τῶν σωματικῶν φροντίδων, βλέπει κατ' ἀναλογίαν τὰς τῶν ἐχθρῶν πανουργίας.

CLXVIII. Mens egressa de corporalibus curis, videt secundum proportionem inimicorum versutias.

ΡΞΘ'. Ὁ λογισμοῖς συναπαγόμενος, ἐκτυφλοῦται ὑπ' αὐτῶν· καὶ τὰς μὲν ἐργασίας τῆς ἁμαρτίας βλέπει, τὰς δὲ αἰτίας αὐτῶν οὐ δύναται ἰδεῖν.

CLXIX. Qui cogitationibus ducitur, excæcatur ab illis; et peccatorum quidem operationes videt, porro illorum causas videre non potest.

C

ΡΟ'. Ἔστιν ὁ ποιῶν προφανῶς ἐντολὴν, δουλεύων πάθει, καὶ διὰ λογισμῶν πονηρῶν ἀγαθὴν πρᾶξιν ἐξαφανίζων.

CLXX. Est qui facit propalam mandatum, affectibus serviens, et per cogitationes pravas bonum opus obscurans.

ΡΟΑ'. Ἐμφερόμενος ἐν ἀρχῇ κακοῦ, μὴ λέγε· Οὐ μὴ νικήσῃ με. Καθὸ γὰρ ἂν ἐμφέρῃ, κατὰ τοσοῦτον ἤδη νενίκησαι.

CLXXI. Dum versaris in mali seu peccati principio, ne dicas : Non vincet me. Quatenus enim in eo versaris, tantum jam quoque victus es.

ΡΟΒ'. Ἕκαστον τῶν γενομένων, ἀπὸ μικροῦ ἄρχεται· καὶ κατὰ μέρος τρεφόμενον, λαμβάνει τὴν αὔξησιν.

CLXXII. Unumquodque eorum quod fit, a parvis incipitur initiis; atque ita, dum particulatim nutritur, lentis incrementis augmentum consequitur.

ΡΟΓ'. Δίκτυόν ἐστι πολύπλοκον, ἡ τῆς κακίας μέθοδος· ᾧ μερικῶς ἐμπλακεὶς, ἐὰν ἀμελήσῃ, περιεκτικῶς σφίγγεται.

CLXXIII. Vitiorum methodus rete est multiplex : qui particulatim implicatus est, si neglexerit, tandem omnibus membris constringitur.

ΡΟΔ'. Μὴ θέλε ἀκούειν δυστυχίας ἐχθρῶν ἀνθρώπων. Οἱ γὰρ ἡδέως ἀκούοντες τῶν τοιούτων ῥημάτων, καρποὺς τρυγῶσι τῆς ἰδίας προθέσεως.

CLXXIV. Ne velis cupidus esse audiendi inimicorum hominum infortunia. Libenter enim audientes verba hujusmodi, proprii propositi fructus vindemiant.

D

ΡΟΕ'. Μὴ πᾶσαν θλῖψιν ἐπέρχεσθαι τοῖς ἀνθρώποις δι' ἁμαρτίαν νόμιζε· εἰσὶ γάρ τινες εὐαρεστοῦντες καὶ πειραζόμενοι. Γέγραπται γάρ· Ἀσεβεῖς καὶ ἄνομοι ἐκδιωχθήσονται. Ὁμοίως καὶ *Οἱ εὐσεβῶς θέλοντες ζῆν ἐν Χριστῷ, διωχθήσονται.*

CLXXV. Ne omnem afflictionem aut tribulationem hominibus propter peccata contingere existimes; sunt enim nonnulli qui Deo placent, et tamen probantur tentationibus. Scriptum est enim : Impii et iniqui persecutionem patientur. Similiter scriptum est : *Volentes in Christo pie vivere, persecutionem patientur* [28].

ΡΟϚ'. Ἐν καιρῷ θλίψεως, βλέπε τὴν προσβολὴν τῆς θλίψεως· ἐπειδὴ γὰρ ἡ προσβολὴ παραμυθεῖται τὴν θλῖψιν, εὐπαράδεκτος γίνεται.

CLXXVI. In tempore tribulationis, accessum tribulationis intuere; si enim adjectio tribulationem consolatur, dulcis fit tribulatio et facilis.

ΡΟΖ'. Τινὲς φρονίμους λέγουσι, τοὺς διακριτικοὺς

CLXXVII. Quidam prudentes vocant eos qui

[28] II Tim. III, 12.

multo usu exculti, res sensibiles dijudicare possunt. Verum illi demum prudentes perhibendi sunt, qui propriæ voluntati dominantur.

CLXXVIII. Ante vitiorum sublationem cave cordi tuo obtemperes. Quales enim impositiones habet, tales etiam appositiones requirit.

CLXXIX. Quemadmodum sunt serpentes occurrentes in nemoribus, sunt item alii in ædibus latenter excubantes : sic affectus sunt in mente formati, sunt item alii latentes in operibus, tametsi ex aliis in alias formas subinde transmutentur.

CLXXX. Cum videris concupiscentias certo moveri, et ad affectum mentem quiescentem iisdem provocari, tum scias, quod harum antehac mens dux exstiterit, inque opus duxerit, cordique eas ipsas imposuerit.

CLXXXI. Non conflatur nubes citra venti spiritum, neque ullus generatur affectus citra cogitationem.

CLXXXII. Si non amplius carnis voluntates fecerimus, secundum Scripturam, facile in Domino desinent concupiscentiæ conceptæ in animo.

CLXXXIII. Substantiva mentis simulacra, pejora sunt et fortiora. Cæterum rationalia, horum causæ sunt et duces.

CLXXXIV. Est vitium, quo cor prorsus tenetur propter diurnam mentis præoccupationem. Rursus est aliud mentem impugnans per quotidianas actiones.

CLXXXV. Deus actiones secundum propositum æstimat. *Tribuat* enim, inquit [39], *tibi Dominus, secundum cor tuum.*

CLXXXVI. Qui in contemplatione conscientiæ constanter non perdurat, neque labores corporales pro pietate ferendos suscipit.

CLXXXVII. Naturalis liber est conscientia. Hanc quicunque strenue et graviter legerit, ille divini auxilii non dubiam sumet experientiam.

CLXXXVIII. Quicunque pro veritate tuenda labores sua sponte non susceperit, a multo gravioribus et acerbioribus etiam invitus castigabitur.

CLXXXIX. Qui voluntatem Dei perspectam habet, eamdemque pro virili fecerit, modicis laboribus maximas difficultates effugiet.

CXC. Qui citra orationem et patientiam tentationes vincere voluerit, nequaquam eas a se propulsabit, sed multo magis illis implicabitur.

CXCI. Dominus in suis ipsius mandatis delitescit absconditus; qui hactenus invenitur a quærentibus, quatenus inquiritur ab illis.

CXCII. Ne dicas : Mandatis satisfeci, neque tamen Dominum reperi. Etenim cognitionem cum justitia non raro invenisti. Cæterum qui recte quærunt illum, pacem invenient.

CXCIII. Porro pax est affectuum liberatio. Hæc autem, ut beatus inquit Apostolus [40], citra Spiritus sancti cooperationem non invenitur.

CXCIV. Aliud est mandati exsecutio, aliud virtus,

A τῶν αἰσθητῶν πραγμάτων. Φρόνιμοι δέ εἰσιν, οἱ ἐπικρατοῦντες τῶν ἰδίων θελημάτων.

ΡΟΗ'. Πρὸ ἀναιρέσεως τῶν κακῶν, μὴ ὑπακούσῃς τῇ καρδίᾳ σου. Οἵας γὰρ ἐνθήκας ἔχει, τοιαύτας καὶ προσθήκας ἐπιζητεῖ.

ΡΟΘ'. Ὥσπερ εἰσὶν ὄφεις συναντῶντες ἐν νάπαις, καὶ εἰσὶν ἕτεροι φωλεύοντες ἐν οἰκίαις· οὕτως εἰσὶ πάθη, λογιστικῶς μορφούμενα, καὶ εἰσὶν ἕτερα, πρακτικῶς ἐγκείμενα, εἰ καὶ ἐξ ἄλλων εἰς ἄλλας εἰκόνας μετεμορφώθησαν.

ΡΠ'. Ὅταν ἴδῃς τὰ ἐγκείμενα ὑποστατικῶς κινούμενα, καὶ εἰς πάθος προκαλούμενα τὸν νοῦν ἡσυχάζοντα, γίνωσκε ὅτι ὁ νοῦς ποτε καὶ τούτων προηγήσατο, καὶ εἰς πρᾶξιν ἤγαγε, καὶ τῇ καρδίᾳ ἐν-
B ἔθηκεν.

ΡΠΑ'. Οὐ συνίσταται νέφος ἐκτὸς αὔρας καὶ ἀνέμου, καὶ οὐ γεννᾶται πάθος ἐκτὸς ἐννοίας.

ΡΠΒ'. Ἐὰν μηκέτι ποιῶμεν τὰ θελήματα τῆς σαρκὸς κατὰ τὴν Γραφήν, ῥᾳδίως ἐν Κυρίῳ ὑπολήξει τὰ προεγκείμενα.

ΡΠΓ'. Τὰ μὲν ὑποστατικὰ τοῦ νοὸς εἴδωλα, πονηρότερά ἐστι καὶ ἐπικρατέστερα. Τὰ δὲ λογιστικά, τούτων αἴτια καὶ προηγητικά.

ΡΠΔ'. Ἔστι κακία καρδιακῶς κατέχουσα διὰ τὴν χρονίαν πρόληψιν. Καὶ ἔστι κακία λογιστικῶς πολεμοῦσα διὰ τῶν καθημερινῶν πραγμάτων.

ΡΠΕ'. Ὁ Θεὸς τὰς πράξεις κατὰ τὰς προθέσεις
C λογίζεται· *Δῴη* γάρ *σοι*, φησὶ, *Κύριος κατὰ τὴν καρδίαν σου.*

ΡΠϚ'. Ὁ ἐν θεωρίᾳ συνειδήσεως μὴ ἐγκαρτερῶν, οὐδὲ τοὺς σωματικοὺς πόνους ὑπὲρ εὐσεβείας καταδέχεται.

ΡΠΖ'. Φυσικὴ βίβλος ἐστὶ συνείδησις. Ὁ ἐμπράκτως ἀναγινώσκων αὐτὴν, λαμβάνει πεῖραν θείας ἀντιλήψεως.

ΡΠΗ'. Ὁ μὴ αἱρούμενος τοὺς ὑπὲρ ἀληθείας πόνους ἑκουσίως, ὑπὸ τῶν ἀκουσίων χαλεπωτέρως παιδεύεται.

ΡΠΘ'. Ὁ γνοὺς τὸ θέλημα τοῦ Θεοῦ, καὶ κατὰ δύναμιν ποιῶν αὐτὸ, διὰ μικρῶν πόνων τοὺς μεγάλους ἐκφεύξεται.

D Ρι'. Ὁ ἐκτὸς προσευχῆς καὶ ὑπομονῆς πειρασμοὺς νικῆσαι θέλων, οὐκ ἀπώσεται αὐτοὺς, ἀλλὰ πλέον ἐμπλακήσεται.

ΡιΑ'. Κύριος εἰς τὰς ἰδίας ἐγκέκρυπται ἐντολὰς, καὶ τοῖς ζητοῦσιν αὐτὸν κατ' ἀναλογίαν εὑρίσκεται.

ΡιΒ'. Μὴ εἴπῃς· Ἐποίησα ἐντολὰς, καὶ οὐχ εὗρον τὸν Κύριον. Γνῶσιν γὰρ μετὰ δικαιοσύνης πολλάκις εὗρηκας. Οἱ δὲ ὀρθῶς ζητοῦντες αὐτὸν, εὑρήσουσιν εἰρήνην.

ΡιΓ'. Εἰρήνη ἐστὶ τῶν παθῶν ἀπαλλαγή· αὐτὴ δὲ, ὡς λέγει ὁ ἅγιος Ἀπόστολος, ἐκτὸς ἐνεργείας τοῦ ἁγίου Πνεύματος οὐχ εὑρίσκεται.

ΡιΔ'. Ἄλλο πρᾶξις ἐντολῆς, καὶ ἄλλο ἀρετὴ, κἂν

[39] Psal. XIX, 5. [40] I Cor. XII, 11.

ἐξ ἀλλήλων τὰς τῶν ἀγαθῶν ἀφορμὰς λαμβάνωσι τὰ πάντα.

A tametsi ex se mutuo omnia hæc bonorum occasiones accipiant.

ΡΚΕ'. Πρᾶξις ἐντολῆς λέγεται, ἐν τῷ πρᾶξαι τὸ προστεταγμένον· ἀρετὴ δὲ, ἐν τῷ ἀρέσκειν τῇ ἀληθείᾳ τὸ γεγενημένον.

CXCV. Exsecutio mandati dicitur id quod ipso opere in mandato faciendum ordinatum est. Virtus autem in hoc sita est, ut placeat veritati id quod actum est.

ΡΚϚ'. Ὥσπερ εἷς μὲν ἔστιν ὁ αἰσθητὸς πλοῦτος, κατὰ δὲ κτῆσιν πολυμερής· οὕτω μία ἐστὶν ἡ ἀρετὴ, πολυτρόπους ἔχουσα τὰς ἐργασίας.

CXCVI. Quemadmodum unæ sunt divitiæ sensibiles, juxta possessionem autem multiplices : sic una virtus est, diversimodas habens actiones quibus perficitur.

ΡΚΖ'. Ὁ ἐκτὸς ἔργου σοφιζόμενος καὶ λαλῶν λόγους, πλουτεῖ ἐξ ἀδικίας· καὶ οἱ πόνοι αὐτοῦ, κατὰ τὴν Γραφὴν, εἰς οἴκους ἀλλοτρίους ἔρχονται.

CXCVII. Qui citra laborem, alios decipiendo et verba fundendo, ditescit ex iniquitate; etiam labores ejus, secundum Scripturam [31], in alienas ædes migrabunt.

ΡΚΗ'. Πάντα ὑπακούσεται τῷ χρυσίῳ, φησί· καὶ τῇ χάριτι τοῦ Θεοῦ τὰ νοητὰ διοικηθήσεται.

CXCVIII. Auro obediunt omnia, inquit [3], et gratia B Dei res conceptæ geruntur.

ΡΚΘ'. Συνείδησις ἀγαθὴ διὰ προσευχῆς εὑρίσκεται, καὶ προσευχὴ καθαρὰ διὰ συνειδήσεως· θάτερον γὰρ θατέρου κατὰ φύσιν προσδέεται.

CXCIX. Conscientia bona per orationem invenitur, et pura oratio per conscientiam; alterum enim secundum naturam egens est alterius.

Σ'. Ὁ Ἰακὼβ τῷ Ἰωσὴφ χιτῶνα ποικίλον ἐποίησε, καὶ ὁ Κύριος τῷ πραεῖ γνῶσιν ἀληθείας χαρίζεται, καθὰ γέγραπται, ὅτι *Διδάξει πραεῖς ὁδοὺς αὐτοῦ*.

CC. Jacob filio suo Joseph variegatam paravit tunicam [33]; et Dominus mansueto veritatis largitur notitiam, quemadmodum scriptum est : *Docebit mites vias suas* [34].

ΣΑ'. Πάντοτε ἐργάζου τὸ ἀγαθὸν κατὰ δύναμιν, καὶ ἐν καιρῷ τοῦ μείζονος μὴ στρέφου ἐπὶ τὸ ἔλαττον· *Ὁ γὰρ στραφεὶς εἰς τὰ ὀπίσω, φησὶν, οὐκ ἔστιν εὔθετος ἐν τῇ βασιλείᾳ τῶν οὐρανῶν.*

CCI. Semper pro virili operare bonum, et in tempore majoris, ne convertas te ad id quod minus est. *Qui* enim *se vertit retro*, inquit Christus [35], *non aptus est regno cœlorum.*

[31] Prov. v, 10. [32] Eccle. x, 19. [33] Gen. xxxvi, 3. [34] Psal. xxiv, 9. [35] Luc. ix, 62.

OPUSCULUM II.

Περὶ τῶν ὁλομένων ἐξ ἔργων δικαιοῦσθαι.

C *De his qui putant se ex operibus justificari.*

Α'. Ἡ τῶν ἔξωθεν κακοπιστία ἐν τοῖς ὑπογεγραμμένοις, ἐλέγχεται ὑπὸ τῶν βεβαιοπίστων, καὶ ἐπεγνωκότων τὴν ἀλήθειαν.

I. In rebus externis male collocata fides, his quæ infra scripta sunt, confutatur a firmiter credentibus, et veritatem cognoscentibus.

Β'. Ὁ Κύριος πᾶσαν ἐντολὴν ὀφειλομένην δεῖξαι θέλων, τὴν δὲ υἱοθεσίαν ἰδίῳ αἵματι δεδωρημένην τοῖς ἀνθρώποις, φησίν· *Ὅταν πάντα ποιήσητε προστεταγμένα ὑμῖν, τότε εἴπατε· Δοῦλοι ἀχρεῖοί ἐσμεν, καὶ ὃ ὠφείλομεν ποιῆσαι, πεποιήκαμεν*· διὰ τοῦτο οὐκ ἔστι μισθὸς ἔργων ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν, ἀλλὰ χάρις Δεσπότου, πιστοῖς δούλοις ἡτοιμασμένη.

II. Dominus, totius legis debitores nos esse indicare volens, et filiorum adoptionem proprio sanguine hominibus gratuito datam, inquit : *Cum omnia feceritis quæ præcepta sunt vobis, dicite : Servi inutiles sumus; et quod debuimus facere, fecimus* [36]. Propterea regnum cœlorum non est merces operum, sed gratia Domini fidelibus servis præparata.

Γ'. Οὐκ ἀπαιτεῖ δοῦλος ὡς μισθὸν, τὴν ἐλευθερίαν, ἀλλ' εὐαρεστεῖν ὡς ὀφειλέτης, καὶ κατὰ χάριν ἐκδέχεται.

III. Servus non postulat libertatem, tanquam debitam sibi mercedem; sed acquiescit tanquam debitor benignitatem heri sentiens, et ex gratia suscipit.

D Δ'. Χριστὸς ἀπέθανεν ὑπὲρ τῶν ἁμαρτιῶν ἡμῶν, κατὰ τὰς Γραφὰς, καὶ τοῖς εὖ δουλεύουσιν αὐτῷ, τὴν ἐλευθερίαν χαρίζεται· φησὶ γάρ· *Εὖ, δοῦλε ἀγαθὲ καὶ πιστὲ, ἐπὶ ὀλίγα ἐγένου πιστὸς, ἐπὶ πολλῶν σε καταστήσω· εἴσελθε εἰς τὴν χαρὰν τοῦ Κυρίου.*

IV. Qui pro peccatis nostris mortuus est, secundum Scripturas, etiam fideliter et probe ipsi servientibus libertatem largitur gratuito. Ait enim ; *Euge, serve bone et fidelis; super pauca fuisti fidelis, super multa te constituam : intra in gaudium Domini tui* [37].

[36] Luc. xvii, 10. [37] Matth. xxv, 21-23.

V. Nondum vero servus fidelis perhibendus est, qui nudæ solum cognitioni innititur; sed qui per obedientiam præcipienti Christo fide adhærescit.

VI. Qui dominum honore afficit, jussa domini sui capessit. Cæterum qui errat, aut hero suo dicto non est audiens, tanquam propria fert quæ sibi obveniunt.

VII. Discendi studiosus exsistens, fac etiam laboris amans evadas: siquidem nuda cognitio inflare solet hominem.

VIII. Tentationes ex improviso nobis contingentes, dispensatione quadam laboris studiosos nos erudiunt, atque etiam invitos ad pœnitentiam pertrahunt.

IX. Tribulationes hominibus contingentes, ex propriis nascuntur vitiis; eas vero si per orationem toleraverimus, iterum bonarum rerum additamentum inveniemus.

X. Quidam ob virtutis claritatem atque præstantiam laudati, gestierunt lætitia, ac suæ ipsius ambitionis voluptatem, cohortationem esse existimaverunt. Alii propter peccata reprehensi, doluerunt seu laboraverunt, et utilem dolorem seu laborem efficacem vitiorum operationem reputaverunt.

XI. Quicunque occasione certaminum adversus vilioris conditionis homines insolenter extolluntur, illi ex operibus corporeis et externis justificationem semet consecuturos existimant. Quotquot autem nudæ tantum cognitioni innitentes, ignorantes aspernantur, ii prioribus longe dementiores habendi sunt.

XII. Citra virtutis opera nondum firma est cognitio, tametsi vera exsistat. Quamobrem cuique rei stabilitas opus est.

XIII. Non raro per negligentiam quæ circa alicujus rei operationem committitur, etiam cognitio obscuratur. Etenim quarum rerum operationes prorsus neglectæ sunt, harum etiam memoria sensim et particulatim abolescet. Scriptura ideo suggerit, ut Deum cognoscamus atque sciamus, quo recte illi per opera serviamus.

XIV. Quando aperte præceptis satisfacimus, peculiaria quidem a Domino, pro sua dispensatione, recipimus; adjuvamur autem secundum scopum propositi.

XV. Cui animus est aliquid faciendi, nec potest, perinde est apud Deum cordis cognitorem, ac si fecisset. Hoc de bonis et malis rebus intelligendum est.

XVI. Animus hominis sine corpore bona et mala multa perficit; cæterum corpus, sine animo, horum nihil potest perficere. Quapropter lex libertatis ante opus cognoscitur.

XVII. Quidam non facientes præcepta, se tamen recte et sane credere existimant. Rursum sunt nonnulli facientes, qui tanquam debitam mercedem regnum cœlorum se suscepturos sperant: horum utrique a regni cœlestis possessione frustrati excident.

(1) *Τινὲς*, κ. τ. λ. Caute legendus hic locus.

Ε'. Οὕπω δοῦλός ἐστι πιστὸς, ὁ ψιλῇ τῇ γνώσει ἐπερειδόμενος, ἀλλ' ὁ δι' ὑπακοῆς τῷ ἐντειλαμένῳ Χριστῷ πιστεύων.

Ϛ'. Ὁ τὸν δεσπότην τιμῶν, ποιεῖ τὰ κελευόμενα. Σφαλεὶς δὲ ἢ παρακούσας, ὑπομένει ὡς ἴδια τὰ ἐπερχόμενα.

Ζ'. Φιλομαθὴς ὦν, γίνου καὶ φιλόπονος· ἡ γὰρ ψιλὴ γνῶσις, φυσιοῖ τὸν ἄνθρωπον.

Η'. Οἱ ἀπροσδοκήτως ἡμῖν συμβαίνοντες πειρασμοὶ, οἰκονομικῶς ἡμᾶς φιλοπόνους διδάσκουσι, καὶ μὴ βουλομένους εἰς μετάνοιαν ἕλκουσιν.

Θ'. Αἱ ἐπερχόμεναι θλίψεις ἀνθρώποις, τῶν ἰδίων κακῶν εἰσιν ἔκγονα· ἐὰν δὲ αὐτὰς διὰ προσευχῆς ὑπομείνωμεν, εὑρήσομεν πάλιν ἀγαθῶν πραγμάτων ἐπιφοράν.

Ι'. Τινὲς ἐπ' ἀρετῇ ἐπαινεθέντες, ἡδύνθησαν, καὶ τὴν τῆς κενοδοξίας αὐτῶν ἡδονὴν, ἔδοξαν εἶναι παράκλησιν. Ἕτεροι ἐφ' ἁμαρτίαις ἐλεγχθέντες, ἐπόνεσαν, καὶ τὸν ἐπωφελῆ πόνον ἐλογίσαντο εἶναι κακίας ἐνέργειαν.

ΙΑ'. Ὅσοι προφάσει ἀγώνων ἀμελεστέρων κατεπαίρονται, οὗτοι ἐξ ἔργων σωματικῶν δικαιοῦσθαι νομίζουσιν. Ὅσοι δὲ ἐπερειδόμενοι ψιλῇ τῇ γνώσει τοὺς ἀγνοοῦντας εὐτελίζουσιν, οὗτοι ἐκείνων πολὺ ἀφρονέστεροι τυγχάνουσιν.

ΙΒ'. Ἐκτὸς τῶν κατ' ἀρετὴν ἔργων, οὔπω βεβαία ἡ γνῶσις, κἂν ἀληθὴς τυγχάνῃ. Διότι παντὶ πράγματι τὸ ἔργον ἐστὶ βεβαίωσις.

ΙΓ'. Πολλάκις ἐκ τῆς περὶ τὴν πρᾶξιν ἀμελείας, καὶ ἡ γνῶσις σκοτίζεται. Ὧν γὰρ αἱ ἐργασίαι καθόλου παρελογίσθησαν, τούτων καὶ αἱ μνῆμαι κατὰ μέρος οἰχήσονται· ἡ Γραφὴ διὰ τοῦτο κατὰ γνῶσιν εἰδέναι τὸν Θεὸν ὑποτίθεται, ἵν' ὀρθῶς αὐτῷ ποτε διὰ τῶν ἔργων δουλεύσωμεν.

ΙΔ'. Ὅταν προφανῶς ἐπιτελῶμεν ἐντολὰς, τὰ μὲν ἰδικὰ παρὰ Κυρίου ἀναλόγως λαμβάνομεν· ὠφελούμεθα δὲ, κατὰ τὸν σκοπὸν τῆς προθέσεως.

ΙΕ'. Ὁ θέλων τι πρᾶξαι καὶ μὴ δυνάμενος, ὡς ποιήσας ἐστὶ παρὰ τῷ καρδιογνώστῃ Θεῷ. Τοῦτο καὶ ἐπὶ ἀγαθοῖς, καὶ ἐπὶ κακοῖς νοητέον.

ΙϚ'. Ὁ νοῦς ἐκτὸς τοῦ σώματος, ἀγαθὰ καὶ κακὰ ἐκτελεῖ πολλά· τὸ δὲ σῶμα ἐκτὸς τοῦ νοὸς, οὐδὲν τούτων ἐπιτελέσαι δύναται. Διότι ὁ νόμος τῆς ἐλευθερίας, πρὸ τῆς πράξεως ἀναγινώσκεται.

ΙΖ'. Τινὲς μὴ ποιοῦντες τὰς ἐντολὰς (1), πιστεύειν ὀρθῶς νομίζουσι. Τινὲς δὲ ποιοῦντες, ὡς μισθὸν ὀφειλόμενον, τὴν βασιλείαν ἐκδέχονται· ἀμφότεροι δὲ τῆς βασιλείας ἀπεσφάλησαν.

ΙΗ'. Παρὰ δεσπότου μισθὸς δούλοις οὐ νεχρεώστηται· οὐδ' αὖ πάλιν εἰ μὴ δουλεύσαντες ὀρθῶς ἐλευθερίαν τυγχάνουσιν. A

XVIII. Ab heris nulla merces servis debetur; neque rursum, nisi recte servientes, libertatem et manumissionem consequuntur.

Ιϑ'. Εἰ Χριστὸς ὑπὲρ ἡμῶν ἀπέθανε, κατὰ τὰς Γραφὰς, καὶ οὐ ζῶμεν ἑαυτοῖς, ἀλλὰ τῷ ὑπὲρ ἡμῶν ἀποθανόντι καὶ ἐγερθέντι, δηλονότι δουλεύειν αὐτῷ ἕως θανάτου κεχρεωστήκαμεν. Πῶς οὖν ὀφειλομένην τὴν υἱοθεσίαν λογισόμεθα;

XIX. Si Christus pro nobis mortuus est, secundum Scripturas, non vivamus nobis ipsis : sed ei qui pro nobis mortuus est et resurrexit [38], pro officio servire debemus usque ad mortem. Quomodo igitur filiorum adoptionem nobis deberi putabimus?

Κ'. Χριστὸς, Δεσπότης κατ' οὐσίαν, καὶ Δεσπότης κατ' οἰκονομίαν, ὅτι καὶ μὴ ὄντας ἐποίησε, καὶ τῇ ἁμαρτίᾳ θανόντας, διὰ τοῦ ἰδίου αἵματος ἐξηγόρασε, καὶ τοῖς οὕτω πιστεύουσι, τὴν χάριν ἐδωρήσατο.

XX. Christus, Dominus noster est et secundum essentiam, et Dominus secundum gubernationem sive familiæ administrationem, quoniam cum non essemus, nos fecit et condidit, et peccato mortuos proprio sanguine suo nos mercatus est, et iis qui ita credunt, gratiam suam gratuito largitus est.

ΚΑ'. Ὅταν ἀκούσῃς τῆς Γραφῆς λεγούσης, ὅτι ἀποδώσει ἑκάστῳ κατὰ τὰ ἔργα αὐτοῦ, οὐκ ἔργα λέγει γεέννης ἢ βασιλείας ἀντάξια· ἀλλ' ἔργα τῆς ἑαυτοῦ ἀπιστίας ἢ πίστεως, ἃ Χριστὸς ἀποδίδωσιν ἑκάστῳ, οὐχ ὡς συναλλάκτης πραγμάτων, ἀλλ' ὡς Θεὸς κτίστης καὶ ἀγοραστὴς ἡμῶν. B

XXI. Quando audieris Scripturam dicentem, quod redditurus sit unicuique secundum opera sua [39], non dicit opera gehenna aut regno digna : verum unicuique suæ incredulitatis aut fidei opera redditurus est, non tanquam circa res contrahens, sed veluti Deus conditor et mercator noster.

ΚΒ'. Ὅσοι τοῦ λουτροῦ τῆς παλιγγενεσίας ἠξιώθημεν, τὰ ἀγαθὰ ἔργα, οὐ δι' ἀνταπόδοσιν προσφέρομεν, ἀλλὰ διὰ φυλακὴν τῆς δοθείσης ἡμῖν καθαρότητος.

XXII. Quicunque regenerationis lavacro dignati sumus, bona opera non propter retributionem facimus, sed propter custodiam concessæ nobis puritatis et munditiæ.

ΚΓ'. Πᾶν ἔργον ἀγαθὸν ὃ διὰ τῆς ἡμετέρας ἐργαζόμεθα φύσεως, ἀπέχεσθαι μὲν ποιεῖ τοῦ ἐναντίου κακοῦ. Προσθήκην δὲ ἁγιασμοῦ ἐκτὸς χάριτος ποιῆσαι οὐ δύναται.

XXIII. Omne opus bonum quod per nostram naturam operamur, tantum quidem efficit, ut a contrario malo aut vitio abstineamus. Cæterum extra gratiam, sanctificationis accessionem nobis facere non potest.

ΚΔ'. Ὁ ἐγκρατὴς, ἀπέχεται γαστριμαργίας· ὁ ἀκτήμων, πλεονεξίας· ὁ ἥσυχος, πολυλογίας· ὁ ἁγνὸς, φιληδονίας· ὁ σεμνὸς, πορνείας· ὁ αὐτάρκης, φιλαργυρίας· ὁ πρᾶος, ταραχῆς· ὁ ταπεινόφρων, κενοδοξίας· ὁ ὑποτακτικὸς, φιλονεικίας· ὁ ἐλεγκτικὸς, ὑποκρίσεως. Ὁμοίως ὁ εὐχόμενος, ἀπέχεται ἀνελπιστίας· ὁ πτωχὸς, φιλοχρηματίας· ὁ ὁμολογητὴς, ἀρνήσεως· ὁ μάρτυς, εἰδωλολατρείας. Βλέπεις (3) πῶς πᾶσα ἡ ἕως θανάτου ἐπιτελουμένη ἀρετὴ, οὐδὲν ἕτερον ἢ ἁμαρτίας ἐστὶν ἀποχή; ἁμαρτίας δὲ ἀποχὴ, φύσεώς ἐστιν ἔργον, οὐ βασιλείας ἀντάλλαγμα· ἄνθρωπος μόλις φυλάσσει τὰ τῆς ἑαυτοῦ φύσεως· Χριστὸς δὲ, διὰ σταυροῦ τὴν υἱοθεσίαν χαρίζεται. C

XXIV. Qui temperantis est animi, a crapula et gastrimargia abstinet; opum negligens, ab avaritia ; quietus, a garrulitate ; purus et castus, a voluptatibus ; pudicus, a scortationibus ; contentus, a studio congerendæ pecuniæ ; mitis et mansuetus, a tumultu et turbis ; humilis animi, ab ambitione et vana gloria ; qui præest, a contentione ; redarguens, a simulatione. Similiter qui vacat precationibus, ab incredulitate et diffidentia alienus est; pauper, ab avaritia ; confessor, a negatione ; martyr ab idololatria. Vides ergo quemadmodum omnis virtus quæ ad mortem usque perficitur, nullum aliud opus, quam peccati abstinentia sit. Porro autem peccati abstinentiam naturæ opus esse, certum est; quod regni permutatione nequaquam pensandum est. Homo vix quæ naturæ sunt opera servat; Christus autem per crucem adoptionem filiorum largitur. D

ΚΕ'. Ἔστιν ἐντολὴ μερικὴ, καὶ ἔστιν ἑτέρα περιεκτική. Πῇ μὲν γὰρ μερικῶς, κελεύει μεταδοῦναι τῷ μὴ ἔχοντι; πῇ δὲ ἐντέλλεται, πᾶσιν ἀποτάξασθαι τοῖς ὑπάρχουσιν.

XXV. Est præceptum particulare, et est alterum generale. Illo particulariter præcipit, non habenti impertiendum; hoc mandat omnibus bonis renuntiandum.

ΚϚ'. Ἔστιν ἐνέργεια χάριτος, τῷ νηπίῳ ἀγνοουμένη. Καὶ ἔστι τῆς κακίας ἑτέρα, τῇ ἀληθείᾳ ἐξομοιουμένη. Καλὸν δὲ τὰ τοιαῦτα μὴ ἐνοπτρίζεσθαι διὰ τὴν πλάνην· μήτε μὴν ἀναθεματίζειν, διὰ τὴν ἀλήθειαν· ἀλλὰ πάντα δι' ἐλπίδος προσφέρειν τῷ Θεῷ. Αὐτὸς γὰρ οἶδε τῶν ἀμφοτέρων τὸ χρήσιμον.

XXVI. Est actio gratiæ stulto incognita. Est rursum altera vitii seu malitiæ, quæ veritati assimilatur. Porro bonum est, ne talia approbemus, propter errorem ; neque reprobemus, propter veritatem ; sed omnia in spe Deo offerenda sunt. Ipse enim novit utrorumque utilitatem.

[38] II Cor. v, 15. [39] Psal. LXI, 13.

(3) *Βλέπεις*. Caute lege.

XXVII. Trajicere volens mare intellectuale, longanimis est, humilis est, vigilat, temperans est. Absque his quatuor si conatur ingredi, cor quidem conturbat, trajicere vero non poterit.

XXVIII. Quies prodest, quæ a vitiis agitat otium. Cæterum si hasce quatuor virtutes in precationibus in auxilium asciverit, ad affectuum abjectionem nihil habere potest compendiosius.

XXIX. Non licet pacare mentem sine corpore, neque solvere horum parietem intermedium, sine quiete et precationibus.

XXX. *Caro concupiscit adversus spiritum, et spiritus adversus carnem* [40]. Cæterum qui spiritu ambulant, carnalem concupiscentiam non perficiunt.

XXXI. Non est perfecta precatio sine invocatione ab animo prodeunte; animum autem indesinenter clamantem exaudit Dominus.

XXXII. Animus indesinenter vacans precationibus cor affligit et conterit: *Cor autem contritum et humiliatum Deus non despiciet* [41].

XXXIII. Precatio quoque virtus dicitur, tametsi mater illarum sit: siquidem virtutes progenerat, propinquitate qua Christo affinis est.

XXXIV. Si operati fuerimus sine precatione et bona spe, noxium et imperfectum postea redditur.

XXXV. Cum audieris: *Erunt novissimi primi, et primi novissimi* [42]: virtutum participes et charitatis participes intellige. Etenim charitas novissima virtutum exsistit, secundum generationem: prima autem omnium invenitur juxta dignitatem, eas quæ ante ipsam natæ sunt, novissimas esse ostendens.

XXXVI. Si torpueris pigritia a vitiis multipliciter vexatus, memor esto exitus et acerborum supplicorum.

XXXVII. Melius est adhærere Deo precationibus et spe, quam rerum externarum reminisci, tametsi bonæ sint et utiles.

XXXVIII. Nulla virtutum sola per se naturalem nostram januam aperit, nisi omnes consequenter ex ipsa dependeant.

XXXIX. Ille non est temperans, qui alitur cogitationibus; nam tametsi utiles fuerint, non tamen sunt spe præstantiores.

XL. Omne peccatum quod alienum est a pœnitentia, morti est obnoxium, pro quo condonando, etiamsi sanctus pro altero intercesserit, non exaudictur.

XLI. Qui vere resipiscit, non reputat laborem priscis peccatis æqualem, verum semper per se Deum placat.

XLII. Si quæcunque bona natura nostra habet, quotidie facere debuimus, quid reliquum pro anteactis vitiis Deo retribuemus?

XLIII. Quantum virtutis augmentum hodie fecerimus præteritæ negligentiæ argumentum est, non compensatio.

XLIV. Qui mente affligitur, et quiescit corpore, similis est ei qui corpore affligitur, et mente lætа-

KZ'. Ὁ διαπεράσαι θέλων τὴν νοητὴν θάλασσαν, μακροθυμεῖ, ταπεινοφρονεῖ, ἀγρυπνεῖ, ἐγκρατεύεται. Ἐκτὸς δὲ τῶν τεσσάρων τούτων ἐὰν εἰσελθεῖν βιάσηται, θορυβεῖ μὲν τὴν καρδίαν, περάσαι δὲ οὐ δύναται.

KH'. Ἡσυχία ὠφελεῖ, τῶν κακῶν ἀργήσασα. Ἐὰν δὲ καὶ τὰς τέσσαρας ἀρετὰς ἐν προσευχῇ προσλάβῃ βοήθημα, πρὸς ἀπάθειαν οὐδὲν αὐτῇ συντομώτερον.

KΘ'. Οὐκ ἔστιν ἡσυχάσαι τὸν νοῦν ἄνευ σώματος, οὔτε λῦσαι τὸ τούτων μεσότοιχον ἄνευ ἡσυχίας καὶ προσευχῆς.

Λ'. *Σὰρξ ἐπιθυμεῖ κατὰ τοῦ πνεύματος, καὶ τὸ πνεῦμα κατὰ τῆς σαρκός.* Οἱ δὲ πνεύματι περιπατοῦντες, ἐπιθυμίαν σαρκικὴν οὐ μὴ τελέσωσιν.

ΛΑ'. Οὐκ ἔστι τελεία προσευχὴ χωρὶς νοητῆς ἐπικλήσεως· ἀπερισπάστως δὲ βοώσης ἐννοίας ἐπακούει ὁ Κύριος.

ΛΒ'. Νοῦς ἀπερισπάστως εὐχόμενος θλίβει καρδίαν· *Καρδίαν δὲ συντετριμμένην καὶ τεταπεινωμένην ὁ Θεὸς οὐκ ἐξουδενώσει.*

ΛΓ'. Ἡ προσευχὴ, ἀρετὴ λέγεται, κἂν μήτηρ αὐτῶν τυγχάνῃ· ἀπογεννᾷ γὰρ αὐτὰς, διὰ τῆς εἰς Χριστὸν συναφείας.

ΛΔ'. Ἐὰν πράξωμεν χωρὶς προσευχῆς καὶ ἀγαθῆς ἐλπίδος, ὕστερον ἐπιβλαβὲς καὶ ἀτελὲς τυγχάνει.

ΛΕ'. Ὅταν ἀκούσῃς· *Ἔσονται οἱ ἔσχατοι πρῶτοι, καὶ οἱ πρῶτοι ἔσχατοι*, μετόχους ἀρετῶν καὶ μετόχους ἀγάπης νόει. Ἀγάπη γὰρ, ἐσχάτη μὲν ἀρετῶν τυγχάνει κατὰ γένεσιν· πρώτη δὲ εὑρίσκεται ἁπασῶν κατὰ τὴν ἀξίαν, τὰς προγεγενημένας αὐτῆς ἐσχάτας ἀποδεικνύουσα.

ΛϚ'. Ἐὰν ἀκηδιάσῃς, ὑπὸ κακίας πολυτρόπως θλιβόμενος, μνημόνευσον τῆς ἐξόδου καὶ τῶν χαλεπῶν κολαστηρίων.

ΛΖ'. Κρεῖσσον γὰρ τὸ προσκολλᾶσθαι τῷ Θεῷ διὰ προσευχῆς καὶ ἐλπίδος, ἢ μνήμας ἔχειν ἐξωτέρας, κἂν ἐπωφελεῖς τυγχάνωσιν.

ΛΗ'. Οὐδεμία τῶν ἀρετῶν μόνη καθ' ἑαυτὴν ἀνοίγει τὴν φυσικὴν ἡμῖν θύραν, ἐὰν μὴ πᾶσαι ἀκολούθως ἀλλήλων ἐξήρτηνται.

ΛΘ'. Οὐκ ἔστιν ἐγκρατὴς, ὁ λογισμοῖς τρεφόμενος· κἂν γὰρ ὠφέλιμοι ὦσιν, οὐκ εἰσὶ τῆς ἐλπίδος ὠφελιμώτεροι.

M'. Ἔστιν ἁμαρτία πρὸς θάνατον πᾶσα ἀμετανόητος· περὶ ἧς κἂν ἅγιος ὑπὲρ ἑτέρου προσεύξηται οὐκ εἰσακούεται.

MA'. Ὁ ὀρθῶς μετανοῶν, οὐκ ἀντελλογεῖ τὸν κόπον τοῖς παλαιοῖς ἁμαρτήμασιν, ἀλλ' ἀεὶ δι' ἑαυτοῦ τὸν Θεὸν ἐξευμενίζεται.

MB'. Εἴ ὅσα ἔχει ἡ φύσις ἡμῶν ἀγαθὰ, καθ' ἡμέραν ποιεῖν αὐτὰ κεχρεωστήκαμεν, τί λοιπὸν περὶ τῶν προγεγενημένων κακῶν τῷ Θεῷ ἀνταποδώσομεν;

MΓ'. Ὅσην ἂν ὑπερβολὴν ἀρετῆς σήμερον ποιήσωμεν, παρελθούσης ἀμελείας ἔλεγχός ἐστιν, οὐκ ἀντάπόδοσις.

MΔ'. Ὁ θλιβόμενος νοερῶς, καὶ ἀναπαυόμενος σαρκικῶς, ὅμοιός ἐστι τῷ σαρκικῶς θλιβομένῳ, καὶ

[40] Gal. v, 17. [41] Psal. L, 19. [42] Matth. XIX, 30; XX, 16.

νοερῶς διαχεομένῳ. Ἡ δ' ἐξ ἀμφοῖν θλῖψις ἑκούσιος, συνεργεῖ πρὸς θάτερον, ἤτε τῆς διανοίας, τῇ σαρκικῇ, καὶ ἡ τῆς σαρκὸς, πρὸς τὴν διάνοιαν· τὸ γὰρ ἀσύνθετον αὐτῶν μοχθηρότερον γίνεται.

ΜΕ'. Μεγάλη ἀρετὴ, τὸ ὑπομένειν τὰ ἐπερχόμενα, καὶ ἀγαπᾷν τοὺς μισοῦντας, κατὰ τὸν λόγον τοῦ Κυρίου. Ἀγάπης δὲ ἀνυποκρίτου τεκμήριον, ἀδικημάτων συγχώρησις.

ΜϚ'. Οὐκ ἔστιν ἀπὸ καρδίας συγχωρῆσαί τινι τὰ παραπτώματα, ἐκτὸς γνώσεως ἀληθοῦς· αὕτη γὰρ ἴδια ἑκάστῳ τὰ ἐπερχόμενα δείκνυσιν.

ΜΖ'. Οὐδὲν ἀπολέσεις, ὃ ἂν ἀφῇς διὰ τὸν Κύριον· τῷ γὰρ ἰδίῳ καιρῷ πολυπλασίως ἐλεύσεται.

ΜΗ'. Ὅταν ὁ νοῦς τοῦ τῆς εὐσεβείας σκοποῦ ἐπιλάθηται, τότε τὸ προφανὲς ἔργον τῆς ἀρετῆς ἀνόνητον γίνεται.

ΜΘ'. Εἰ παντὶ ἀνθρώπῳ βλαβερὰ ἡ κακοβουλία, πολλῷ μᾶλλον τοῖς τὴν ἀκρίβειαν ἐπανῃρημένοις.

Ν'. Ἔργῳ φιλοσόφει περὶ βουλῆς ἀνθρώπου, καὶ ἀνταποδόσεως Θεοῦ· οὐκ ἔστι γὰρ ὁ λόγος τῆς ἐργασίας σοφώτερος.

ΝΑ'. Τοῖς ὑπὲρ εὐσεβείας πόνοις ἀκολουθεῖ ἡ ἀντίληψις. Τοῦτο δὲ γνωστέον, διὰ νόμου θείου καὶ συνειδήσεως.

ΝΒ'. Εἷς παρέλαβε φρόνημα, καὶ ἀπερισκέπτως ἐκράτησεν· ἕτερος δὲ παρέλαβε, καὶ τῇ ἀληθείᾳ συνέκρινε. Ζητητέον, ποῖος αὐτῶν εὐσεβεστέρως ἐπόνησε.

ΝΓ'. Σημεῖον γνώσεως ἀληθοῦς, ἡ τῶν θλιβερῶν ὑπομονὴ, καὶ τὸ μὴ αἰτιᾶσθαι ἀνθρώπους ἐπὶ ταῖς ἑαυτῶν συμφοραῖς.

ΝΔ'. Ὁ ποιῶν ἀγαθὸν, καὶ ζητῶν ἀνταπόδοσιν, οὐ δουλεύει Θεῷ, ἀλλὰ τῷ ἰδίῳ θελήματι. Οὐκ ἔστιν ἁμαρτήσαντα τὴν ἀνταπόδοσιν διαδράσαι, εἰ μὴ διὰ μετανοίας προσηκούσης τῷ σφάλματι.

ΝΕ'. Τινὲς λέγουσιν· Οὐ δυνάμεθα ποιῆσαι τὸ ἀγαθὸν, ἐὰν μὴ ἐναργῶς δεξώμεθα τὴν χάριν τοῦ Πνεύματος. Ἀεὶ δὲ οἱ προαιρέσει ταῖς ἡδοναῖς ἐγκείμενοι, ὡς ἀβοήθητοι παραιτοῦνται τὸ κατὰ δύναμιν.

ΝϚ'. Ἡ μὲν χάρις, τοῖς ἐν Χριστῷ βαπτισθεῖσι, μυστικῶς δεδώρηται· ἐνεργεῖ δὲ κατὰ ἀναλογίαν τῆς ἐργασίας τῶν ἐντολῶν, καὶ κρυφίως βοηθεῖν ἡμῖν ἡ χάρις οὐ παύεται, ἐφ' ἡμῖν δέ ἐστι ποιεῖν ἢ μὴ ποιεῖν τὸ ἀγαθὸν κατὰ δύναμιν. Πρῶτον μὲν θεοπρεπῶς διεγείρει τὴν συνείδησιν. Ὅθεν καὶ κακοποιοὶ μετανοήσαντες τῷ Θεῷ εὑηρέστησαν. Πάλιν ἐν διδασκαλίᾳ τοῦ πλησίον ἐγκρύπτεται. Ἔστι δὲ ὅτε καὶ ἐν τῇ ἀναγνώσει τῇ διανοίᾳ παρέπεται, καὶ διὰ τῆς φυσικῆς ἀκολουθίας ἐκδιδάσκει τὸν νοῦν, τὴν ἑαυτῆς ἀλήθειαν. Εἰ οὖν τῆς μερικῆς ταύτης ἀκολουθίας μὴ κρύψωμεν τὸ τάλαντον, εἰς τὴν χαρὰν τοῦ Κυρίου ἐναργῶς εἰσελευσόμεθα.

tur. Cæterum voluntaria afflictio, sive venit ex utrisque, cooperatur ad alterum, mentis quidem, carnali, carnis vero, ei quæ secundum mentem est: harum vero disjunctio tantum fit deterior.

XLV. Magna virtus est perferre ea quæ accidunt, et diligere eos qui nos prosequuntur odio, secundum verbum Domini [53]. Porro charitatis non fictæ et simulandi nesciæ signum est injuriarum condonatio.

XLVI. Impossibile est ex corde ignoscere cuiquam sua delicta, sine vera cognitione; hæc enim quæ unicuique accidunt, ostendit.

XLVII. Nullius rei jacturam facies, quam propter Dominum reliqueris; suo enim peculiari tempore multiplici fenore ad te redibit.

XLVIII. Quoties humanus animus scopum pietatis oblivioni tradiderit, tunc manifestum opus virtutis inutile redditur.

XLIX. Si omni homini infeliciter cedere solet inconsulta temeritas, multo magis his qui accuratam investigandi diligentiam tollunt e medio.

L. Opere philosophare de consilio hominis et retributione Dei: nullus enim sermo aut disputatio operatione est sapientior.

LI. Labores pro pietate susceptos sequitur retributio. Hoc autem cognoscendum est per legem divinam et conscientiam.

LII. Unus prudentiam accepit, et inconsiderate vicit; alter accepit, et cum veritate judicavit. Quærendum uter illorum fecerit religiosius.

LIII. Veræ cognitionis signum est afflictionum tolerantia, neque suarum calamitatum aut damnorum culpam assignare hominibus.

LIV. Faciens bonum, et quærens retributionem, non servit Deo, sed propriæ voluntati. Neque possibile est, eum qui peccavit, retributionem perficere, nisi per resipiscentiam delicto convenientem et congruam.

LV. Quidam dicunt: Non possumus bonum facere, nisi evidenter Spiritus sancti gratiam susceperimus. Semper autem tales animi proposito studentes voluptatibus, tanquam ii qui omni destituti sunt auxilio, faciendi facultatem expostulant.

LVI. Gratia quidem iis qui in Christo baptizati sunt, arcana quadam et mystica ratione data est; operatur autem secundum proportionem exsecutionis præceptorum. Quin etiam occulte gratia nobis auxiliari non desinit: in nobis autem situm est pro virili bonum facere aut non facere. Primum quidem divinitus excitat conscientiam. Unde etiam malefici, vita per resipiscentiam in melius mutata, Deo accepti sunt. Rursum in doctrina proximi occultatur. Est etiam, quando in sacrarum Litterarum lectione cogitationem subsequitur, et per naturalem ordinem mentem docet suam ipsius veritatem. Proinde si particularis hujus ordinis talentum non defossum absconderimus, in gaudium Domini manifeste intrabimus.

[53] Matth. v, 44.

LVII. Qui antequam præcepta exsequatur, spiritus opem aut efficaciam quærit, servo ære empto non est absimilis, qui, simul atque emptus fuerit, una cum pretio emptionis etiam libertatis libellum quærit.

LVIII. Qui externam condemnationem justitia Dei provenientem invenit, ille quærens Dominum, invenit cognitionem post justificationem.

LIX. Si intellexeris, secundum Scripturam [44], in omni terra esse judicia Domini, quidquid tibi acciderit divinam cognitionem te docebit.

LX. Unicuique pro animi conceptione occurrit quid agere debeat; varietatem autem congrui successus solus Deus novit.

LXI. Ignominia affectus ab hominibus, illico retributionem gloriæ quæ est a Deo [45], fac animo cogites; atque ita nullam tristitiam et conturbationem ignominia ab hominibus objecta tibi illatura est: propter gloriam autem fidelis et irreprehensibilis invenieris, cum venerit.

LXII. Cum laudaris a multitudine secundum voluntatem Dei, cave quidquam ostentationis dispensationi Dominicæ admisceas, ne rursum mutatione facta in contrarium prolabaris.

LXIII. Semen non excrescet accepto augmento sine terra et pluvia; neque homo quidquam utilitatis capiet sine laboribus voluntariis divinoque adjutorio.

LXIV. Non affunditur sine nubibus pluvia, neque sine bona conscientia Deo placere possibile est.

LXV. Ne recuses discere, tametsi vehementer prudens fueris; Dei enim dispensatio utilior est, quam nostra prudentia.

LXVI. Quando a voluptatis titillatione cor submotum fuerit a spontanei laboris loco, tunc instar gravissimi lapidis in lubrici loci descensu decurrentis difficulter teneri potest.

LXVII. Quemadmodum imperitus vitulus currens in gramine defertur ad præcipitium: sic invenitur anima, quæ paulatim a cogitationibus agitata aut pasta fuerit.

LXVIII. Cum mens in Domino viriliter adulta animam a temporali occupatione abstraxerit, tunc cor veluti a tortoribus punitur, trahentibus illud hinc et hinc mente et affectibus.

LXIX. Quemadmodum ii, qui in mari navigant, solis æstum libenter perferunt: sic illi, quibus odio sunt vitia, reprehensionem diligunt. Ille enim ventis adversatur, hic vero affectibus.

LXX. Quemadmodum fuga in hieme et in sabbato [46] dolor est corpori, et profanatio animæ: sic affectuum resuscitatio senescenti corpori et animæ sanctificatæ.

LXXI. Nemo tantæ bonitatis et misericordiæ, ac Deus, est; at resipiscere nolenti neque ipse largitur veniam.

LXXII. Multi nostrum sunt, quibus peccata tristitiam ingerunt; illorum tamen causas libenter suscipimus.

A NZ'. Ὁ πρὸ τῆς ἐργασίας τῶν ἐντολῶν τὰς ἐνεργείας τοῦ Πνεύματος παραζητῶν, ὅμοιός ἐστι δούλῳ ἀργυρωνήτῳ, ὃς ἅμα τῷ ἀγορασθῆναι σὺν ταῖς ὠναῖς καὶ ἐλευθερίας γραφὴν παραζητεῖ.

NH'. Ὁ τὰς ἔξωθεν ἐπιφορὰς δικαιοσύνῃ Θεοῦ παραγινομένας εὑρηκὼς, οὗτος ζητῶν τὸν Κύριον, εὗρε γνῶσιν μετὰ δικαιοσύνης.

NΘ'. Ἐὰν νοήσῃς, κατὰ τὴν Γραφὴν, ὅτι ἐν πάσῃ τῇ γῇ τὰ κρίματα Κυρίου, γενήσεταί σοι πᾶσα σύμβασις θεογνωσίας διδάσκαλος.

Ξ'. Κατὰ τὴν ἑκάστου ἔννοιαν ἁπαντᾷ τὸ ὀφειλόμενον· τὴν δὲ ποικιλίαν τῆς ἁρμοδίου ἐπιφορᾶς μόνος ὁ Θεὸς ἐπίσταται.

ΞA'. Ὅταν ἀτιμίαν τινὰ παρὰ ἀνθρώπων πάθῃς, εὐθὺς τὴν ἐπιφορὰν τῆς παρὰ Θεοῦ δόξης ἐννόησον· B καὶ ἐπὶ μὲν τῇ ἀτιμίᾳ ἄλυπος καὶ ἀτάραχος ἔσῃ· ἐπὶ δὲ τῇ δόξῃ, πιστὸς καὶ ἀκατάκριτος εὑρεθήσῃ, ὅταν ἐλεύσηται.

ΞB'. Ἐπαινούμενος ὑπὸ πλήθους κατ' εὐδοκίαν Θεοῦ, ἐπιδεικτικὸν μὲν μηδὲν ἐπιμίξῃς τῇ Κυριακῇ οἰκονομίᾳ, ἵνα μὴ πάλιν ἐκ μεταβολῆς εἰς τοὐναντίον ἐμπέσῃς.

ΞΓ'. Σπόρος οὐκ αὐξηθήσεται δίχα γῆς καὶ ὕδατος· καὶ οὐκ ὠφεληθήσεται ἄνθρωπος ἐκτὸς ἑκουσίων πόνων καὶ θείας ἀντιλήψεως.

ΞΔ'. Οὐκ ἔστι χωρὶς νέφους ἐπιχυθῆναι βροχὴν, οὐδὲ χωρὶς συνειδήσεως ἀγαθῆς εὐαρεστῆσαι Θεῷ.

ΞE'. Μὴ ἀπαναίνου μανθάνειν, κἂν λίαν φρόνιμος τυγχάνῃς· C ἡ γὰρ οἰκονομία τοῦ Θεοῦ ὠφελιμωτέρα ἐστὶ τῆς ἡμετέρας φρονήσεως.

ΞS'. Ὅταν ὑφ' ἡδονῆς τινος ἡ καρδία παρακινηθῇ τοῦ τῆς φιλοπονίας τόπου, τότε λίθου βαρυτάτου δίκην ἐπὶ καταβάσει ἐνολισθήσαντος δυσεπικράτητος γίνεται.

ΞZ'. Ὥσπερ μόσχος ἄπειρος βοτάναις ἐπιτρέχων κατήντησεν εἰς ἀμφίκρημνον τόπον· οὕτως εὑρίσκεται ψυχὴ κατὰ μικρὸν ὑπὸ λογισμῶν ἀποβουκολουμένη.

ΞH'. Ὅταν ὁ νοῦς ἀνδρισάμενος ἐν Κυρίῳ ἀποσπᾷ τὴν ψυχὴν ἀπὸ χρονίας προλήψεως, τότε ἡ καρδία ὡς ὑπὸ δημίων κολάζεται, τεινόντων αὐτὴν ἔνθα καὶ ἔνθα τοῦ νοὸς καὶ τοῦ πάθους.

ΞΘ'. Ὥσπερ οἱ ἐν θαλάσσῃ πλέοντες, ἡδέως ὑπομένουσι τὸν ἡλιακὸν καύσωνα· οὕτως οἱ μισοῦντες τὴν κακίαν ἀγαπῶσιν ἔλεγχον. Διότι ἐναντιοῦται, ὁ μὲν τοῖς ἀνέμοις, ὁ δὲ τοῖς πάθεσιν.

O'. Ὥσπερ φυγὴ ἐν χειμῶνι, ἢ ἐν σαββάτῳ, ὀδύνη γίνεται τῇ σαρκὶ, καὶ βεβήλωσις τῇ ψυχῇ· οὕτως ἐπανάστασις παθῶν γηραλέῳ σώματι καὶ ψυχῇ καθιερωμένῃ.

OA'. Οὐδεὶς οὕτως ἀγαθὸς καὶ οἰκτίρμων, ὡς ὁ Θεός· τῷ δὲ μὴ μετανοοῦντι, οὐδὲ αὐτὸς ἀφίησι.

OB'. Πολλοὶ λυπούμεθα ἐπὶ ταῖς ἁμαρτίαις· τὰς δὲ αὐτῶν αἰτίας ἡδέως καταδεχόμεθα.

[44] Psal. civ, 7. [45] Joan. v, 44. [46] Matth. xxiv, 20.

ΟΓ'. Ἀσπάλαξ ὑπὸ γῆν ἕρπων τυφλὸς ὤν, ἀστέρας ἰδεῖν οὐ δύναται· καὶ ὁ μὴ πιστεύων περὶ προσκαίρων οὔτε περὶ τῶν αἰωνίων πιστεύειν δύναται.

LXXIII. Talpa sub terram serpens, capta oculis, stellas videre non potest; et qui de rebus temporaneis Deo fidem non habet, neque de æternis potest credere.

ΟΔ'. Χάρις πρὸ χάριτος, ἡ ἀληθὴς γνῶσις δεδώρηται τοῖς ἀνθρώποις ὑπὸ τοῦ Θεοῦ, πρὸ πάντων τῷ δωρησαμένῳ πιστεύειν τοὺς μετόχους αὐτῆς ἐκδιδάσκουσα.

LXXIV. Gratia pro gratia, vera cognitio a Deo data est hominibus, præ omnibus largitori credere sui participes erudiens.

ΟΕ'. Ὅταν ἐνάμαρτος ψυχὴ καὶ ἐπερχομένας θλίψεις αὐτῇ οὐ καταδέχεται, τότε οἱ ἄγγελοι περὶ αὐτῆς λέγουσιν· *Ἰατρεύσαμεν τὴν Βαβυλῶνα, καὶ οὐκ ἰάθη.*

LXXV. Cum anima peccatis obnoxia accidentes sibi tribulationes non suscipit, tunc angeli de illa dicunt : *Medebamur Babyloni, et non est sanata* [47].

ΟΣ'. Νοῦς ἐπιλαθόμενος τῆς ἀληθοῦς γνώσεως, ὑπὲρ τῶν ἐναντίων ὡς συμφερόντων, τοῖς ἀνθρώποις διαμάχεται.

LXXVI. Mens quæ veræ cognitionis obliviscitur, pro rebus sibi contrariis, tanquam utilibus, cum hominibus certamen suscipit.

ΟΖ'. Ὥσπερ ἐν ὕδασι πῦρ χρονίσαι οὐ δύναται, οὕτως οὐδὲ λογισμὸς αἰσχρὸς φιλοθέῳ καρδίᾳ, ὅτι πᾶς φιλόθεος ἐστὶ καὶ φιλόπονος· ἑκούσιος δὲ πόνος ἐχθρὸς ἡδονῆς κατὰ φύσιν ὑπάρχει.

LXXVII. Quemadmodum in aqua ignis durare non potest, ita neque turpis cogitatio in corde Dei amante, quoniam omnis qui Dei amator est, etiam laboris amans est. Cæterum labor voluntarius naturaliter voluptati inimicus est.

ΟΗ'. Πάθος ἔργου νομὴν κρατῆσαν διὰ τοῦ θελήματος, ὕστερον καὶ μὴ θέλοντι τῷ μετόχῳ βιαίως κατεπεγείρεται.

LXXVIII. Affectus victus operis consuetudine per voluntatem, postea invito etiam participi violenter excitatur.

ΟΘ'. Τῶν ἀκουσίων λογισμῶν τὰς αἰτίας ἀγαπῶμεν, καὶ διὰ τοῦτο ἐπέρχονται τῶν ἑκουσίων δηλονότι καὶ τὰ πράγματα.

LXXIX. Cogitationum invitis nobis emergentium causas amamus, atque hinc etiam ab eis quæ nobis volentibus contingunt, res nobis eveniunt.

Π'. Οἴησις καὶ ἀλαζονεία βλασφημίας εἰσὶν αἰτία· φιλαργυρία δὲ καὶ κενοδοξία, ἀσπλαγχνίας καὶ ὑποκρίσεως.

LXXX. Opinio et arrogantia causa sunt blasphemiæ; avaritia autem et ambitio, immisericordiæ et hypocriseos.

ΠΑ'. Ὅταν ἴδῃ ὁ διάβολος, ὅτι ὁ νοῦς ἐκ καρδίας προσηύξατο, τότε μεγάλους καὶ κακοτέχνους λογισμοὺς ἐπιφέρει. Μικραῖς γὰρ ἀρεταῖς, μεγάλας ἐπιφορὰς ἀναιρεῖν οὐκ ἀνέχεται.

LXXXI. Cum viderit diabolus mentem ex corde orasse, tunc magnas et malitiosas cogitationes animo ingerit. Modicis enim virtutibus magnas impressiones subvertere non sustinet.

ΠΒ'. Λογισμὸς ἐγχρονίζων δηλοῖ τὴν τοῦ ἀνθρώπου προσπάθειαν· ταχέως δὲ ἀναιρούμενος σημαίνει πόλεμον καὶ ἐναντιότητα.

LXXXII. Cogitatio perseverans hominis affectum significat; at quæ celeriter tollitur, bellum et repugnantiam indicat.

ΠΓ'. Τρεῖς εἰσι νοητοὶ τόποι, εἰς οὓς ὁ νοῦς ἐκ μεταβολῆς εἰσέρχεται· κατὰ φύσιν, παρὰ φύσιν, ὑπὲρ φύσιν. Καὶ ὅταν μὲν εἰς τὸν κατὰ φύσιν εἰσέλθῃ, εὑρίσκει ἑαυτὸν αἴτιον τῶν πονηρῶν λογισμῶν, καὶ ἐξομολογεῖται τῷ Θεῷ τὰς ἁμαρτίας, ἐπιγινώσκων τὰς αἰτίας τῶν παθῶν. Ὅταν δὲ εἰς τὸν παρὰ φύσιν γένηται, ἐπιλανθάνεται τῆς δικαιοσύνης τοῦ Θεοῦ, καὶ τοῖς ἀνθρώποις διαμάχεται ὡς ἀδικοῦσιν αὐτόν. Ὅταν δὲ εἰς τὸν ὑπὲρ φύσιν εἰσαχθῇ, εὑρίσκει τοὺς καρποὺς τοῦ ἁγίου Πνεύματος, οὓς εἶπεν ὁ Ἀπόστολος, ἀγάπην, χαράν, εἰρήνην, καὶ τὰ ἑξῆς. Καὶ οἶδεν, ὅτι ἐὰν προκρίνῃ τὰς σωματικὰς φροντίδας, ἐμμένειν ἐκεῖ οὐ δύναται. Καὶ ἀναχωρῶν τοῦ τόπου ἐκείνου ἐμπίπτει εἰς τὴν ἁμαρτίαν, καὶ εἰς τὰς ἐπακολουθούσας αὐτῇ δεινὰς συμβάσεις, κἂν μὴ πρόσφατον, ἀλλὰ τῷ ἰδίῳ καιρῷ, ὡς οἶδεν ἡ τοῦ Θεοῦ δικαιοσύνη.

LXXXIII. Tres sunt loci intellectuales, in quos animus ex mutatione ingreditur : unus, secundum naturam; alter, præter naturam; tertius, supra naturam. Et quando eum qui est secundum naturam ingreditur, invenit se ipsum malarum cogitationum causam et auctorem esse, confiteturque Deo peccata, cognoscens causam affectuum. Cum vero in eo qui est præter naturam constitutus fuerit, justitiæ Dei obliviscitur, contenditque cum hominibus, tanquam ipsum injuria affecerint. At quando in eum qui est supra naturam inductus fuerit, tum Spiritus sancti fructus offendit, quos Apostolus vocat charitatem, gaudium, pacem [48], et reliqua. Neque illud ignorat, si corporalium rerum curas prætulerit, se ibi perdurare non posse. Atque discedens ex illo loco in peccatum incidit, inque gravia quæ hoc consequuntur dispendia; et, si non illico, suo tamen peculiari tempore, quemadmodum novit Dei justitia.

ΠΔ'. Τοσοῦτον ἑκάστου γνῶσις ἀληθὴς τυγχάνει, ὅσον αὐτὴν πραότης καὶ ταπείνωσις καὶ ἀγάπη βεβαιώσουσι.

LXXXIV. In tantum cujusque cognitio vera esse solet, quantum mansuetudo et humilitas et charitas firmam fecerint.

[47] Jer. LI, 9. [48] Gal. V, 22.

LXXXV. Omnis rite baptizatus omnem gratiam accepit mystice; plenissime vero novit reliquum per præceptorum operationem.

LXXXVI. Præceptum Christi quod juxta conscientiam perficitur, secundum multitudinem dolorum cordis largitur consolationem. Verumtamen unumquodque horum suo tempore perficitur.

LXXXVII. Constantem in omni re precationem obtine, quasi nihil citra opem possis effectum reddere.

LXXXVIII. Ad parandum Dei subsidium nihil est precatione efficacius aut potentius, atque ad ejusdem beneplacitum nihil illa utilius.

LXXXIX. Omnis præceptorum exsecutio in illa conclusa est. Ea enim quæ est erga Deum charitate nihil dictu est sublimius.

XC. Precatio attenta signum est amoris erga Deum perseverantis. At ejusdem negligentia et distracta mentis occupatio studii voluptatis argumentum est.

XCI. Qui sine dolore et molestia vigilat, longanimis est et vacat precationibus, ille perspicue Spiritus sancti est particeps. Qui vero in his affligitur, voluntate tamen constanter perseverat, actutum et ille subsidium consequetur.

XCII. Præceptum præcepto ostensum est excellentius: ideo etiam fides fide firmior invenitur. Est *fides ex auditu* [49], secundum Apostolum, et est *fides rerum sperandarum substantia* [50].

XCIII. Pulchrum est disserendo prodesse interrogantibus: est autem longe præstantius, per virtutem et precationem illis cooperari; etenim qui per hæc se ipsum Deo offert, etiam proximo auxiliatur proprio quodam auxilio.

XCIV. Quod si compendioso quodam sermone discendi cupidum juvare est animus, fac illi ostendas precationem et rectam fidem, nec non rerum accidentium tolerantiam: omnia enim reliqua quæ pulchra sunt, per hæc inveniuntur.

XCV. Pro quibus rebus consequendis aliquis in Deum speravit, illarum gratia non amplius contendit cum proximo.

XCVI. Si omne non voluntarium ex voluntariis, secundum Scripturam, causam habet et originem; nemo ita infensus est homini, ut sibi ipse exsistit. Voluntariam dicit cogitationem, non voluntariam autem contingentiam.

XCVII. Omnium malorum dux est ignorantia, secunda post hanc est incredulitas.

XCVIII. Patientia et precatione fugienda est tentatio: quæ si absint, si te illi opposueris, vehementius te impugnabit.

XCIX. Qui, juxta doctrinam Christi [51], mitis est, sapientibus est sapientior, et qui humilis est corde, potentibus est potentior, quoniam hujusmodi jugum Christi secundum cognitionem bajulant.

Πε'. Πᾶς ὁ βαπτισθεὶς ὀρθοδόξως ἔλαβε μυστικῶς πᾶσαν τὴν χάριν· πληροφορεῖται δὲ λοιπὸν κατὰ τὴν ἐργασίαν τῶν ἐντολῶν.

Πϛ'. Ἐντολὴ Χριστοῦ κατὰ συνείδησιν ἐπιτελουμένη, κατὰ τὸ πλῆθος τῶν ὀδυνῶν τῆς καρδίας, δωρεῖται παράκλησιν. Πλὴν ἕκαστον αὐτῶν ἰδίῳ καιρῷ παραγίνεται.

Πζ'. Ἔχε παράμονον δέησιν ἐπὶ παντὶ πράγματι, ὡς μηδὲν ἐπιτελεῖν δυνάμενος ἐκτὸς βοηθείας.

Πη'. Οὐδὲν προσευχῆς εἰς συνεργίαν δυνατώτερον, καὶ πρὸς εὐδοκίαν Θεοῦ οὐδὲν αὐτῆς ὠφελιμώτερον.

Πθ'. Πᾶσα ἐργασία ἐντολῶν ἐν αὐτῇ περικέκλεισται. Τῆς γὰρ εἰς Θεὸν ἀγάπης οὐδὲν εἴρηται ἀνώτερον.

ϙ'. Προσευχὴ ἄῤῥεμβος, σημεῖον φιλοθεΐας τῷ παραμένοντι. Ἀμέλεια δὲ αὐτῆς καὶ ῥεμβασμὸς, φιληδονίας τεκμήριον.

ϙΑ'. Ὁ ἀθλίπτως ἀγρυπνῶν καὶ μακροθυμῶν, καὶ προσευχόμενος, Πνεύματος ἁγίου ἐναργῶς μέτοχος τυγχάνει. Ὁ δὲ θλιβόμενος ἐν τούτοις, καὶ θελήματι ὑπομένων, ταχέως καὶ οὕτως ἐπιτυγχάνει τῆς ἀντιλήψεως.

ϙΒ'. Ἐντολὴ ἐντολῆς ἀποδέδεικται διαφορωτέρα· διὸ καὶ πίστις πίστεως βεβαιοτέρα εὑρίσκεται. Ἔστι *πίστις ἐξ ἀκοῆς*, κατὰ τὸν Ἀπόστολον καὶ ἔστι *πίστις ἐλπιζομένων ὑπόστασις*.

ϙΓ'. Καλὸν τὸ διὰ λόγων ὠφελεῖν τοὺς πυνθανομένους· κρεῖσσον δὲ τὸ δι' ἀρετῆς καὶ προσευχῆς συνεργεῖν αὐτοῖς· ὁ γὰρ διὰ τούτων ἑαυτὸν προσφέρων τῷ Θεῷ βοηθεῖ καὶ τῷ πέλας διὰ τοῦ ἰδίου βοηθήματος.

ϙΔ'. Εἰ θέλεις συντόμῳ λόγῳ ὠφελῆσαι τὸν φιλομαθῆ, ὑπόδειξον αὐτῷ προσευχὴν καὶ πίστιν ὀρθὴν, καὶ τῶν ἐπερχομένων ὑπομονήν· πάντα γὰρ λοιπὰ τὰ καλὰ διὰ τούτων εὑρίσκεται.

ϙΕ'. Περὶ ὧν τις ἤλπισεν εἰς Θεὸν, οὐκ ἔτι περὶ ἐκείνων τῷ πλησίον διαμάχεται.

ϙϚ'. Εἰ πᾶν ἀκούσιον ἐκ τῶν ἑκουσίων τὴν αἰτίαν ἔχει, κατὰ τὴν Γραφὴν, οὐδεὶς οὕτως ἐχθρὸς ἀνθρώπου, ὡς αὐτὸς ἑαυτοῦ τυγχάνει. Ἑκούσιον λέγει τὸν λογισμόν· ἀκούσιον δὲ τὴν σύμβασιν.

ϙΖ'. Πάντων τῶν κακῶν προηγεῖται ἡ ἄγνοια· δευτέρα δὲ αὐτῆς ἐστὶν ἡ ἀπιστία.

ϙΗ'. Φύγε πειρασμὸν δι' ὑπομονῆς καὶ δεήσεως· εἰ δὲ ἐκτὸς τούτων ἀντιτάσσει, περισσοτέρως ἐπέρχεται.

ϙΘ'. Ὁ πρᾶος κατὰ Θεὸν, τῶν σοφῶν ἐστι σοφώτερος· καὶ ὁ ταπεινὸς τῇ καρδίᾳ τῶν δυνατῶν δυνατώτερος, ἐπειδὴ τὸν ζυγὸν τοῦ Χριστοῦ κατὰ γνῶσιν βαστάζουσι.

[49] Rom. x, 17. [50] Hebr. xi, 1. [51] Matth. xi, 29

Ρ'. Ὅσα ἐκτὸς προσευχῆς ἢ λαλοῦμεν, ἢ πράττομεν, ὕστερον ἢ σφαλερὰ, ἢ ἐπιβλαβῆ τυγχάνουσι, καὶ ἡμᾶς ἀγνώστους διὰ τῶν πραγμάτων ἐλέγχουσιν.

ΡΑ'. Ἐξ ἔργων, καὶ λόγων, καὶ ἐννοίας, δικαίωσις· ἐκ δὲ πίστεως, καὶ χάριτος, καὶ μετανοίας, θησαυροὶ σωτηρίας πολλοί.

ΡΒ'. Ὥσπερ μετανοοῦντι ὑψηλοφρονεῖν ἀλλότριον· οὕτως ἑκουσίως ἁμαρτάνοντι ταπεινοφρονεῖν ἀδύνατον.

ΡΓ'. Οὐκ ἔστι συνειδήσεως κατάγνωσις ἡ ταπεινοφροσύνη, ἀλλὰ χάριτος Θεοῦ καὶ συμπαθείας ἐπίγνωσις.

ΡΔ'. Ὅπερ ἐστὶν οἶκος αἰσθητὸς τῷ κοινῷ ἀέρι, τοῦτο νοῦς λογιστικὸς τῇ θείᾳ χάριτι.

ΡΕ'. Ὅσην ἂν ἐκβάλῃς ὕλην, τοσοῦτον αὐτομολήσει· καὶ ὅσην ἂν ἐμβάλῃς, τοσοῦτον ὑποχωρήσει.

ΡϚ'. Ὕλη οἴκου, σκεύη καὶ βρώματα· ὕλη δὲ νοὸς, κενοδοξία καὶ ἡδονή.

ΡΖ'. Χώρημα καρδίας, ἐλπὶς εἰς Θεόν· στενοχωρία δὲ αὐτῆς, φροντὶς σωματική.

ΡΗ'. Μία μὲν ἐστι καὶ ἀναλλοίωτος ἡ χάρις τοῦ Πνεύματος· ἐνεργεῖ δὲ ἑκάστῳ, καθὼς βούλεται.

ΡΘ'. Ὥσπερ ὑετὸς ἐπιχεθεὶς τῇ γῇ τοῖς φυτοῖς προσφυῆ παρέχει ποιότητα, γλυκεῖαν μὲν τοῖς γλυκέσι, στυφὴν δὲ τοῖς στυφοῖς· οὕτω ἡ χάρις, ταῖς καρδίαις τῶν πιστῶν ἀτρέπτως ἐπιβάλλουσα, ἁρμοζούσας ταῖς ἀρεταῖς τὰς ἐνεργείας χαρίζεται· τῷ διὰ Χριστὸν πεινῶντι γίνεται τροφὴ, καὶ τῷ διψῶντι, πόμα ἡδύτατον· τῷ γιγῶντι, ἔνδυμα, καὶ τῷ κοπιῶντι, ἀνάπαυσις· τῷ προσευχομένῳ, ἐλπὶς καρδιακὴ, καὶ τῷ πενθοῦντι, παράκλησις.

ΡΙ'. Ὅταν δὴ οὖν ἀκούσῃς τῆς ἁγίας Γραφῆς λεγούσης περὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος, ὅτι ἐκάθισεν ἐφ' ἕνα ἕκαστον τῶν ἀποστόλων, ἢ ὅτι ἐφήλατο ἐπὶ τὸν προφήτην, ἢ ἐνεργεῖ, ἢ λυπεῖται, ἢ σβέννυται, ἢ παροξύνεται· καὶ πάλιν, τοὺς μὲν ἀπαρχὴν ἔχοντας· τοὺς δὲ, πλήρεις Πνεύματος ἁγίου, μὴ τομὴν, ἢ ἀλλοίωσίν τινα ἐννοήσῃς ἐπὶ τοῦ Πνεύματος· ἀλλὰ πίστευε, καθ' ὃν προειρήκαμεν τρόπον, ἄτρεπτον καὶ ἀναλλοίωτον, καὶ παντοδύναμον, δι' ὃν ἐν ταῖς ἐνεργείαις καὶ μένει ὅ ἐστι, καὶ ἑκάστῳ τὸ δέον ἀποσώζει θεοπρεπῶς. Αὐτὸ μὲν γὰρ ἡλίου δίκην ἐπὶ τοὺς βαπτισθέντας ἐκκέχυται τελείως. Ἕκαστος δὲ ἡμῶν, καθ' ὃν ἂν τὰ ἐπισκοτοῦντα πάθη μισήσας περιαιρῇ, ἀναλόγως φωτίζεται· καθ' ὃ δὲ ἂν ἀγαπῶν αὐτὰ διαλογίζηται, ὁμοίως σκοτίζεται.

ΡΙΑ'. Ὁ μισῶν πάθη περιαιρεῖ τὰς τούτων αἰτίας. Ὁ δὲ ταῖς αἰτίαις ἐγκείμενος ὑπὸ τῶν παθῶν καὶ μὴ βουλόμενος πολεμεῖται.

ΡΙΒ'. Ὅταν ὑπὸ τῶν πονηρῶν λογισμῶν ἐνεργώ-

C. Quæcunque citra precationem aut loquimur aut facimus, postea aut erronea aut damnosa exsistunt, ac nos ab omni cognitione rerum alienos esse arguunt.

CI. Ex operibus et sermonibus et cogitatione est justificatio; ex fide autem et gratia et pœnitentia, multi thesauri proveniunt.

CII. Quemadmodum a pœnitentiam agente alienum est elato animo superbire: sic sua sponte peccantem humilem esse impossibile est.

CIII. Non est conscientiæ damnatio humilitas, sed gratiæ Dei et condolentis affectus cognitio.

CIV. Quod domus sensibilis est communi aeri, hoc mens rationalis divinæ gratiæ.

CV. Quantum ejeceris materiæ, tantum aufugiet: quantum vero injeceris, tantum accedet.

CVI. Materia domus, supellex et res cibaria; materia autem mentis, voluptas et inanis gloriæ cupiditas.

CVII. Capacitas cordis spes in Deum est; at ejusdem angustia, cura rerum corporalium.

CVIII. Una est et immutabilis gratia Spiritus; operatur autem in unoquoque, quemadmodum sibi visum fuerit.

CIX. Quemadmodum pluvia terræ infusa accommodatam qualitatem plantis suppeditat, dulcem quidem dulcibus, acerbam autem acerbis: sic quoque gratia in corda fidelium assidue descendens ac influens convenientes virtutibus actiones largitur; esurienti propter Christum cibus fit; sitienti potus delicatissimus; algenti indumentum; laboranti requies; precanti cordis spes, et lugenti consolatio.

CX. Cum audieris sacram Scripturam dicentem de sancto Spiritu, quod descenderit super singulos apostolorum [53], aut quod insilierit super prophetam [54]: aut, operatur [55], contristatur [56], exstinguitur [57], aut exasperatur; et rursus, alios quidem primitias Spiritus habentes [58], alios vero plenos sancto Spiritu [59]: ne sectionem, aut versionem seu mutationem Spiritus sancti in animo cogites; sed ad eum modum crede, quem diximus: nempe immutabilem, immobilem et omnipotentem. Propterea etiam in actionibus et manet et versatur, et unicuique, quod decet, conservat divinitus. Ille enim solis instar super baptizatos perfecte effusus est. Unusquisque autem nostrum in quantum obtenebrantes affectus odio habuerit, et sustulerit e medio, similiter et illuminatur. Quantum vero eosdem amans animo retractaverit, tantum etiam obscuratur.

CXI. Qui affectus odio habuerit, eorumdem causas tollit ac præscindit. Verum qui causis incumbit, ille etiam nolens ab affectibus impugnatur.

CXII. Cum a pravis cogitationibus irritamur aut

[53] I Cor. xii, 11. [54] Act. ii, 3. [55] I Reg. x, 10; Ezech. ii, 2. [56] I Cor. xii, 11. [57] I Thess. v, 19. [58] Rom. viii, 23. [59] Act. ii, 4. [58] Ephes. iv 30.

impellimur; ipsi nos accusemus, et non paternum piaculum.

CXIII. Cogitationum radices sunt aperta vitia: quæ manibus pedibusque et ore nostrum quisque ejiciat.

CXIV. Non licet ex proposito colloquium inire cum affectibus, nisi eorum causas et occasiones dilexerimus. Quis enim contemnens turpitudinem, inanem gloriam colendam amplectitur? Aut quis contemptum amans, propter acceptam ignominiam conturbaretur? Quis autem cor contritum et humiliatum habens, voluptatem carnis susciperet? Aut quis Christo perfecta et sincera fide adhærens, de rebus temporalibus sollicitus est, aut pro eisdem contentiose pugnat?

CXV. Qui spernitur ab aliquo, neque tamen vel verbo vel cogitatione cum eo a quo spernitur, expostulat, ille veram cognitionem possidet, ac firmam fidem Domino ostendit.

CXVI. Mendaces sunt filii hominum in stateris, ut decipiant [60], cum tamen Deus unicuique quod justum est conservet.

CXVII. Si neque decipienti ulla accrescit abundantia, neque ei qui decipitur, ulla penuria: in imagine pertransit homo, verumtamen frustra conturbatur [61].

CXVIII. Cum videris aliquem in multa ignominia dolentem, scias eum ambitionis cogitationibus impletum, libenter cordis seminum metere manipulos.

CXIX. Qui voluptatibus corporalibus, præterquam par est, fruitur, ille centuplicibus laboribus pensabit abundantiam.

CXX. Qui in imperio est, subdito debet dicere debitum officium; at non auscultanti malorum pœnam annuntiare.

CXXI. Qui injuria afficitur ab aliquo, neque tamen injurianti debitam ultionem quærit, secundum eam quidem partem Christo credit, et centuplicia quidem in hoc sæculo accipit, et vitam æternam hæreditate consequetur.

CXXII. Memoria Dei labor cordis est pro pietate susceptus. Omnis autem qui Dei obliviscitur, voluptuarius et omni misericordia carens redditur.

CXXIII. Ne dicas, eum qui ab affectibus liber est, affligi aut dolere non posse; nam tametsi non pro se ipso, pro proximo tamen istud facere debuit.

CXXIV. Cum inimicus peccatorum oblivioni datorum multa chirographa assecutus fuerit, tunc debitorem etiam in memoria ea ipsa facere adigit, peccati causa rationabiliter abutens.

CXXV. Si volueris indesinenter Dei memor esse, ne averseris ejus correptiones et pœnas, tanquam injustas, sed velut juste venientes tolera. Siquidem tolerantia in singulis malis accidentibus memoriam renovat ac refricat. Cæterum repulsio et querimonia hilarem cordis laborem minuit, atque ita remissione oblivionem inducit et operatur.

[60] Psal. LXI, 10. [61] Psal. XXXVIII, 7.

μεθα, ἑαυτοὺς αἰτιασώμεθα, καὶ μὴ πατρῴαν ἁμαρτίαν.

ΡΙΓ'. Ῥίζαι τῶν λογισμῶν εἰσιν αἱ προφανεῖς κακίαι, ἃς χερσὶ καὶ ποσὶ καὶ στόματι ἐκδικοῦμεν ἕκαστος.

ΡΙΔ'. Οὐκ ἔστι προσομιλεῖν πάθει κατὰ διάνοιαν, μὴ ἀγαπῶντα τὰς τούτου αἰτίας. Τίς γὰρ αἰσχύνης καταφρονῶν, κενοδοξίᾳ προσομιλεῖ· ἢ τίς ἐξουδένωσιν ἀγαπῶν, ἐπὶ ἀτιμίᾳ ταράσσεται; τίς δὲ καρδίαν συντετριμμένην καὶ τεταπεινωμένην ἔχων, ἡδονὴν σαρκὸς παραδέχεται· ἢ τίς τῷ Χριστῷ τελείως πιστεύων, μεριμνᾷ περὶ προσκαίρων, ἢ διαμάχεται;

ΡΙΕ'. Ὁ ἀθετούμενος ὑπό τινος, καὶ μήτε λόγῳ, μήτε ἐννοίᾳ τῷ ἀθετοῦντι φιλονεικῶν, γνῶσιν ἀληθῆ κέκτηται, καὶ πίστιν βεβαίαν ἐπιδείκνυται τῷ Δεσπότῃ.

ΡΙϚ'. Ψευδεῖς οἱ υἱοὶ τῶν ἀνθρώπων ἐν ζυγοῖς τοῦ ἀδικῆσαι, ἑκάστῳ τὸ δίκαιον τοῦ Θεοῦ ἀποσώζοντος.

ΡΙΖ'. Εἰ οὔτε τῷ ἀδικοῦντί ἐστι περίσσεια, οὔτε τῷ ἀδικουμένῳ ὑστέρημα· ἐν εἰκόνι μὲν διαπορεύεται ἄνθρωπος, πλὴν μάτην ταράσσεται.

ΡΙΗ'. Ὅταν ἴδῃς τινὰ ἐν πολλαῖς ἀτιμίαις ὀδυνώμενον, γίνωσκε ὅτι, λογισμοῖς κενοδοξίας ἐμφορηθείς, ἡδέως τῶν καρδιακῶν σπερμάτων θερίζει τὰ δράγματα.

ΡΙΘ'. Ὁ σωματικαῖς ἡδοναῖς πέρα τοῦ δέοντος ἀπολαύσας, ἑκατονταπλασίοις πόνοις ἀποτίσει τὴν περίσσειαν.

ΡΚ'. Ἀρχικὸς ὑποτακτικῷ χρεωστεῖ λέγειν τὸ ὀφειλόμενον· παρακουόμενος δὲ, τὴν ἐπιφορὰν τῶν κακῶν προδιαγγέλλειν.

ΡΚΑ'. Ὁ ἀδικούμενος παρά τινος, καὶ μὴ παραζητῶν τῷ ἀδικοῦντι τὰ δέοντα, κατ' ἐκεῖνο τὸ μέρος πιστεύει τῷ Χριστῷ, καὶ ἑκατονταπλασίως λαμβάνει ἐν τῷ αἰῶνι τούτῳ, καὶ κληρονομεῖ ζωὴν τὴν αἰώνιον.

ΡΚΒ'. Μνήμη Θεοῦ ἐστι πόνος καρδίας ὑπὲρ εὐσεβείας γινόμενος. Πᾶς δὲ ἐπιλανθανόμενος τοῦ Θεοῦ, ἡδυπαθὴς καὶ ἀνάλγητος γίνεται.

ΡΚΓ'. Μὴ λέγε, ὅτι ὁ ἀπαθὴς θλίβεσθαι οὐ δύναται· κἂν μὴ ὑπὲρ ἑαυτοῦ, ἀλλ' ὑπὲρ τοῦ πλησίον τοῦτο κεχρεώστηκεν.

ΡΚΔ'. Ὅταν ὁ ἐχθρὸς τῶν ἐν τῇ λήθῃ ἁμαρτημάτων πολλὰ κρατήσῃ χειρόγραφα, τότε καὶ ἐν τῇ μνήμῃ ποιεῖν αὐτὰ τὸν χρεωφειλέτην ἀναγκάζει, τῷ τῆς ἁμαρτίας λόγῳ εὐλόγως ἀποχρώμενος.

ΡΚΕ'. Εἰ βούλει διηνεκῶς μνημονεύειν Θεοῦ, μὴ ἀπωθοῦ ὡς ἀδίκους τὰς ἐπιφοράς, ἀλλ' ὡς δικαίως ἐρχομένας ὑπόμενε. Ἡ μὲν γὰρ ὑπομονὴ δι' ἑκάστης συμβάσεως τὴν μνήμην ἀνακινεῖ, ἡ δὲ παραίτησις μειοῖ τὸν φαιδρὸν τῆς καρδίας πόνον, καὶ διὰ τῆς ἀνέσεως τὴν λήθην ἐργάζεται.

CXXVI. Si volueris apud Dominum peccata tua occultare, fac ne ambitiose virtutes tuas manifestes hominibus. Quidquid enim in his fecerimus, hoc etiam Deus in illis faciet.

CXXVII. Virtutem occultans, ne extollaris, quasi justitiam operatus esses. Justitia enim est, non tantum celare quæ pulchra sunt, verum etiam ne mente quidem concipere quidpiam eorum quibus renuntiaveris.

CXXVIII. Ne gaudeas, cum alicui beneficeris, sed cum citra acceptarum injuriarum memoriam, ingruentem adversitatem pertuleris. Quo enim modo noctes diebus, eodem vitia succedunt virtutibus.

CXXIX. Gloriæ et avaritiæ atque voluptatis studium, benefactorum collationem immaculatam permanere non sinunt, nisi prius ipsæ metu Dei prostratæ concidérint.

CXXX. In doloribus non voluntariis misericordia Dei mirabili quadam ratione occultata est, tolerantem trahens ad pœnitentiam, et liberans ab æternis suppliciis.

CXXXI. Quidam exsequentes præcepta exspectant ut ea peccatis in statera præponderent; alii vero per eum qui pro peccatis nostris mortuus est, in benevolentiam Dei semet insinuant. Quærendum quinam illorum rectius sapiant.

CXXXII. Gehennæ metus et paradisi desiderium præbent afflictionum patientiam; et hoc non ex se ipsis, sed ex eo qui cognoscit cogitationes nostras.

CXXXIII. Qui de rebus futuris fidem habet, a rebus sæculi dulcibus et voluptuosis, nullo docente, abstinet; qui vero non credit, voluptuarius et carens omni misericordia efficitur.

CXXXIV. Ne dixeris: Quomodo pauper indulget voluptatibus, non habens occasionem aut facultatem serviendi illis? Potest enim aliquis vel solis cordis cogitationibus voluptatum illecebris miserrime esse deditus.

CXXXV. Aliud est rerum cognitio, et aliud veritatis cognitio. Quanto enim sol luna præstantior, tanto priore secunda est præstantior. Rerum cognitio pro modo exsecutionis præceptorum accidit; at veritatis cognitio, secundum mensuram spei quæ est in Christum. Itaque si salvari volueris et in veritatis cognitionem pervenire, enitere prorsus omnia sensibilia excedere, ac sola spe Deo adhærere. Ad hunc enim modum procul ante admonitus, invenies principes et potestates, per suggestiones tibi bellum inferentes: has autem oratione vinces, inque bona spe perseverabis gratiæ Dei, quæ a ventura ira te liberabit.

CXXXVI. Qui intelligit id quod a sancto Paulo mystice dicitur, affirmante nostram luctam adversus spiritualia esse nequitiæ [62], ille cognoscet etiam parabolam Domini, docentis semper orandum esse et non defatigandum [63].

[62] Ephes. VI, 12. [63] Luc. XVIII, 1.

ΡΚϚ'. Ἐὰν θέλῃς παρὰ Κυρίου ἐπικαλυφθῆναι τὰς ἁμαρτίας σου, μὴ φανεροποιήσῃς ἀνθρώποις τὰς σεαυτοῦ ἀρετάς. Ὃ γὰρ ἂν πράττωμεν ἐπὶ ταύταις, τοῦτο καὶ ὁ Θεὸς ἐπ' ἐκείναις ἐργάζεται.

ΡΚΖ'. Κρύψας ἀρετὴν, μὴ ἐπαίρου ὡς δικαιοσύνην ἐκτελῶν· δικαιοσύνη γάρ ἐστι, μὴ μόνον τὰ κρύπτειν τὰ καλὰ, ἀλλὰ καὶ τὸ μὴ ἐννοεῖν τι τῶν ἀπηγορευμένων.

ΡΚΗ'. Μὴ χαῖρε ὅταν εὖ ποιήσῃς τινὶ, ἀλλ' ὅταν ἀμνησικάκως ὑπομείνῃς τὴν παρεπομένην ἐναντιότητα. Ὃν γὰρ τρόπον αἱ νύκτες τὰς ἡμέρας, οὕτω αἱ κακίαι τὰς ἀρετὰς διαδέχονται.

ΡΚΘ'. Κενοδοξία, καὶ φιλαργυρία, καὶ ἡδονὴ ἀσπίλον εὐποιΐαν διαμεῖναι οὐκ ἀφιᾶσιν, εἰ μὴ πρότερον αὗται φόβῳ Θεοῦ καταπέσωσιν.

ΡΛ'. Εἰς τὰς ἀκουσίους ὀδύνας τὸ ἔλεος τοῦ Θεοῦ θαυμασίως ἐγκέκρυπται, τὸν ὑπομένοντα εἰς μετάνοιαν ἕλκον, καὶ ἀπαλλάττον τῆς αἰωνίου κολάσεως.

ΡΛΑ'. Τινὲς ἐργαζόμενοι ἐντολὰς ἐν ζυγῷ ἀντιῤῥέψαι αὐτὰς ταῖς ἁμαρτίαις ἐκδέχονται· τινὲς δὲ δι' αὐτὸν τὸν ἀποθανόντα ὑπὲρ τῶν ἁμαρτιῶν ἡμῶν, ἐξευμενίζονται. Ζητητέον τίς αὐτῶν ἔχει ὀρθὸν τὸ φρόνημα.

ΡΛΒ'. Γεέννης φόβος καὶ παραδείσου πόθος παρέχουσι τὴν τῶν θλιβερῶν ὑπομονήν· καὶ τοῦτο, οὐκ ἐξ ἑαυτῶν, ἀλλ' ἐκ τοῦ γινώσκοντος τοὺς διαλογισμοὺς ἡμῶν.

ΡΛΓ'. Ὁ πιστεύων περὶ τῶν μελλόντων τῶν ὧδε ἡδέων ἀδογματίστως ἀπέχεται· ὁ δὲ ἀπιστῶν ἡδὺς καὶ ἀνάλγητος γίνεται.

ΡΛΔ'. Μὴ εἴπῃς· Πῶς ἡδυπαθήσει ὁ πένης, μὴ ἔχων τὰ αἴτια; Δύναται γάρ τις καὶ διὰ μόνων τῶν λογισμῶν ἀθλιωτέρως ἡδυπαθεῖν.

ΡΛΕ'. Ἕτερόν ἐστι γνῶσις πραγμάτων, καὶ ἕτερόν ἐστιν ἀληθείας ἐπίγνωσις. Καθόσον οὖν διαφέρει ὁ ἥλιος τῆς σελήνης, κατὰ τοσοῦτον τῆς προτέρας ἡ δευτέρα ὠφελιμωτέρα τυγχάνει. Ἡ τῶν πραγμάτων γνῶσις κατ' ἀναλογίαν τῆς ἐργασίας τῶν ἐντολῶν προσγίνεται· ἡ δὲ ἀληθείας ἐπίγνωσις, κατὰ τὸ μέτρον τῆς εἰς Χριστὸν ἐλπίδος. Εἰ οὖν θέλεις σωθῆναι, καὶ εἰς ἐπίγνωσιν ἀληθείας ἐλθεῖν, πειρῶ πάντοτε ὑπερβαίνειν τὰ αἰσθητὰ, καὶ διὰ μόνης ἐλπίδος προσκολλᾶσθαι τῷ Θεῷ. Οὕτω γὰρ ἀκοντὶ μὲν παρατρεπόμενος, εὑρήσεις ἀρχὰς καὶ ἐξουσίας, διὰ τῶν προσβολῶν πολεμούσας σοι· ταύτας δὲ διὰ τῆς προσευχῆς νικῶν, καὶ μένων εὔελπις εἰς τὴν χάριν τοῦ Θεοῦ τῆς μελλούσης ὀργῆς ῥυομένην σε.

ΡΛϚ'. Ὁ συνιὼν τὸ ὑπὸ τοῦ ἁγίου Παύλου μυστικῶς εἰρημένον, τὴν πάλην ἡμῶν πρὸς τὰ πνευματικὰ τῆς πονηρίας φήσαντος, γνώσεται καὶ τὴν παραβολὴν τοῦ Κυρίου, πρὸς τὸ δεῖν πάντοτε προσεύχεσθαι καὶ μὴ ἐκκακεῖν.

CXXXVII. Sex dies sub figuræ prætextu operari, septimo autem otium agere lex jubet : quia animæ opus est opibus prodesse egentibus ; otium autem ejus et requies vendere omnia et dare pauperibus, secundum sermonem Domini [64]; atque ita per rerum nuditatem quiescentem novæ spei vacare. Ad eamdem requiem et Paulus omni nos hortatur studio, sic inquiens : *Festinemus ingredi in illam requiem* [65]. Hæc autem diximus, non excludentes futura, neque hic plenariam retributionem esse definientes; sed quod oporteat primum in corde habere gratiam Spiritus sancti operantem, atque ita secundum proportionem ingredi in regnum cœlorum. Hoc manifestans etiam Dominus dicebat : *Regnum cœlorum intra vos est* [66]. Hoc etiam Apostolus dixit : *Fides est sperandarum substantia rerum* [67] ; et iterum : *Sic currite, ut comprehendatis* [68]; et iterum : *Probate vos ipsos, num sitis in fide. An vero non cognoscitis, quod Christus Jesus in vobis est ? nisi forte reprobi estis* [69].

CXXXVIII. Qui veritatis cognitionem consecutus est, afflictionibus non repugnat; neque enim ignorat, quod in timorem Dei perducant hominem.

CXXXIX. Præterita peccata specie quadam memoria repetita nocent homini in bona spe constituto : nam cum tristitia apparentia a spe abducunt; sine tristitia autem sub imagine quadam concepta in animo veteri inquinatione hominem contaminant.

CXL. Cum mens per vitiorum abnegationem et renuntiationem spem unice considerandam apprehenderit, tunc inimicus sub confessionis prætextu, ante menti impressa vitia effingit, ut affectus gratia Dei oblivioni traditos, iterum incensos exsuscitet, et hominem latenter injuria afficiat. Tunc enim si clarus et affectibus inimicus exsistat, necessario obtenebrabitur, detentus et confusus propter perpetrata vitia. Et si nebulosus adhuc et voluptatum amans fuerit, omnino una perseverabit, et affecto animo cum occurrentibus affectionibus familiaritatem contrahet, ut mentis anticipatio talis memoria, et non confessio inveniatur. Itaque si volueris Deo offerre irreprehensibilem confessionem, speciatim errorum ne recorderis (nam valde inquinares animum), verum horum illecebras generose perferto.

CXLI. Ea minime curari possunt, quæ ex præteritorum peccatorum consuetudine naturam quamdam subinduxerunt.

CXLII. Scientia præditus, quique veritatem novit, nequaquam memoria rerum factarum, sed patientia rerum contingentium confitetur Deo.

CXLIII. Cum abjeceris laborem et ignominiam, ne pollicearis per alias virtutes resipiscentiam : am-

ΡΑΖ'. Ὁ νόμος ἓξ ἡμέρας τυπικῶς ἐργάζεσθαι, τῇ δὲ ἑβδόμῃ σχολάζειν παρακελεύεται· διότι ψυχῆς ἔργον ἐστὶν ἡ διὰ χρημάτων εὐποιία· σχολὴ δὲ αὐτῆς καὶ κατάπαυσις, τὸ πωλῆσαι πάντα, καὶ δοῦναι πτωχοῖς κατὰ τὸν λόγον τοῦ Κυρίου· καὶ διὰ τῆς ἀκτημοσύνης καταπαύσαντα τῇ νοερᾷ σχολάζειν ἐλπίδι. Εἰς ταύτην τὴν κατάπαυσιν καὶ ὁ Παῦλος ἡμῶν μετὰ σπουδῆς προτρέπεται λέγων· *Σπουδάσωμεν εἰσελθεῖν εἰς ἐκείνην τὴν κατάπαυσιν.* Ταῦτα δὲ εἰρήκαμεν, οὐκ ἀποκλείοντες τὰ μέλλοντα, οὔτε ὧδε τὴν καθολικὴν ἀνταπόδοσιν εἶναι ὁρίσαντες· ἀλλ' ὅτι χρὴ πρῶτον ἐν τῇ καρδίᾳ ἔχειν τὴν χάριν τοῦ ἁγίου Πνεύματος ἐνεργοῦσαν, καὶ οὕτω κατ' ἀναλογίαν εἰσελθεῖν εἰς τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν. Τοῦτο φανεροποιῶν ὁ Κύριος, ἔλεγεν· *Ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν ἐντὸς ὑμῶν ἐστι.* Τοῦτο καὶ ὁ Ἀπόστολος ἔλεγεν· *Ἔστι πίστις ἐλπιζομένων ὑπόστασις·* καὶ πάλιν· *Οὕτως τρέχετε, ἵνα καταλάβητε·* καὶ πάλιν· *Δοκιμάζετε ἑαυτοὺς εἰ ἐστε ἐν τῇ πίστει· εἰ δὲ οὐκ ἐπιγινώσκετε ὅτι Χριστὸς Ἰησοῦς οἰκεῖ ἐν ὑμῖν; εἰ μήτι ἄρα ἀδόκιμοί ἐστε.*

ΡΑΗ'. Ὁ ἀλήθειαν ἐγνωκὼς ταῖς θλιβεραῖς ἐπιφοραῖς οὐκ ἀντιτάσσεται· οἶδε γὰρ ὅτι εἰς φόβον Θεοῦ ὁδηγοῦσι τὸν ἄνθρωπον.

ΡΑΘ'. Αἱ παλαιαὶ ἁμαρτίαι κατ' εἶδος μνημονευθεῖσαι βλάπτουσι τὸν εὐέλπιν· μετὰ λύπης μὲν γὰρ ἀντιδοθεῖσαι τῆς ἐλπίδος ἀφιστᾶσιν· ἀλύπως δὲ ἐξεικονισθεῖσαι τὸν παλαιὸν μολυσμὸν ἐναποτίθενται.

ΡΜ'. Ὅταν (4) ὁ νοῦς κρατήσῃ δι' ἀρνήσεως τὴν μονολόγιστον ἐλπίδα, τότε ὁ ἐχθρὸς προφάσει ἐξομολογήσεως τὰ προγεγραμμένα κακὰ ἐξεικονίζει, ἵνα τὰ χάριτι Θεοῦ ἐπιλησθέντα πάθη ἀναζωπυρήσῃ καὶ λεληθότως ἀδικήσῃ τὸν ἄνθρωπον. Τότε γὰρ κἂν φαιδρὸς καὶ μισοπαθὴς ὑπάρχῃ, ἐξ ἀνάγκης σκοτισθήσεται, συσχεθεὶς ἐπὶ τοῖς πεπραγμένοις. Κἂν ὁμιχλώδης ἔτι καὶ φιλήδονος εἴῃ, συγχρονίσει πάντως καὶ ἐμπαθῶς προσομιλήσει ταῖς προσβολαῖς, ὡς πρόληψιν εὑρεθῆναι τὴν τοιαύτην μνήμην, καὶ οὐκ ἐξομολόγησιν. Ἂν θέλῃς Θεῷ προσφέρειν ἀκατακρίτως ἐξομολόγησιν, μὴ μνημόνευε κατ' εἶδος τὰς παρατροπάς· λίαν γὰρ μολύνεις τὴν διάνοιαν· ἀλλ' ὑπόμενε γενναίως τὰς τούτων ἐπαγωγάς.

ΡΜΑ'. Τὰ ἀνιαρὰ (5), διὰ τὰς προσγεγενημένας ἁμαρτίας ἐπέρχονται πάσης πλημμελείας τὸ προσφυὲς ἐπικομίζοντα.

ΡΜΒ'. Ὁ γνωστικὸς καὶ εἰδὼς τὴν ἀλήθειαν, οὐ διὰ μνήμης τῶν πραχθέντων, ἀλλὰ δι' ὑπομονῆς τῶν ἐπερχομένων ἐξομολογεῖται τῷ Θεῷ.

ΡΜΓ'. Ἀποβαλὼν πόνον καὶ ἀτιμίαν, μὴ ἐπαγγέλλου δι' ἑτέρων ἀρετῶν μετανοεῖν· κενοδοξία γὰρ καὶ

[64] Matth. xix, 21. [65] Hebr. iv, 11. [66] Luc. xvii, 21. [67] Hebr. xi, 1. [68] I Cor. ix, 24. [69] II Cor. xiii, 5.

(4) *Ὅταν*, κ. τ. λ. Caute legas.

(5) *Τὰ ἀν.* Caute legas et hunc locum.

ἀναλγησία δουλεύειν τῇ ἁμαρτίᾳ καὶ διὰ δεξιῶν πεφύκασιν.

PMΔ'. Ὥσπερ τὰς ἀρετὰς πόνοι καὶ ἀτιμίαι, οὕτω καὶ τὰς κακίας ἡδοναὶ καὶ δόξαι τίκτειν εἰώθασι.

PME'. Πᾶσα σωματικὴ ἡδονὴ ἐκ προλαβούσης ἐστὶν ἀνέσεως· ἄνεσιν δὲ γεννᾷ ἡ ἀπιστία.

PMϚ'. Ὁ ὢν ὑπὸ ἁμαρτίας οὐ δύναται μόνος περιγενέσθαι τοῦ σαρκικοῦ θελήματος. Διότι τὸν ἐρεθισμὸν ἄπαυστον ἔχει καὶ ἐγκείμενον τοῖς πάθεσιν.

PMZ'. Ἐμπαθεῖς ὄντας προσεύχεσθαι δεῖ καὶ ὑποτάσσεσθαι· μόλις γὰρ ἔστι μετὰ βοηθείας πολεμῆσαι ταῖς προλήψεσιν.

PMH'. Ὁ μεθ' ὑποταγῆς καὶ προσευχῆς πυκτεύων τῷ θελήματι, ἀθλητής ἐστιν εὐμέθοδος, ὁ τὴν νοητὴν πάλην διὰ τῆς τῶν αἰσθητῶν ἀποχῆς προφανῶς ἐπιδεικνύμενος.

PMΘ'. Ὁ μὴ συναλλάσσων τῷ Θεῷ τὸ ἑαυτοῦ θέλημα, ὑποσκελίζεται ἐν τοῖς ἰδίοις ἐπιτηδεύμασι, καὶ ὑποχείριος τῶν ἀντιπάλων γίνεται.

PN'. Ὅταν ἴδῃς δύο κακοὺς ἔχοντας πρὸς ἀλλήλους ἀγάπην, γίνωσκε ὅτι ἕτερος τῷ ἑτέρῳ συνεργεῖ πρὸς τὸ θέλημα.

PNA'. Ὑψηλόφρων καὶ κενόδοξος ἀλλήλοις ἡδέως συναλλάσσουσιν· ὁ μὲν γὰρ δουλικῶς ὑποπίπτοντα ἐπαινεῖ τὸν κενόδοξον, ὁ δὲ συνεχῶς ἐπαινοῦντα μεγαλύνει τὸν ὑψηλόφρονα.

PNB'. Φιλαλήθης ἀκροατὴς ἀμφοτέρωθεν πορίζεται τὴν ἀλήθειαν. Ἐπὶ μὲν τοῖς ἀγαθοῖς μαρτυρούμενος, προθυμότερος γίνεται· ἐπὶ δὲ τοῖς κακοῖς ἐλεγχόμενος, μετανοεῖν ἀναγκάζεται.

PNΓ'. Δεῖ ἡμᾶς κατὰ τὴν προκοπὴν καὶ τὸν βίον ἔχειν· καὶ κατὰ τὸν βίον ὀφείλομεν τὰς προσευχὰς ἀναφέρειν τῷ Θεῷ.

PNΔ'. Καλὸν μὲν τὴν κεφαλαιωδεστέραν κρατεῖν ἐντολήν, καὶ μηδὲν κατ' εἶδος μεριμνᾷν, μηδὲ κατ' εἶδος προσεύχεσθαι, ἀλλὰ μόνον ζητεῖν τὴν βασιλείαν, κατὰ τὸν λόγον Κυρίου. Εἰ δὲ περὶ ἑκάστης χρείας φροντίζομεν, ὀφείλομεν περὶ ἑκάστης προσεύχεσθαι. Ὁ γὰρ ἐκτὸς προσευχῆς τι ποιῶν ἢ φροντίζων οὐκ εὐοδοῦται ἐπὶ τῷ τέλει τοῦ πράγματος. Καὶ τοῦτο ἔστιν ὃ εἶπεν ὁ Κύριος· *Οὐ δύνασθε χωρὶς ἐμοῦ ποιεῖν οὐδέν.*

PNE'. Τὸν παραλογιζόμενον τὴν περὶ προσευχῆς ἐντολὴν ἀτοπώτεραι παραχοαὶ διαδέχονται, ἑτέρα τῇ ἑτέρᾳ καθάπερ δέσμιον παραπέμπουσα.

PNϚ'. Ὁ τὰ ἐνεστῶτα θλιβερὰ προσδοκίᾳ τῶν μεταγενεστέρων ἀγαθῶν προσδεχόμενος γνῶσιν ἀληθείας εὕρηκε, καὶ ὀργῆς καὶ λύπης ταχέως ἀπαλλαγήσεται.

PNZ'. Ὁ κακουχίαν καὶ ἀτιμίαν ὑπὲρ ἀληθείας αἱρούμενος ἀποστολικὴν ὁδὸν πορεύεται, τὸν σταυ-

A bitio enim et indolentia in rebus secundis inservire peccato solent.

CXLIV. Sicut virtutes laboribus et ignominia, sic etiam vitia voluptatibus et gloria procreari consueverunt.

CXLV. Omnis corporalis voluptas ex præsumpta licentia provenit: porro licentiam incredulitas generat.

CXLVI. Qui in peccatis constitutus est, non potest solus carnalem voluptatem superare. Quapropter provocatorem habet irrequietum et urgentem affectibus.

CXLVII. Qui urgentur affectibus, his oratio atque submissio sive humiliatio est necessaria: vix enim licet cum auxilio mentis anticipationibus repugnare.

B

CXLVIII. Qui cum subjectione et precatione adversus voluntatem luctatur, hic athleta valde industrius et artificiosus, qui mentis luctam per rerum sensibilium abstinentiam manifesto ostendit.

CXLIX. Qui non conciliat Deo suam voluntatem, supplantatur et evertitur propriis exercitiis, et ab adversariis superatur.

CL. Cum videris duos improbos mutua benevolentia conjunctos, tum scias, quod alter alteri cooperatur ad voluntatem.

CLI. Superbus et ambitiosus inter se libenter familiaritatem ineunt: ille enim serviliter succumbentem ambitiosum laudat, hic vero indesinenter laudantem magnificat superbum.

C

CLII. Veritatis amans auditor utrinque veritatem lucratur. Cum enim in bonis testimonio vincitur, promptior et melior redditur; in malis autem dum coarguitur, ad resipiscentiam adigitur.

CLIII. Oportet nos secundum quod proficimus, etiam vitam instituere, et secundum vitam debemus precationes offerre Deo.

CLIV. Pulchrum quidem est, ut maxime summarium illud præceptum arripiamus, et nihil speciatim solliciti simus, neque quidquam speciatim precemur, sed solum regnum Dei, juxta Domini sermonem [70], quæramus. Si vero de unaquaque re necessaria sollicite cogitaverimus, debemus etiam pro unaquaque consequenda preces ad Deum fundere. Quicunque enim sine precatione aliquid facit, aut sollicito animo cogitat, ille nullam prosperitatem tandem sentiret. Et hoc est quod dixit Dominus: *Sine me nihil potestis facere* [71].

D

CLV. Fallentem præceptum de faciendis precationibus absurdiores inobedientiæ excipient, altera alteri tanquam vinctum alternis vicibus transmittentes.

CLVI. Qui instantes hujus vitæ molestias ac tribulationes futurorum bonorum exspectatione suscipit, veritatis cognitionem invenit, et ab iracundia atque tristia facile liberabitur.

CLVII. Qui ærumnas et ignominiam pro veritate elegit, ille apostolicam viam, sublata in humeros

[70] Matth. VI, 33. [71] Joan. XV, 5.

cruce et vinctus catena, ambulat. Qui vero citra hæc duo cordi morem gerere voluerit, errat secundum animum, et incidit in tentationes et laqueos diaboli.

CLVIII. Neque qui adversus malas cogitationes sine causis, neque qui adversus causas sine cogitationibus pugnat, unquam vincit. Uno enim tantum profligato non multo post per alterum in utrumque rapitur.

CLIX. Qui metu vexationis et contumeliæ pugnat cum hominibus, ille aut in hac vita per impressiones abundantius vexabitur, aut in futuro sæculo immisericorditer punietur.

CLX. Qui omnium malorum impetum et impressionem excludere voluerit, debet precationibus Deo commendare sua negotia et spem, quæ in illum est, B animo apprehendere, curam vero rerum sensibilium pro virili contemnere.

CLXI. Cum diabolus hominem invenerit sine necessitate negotiis corporalibus vacantem, primum quidem rapit ipsius cognitionis spolia, deinde spem quam in Deum habet, veluti caput amputat.

CLXII. Si quando puræ precationis tutum locum inveneris, rerum cognitionem quam tibi inimicus suggerit in tempore, cave suscipias, ne id quod majus est, amittas. Præstabilius enim est precationis jaculis jaculari ipsum in loco concluso, quam conversationem cum illo habere exuvias afferente, et nos a precandi sedulitate quæ adversus illum fit, abstrahere moliente.

CLXIII. Locus rerum aut negotiorum tempore C tentationis et socordiæ juvat hominem; tempore vero puræ precationis consuevit lædere.

CLXIV. Si docendi provinciam assecutus es in Domino, et obaudiendo neglexeris, mente fac affligaris, neque tamen aperte perturberis. Cum enim affligeris, nequaquam cum obaudiente damnaris; porro si perturbaris, eadem re tentaberis.

CLXV. Quo tempore tibi aliquid exponendum fuerit, ne velis præsentes, quæ dictu et auditu consentanea sunt, clam habere. Et ea quidem quæ honesta et decora sunt, manifestius, quæ vero dura et obscura, ænigmatice exponas.

CLXVI. Ei qui tibi subjectus non est, errorem D ne exprobres in faciem. Hoc enim potestatis magis quam consilii argumentum esset.

CLXVII. Quæ in communi fiunt pro pluribus, omnibus fiunt utilia. Unicuique propria secundum conscientiam apparent.

CLXVIII. Qui recte loquitur, debet etiam ipse gratias agere, ut qui a Deo verba sumpserit. Etenim veritas non loquentis, sed operantis Dei est.

CLXIX. A quibus obedientiæ confessionem non habes, ne contentiose repugnes, veritati resistens, ne quod odium adversus Scripturam sacram importunitate tua exsuscites.

CLXX. Qui subdito contradicenti, ubi non

ρὸν ἄρας, καὶ τὴν ἄλυσιν περιχείμενος. Ὁ δὲ ἐκτὸς τῶν δύο τούτων προσέχειν τῇ καρδίᾳ πειρώμενος, πλανᾶται κατὰ νοῦν, καὶ ἐμπίπτει εἰς πειρασμοὺς καὶ παγίδας τοῦ διαβόλου.

ΡΝΗ'. Οὔτε τοῖς λογισμοῖς τοῖς κακοῖς ἐκτὸς τῶν αἰτιῶν, οὔτε ταῖς αἰτίαις ἐκτὸς τῶν λογισμῶν ἐστι πολεμοῦντα νικῆσαί ποτε. Ὅταν γὰρ τὸ ἓν μονομερῶς ἀποβάλωμεν, μετ' οὐ πολὺ διὰ τοῦ ἑτέρου τοῖς ἀμφοτέροις ἐμφερόμεθα.

ΡΝΘ'. Ὁ φόβῳ κακοπαθείας καὶ ὀνειδισμοῦ τοῖς ἀνθρώποις μαχόμενος, ἢ ὧδε δι' ἐπιφορᾶς περισσοτέρως κακοπαθεῖ, ἢ ἐν τῷ μέλλοντι αἰῶνι ἀνηλεῶς κολάζεται.

ΡΞ'. Ὁ πᾶσαν κακὴν ἐπιφορὰν ἀποκλεῖσαι βουλόμενος, ὀφείλει διὰ προσευχῆς, συναλλάσσειν τῷ Θεῷ τὰ πράγματα, καὶ κρατεῖν μὲν νοερῶς τὴν εἰς αὐτὸν ἐλπίδα, τὴν δὲ φροντίδα τῶν αἰσθητῶν κατὰ δύναμιν παραλογίζεσθαι.

ΡΞΑ'. Ὅταν εὕρῃ ὁ διάβολος ἐκτὸς ἀνάγκης ἄνθρωπον τοῖς σωματικοῖς ἐνασχολούμενον, πρότερον ἁρπάζει αὐτοῦ τὰ τῆς γνώσεως λάφυρα· εἶθ' οὕτω τὴν εἰς Θεὸν ἐλπίδα ὡς κεφαλὴν ἀποτέμνει.

ΡΞΒ'. Εἴ ποτε λάβοις καθαρᾶς προσευχῆς ὀχυρὸν τόπον, τὴν γνῶσιν τῶν πραγμάτων ἀναδιδομένην παρὰ τοῦ ἐχθροῦ ἐν τῷ καιρῷ μὴ καταδέχου, ἵνα τὸ μεῖζον μὴ ἀπολέσῃ. Κρεῖσσον γὰρ τοῖς τῆς προσευχῆς βέλεσι κατατοξεύειν αὐτὸν κατὰ τόπον συγκεκλεισμένον, ἢ προσομιλεῖν αὐτῷ τὰ σκύλα προφέροντι, καὶ ἀποσπᾷν ἡμᾶς τῆς κατ' αὐτοῦ δεήσεως μηχανωμένῳ.

ΡΞΓ'. Ἡ τῶν πραγμάτων χώρα, ἐν καιρῷ πειρασμοῦ καὶ ἀκηδίας, ὠφελεῖ τὸν ἄνθρωπον· ἐν καιρῷ δὲ καθαρᾶς προσευχῆς καταβλάπτειν εἴωθε.

ΡΞΔ'. Διδάσκειν ἐν Κυρίῳ λαχὼν, καὶ παρακουόμενος, θλίβου νοερῶς, καὶ μὴ ταράσσου προφανῶς· θλιβόμενος γὰρ οὐ συγκατακριθήσῃ τῷ παρακούοντι· ταρασσόμενος ἐν τῷ αὐτῷ πράγματι πειρασθήσῃ.

ΡΞΕ'. Ἐν καιρῷ ἐξηγήσεως. μὴ κρύψῃς τὰ τοῖς παροῦσι προσήκοντα, τὰ μὲν εὐπρεπῆ σαφεστέρως, τὰ δὲ σκληρὰ αἰνιγματωδῶς διηγούμενος.

ΡΞϚ'. Τοῦ ἐν ὑποταγῇ σου μὴ ὄντος σφάλμα μὴ προσενέγκῃς εἰς πρόσωπον. Τοῦτο γὰρ ἐξουσίας μᾶλλον ἢ συμβουλίας ἐστί.

ΡΞΖ'. Τὰ πληθυντικῶς γινόμενα γίνεται πᾶσιν ὠφέλιμα. Ἑκάστῳ τὰ ἴδια κατὰ συνείδησιν ἐμφανίζονται.

ΡΞΗ'. Ὁ λαλῶν ὀρθῶς ὀφείλει καὶ αὐτὸς εὐχαριστεῖν, ὡς παρὰ Θεοῦ λαμβάνων τὰ ῥήματα. Ἡ γὰρ ἀλήθεια οὐ τοῦ λαλοῦντός ἐστιν, ἀλλὰ τοῦ ἐνεργοῦντος Θεοῦ.

ΡΞΘ'. Παρ' ὧν οὐκ ἔχεις ὁμολογίαν ὑποταγῆς, μὴ φιλονείκει ἀνθιστάμενος τῇ ἀληθείᾳ, ἵνα μὴ μῖσος ἐγείρῃς κατὰ τὴν θείαν Γραφήν.

Ρ Ο'. Ὁ ὑποτακτικῷ ὅπου οὐ δεῖ ἀντιλέγοντι πα-

ραγωρῶν πλανᾷ αὐτὸν ἐν ἐκείνῳ τῷ πράγματι, καὶ τὰς συνθήκας τῆς ὑποταγῆς ἀθετεῖν παρασκευάζει.

ΡΟΑ'. Ὁ φόβῳ Θεοῦ νομοθετῶν ἢ παιδεύων τὸν ἁμαρτάνοντα τὴν ἐναντιουμένην τῷ σφάλματι ἀρετὴν ἑαυτῷ περιποιεῖται· ὁ δὲ μνησικακῶν καὶ κακοθελῶς ὀνειδίζων τῷ ὁμοίῳ πάθει κατὰ τὸν πνευματικὸν περιπίπτει νόμον.

ΡΟΒ'. Ὁ καλῶς μαθὼν τὸν νόμον φοβεῖται τὸν νομοθέτην· καὶ ἐλπίζων ἐπ' αὐτῷ, ἐκκλίνει ἀπὸ παντὸς κακοῦ.

ΡΟΓ'. Μὴ γίνου δίγλωσσος, ἑτέρως μὲν τῷ λόγῳ, ἑτέρως δὲ τῇ συνειδήσει διακείμενος· τὸν γὰρ τοιοῦτον ἡ Γραφὴ ὑπὸ κατάρας ἵστησιν.

ΡΟΔ'. Ἔστιν ὁ ἀλήθειαν λέγων καὶ ὑπὸ ἀφρόνων μισούμενος, κατὰ τὸν Ἀπόστολον· καὶ ἔστιν ὁ ὑποκρινόμενος καὶ διὰ τοῦτο ἀγαπώμενος. Ὅμως οὐδέτερον τῶν ἀνταποδόσεων τούτων πολυχρόνιον γίνεται, διότι ὁ Κύριος, ἐν ἰδίῳ καιρῷ, ἑκάστῳ τὸ δέον ἀνταποδίδωσιν.

ΡΟΕ'. Ὁ τὰ μέλλοντα μοχθηρὰ ἀναιρεῖν βουλόμενος ὀφείλει τὰ ἐνεστῶτα ἡδέως ὑποφέρειν· οὕτω γὰρ νοερῶς συναλλάσσων πράγματι, διὰ μικρῶν ὀδυνῶν, μεγάλας ἐκφεύξεται.

ΡΟϚ'. Ἀσφάλισαι λόγον ἀπὸ καυχήσεως, καὶ λογισμὸν ἀπὸ οἰήσεως, ἵνα μὴ παραχωρηθεὶς πράξῃς τὰ ἐναντία. Οὐ γὰρ ἐξ ἀνθρώπου μόνον τελεσιουργεῖται τὸ ἀγαθὸν, ἀλλὰ τοῦ παντεπόπτου Θεοῦ.

ΡΟΖ'. Ὁ παντεπόπτης Θεὸς, ὥσπερ τοῖς ἔργοις ἡμῶν ἀξίας ἐπιφορὰς ἀπένειμεν, οὕτω καὶ τοῖς λογισμοῖς καὶ τοῖς ἐκουσίοις νοήμασιν.

ΡΟΗ'. Οἱ ἀκούσιοι λογισμοὶ ἐκ προλαβούσης ἁμαρτίας ἀναφύονται· οἱ δὲ ἑκούσιοι ἐκ τοῦ αὐτεξουσίου θελήματος· ὅθεν αἴτιοι εὑρίσκονται τῶν προτέρων οἱ δεύτεροι.

ΡΟΘ'. Ταῖς μὲν παρὰ πρόθεσιν κακαῖς ἐννοίαις λύπη παρέπεται· διὸ καὶ συντόμως ἐξαφανίζονται· ταῖς δὲ κατὰ πρόθεσιν, χαρά· ὅθεν καὶ δυσαπάλλακτοι γίνονται.

ΡΠ'. Ὁ φιλήδονος λυπεῖται ἐν ψόγοις καὶ κακοπαθείαις· ὁ δὲ φιλόθεος, ἐν ἐπαίνοις καὶ πλεονεξίαις.

ΡΠΑ'. Ὁ μὴ γινώσκων τὰ κρίματα τοῦ Θεοῦ ἀμφίκρημνον ὁδὸν κατὰ νοῦν διαβαίνει, καὶ ὑπὸ παντὸς ἀνέμου ῥᾳδίως ἀνατρέπεται· ἐπαινούμενος γαυριᾷ, καὶ ψεγόμενος ἐρεθίζεται, εὐωχούμενος ἀσελγαίνει, καὶ κακοπαθῶν ἀποδύρεται, συνιὼν φανητιᾷ, καὶ μὴ νοῶν σχηματίζεται, πλουτῶν ἀλαζονεύεται, καὶ πτωχεύων ὑποκρίνεται, κορεσθεὶς θρασύνεται, καὶ νηστεύων κενοδοξεῖ, τοῖς ἐλέγχουσι φιλονεικεῖ, καὶ τοῖς συγγνώμην αὐτῷ ἀπονέμουσιν ὡς ἀνοήτοις ἐφυβρίζει. Ἐὰν μήτε οὖν κατὰ χάριν Χριστοῦ γνῶσιν ἀληθείας καὶ φόβον Θεοῦ αἰτήσηται, οὐ μόνον ἐκ τῶν παθῶν, ἀλλὰ καὶ ἐκ τῶν συμβάσεων δεινῶς τραυματίζεται.

A oportet, cesserit, ea in re seducit illum, et obedientiæ fœdera objicit contemptui.

CLXXI. Qui timore Dei legem condit, aut peccantem castigat, contrariam errori virtutem sibi ipsi vendicat atque conciliat. Qui vero injuriarum memor est et malitiose exprobrat, in eumdem affectum, secundum legem spiritualem, incidit.

CLXXII. Qui probe legem perdidicit, timet legislatorem; et sperans in eumdem ab omni malo declinat.

CLXXIII. Ne fias bilinguis, aliter quidem sermone, aliter vero conscientia temet ostentans : ejusmodi enim hominem Scriptura sub maledictione statuit [72].

CLXXIV. Est qui veritatem dicit, et ab insipientibus habetur odio, secundum Apostolum [73] : B et est qui simulat, et propter hoc amatur. Attamen neutra harum retributionum diuturna est, quoniam Dominus suo tempore unicuique, ut oportet, retribuet.

CLXXV. Qui futuras tribulationes tollere voluerit, ille præsentes debet jucunde et libenter perpeti : ita enim mente assuescens rei, modicis doloribus et molestiis magnas effugiet.

CLXXVI. Fac munias linguam tuam a jactantia, et cogitationem ab opinione, ne cum cesseris, diversa facias. Neque enim ab homine solo bonum perficitur, sed ab omnia videnteDeo.

CLXXVII. Omnia videns Deus, quemadmodum operibus nostris digna incrementa suppeditat, sic etiam cogitationibus et voluntariis consiliis. C

CLXXVIII. Non voluntariæ cogitationes ex antevertente peccato nascuntur. Cæterum voluntariæ ex voluntate libera et spontanea : unde posteriores causæ esse priorum deprehenduntur.

CLXXIX. Malas cogitationes præter propositum contingentes tristitia subsequitur : quapropter etiam brevi momento evanescunt. At quæ sunt juxta propositum, gaudium : unde fit ut etiam difficulter queant abjici.

CLXXX. Voluptatis studiosus et amans in reprehensionibus et vexationibus tristitia afficitur, porro homo diligens Deum, in laudibus et abundantia.

CLXXXI. Cui non sunt explorata judicia Dei, periculosam et præcipitem viam juxta mentem ambulat, et a quovis vento facile movetur et impellitur; si laudatur, jactabundus insolescit; si reprehenditur, irritatur; convivium agitans, lascivit ebrius; si vexatur malis, lamentatur; intelligens, effertur ostentatione; non intelligens, simulat; abundans opibus, arroganter superbit; mendicum agens, opes domi simulat; saturatus, ferocit; et jejunans, inani servit gloriæ : cum reprehendentibus contendit; et his qui illi largiuntur veniam, tanquam stultis, petulanter injuriosus est. Itaque si non secundum gratiam Christi, veritatis cognitionem et Dei timorem postulaverit, non tantum ab affectionibus, sed etiam ab accidentibus graviter vulneratur. D

[72] Eccli. xxviii, 15. [73] Joan viii, 40.

CLXXXII. Quando causam aut negotium aliquod intricatum solvere animo decreveris, primum fac in eo quæras quod Deo placet, atque ita ejus negotii commodam solutionem invenies.

ΡΠΒ'. Ὅταν λῦσαι θέλῃς πρᾶγμα συμπεπλεγμένον, ζήτει περὶ αὐτοῦ, τί τῷ Θεῷ ἀρέσκει, καὶ εὑρήσεις τὴν λύσιν αὐτοῦ ἐπωφελῆ.

CLXXXIII. In quibus rebus Deus complacitum habuerit, in illis etiam omnis creatura subservit; quæ vero ille aversatur, similiter in illis et omnis creatura reluctatur.

ΡΠΓ'. Ἐν οἷς ἂν πράγμασιν εὐδοκῇ ὁ Θεὸς, ἐν τούτοις καὶ πᾶσα κτίσις ὑπηρετεῖ· ἐν οἷς δὲ ἂν αὐτὸς ἀποστρέφηται, ὁμοίως καὶ ἡ κτίσις ἀντιτάσσεται.

CLXXXIV. Qui repugnat, semet opponens tristibus adversitatibus, ille nescius repugnat Dei imperio; qui autem easdem suscipit vera cognitione, ille, secundum Scripturam, suffert Dominum.

ΡΠΔ'. Ὁ ἀντιτασσόμενος ταῖς σκυθρωπαῖς ἐπιφοραῖς, οὐκ οἶδεν, ἀντιμάχεται τῇ κελεύσει τοῦ Θεοῦ· ὁ δὲ καταδεχόμενος αὐτὰς μετὰ γνώσεως ἀληθοῦς, οὗτος κατὰ τὴν Γραφὴν ὑπομένει τὸν Κύριον.

CLXXXV. Tentatione veniente ne quæras quare aut per quem venerit; verum ut eamdem gratanter et sine injuriarum recordatione perferas memento.

ΡΠΕ'. Πειρασμοῦ ἐπελθόντος, μὴ ζήτει διὰ τί, ἢ διὰ τίνος ἐλήλυθεν, ἀλλ' ὅπως ἂν αὐτὸν εὐχαρίστως καὶ ἀμνησικάκως ὑπομείνῃς.

CLXXXVI. Alienum malum non addit peccatum, si nos illud malis cogitationibus non susceperimus.

ΡΠϚ'. Ἀλλότριον κακὸν οὐ προστίθησιν ἁμαρτίαν, ἐὰν μὴ ἡμεῖς αὐτὸ κακαῖς παραδεξώμεθα ἐνοίαις.

CLXXXVII. Si non facile invenire licet eum qui sine tentationibus placuerit; gratiæ Deo agendæ sunt in omnibus quæcunque nobis acciderint.

ΡΠΖ'. Εἰ οὐκ ἔστι ῥᾳδίως εὑρεῖν τὸν ἐκτὸς πειρασμοῦ εὐαρεστήσαντα, εὐχαριστεῖν δεῖ τῷ Θεῷ ἐπὶ πάσῃ συμβάσει.

CLXXXVIII. Si Petrus nocturna captura frustratus non fuisset [76], nunquam diurnam esset adeptus: et nisi corporaliter excæcatus fuisset Paulus [78], nunquam spiritualiter visum recepisset: et nisi, ut blasphemus, sycophantice accusatus fuisset Stephanus, nequaquam apertis ei cœlis Dominum vidisset [78].

ΡΠΗ'. Εἰ μὴ νυκτερινῆς ἄγρας ἀπέτυχεν ὁ Πέτρος, οὐκ ἂν τῆς ἡμερινῆς ἐπέτυχε· καὶ εἰ μὴ αἰσθητῶς ἐτυφλοῦτο ὁ Παῦλος, οὐκ ἂν πνευματικῶς ἀνέβλεψε· καὶ εἰ μὴ ὡς βλάσφημος ἐσυκοφαντεῖτο ὁ Στέφανος, οὐκ ἄν, τῶν οὐρανῶν αὐτῷ ἀνεῳχθέντων, τὸν Κύριον ἐθεάσατο.

CLXXXIX. Quemadmodum operatio secundum Deum dicitur virtus, sic præter exspectationem afflictio vocatur tentatio.

ΡΠΘ'. Ὥσπερ ἡ κατὰ Θεὸν ἐργασία ἀρετὴ λέγεται, οὕτως ἡ παρὰ προσδοκίαν θλῖψις πειρασμὸς λέγεται.

CXC. Deus tentavit Abrahamum [77], hoc est ad utilitatem ejus afflixit, non ut disceret qualis esset, (noverat enim eum, qui novit omnia, priusquam ipse natus esset), sed ut perfectæ fidei occasiones illi suppeditaret.

Ρϟ'. Ὁ Θεὸς τὸν Ἀβραὰμ ἐπείραζε, τοῦτ' ἔστι πρὸς τὸ συμφέρον ἔθλιβεν, οὐχ ἵνα μάθῃ ὁποῖός ἐστιν (ᾔδει γὰρ αὐτὸν ὁ εἰδὼς τὰ πάντα, πρὶν γενέσθαι αὐτὸν), ἀλλ' ὅπως ἀφορμὰς αὐτῷ παράσχῃ τῆς τελείας πίστεως.

CXCI. Omnis afflictio arguit momentum seu inclinationem voluntatis, sive in dextram vergat, sive in sinistram. Quapropter accidens tribulatio vocatur tentatio, occultarum voluntatum experientiam participi exhibens.

ΡϟΑ'. Πᾶσα θλῖψις ἐλέγχει τὴν ῥοπὴν τοῦ θελήματος, εἴτε εἰς δεξιὰ ῥέπει, εἴτε εἰς ἀριστερά. Διὰ τοῦτο ἡ συμβατικὴ θλῖψις πειρασμὸς ὀνομάζεται, τῷ μετόχῳ πεῖραν τῶν κεκρυμμένων θελημάτων παρέχουσα.

CXCII. Timor Dei cogit nos pugnare adversus animi pravitatem atque malitiam; nobis autem pugnantibus, Dominus illam destruit.

ΡϟΒ'. Φόβος Θεοῦ ἀναγκάζει ἡμᾶς πολεμεῖν τῇ κακίᾳ· ἡμῶν δὲ πολεμούντων, ὁ Κύριος ἀναιρεῖ αὐτήν.

CXCIII. Sapientia est non solum per naturalem consequentiam nosse veritatem, sed perferre, tanquam proprium, hominum injuria afficientium supplicium. Nam qui in priori persistunt, efferuntur superbia; at qui ad secundum quoque pervenerunt, humilitatem consecuti sunt.

ΑϟΓ'. Σοφία ἐστὶν οὐ μόνον τὸ διὰ φυσικῆς ἀκολουθίας εἰδέναι τὴν ἀλήθειαν, ἀλλὰ καὶ τὸ ὑπομένειν ὡς ἰδίαν τὴν τῶν ἀδικούντων τιμωρίαν. Οἱ μὲν γὰρ τῇ προτέρᾳ ἐναπομείναντες πρὸς ὑπερηφανίαν ἀνεπήρθησαν· οἱ δὲ ἐπὶ τὴν δευτέραν φθάσαντες ταπεινοφροσύνην ἐκτήσαντο.

CXCIV. Quod si nolueris a pravis cogitationibus fatigari, humilitatem animi et carnis tribulationem suscipe. Et hoc non aliquando, sed loco et tempore et in omni negotio.

ΡϟΔ'. Εἰ βούλει μὴ ἐνεργεῖσθαι ὑπὸ πονηρῶν λογισμῶν, ἐξουδένωσιν ψυχῆς καὶ θλῖψιν σαρκὸς ὑποδέχου, καὶ τοῦτο οὐ μερικῶς, ἀλλ' ἐν παντὶ τόπῳ, καὶ καιρῷ, καὶ πράγματι.

CXCV. Qui afflictionibus animo voluntario castigatur, ab invitis cogitationibus nequaquam comprehenditur. At qui priores non amplectitur, a posterioribus vel nolens captivus ducitur.

ΡϟΕ'. Ὁ τοῖς θλιβεροῖς ἑκουσίως ἐμπαιδευόμενος ὑπὸ τῶν ἀκουσίων λογισμῶν οὐ κατέχεται· ὁ δὲ τὰ πρῶτα μὴ καταδεχόμενος ὑπὸ τῶν δευτέρων καὶ μὴ βουλόμενος αἰχμαλωτίζεται.

[76] Luc. v, 5, 6. [78] Act. ix, 8. [78] Act. vii, 55. [77] Gen. xxii, 1.

ΡΙ͵Ϛ'. Ὅταν ἀδικουμένου σου σκληρυνθῇ τὰ σπλάγχνα καὶ ἡ καρδία, μὴ λυποῦ, ὅτι οἰκονομικῶς ἐκινήθη τὸ προκείμενον· ἀλλὰ χαίρων ἀνάτρεπε τοὺς ἐπανακύπτοντας λογισμούς· εἰδὼς ὅτι τούτων ἐκ προσβολῆς ἀναιρουμένων, κἀκεῖνα μετὰ τὴν κίνησιν ἀναιρεῖσθαι πέφυκε. Τῶν δὲ λογισμῶν ἐνδελεχούντων, κἀκεῖνα προσθήκην λαμβάνειν εἴωθεν.

ΡΙ͵Ζ'. Ἐκτὸς συντριμμοῦ καρδίας ἀδύνατον καθόλου ἀπαλλαγῆναι κακίας. Συντρίβει δὲ καρδίαν ἡ τριμερὴς ἐγκράτεια, ὕπνου λέγω, καὶ τροφῆς, καὶ σωματικῆς ἀνέσεως. Ἡ δὲ περὶ τούτων περισσεία ἡδυπάθειαν ἐντίθησιν· ἡδυπάθεια δὲ τοὺς πονηροὺς λογισμοὺς παραδέχεται. Ἀντίκειται δὲ καὶ τῇ προσευχῇ, καὶ τῇ προσηκούσῃ διακονίᾳ.

ΡΙ͵Η'. Κελεύειν ἀδελφοῖς λαχὼν, φύλαττε τὴν τάξιν σου, καὶ μὴ διὰ τοὺς ἀντιλέγοντας παρασιωπήσῃς τὰ δέοντα. Ἐν οἷς μὲν γὰρ ὑπακούσουσι, μισθὸν ἕξεις ὑπὲρ τῆς ἐκείνων ἀρετῆς· ἐν οἷς δὲ παρακούσουσι, πάντως ἀφήσεις αὐτοῖς, καὶ λήψῃ τὰ ἴσα παρὰ τοῦ εἰρηκότος· *Ἀφίετε, καὶ ἀφεθήσεται ὑμῖν.*

ΡΙ͵Θ'. Πανηγύρει ἔοικε πᾶσα σύμβασις. Ὁ εἰδὼς πραγματεύεσθαι κερδαίνει πολλά· ὁ δὲ μὴ εἰδὼς ζημίας ὑποφέρει.

Σ'. Τὸν ἀπὸ ἑνὸς λόγου μὴ ὑπακούοντα μὴ βιάζου μετὰ φιλονεικίας, ἀλλὰ τὸ κέρδος ὃ ἀπέβαλεν ἐκεῖνος, σὺ περιποίησαι σεαυτῷ. Πλεῖον γὰρ τῆς ἐκείνου διορθώσεως ὠφελήσει ἡ σὴ ἀνεξικακία.

ΣΑ'. Ὅταν ἡ τοῦ ἑνὸς βλάβη εἰς τοὺς πολλοὺς διατρέχῃ, τότε οὐ δεῖ μακροθυμεῖν, οὔτε ζητεῖν τὸ ἑαυτοῦ συμφέρον, ἀλλὰ τὸ τῶν πολλῶν, ἵνα σωθῶμεν. Διότι τῆς μονομεροῦς ἀρετῆς ἡ πολυμερὴς ὠφελιμωτέρα τυγχάνει.

ΣΒ'. Ἐάν τις πέσῃ εἰς οἱανδήποτε ἁμαρτίαν, καὶ μὴ λυπηθῇ κατὰ ἀναλογίαν τοῦ σφάλματος, εὐχερῶς τῷ αὐτῷ περιπεσεῖται δικτύῳ.

ΣΓ'. Ὥσπερ λέαινα δαμάλει φιλικῶς οὐ προσίεται, οὕτως ἀναισχυντία τὴν κατὰ Θεὸν λύπην εὐμενῶς οὐ παραδέχεται.

ΣΔ'. Ὥσπερ λύκῳ πρόβατον οὐ συνέρχεται εἰς τεκνογονίαν, οὕτως οὔτε κόρῳ πόνος καρδιακὸς εἰς κύησιν ἀρετῶν.

ΣΕ'. Οὐδεὶς δύναται πόνον καὶ λύπην κατὰ Θεὸν ἔχειν, ἐὰν μὴ πρότερον καὶ τούτων τὰς αἰτίας ἀγαπήσῃ.

Σϛ'. Φόβος Θεοῦ καὶ ἔλεγχος εἰσδέχονται λύπην· ἐγκράτεια δὲ καὶ ἀγρυπνία προσομιλοῦσι πόνῳ.

ΣΖ'. Ὁ γραφικαῖς ἐντολαῖς καὶ νουθεσίαις μὴ παιδευόμενος τῇ μάστιγι τοῦ ἵππου καὶ τῷ κέντρῳ τοῦ ὄνου ἐλασθήσεται· εἰ δὲ καὶ τούτοις ἀντιτάσσεται, καὶ ἐν κημῷ καὶ χαλινῷ τὰς σιαγόνας ἀχθήσεται.

ΣΗ'. Ὁ ὑπὸ τῶν μικρῶν εὐχερῶς νικώμενος, καὶ τοῖς μεγάλοις ἐξ ἀνάγκης δεδούλωται· ὁ δὲ τούτων

CXCVI. Cum tibi injuria affecto cor et viscera induruerint, ne contristeris ob faciem rei præsentis dispositione divina mutatam; sed gaudens averte prorumpentes cogitationes : sciens, his primo statim impetu sublatis, et illa post motum tolli solere. At cogitationibus assidue moventibus, et illa augmentum accipere consueverunt.

CXCVII. Sine corde contrito impossibile est omnino liberari a malitia et vitiis. Conterit autem cor tripartita temperantia, somni dico, et cibi, et corporalis remissionis. Cæterum horum excessus et abundantia voluptatem generat, voluptas autem pravas cogitationes ingerit. Repugnat vero precationi et convenienti obsequio sive ministerio.

CXCVIII. Cum fratribus præcipiendi provinciam nactus es, custodi ordinem tuum, et cave, ne propter contradicentes, ea quæ decent, silentio dissimulata prætereas. Etenim in quibus obtemperaverint, præmium habebis propter ipsorum virtutes : in quibus vero minus morem gesserint, prorsus remittes eis concessa venia, et accipies paria ab eo qui dixit : *Remittite, et remittetur vobis* [78].

CXCIX. Nundinis seu populoso conventui simile est omne quod nobis accidit. Qui noverit uti foro, multa lucratur; qui vero minus noverit, damno afficitur.

CC. Eum qui uno sermone non statim obtemperat, ne contentiose cogas, sed lucrum quod repulit, tibi ipsi indica. Plus enim ex tua clementia utilitatis capies, quam ex ejus emendatione.

CCI. Cum unius detrimentum in multos percurrens diffunditur, tunc non oportet esse longanimem : neque quærenda est sua ipsius utilitas, sed multorum, ut servemur. Quoniam unius virtute multorum virtus potior est atque præstantior.

CCII. Si quis in quodcunque peccatum inciderit, neque pro modo peccati conturbatur, haud difficulter in idem rete iterum incidit.

CCIII. Sicut leæna ad juvencam amico non accedit animo : ita neque impudentia tristitiam quæ secundum Deum est [79], benevole et libenter accipit.

CCIV. Quemadmodum ovis cum lupo procreandæ sobolis gratia nullam conversationem contrahit : ita neque cum satietate labor cordialis procreandarum virtutum gratia ullam conjunctionem copulat.

CCV. Nemo laborem et tristitiam secundum Deum habere potest, nisi prius horum causas amaverit.

CCVI. Metus Dei et redargutio tristitiam suscipiunt; temperantia autem et vigilia cum labore habent commercium.

CCVII. Qui præceptis et admonitionibus Scripturæ non docetur aut castigatur, equi flagello et asini stimulo impellendus est [80] : quod si etiam his reluctetur, in camo et freno maxilla ejus constringenda est [81].

CCVIII. Qui a parvis tentationibus facile vincitur, etiam a magnis necessario in captivitatem sub-

[78] Luc. VI, 37. [79] II Cor. VII, 10. [80] Prov. XXVI, 3. [81] Psal. XXXI, 9.

igitur; qui vero illas contempserit, etiam majoribus, Domini auxilio, repugnat.

CCIX. Ne tentes redarguendo juvare hominem virtutum suarum jactabundum ostentatorem, propterea quod monitorum patiens, et veritatis amator esse nequeat.

CCX. Omne verbum Christi-misericordiam et justitiam et sapientiam Dei, et harum virtutem per auditum injicit libenter audientibus. Unde immisericordes et injusti, non libenter audientes, Dei sapientiam cognoscere non potuerunt : quin etiam loquentes crucifixerunt. Nobis igitur videndum est, num libenter ipsum audimus. Ipse enim dixit : *Qui diligit me, præcepta mea servabit, et diligetur a Patre meo, et ego diligam eum, et manifestabo ei meipsum* [83]. Vides quomodo sui ipsius manifestationem in præceptis absconderit?

CCXI. Ex omnibus præceptis non aliud plura complectitur, quam præceptum charitatis, quæ est erga Deum et proximum. Hæc ex rerum sensibilium abstinentia et cogitationum quiete constat et subsistit. Hoc cum non ignorasset Dominus, præcepit nobis, dicens : *Ne solliciti sitis de crastino* [83]. Et juste quidem : nam qui a rebus sensibilibus et earum sollicitudine liberatus non est, a pravis cogitationibus quomodo liberabitur? Porro qui cogitationibus detinetur, quomodo videre possit peccatum certum, sub illis latens; aut quæ sint tenebræ et caligo animæ, quæ pravis cogitationibus et sermonibus et operibus incidit; partim quidem diabolo violento incursu tentante et principium commonstrante; partim vero homine studio voluptatis et ambitione libenter conversante? Etenim si secundum dijudicationem non voluit, secundum operationem tamen potuit et suscepit. Cæterum qui hoc tam late patens peccatum non animadvertit, quando tandem precabitur ut ab illius contagio perpurgetur? At ab illo nondum purgatus, quomodo puræ naturæ locum inveniat? Porro, qui hunc non invenerit, quomodo interiorem Christi domum perspiciat? si quidem domus Dei sumus juxta propheticum et evangelicum et apostolicum sermonem. Oportet itaque, juxta prædictorum consequentiam, ejusmodi domum quærere, et precando perseverantes pulsare, ut hic aut in exitu aperiat nobis paterfamilias, et non dicat negligentibus : *Nescio unde vos estis* [84]. Non autem solum debemus petere et accipere, sed etiam, quod datum est, servare : sunt enim quidam, qui, quod acceperunt, amittunt. Quapropter prædictarum rerum nudam cognitionem, aut etiam fortuitam experientiam, fortasse etiam qui tardo sunt ad discendum ingenio, et juvenes apprehendunt et amplectuntur; operationem vero cum perseverantia consistentem, vix e senibus hi qui religiosi habentur, et multa ornati experientia; qui non raro ipsam amiserunt iterum quæsiverunt, et invenerunt. Itaque hoc nostra potestate possideamus, quemadmodum ipsi, ut a nobis auferri nequeat amplius.

καταφρονῶν, καὶ τοῖς μεγάλοις ἐν Κυρίῳ ἀντιτάσσεται.

Σθ'. Μὴ πειρῶ ἐλέγχων ὠφελεῖν τὸν ἐν ἀρεταῖς καυχώμενον, διότι ὁ αὐτὸς καὶ φιλενδείκτης καὶ φιλαλήθης εἶναι οὐ δύναται.

Σι'. Πᾶν ῥῆμα Χριστοῦ Ἔλεον, καὶ δικαιοσύνην, καὶ σοφίαν ἐμφαίνει Θεοῦ, καὶ τὴν τούτων δύναμιν διὰ τῆς ἀκοῆς ἐμβάλλει τοῖς ἡδέως ἀκούουσιν. Ὅθεν οἱ ἀνελεήμονες, καὶ ἄδικοι, ἀηδῶς ἀκούοντες τὴν τοῦ Θεοῦ σοφίαν, γνῶναι οὐκ ἐδυνήθησαν· ἀλλὰ καὶ λαλοῦντες ἐσταύρωσαν. Καὶ ἡμεῖς οὖν ἴδωμεν, εἰ ἡδέως αὐτοῦ ἀκούομεν. Αὐτὸς γὰρ εἴρηκεν· *Ὁ ἀγαπῶν με τὰς ἐντολάς μου τηρήσει, καὶ ἀγαπηθήσεται ὑπὸ τοῦ Πατρός μου, κἀγὼ ἀγαπήσω αὐτὸν, καὶ ἐμφανίσω αὐτῷ ἐμαυτόν.* Βλέπεις, πῶς τὴν ἑαυτοῦ ἐμφάνειαν ἐν ταῖς ἐντολαῖς ἐνέκρυψε;

Σια'. Πασῶν τῶν ἐντολῶν ἐστι περιεκτικωτάτη ἡ εἰς Θεὸν καὶ τὸν πλησίον ἀγάπη, ἥτις ἐκ τῆς τῶν ὑλικῶν ἀποχῆς, καὶ τῆς τῶν λογισμῶν ἡσυχίας συνίσταται. Τοῦτο εἰδὼς ὁ Κύριος παραγγέλλει ἡμῖν λέγων· *Μὴ μεριμνήσητε περὶ τῆς αὔριον.* Καὶ εἰκότως· ὁ γὰρ τῶν ὑλικῶν καὶ τῆς μερίμνης αὐτῶν μὴ ἀπαλλαγείς, τῶν πονηρῶν λογισμῶν πῶς ἀπαλλαγήσεται; Ὁ δὲ τοῖς λογισμοῖς περιεχόμενος, πῶς ἂν ἴδοι τὴν ὑπὸ τούτων καλυπτομένην ἁμαρτίαν ἐνυπόστατον, ἥτις ἐστὶ σκότος καὶ ὁμίχλη ψυχῆς, ἐξ ἐννοιῶν πονηρῶν καὶ λόγων καὶ πράξεων ἐμπεσοῦσα· τοῦ μὲν διαβόλου διὰ προσβολῆς βιαστοῦ πειράζοντος, καὶ τὴν ἀρχὴν ὑποδεικνύοντος· τοῦ δὲ ἀνθρώπου διὰ φιληδονίαν καὶ κενοδοξίαν ἡδέως προσομιλήσαντος; Εἰ γὰρ καὶ κατὰ διάκρισιν οὐκ ἐβούλετο, ἀλλὰ κατ' ἐνέργειαν ἐδύνατο καὶ παρεδέχετο. Ὁ δὲ ταύτην μὴ θεασάμενος τὴν περιεκτικὴν ἁμαρτίαν, πότε ἂν δεηθείη περὶ αὐτῆς καθαρισθήσεσθαι; Ὁ δὲ μὴ καθαρισθείς, πῶς ἂν εὕροι τὸν τόπον τῆς καθαρᾶς φύσεως; Ὁ δὲ τοῦτο μὴ εὑρών, πῶς ἂν ἴδοι τὸν ἐνδοτέρω οἶκον τοῦ Χριστοῦ, εἴπερ οἶκος τοῦ Θεοῦ ἐσμεν, κατὰ τὸν προφητικὸν, καὶ εὐαγγελικὸν, καὶ ἀποστολικὸν λόγον; Χρὴ οὖν, διὰ τῆς τῶν προειρημένων ἀκολουθίας, ζητῆσαι τὸν οἶκον τοῦτον, καὶ διὰ προσευχῆς παραμένοντας κρούειν, ὅπως ἡ ὧδε ἡ ἐν τῇ ἐξόδῳ ἀνοίξοι ἡμῖν ὁ οἰκοδεσπότης, καὶ ἀμελήσασιν μὴ εἴποι· *Οὐκ οἶδα ὑμᾶς, πόθεν ἐστέ.* Οὐ μόνον δὲ ὀφείλομεν αἰτήσασθαι καὶ λαβεῖν, ἀλλὰ καὶ τὸ δοθὲν φυλάξαι· εἰσὶ γάρ τινες οἱ καὶ μετὰ τὸ λαβεῖν ἀπολέσαντες. Διὸ τῶν προειρημένων πραγμάτων ψιλὴν μὲν τὴν γνῶσιν, ἢ καὶ συμβατικὴν τὴν πεῖραν, ἴσως καὶ ὀψιμαθεῖς καὶ νέοι κατέχουσι· τὴν δὲ μεθ' ὑπομονῆς παράμονον ἐργασίαν, μόλις τῶν γερόντων οἱ εὐλαβεῖς καὶ πολύπειροι, οἱ πολλάκις αὐτὴν δι' ἀπροσεξίας ἀπολέσαντες, καὶ δι' ἐκουσίων πόνων ἀναζητοῦντες, καὶ εὑρίσκοντες. Τοῦτο οὖν ποιεῖν καὶ ἡμεῖς μὴ παυσώμεθα, ἕως αὐτὴν ἀναφαίρετον κατ' ἐκείνους κτησώμεθα.

[83] Joan. XIV, 21. [83] Matth. VI, 34. [84] Luc. XIII, 25.

Ταῦτα τοῦ πνευματικοῦ νόμου ἐκ πολλῶν ὀλίγα ἐγνώκαμεν τὰ δικαιώματα, ἃ καὶ ὁ μέγας ψαλμῳδὸς ὑφηγεῖται ἐνδελεχῶς, τοῦ μαθεῖν αὐτὰ καὶ ποιεῖν τοὺς συνετῶς ψάλλοντας ἐν Κυρίῳ. Αὐτῷ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας. Ἀμήν. A

Hæc quidem de lege spirituali ex multis pauca justitiæ præcepta novimus, quæ etiam a magno Psalmista jugiter percensentur, ut ea perdiscant et faciant qui cum aliqua intelligentia psallunt in Domino. Ipsi gloria in sæcula. Amen.

OPUSCULUM III.

Περὶ μετανοίας τοῖς πᾶσι πάντοτε προσηκούσης εἰς τὴν δύναμιν τῆς ἐνεργείας· ἣν οἱ πιστοὶ καὶ πρὸ τῆς ἐργασίας διὰ τῆς χάριτος τοῦ βαπτίσματος ἔλαβον. B

De pœnitentia, cunctis, ut operari queant, plane necessaria: quam fideles etiam antequam operentur, per gratiam baptismi accipere solent.

Α'. Ὁ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς, ἡ τοῦ Θεοῦ δύναμις καὶ Θεοῦ σοφία, θεοπρεπῶς ὡς οἶδεν αὐτὸς, τῆς πάντων προνοῶν σωτηρίας, διαφόροις δόγμασι τὸν τῆς ἐλευθερίας θέμενος νόμον, ἕνα σκοπὸν πρέποντα τοῖς πᾶσιν ὡρίσατο, λέγων· *Μετανοεῖτε*· ὡς ἐκ τούτου δυνατὸν ἡμῖν ἐπιγνῶναι, ὅτι πᾶσα ἡ ποικιλία τῶν ἐντολῶν εἰς ἕνα καταλήγει τὸν τῆς μετανοίας ὅρον, καθὼς καὶ τοῖς ἀποστόλοις ἐν κεφαλαίῳ ἐνετείλατο, εἰπών· *Λέγετε αὐτοῖς· Μετανοεῖτε· ἤγγικε γὰρ ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν*· οὐ πάντως χρονικὴν εἰρηκὼς ἐγγύτητα τῆς βασιλείας, ὡς ἐναγχος ἐπικειμένην τῷ κόσμῳ (οὐ γὰρ ἂν ἡ ἀλήθεια ἀκατάλληλα τοῖς πράγμασι διωρίζετο. Ἰδοὺ γὰρ καὶ οἱ τηνικαῦτα περιόντες καὶ οἱ μετ' ἐκείνους ἐκοιμήθησαν, ἀμοιρήσαντες τῆς καθόλου συντελείας)· ἀλλ' εἰδὼς τὸν ἑαυτοῦ λόγον ὁ Κύριος, καὶ βασιλείας καὶ μετανοίας δύναμιν ἔχοντα, *Μετανοεῖτε*, φησίν· *ἤγγικε γὰρ ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν*. Εἰ γὰρ μὴ τοῦτο δοθείη, πῶς *Ὁμοία ἐστὶν ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν ζύμῃ, ἣν λαβοῦσα γυνὴ ἔκρυψεν εἰς ἀλεύρου σάτα τρία, ἕως οὗ ἐζυμώθη ὅλον*; ἢ καθότι ἡ τὸν τοῦ Θεοῦ λόγον ὑποδεξαμένη διάνοια ἔκρυψεν εἰς τὴν τριμερῆ ὑπόστασιν, σώματος λέγω, καὶ πνεύματος, καὶ ψυχῆς, κατὰ τὸν Ἀπόστολον, καὶ πᾶσαν αὐτῶν τὴν ἐν τοῖς λογισμοῖς λεπτότητα, ἀλεύρου δίκην πολυμερῶς διαχεχυμένην, εἰς μίαν τῆς πίστεως ζύμην συνήγαγεν, ἐξομοιωθῆναι τῷ ἐνεργοῦντι λόγῳ καθόλου περιμένουσα. Οὕτως ὡμοίωσε τὸν τῆς ἀληθείας λόγον κόκκῳ σινάπεως, μικρὸν μὲν ἐν τῇ τῶν ἀκουόντων καρδίᾳ κατασπειρόμενον, διὰ δὲ τῆς προσηκούσης ἐργασίας αὐξανόμενον, καὶ ὥσπερ δένδρον εὐμέγεθες ἐν ὑψηλῷ τόπῳ, οὕτως εἰς οἶκον καταφυγῆς γενόμενον ταῖς πελαζομέναις διανοίαις. Τότε δὲ ἀληθῶς ἂν εἴη, ὁπότε καθαροὺς καὶ τοὺς ἀποστόλους εἶναι ἔφη, διὰ τὸν λόγον ὃν ἤκουσαν, τῇ συνεισφερομένῃ τὸν λόγον δυνάμει πρὸς ἐργασίαν ἀποχρησαμένους, καὶ διὰ τοῦτο καθαροὺς γενομένους· *Ζῶν γὰρ ὁ λόγος τοῦ Θεοῦ καὶ ἐνεργὸς ὑπάρχει*. Διὸ καὶ τοὺς μὴ χρησαμένους τοιαύτῃ συνεισφορᾷ, ὡς ἀπί- C D

I. Dominus noster Jesus Christus, Dei virtus ac Dei sapientia [85], prospiciens omnium saluti in condenda variis dogmatum generibus lege libertatis, prout Deo dignum erat, quemadmodum ipse novit, unum omnibus convenientem scopum præscripsit, dum ait: *Pœnitentiam agite* [86], ut inde perspicere possimus, omnem præceptorum varietatem in unum desinere pœnitentiæ terminum; sicut etiam apostolis in summa præcepit, his verbis: *Dicite illis: Pœnitentiam agite; appropinquavit enim regnum cœlorum* [87]. Non equidem quod diceret temporalem regni propinquitatem mundo prope imminentem (neque enim veritas in rebus quidpiam incongruum statueret: nam et qui tum vivebant, et eorum posteri consummationis universalis expertes dormierunt), sed quia noverat Dominus suum ipsius sermonem tum regni, tum pœnitentiæ vim habere. *Pœnitentiam agite*, inquit, *appropinquavit enim regnum cœlorum*. Siquidem nisi hoc concedatur, quo pacto *Simile est regnum cœlorum fermento, quod accipiens mulier abscondit in sata tria farinæ, donec fermentetur totum* [88]? nisi quod intellectus susceptum Dei verbum occultat in tripartitam hypostasin, corporis, inquam, spiritus et animæ, secundum Apostolum, omnemque illorum subtilitatem in conceptionibus animi positam, instar farinæ variæ confusam in unum fidei fermentum cogit, exspectans, donec efficienti verbo per omnia similis evadat. Hoc modo grano sinapis assimilavit verbum veritatis [89]: quod quidem exiguum est, dum seminatur in corde audientium, sed per innatam efficaciam crescit, ac velut arbor prægrandis in loco excelso, sic accedentibus animis fit domus refugii. Quod quidem vere tum contigit, quando mundos esse dixit apostolos propter sermonem quem audierant [90]: utpote qui uterentur facultate sermonem ad operationem referente, ob idque evaserunt mundi: *Vivus est enim sermo Dei et efficax* [91]. Et hac de causa velut infideles condemnavit illos qui

[85] I Cor. I, 24. [86] Matth. IV, 17. [87] Ibid. [88] Matth. XIII, 33. [89] Ibid. 31. [90] Joan. XV, 3. [91] Hebr. IV, 12.

non usi sunt hac relatione, dicens : *Si non venissem, et locutus non fuissem eis, peccatum non haberent : nunc autem excusationem non habent de peccato suo* [93].

II. Hoc autem non eo diximus quod diffidamus de regno futuro, quod quidem suis temporibus, vobis tamen incognitis, certo venturum est ; sed quod sermo Dei eamdem regni vim contineat, qui fidelibus est, eorum quæ sperantur, hypostasis, arrhabo hæreditatis futuræ, ac primitiæ æternorum bonorum ; infidelibus autem et impuris, argumentum quod careant Deo. Idcirco ait : *Pœnitentiam agite ; appropinquavit regnum cœlorum.* Quare si sermo qui confert in animo efficaciam eorum quæ dicuntur, illos qui duntaxat audiunt, declarat esse debitores operis ; quid agemus nos, qui non modo sermonum, sed multorum ac ingentium beneficiorum vim concursantem contempsimus, et non unicum duntaxat talentum, sed quinque et duo in terram occuluimus, carnaliter abusi beneficiis Domini, quibus vel animalia ratione carentia dum afficiuntur, manui ducenti versimiliter obtemperant pro facultate naturæ suæ, adeo ut agrestium feritas convertatur in rationem obediendi bene merenti ? Tanto nos, qui libertatis arbitrio præ cunctis animalibus exornati sumus, ipsis feris agrestiores, et brutis minus rationales apparuimus. Illa enim mutuum congressum jucunde fecerunt : unde etiam dum pascuntur, unumquodque satisfacit occurrenti, et sine invidia, quod sibi præsto est, relinquit alteri ; nos vero ordinati ut præsimus et dominemur irrationabilibus, naturæ vitium prætulimus ; adeo ut vel nulla necessaria cogente causa, sine misericordia et invide nos geramus erga gentilem nostrum. Tales, opinor, Joannes appellavit serpentes, genimina viperarum [94], quos, ut inveneruntpœnitentiam, admonet iram venturam fugere, fructusque pœnitentia dignos facere, et e duabus tunicis impertiri non habenti, ac de cibis præcipiens similiter facere. Porro si illos qui ante fidem ignorabant quid agere deberent, assimilavit serpentibus, ob parem affectuum rationem ; eritne non assimilandum vitium, si post fidem, cognitionem et munera quæ accepimus, sine metu peccemus ?

III. Quocirca prætermissis occultis, quæ quisque cogitatione perpetrare potest, ea potius commemorabo, quæ gravem in nos mutuo gerentes animum admittimus : maxime in eos qui nos offendisse videntur, non cum humilibus neque cum magnis secundum Deum conversantes. Nam adversus viliores et pauperiores palam extollimur, quibus tanquam mercenariis aut servis licenter uti volumus, non amplius in Christo, sed in carne ac opibus, nobilitatem vindicantes. Itaque ubi quempiam e ditioribus delinquentem viderimus, corripere non possumus, sed dicere solemus iis quicunque se obtulerint, scriptum esse : *Nolite ante tempus judicare quidquam, quoad usque veniat Dominus* [95]. At

A στοις κατέκρινεν, εἰπών · *Εἰ μὴ ἦλθον καὶ ἐλάλησα αὐτοῖς, ἁμαρτίαν οὐκ εἶχον · νῦν δὲ πρόφασιν οὐκ ἔχουσι περὶ τῆς ἁμαρτίας αὐτῶν.*

B'. Τοῦτο δὲ εἰρήκαμεν, οὐχ ὡς ἀπιστοῦντες περὶ τῆς μελλούσης βασιλείας, ἥτις τοῖς ἰδίοις καὶ ἀορίστοις καιροῖς ἀπαραβάτως ἐλεύσεται · ἀλλ' ὅτι ὁ λόγος τοῦ Κυρίου τὴν αὐτὴν τῆς βασιλείας ἐπέχει δύναμιν, γενόμενος τοῖς πιστοῖς ἐλπιζομένων ὑπόστασις, ἀρραβὼν τῆς μελλούσης κληρονομίας, ἀπαρχὴ τῶν αἰωνίων ἀγαθῶν · τοῖς δὲ ἀπίστοις καὶ βεβήλοις, ἐνυπόστατος ἀθεΐας ἔλεγχος. Διό φησι · *Μετανοεῖτε · ἤγγικεν ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν.* Εἰ οὖν μόνον τοὺς ἀκούοντας ὀφειλέτας ἔργου ὁ λόγος δείκνυσι, συνεισφέρων ἐν τῇ καρδίᾳ τῶν λεγομένων τὴν δύναμιν, τί ποιησόμεθα ἡμεῖς, οἱ οὐ μόνον λόγων, ἀλλὰ B πολλῶν καὶ μεγάλων εὐεργεσιῶν συνεισελθούσης τῆς δυνάμεως ἀθετήσαντες · καὶ οὐ μόνον τὸ ἓν τάλαντον, ἀλλὰ καὶ τὰ πέντε, καὶ τὰ δύο εἰς γῆν κρύψαντες, σωματικῶς ταῖς εὐεργεσίαις τοῦ Κυρίου ἀποχρησάμενοι · δι' ὧν εἰκὸς καὶ ἄλογα εὐεργετούμενα ὑπακούειν τῷ χειραγωγοῦντι, καθὸ ἔχει φύσεως δύναμιν, ὡς καὶ θηρίον ἀγριότητα τραπῆναι πρὸς λόγον ὑπακοῆς τοῦ εὐεργέτου ; Κατὰ τοσοῦτον ἡμεῖς οἱ ἀντεξουσιότητι ὑπὲρ πάντα τὰ ζῶα τιμηθέντες, τῶν θηρίων ἀγριώτεροι, καὶ τῶν ἀλόγων ἀλογώτεροι πεφανερώμεθα. Ἐκεῖνα γὰρ πρὸς τὸν ἀλλήλων πλησιασμὸν ἡδέως ἔχει, ὅθεν καὶ νεμόμενα ἕκαστον ἐξαρκεῖται τῷ παρατυχόντι, καὶ ἀφθόνως τῷ ἑτέρῳ καταλείπει τὸ παρακείμενον · ἡμεῖς δὲ οἱ τῶν ἀλόγων C ἐπιστατεῖν καὶ κυριεύειν τεταγμένοι, τῆς φύσεως τὴν κακίαν προετιμήσαμεν · ὥστε καὶ μηδεμιᾶς ἀναγκαστικῆς αἰτίας, ἡμᾶς βιαζομένης, ἀνήλεῶς καὶ ἐπιφθόνως ἔχειν πρὸς τὸ ὁμόφυλον. Τοὺς τοιούτους, οἶμαι, ὄφεις, γεννήματα ἐχιδνῶν ὁ Ἰωάννης ὠνόμασε, φυγεῖν τῆς μελλούσης ὀργῆς, τὴν μετάνοιαν εὑρηκότας, ἧς ποιῆσαι καρποὺς ἀξίους παρακελεύεται, καὶ ἐκ δύο χιτώνων μεταδοῦναι τῷ μὴ ἔχοντι, καὶ περὶ βρωμάτων ὁμοίως ποιεῖν ἐντειλάμενος. Εἰ δὲ τοὺς πρὸ τῆς πίστεως τὸ δέον ἠγνοηκότας, ὄφεσι διὰ τὸ συμπαθὲς παρείκασεν, ἀπαρείκαστον ἂν εἴη κακὸν, τὸ μετὰ πίστιν καὶ γνῶσιν, καὶ παροχὰς ἃς εἰλήφαμεν, ἀδεῶς ἐξαμαρτάνειν ;

Γ'. Τὰ μὲν οὖν κρύφια παρήσω, ἃ ἕκαστος λογιστικῶς κατ' ἐξουσίαν ἔχει ἀποτελεῖν · εἶπω δὲ μᾶλλον ἃ πρὸς ἀλλήλους ἐπαχθῶς ἔχοντες ἐπιτηδεύομεν, μάλιστα πρὸς τοὺς δοκοῦντας ἠδικηκέναι, μήτε μικροῖς μήτε μεγάλοις κατὰ Θεὸν συντυγχάνοντες. Τῶν μὲν γὰρ ἀφανεστέρων ἢ πτωχοτέρων προφανῶς κατεπαιρόμεθα, ὥσπερ μισθίων ἢ δούλων κατεξουσιάζειν ἐθέλοντες, οὐκέτι ἐν Χριστῷ, ἀλλ' ἐν σαρκὶ καὶ πλούτῳ ἐκδικοῦντες τὴν εὐγένειαν. Καὶ ὅταν μέν τινα τῶν σοβαρωτέρων ἁμαρτάνοντα ἴδωμεν, ἐλέγξαι οὐ δυνάμεθα · φαμὲν δὲ τοῖς παρατυχοῦσιν, ὅτι γέγραπται · *Μὴ πρὸ καιροῦ τι κρίνετε, ἕως ἂν ἔλθῃ ὁ Κύριος* · τῶν δὲ ταπεινοτέρων μικράν τινα αἰτίαν εὑρόντες, εὐθέως κατεπικείμεθα, φανητιῶντες καὶ λέ-

[93] Joan. VIII, 40 [94] Matth. III, 7 sqq. [95] I Cor. IV, 5.

γοντες, ὅτι γέγραπται· *Τὸν ἁμαρτάνοντα ἐνώπιον πάντων ἔλεγχε.* Καὶ οὕτως, τὴν μὲν ἑαυτῶν ὑπόκρισιν, ἤτοι κακίαν, ταῖς Γραφικαῖς μαρτυρίαις ἐνδιαστρόφως ὑποκαλύπτομεν, ἐκείνους δὲ, ὡς κατὰ Θεὸν ἐλέγχοντες· διακείμεθα. Ταῦτα μὲν οὖν ἐν τοῖς ὑποδεεστέροις. Τοὺς δὲ ἰσοδυναμοῦντας ἐπὶ μικραῖς τισιν ἀφορμαῖς εὐθέως ἀποστρεφόμεθα, πᾶσαν μηχανὴν ἐννοοῦντες πρὸς ἄμυναν. Καὶ οὐ πρότερον αὐτοῖς εὐμενιζόμεθα, ἄχρις οὗ αὐτοῖς κατὰ γνώμην γενώμεθα. Προφάσεως δὲ τῆς αὐτῆς ἐπιλαβόμενοι, ὡς ἐπ' ἀγαθῷ χαίροντες, τὴν πονηρίαν ἐπιδεικνύμεθα, καὶ μετὰ τὸ, ἀμύναντες, τότε φιλικωτέρως αὐτοῖς ὁμιλοῦμεν, δευτέρας φιλίας τὴν προλαβοῦσαν τοῦ κακοῦ νίκην θεμέλιον προθέμενοι. Ἀνάγκη δὲ πᾶσα τὸ ἔργον ὅμοιον τῷ θεμελίῳ ἐπακολουθῆσαι, καὶ πάλιν νεῖκος ζητεῖν, ὡς μηδέποτε ἄμαχον φιλίαν διαμεῖναι τῷ νικᾶν βουλομένῳ, ἀλλ' ἀεὶ παρακολουθεῖν τῇ νίκῃ τὸ μῖσος, καθὼς φησιν ἡ θεία Γραφὴ, ὅτι *Μῖσος ἐγείρει νεῖκος.* Τὸ δὲ τοιοῦτον νόσημα προσγίνεται τοῖς ἐν δόξῃ καὶ χρήμασι τὰ πρωτεῖα μεταδιώκουσι, καθάπερ τὸ πρῶτον τῆς νόσου τὸ δυσεντέριον· ὅπερ καὶ νῦν ὁ μακάριος Παῦλος θεραπεύει λέγων· *Τῇ ταπεινοφροσύνῃ ἀλλήλους προηγούμενοι*, ὑπερέχοντες ἑαυτῶν. Πρὸς μὲν οὖν τοὺς ταπεινοτέρους, εἴτουν ἰσοτίμους, οὕτως διακείμεθα. Τὴν δὲ πρὸς τοὺς δυνατωτέρους πονηρίαν κεκρυμμένην οὖσαν καὶ πολύτροπον, οὐδὲ εἰπεῖν ὡς ἔστιν, ἢ νοῆσαι ῥᾴδιον. Οὐ γὰρ ὡς ἐντολὴν τηροῦντες διακείμεθα τοῖς ἀνωτέροις, ἀλλ' ἐκείνους ὑποτρέχομεν οὓς ἀδικῆσαι μὴ δυνάμεθα, καὶ ὀφθαλμῷ μὲν βασκάνῳ τὰς εὐτυχίας αὐτῶν καθορῶμεν πικρῶς, εὐδαιμονίαν δὲ αὐτῶν οὐδὲ κηρυττομένην ἡδέως ἀκούομεν· καὶ σχήματι μὲν καὶ λόγοις εἰρηνικῶς κολακεύομεν τοὺς τοιούτους, ἐναντίως δὲ ταῖς ἐννοίαις πρὸς αὐτοὺς διακείμεθα· ὡς ἐφ' ἡμῖν πληροῦσθαι τὸ λεγόμενον· *Τῶν λαλούντων εἰρήνην μετὰ τῶν πλησίον αὐτῶν, κακὰ δὲ ἐν ταῖς καρδίαις αὐτῶν.*

Δ'. Ταῦτα δὲ εἰρήκαμεν περὶ τῶν ἀκόντι περιφερομένων, τοὺς ἑκουσίως ἁμαρτάνοντας ἐξωτέρους δεῖξαι βουλόμενοι, καὶ πρὸς μετάνοιαν δυσκόλως ῥέποντας. Πῶς γὰρ οὐχὶ ἑκουσίως, εἰ μὴ θέλοντες ποιεῖν τοῦ Δανιὴλ, καὶ εὑρεῖν ἄφεσιν, λέγοντος· *Τὰς ἁμαρτίας σου ἐν ἐλεημοσύναις λύτρωσαι, καὶ τὰς ἀνομίας σου ἐν οἰκτιρμοῖς πενήτων;* Ἀλλ' ἐρεῖς τυχόν· Οὐκ ἔχω χρήματα, πῶς οἰκτειρήσω πένητα; Οὐκ ἔχεις χρήματα, ἀλλ' ἔχεις θελήματα· ἀπόταξαι αὐτοῖς, καὶ ἐν ἐκείνοις ἐργάζου τὸ ἀγαθόν. Οὐ δύνασαι εὐποιῆσαι χειρὶ σωματικῇ; εὐποίησον δεξιᾷ προαιρέσει. *Ὅταν ἁμάρτῃ εἰς σὲ ὁ ἀδελφός σου, ἄφες αὐτῷ*, κατὰ τὸν λόγον τοῦ Κυρίου, καὶ ἔσται σοι ἐλεημοσύνη. Εἰ ζητοῦμεν ἄφεσιν ἁμαρτιῶν παρὰ Θεοῦ, τοῦτο ποιεῖν ὀφείλομεν ἐπὶ πάσῃ πλημμελείᾳ πρὸς ἕκαστον, ὅπως γένηται τὸ, *Ἀφετε καὶ ἀφεθήσεται ὑμῖν.* Μέγα μὲν τῷ ἔχοντι χρήματα μεταδιδόναι τοῖς πένησιν, ἐλεῆσαι δὲ τοὺς πλησίον ἐπὶ ἁμαρ-

A in abjectioribus crimen aliquod leve nacti, mox insurgimus evulgantes, ac dicimus esse scriptum : *Peccantem coram omnibus argue* [95]. Atque ita nostram hypocrisin sive malitiam Scripturæ testimoniis perverse tegimus : erga illos vero sic nos habemus, quasi secundum Deum eos corripiamus. Hæc igitur in inferioribus. Pares autem levibus oblatis occasionibus statim aversamur, omnem animo lapidem moventes, quo de his ulciscamur ; neque de his ante quiescimus, quam pro voto animi illis usi fuerimus : hanc ipsam porro occasionem nacti, tanquam de rebus secundis gaudentes, nequitiam declaramus : at ultione sumpta, familiarius cum illis colloquimur, jacientes pro fundamento posterioris amicitiæ præcedentem nequitiæ
B victoriam. Atqui plane necesse est fundamento sequi opus consimile, ac denuo jurgium quærere : quasi vincere volenti vacua jurgio amicitia nunquam perduret, sed victoriam semper sequatur odium, ut ait Scriptura divina : *Odium suscitat rixas* [96]. Hujusmodi vero morbus illis adhærescit, qui sectantur in primis ea quæ faciunt ad gloriam et divitias, sicuti præcipuus morborum est dysentericus, quem quidem nunc quoque curat beatus Paulus, his verbis : *Honore invicem prævenientes* [97], vincentes vos ipsos. Ad hunc igitur modum nos habeamus tam erga tenuiores quam æquales. Cæterum latentem ac variam in potentiores nequitiam, ut est, nec verbis nec animo facile est consequi.
C Neque enim ut servantes mandatum erga superiores nos gerimus ; sed quos lædere nequimus, illis clam insinuamus, invido quidem oculo prosperitatem eorum ægre intuemur, nec felicitatem illorum prædicari libenter audimus : tum habitu tum verbis pacifice blandimur ejus generis hominibus ; in illos tamen adversariorum gerimus animos, ita ut impleatur in nobis, quod dicitur : *Qui loquuntur pacem cum proximo suo, mala autem in cordibus eorum* [98].

IV. Hæc autem diximus de his qui inviti errant, volentes ostendere, eos qui sponte peccant, alienos esse, et non facile ad pœnitentiam inclinare. Nam
D quomodo non sponte, cum nolint implere illud Danielis, et remissionem consequi, dum ait : *Peccata tua eleemosynis redime, et iniquitates tuas miserationibus pauperum* [99] ? Sed forte dices : Careo pecuniis, quo pacto miserebor pauperis ? Non habes pecunias ; at habes voluntatem ; abrenuntia illi, et in ea fac quod bonum est. Non potes benefacere manu corporea ? benefac dextera voluntate. *Cum peccaverit in te frater tuus, dimitte ei*, juxta verbum Domini [1], et erit tibi eleemosyna magna. Si quæramus a Deo dimitti nobis peccata, hoc ipsum facere debemus erga unumquemque, cujusvis delicti nomine ; quo eveniat illud : *Dimittite, et dimittetur vobis* [2]. Magnum quidem est habenti pecunias elargiri pauperibus ; at in causa peccati mi-

[95] I Tim. v, 20. [96] Prov. x, 12. [97] Rom. xii, 10. [98] Psal. xxvii, 3. [99] Dan. iv, 24. [1] Luc. xvii, 3. [2] Luc. vi, 37.

sereri proximi, tanto præstantius est ad remissionem, quanto magis anima antecellit naturæ corpori. Quicunque vero postulaverunt a Deo remissionem, adepti sunt quidem sæpenumero, sic ut ob id nihil inde mali senserint; at si hoc ipsum proximis communicari nolumus, similes sumus illius servi nequam, qui decies mille talentorum accepta remissione a Domino, centum denarios conservo remittere noluit, quem quidem juste Dominus objurgans, ait [3]: *Serve nequam, omne debitum dimisi tibi, quoniam rogasti me: nonne ergo oportebat et te misereri conservi tui*, et dimittere illi debitum, *sicut et ego tui misertus sum?* Et iratus ait: *Tradite illum tortoribus, donec reddat universum debitum.* Subjicitque dicens: *Sic et Pater meus cœlestis faciet vobis, si non remiseritis, unusquisque fratri suo, delicta de cordibus vestris.* Quapropter etiam alio in loco deflet illos, qui cum ab eo variis beneficiis locupletati fuerint, animum tamen misericordiæ et compassionis expertem gerunt, his verbis: *Væ vobis divitibus, quia recipitis consolationem vestram* [4]. Re enim vera variorum nobis collatorum munerum copia est quidem nobis divitiæ: cæterum væ nobis, quia rogantes sæpius consecuti sumus misericordiam; ipsi vero rogati nullius miserti sumus, sed recipimus consolationem nostram.

V. Atqui dum locutus est de divitibus, non omnes accusat locupletes. Sunt enim inter eos, qui vere sciunt administrare facultates, pro voluntate Dei qui donavit: centuplum etiam, ut scriptum est [5], in hoc sæculo accipientes Exempli gratia, beatus Abraham et justus Job eleemosynam facientes, evaserunt ditiores, tum in hoc, tum in futuro sæculo. Sed, quemadmodum prædiximus, redarguit illos, qui avariore sunt animo, et tam in pecuniis quam in variis miserationibus suffurantur dona Dei, proximique misereri nolunt. Nam creatura quæ proficiscitur a Domino, non lædit eum qui hac potitur; sed ab iniquitate manans avaritia, et ejus mater vacuitas misericordiæ: quas quidem plane fugientes ii qui firmam fidem obtinuerunt, bonis præsentibus prorsus abrenuntiarunt: non quod indiscrete Dei creaturam odissent, sed quod crederent Christo, qui præceperat illis hoc facere, a quo sufficientiam quotidianam accipiebant. Ideoque vel absque pecuniis potest quispiam esse dives, dum retinet avare sermonem, cognitionem, aut quamvis aliam commiserationem, quæ communiter omnibus gratis data sunt. Accipit enim, ut communicet non habenti. Qui vero nulla misericordia ducuntur erga proximum, consequuntur ipsum væ, quia recipiunt consolationem suam. Atque horum similia beatus quoque Jacobus apostolus hujusmodi divitibus inquit: *Agite nunc, divites, plorate, ululantes ob miserias vestras quæ advenient vobis* [6]. Qui dum plorare suadet et ululare, adhortatur nos ad pœni-

A τήμασι, τοσοῦτον μεῖζόν ἐστι πρὸς ἄφεσιν, ὅσον ψυχὴ τιμιωτέρα σώματος κατὰ φύσιν ὑπάρχει. Ὅσοι δὲ αἰτήσαντες ἄφεσιν παρὰ Θεοῦ, ἔλαβον μὲν πολλάκις, ὡς διὰ τοῦτο μηδὲν ἡμᾶς ἐντεῦθεν πονηρὸν ὑπομένειν· τὸ αὐτὸ δὲ τοῖς πλησίον μετέχειν οὐ καταδεχόμεθα· ὅμοιοί ἐσμεν τῷ δούλῳ ἐκείνῳ τῷ πονηρῷ, ὃς μυρίων ταλάντων ἄφεσιν εἰληφὼς παρὰ τοῦ δεσποτοῦ, τῷ συνδούλῳ ἑκατὸν δηνάρια οὐ συνεχώρησεν. Ὃ καὶ νομίμως ὁ Κύριος διαλεγόμενος ἔφη· *Δοῦλε πονηρέ, πᾶσαν τὴν ὀφειλήν ἐκείνην ἀφῆκά σοι, ἐπεὶ παρεκάλεσάς με· οὐκ ἔδει καὶ σὲ ἐλεῆσαι τὸν σύνδουλόν σου* (ἀφιέναι αὐτῷ τὸ ὀφειλόμενον), *ὡς καὶ ἐγώ σε ἠλέησα;* Καὶ ὀργισθείς, φησί· *Παράδοτε αὐτὸν τοῖς βασανισταῖς, ἕως οὗ ἀποδῷ πᾶν τὸ ὀφειλόμενον.* Καὶ ἐπάγει λέγων· *Οὕτως ποιήσει* B *ὑμῖν ὁ Πατήρ μου ὁ ἐν τοῖς οὐρανοῖς, ἐὰν μὴ ἀφῆτε ἕκαστος τῷ ἀδελφῷ αὐτοῦ τὰ παραπτώματα ἀπὸ τῶν καρδιῶν ὑμῶν.* Διὸ καὶ ἀλλαχοῦ τοὺς ποικίλαις εὐεργεσίαις παρ' αὐτοῦ πλουτισθέντας, ἀνελεήμονα δὲ καὶ ἀσυμπαθῆ τρόπον ἔχοντας, ταλανίζει λέγων· *Οὐαὶ ὑμῖν τοῖς πλουσίοις, ὅτι ἀπέχετε τὴν παράκλησιν ὑμῶν.* Ὄντως γὰρ πλοῦτος μὲν ἡμῖν ἐστιν ἡ περιουσία τῶν διαφόρων ἡμῖν δωρημάτων· οὐαὶ δὲ ἡμῖν, ὅτι παρακαλέσαντες καὶ πολλάκις ἐλεηθέντες αὐτοὶ παρακαλούμενοι οὐδένα ἠλεήσαμεν, ἀλλὰ ἀπέχομεν τὸν παράκλησιν ἡμῶν.

Ε'. Εἰπὼν γὰρ περὶ πλουσίων, οὐ πάντας αἰτιᾶται C τοὺς εὐπορουῦντας. Εἰσὶ γὰρ ἐν αὐτοῖς καὶ οἱ ἀληθῶς τὸν πλοῦτον διοικεῖν ἐπιστάμενοι πρὸς τὸ θέλημα τοῦ δεδωκότος Θεοῦ, καὶ ἑκατονταπλασίονα, καθὼς γέγραπται, ἐν τῷ αἰῶνι τούτῳ λαμβάνοντες· ὡς ὁ μακάριος Ἀβραὰμ, καὶ ὁ δίκαιος Ἰὼβ, ἐλεήμονες γενόμενοι πλέον ἐπλούτησαν, καὶ ὧδε, καὶ ἐν τῷ μέλλοντι αἰῶνι· ἀλλὰ καθὰ προειρήκαμεν, τοὺς πλεονεκτικὸν τρόπον ἔχοντας, καὶ εἴτε ἐν χρήμασιν, εἴτε ἐν διαφόροις οἰκτιρμοῖς νοσφιζομένους τὰς τοῦ Θεοῦ δωρεὰς, καὶ τὸν πλησίον μὴ βουλομένους ἐλεεῖν ἐπιμέμφεται Οὐ γὰρ ἡ παρὰ Κυρίου κτίσις τὸν ἔχοντα ἀδικεῖ· ἀλλ' ἡ ἐξ ἀδικίας ἐπιγενομένη πλεονεξία, καὶ ἡ ταύτης μήτηρ ἀσπλαγχνία, ἃς παντελῶς φεύγοντες οἱ βεβαιόπιστοι, ἄρδην τοῖς παροῦσιν ἀπετάξαντο· D οὐ τὴν τοῦ Θεοῦ κρίσιν ἀκρίτως μισήσαντες, ἀλλὰ πεπιστευκότες τῷ τοῦτο ποιεῖν αὐτὴν ἐντειλαμένῳ Χριστῷ, παρὰ αὐτοῦ τὴν ἐφήμερον αὐτάρκειαν ἐκδεχόμενοι. Δύναται οὖν τις καὶ ἐκτὸς χρημάτων πλουτεῖν, συνέχων ἐν πλεονεξίᾳ, ἤτοι λόγον, ἢ γνῶσιν, ἢ οἱανδήποτε συμπάθειαν, τὰ κοινῇ πᾶσι κεχαοισμένα. Λαμβάνει γὰρ, ἵνα μεταδῷ τῷ μὴ ἔχοντι. Οἱ δὲ ἀνελεήμονως πρὸς τὸν πλησίον διάκεινται, τὸ *οὐαὶ* προσλαμβάνουσιν, ὅτι ἀπέχουσι τὴν παράκλησιν αὐτῶν. Παραπλησίως δὲ τούτοις καὶ ὁ ἅγιος Ἰάκωβος ὁ ἀπόστολος, τοῖς οὕτω πλουτοῦσι λέγει. *Ἄγε νῦν, οἱ πλούσιοι, καὶ κλαύσατε ὀλολύζοντες ἐπὶ ταῖς ταλαιπωρίαις ὑμῶν ταῖς ἐπερχομέναις.* Κλαίειν δὲ καὶ ὀλολύζειν ἐπιτρέπων, εἰς μετάνοιαν ἡμας προτρέπεται. Συνειδὼς δὲ ὅτι ἀνεπιμέλητον τὸ πάθος ἐστὶ,

[3] Matth. XVIII, 32-35. [4] Luc. VI, 24. [5] Matth. XIX, 29. [6] Jac. V, 1, 2.

φησίν· Ὁ *Πλοῦτος ὑμῶν σέσηπεν*· ὡς ἂν εἰπεῖν ἄχρηστός ἐστι. μὴ καὶ εἰς ἑτέρους μεταδοθείς, ὄντινα οἱ πολλοὶ καὶ δίχα χρημάτων κεκτήμεθα, ἐν τοῖς νοεροῖς ταμείοις τὴν πλεονεξίαν χρυσοῦ δίκην κατορύξαντες. Περὶ οὗ καὶ ὁ Προφήτης ἐκφαντικώτατά φησι· *Προσώζεσαν καὶ ἐσάπησαν οἱ μώλωπές μου*, τὸν ἀφιλάγαθον καὶ πλεονεκτικὸν αὐτοῦ τρόπον μώλωπας λέγων. Τὸ δὲ, *Προσώζεσαν καὶ ἐσάπησαν*, τὴν μέχρις ἐξόδου ἀμέλειαν, ὀζομενίαν καὶ σῆψιν εἶναι λογισάμενος. Καὶ γάρ τινες αἱρούμεθα μᾶλλον ὑπὸ γῆν καλύψαι τὴν περιουσίαν, ἢ μεταδοῦναι τῷ μὴ ἔχοντι. Τότε δὴ ἐξόδου καταλαβούσης, προσόζει τῇ ψυχῇ τὸ τοιοῦτον τραῦμα, ὡς σηπεδόνος καὶ ἀφροσύνης αἰτία· καὶ αἰώνιος μώλωψ αὐτῇ προσγινόμενος, οὐκ ἀφίησιν εἰσελθεῖν εἰς τὴν ἐπουράνιον βασιλείαν τῶν πρωτοτόκων, καθὼς ὁ νόμος περὶ τῶν ἐχόντων μῶμον ἐξαγορεύει.

Ϛ'. Τάχα δὲ καιρὸς ἂν εἴη καὶ τοὺς χαλεπωτέρους μώλωπας γυμνῶσαι, καὶ τῷ ἰατρῷ τῶν ψυχῶν ἐπιδεῖξαι. Τοῦ γὰρ ἁγίου Παύλου εἰπόντος· *Τὸ ὑμῶν περίσσευμα εἰς τὸ ἐκείνων ὑστέρημα*· ἡμεῖς τὸ ἐναντίον ποιοῦμεν, τὸ ὑστέρημα τῶν πενήτων ἁρπάζοντες, καὶ προστιθέντες τῷ ἡμετέρῳ περισσεύματι. Τοῦτο δὲ καὶ ἐκτὸς χρημάτων κατεργαζόμεθα. Ὅταν πλημμελήσωμεν εἰς τὸν ἀδελφὸν ἐπί τινι πράγματι, οὐ μόνον ἀθεράπευτον ἀφίεμεν, ἀλλὰ καὶ ἀπολογίαν ἣν ἡμεῖς ἐχρεωστοῦμεν, ταύτην παρ' ἐκείνου τυραννικῶς λαμβάνομεν, οὐδὲν ἕτερον ποιοῦντες, ἢ καθὼς προείρηται, τὸ ἐκείνων ὑστέρημα προστιθέντες τῷ ἡμετέρῳ περισσεύματι, τῇ Γραφῇ, ὡς εἰπεῖν, ἐναντιούμενοι. Ἀλλ' οὐ διὰ τοῦτο ἡμῖν ἀπογνωστέον. Μὴ γένοιτο! Οὐ γὰρ ἐπὶ τῷ πλήθει τῶν κακῶν κρινόμεθα, ἀλλ' ἐπὶ τῷ μὴ θέλειν μετανοῆσαι, καὶ γνῶναι τὰ τοῦ Χριστοῦ θαυμάσια, καθὼς μαρτυρεῖ αὐτῇ ἡ Ἀλήθεια· *Δοκεῖτε γὰρ, φησὶν, ὅτι οὗτο τὸ αἷμα ἔμιξε Πιλᾶτος μετὰ τῶν Γαλιλαίων, ἁμαρτωλότεροι ἦσαν παρὰ πάντας ἀνθρώπους τοὺς ἐπὶ γῆν; Οὔ, λέγω ὑμῖν· ἀλλὰ ἐὰν μὴ μετανοήσητε, ὡσαύτως ἀπολεῖσθε. Καὶ οἱ δέκα καὶ ὀκτὼ ἐφ' οὓς ἔπεσεν ὁ πύργος τοῦ Σιλωὰμ, καὶ ἀπέκτεινεν αὐτούς· δοκεῖτε ὅτι ἁμαρτωλότεροι ἦσαν παρὰ πάντας ἀνθρώπους τοὺς κατοικοῦντας Ἰερουσαλήμ; Οὔ, λέγω ὑμῖν· ἀλλ' ἐὰν μὴ μετανοήσητε, ὡσαύτως ἀπολεῖσθε.* Ὁρᾷς, ὅτι διὰ τὸ ἀποστῆναι τῆς μετανοίας, κατακρινόμεθα; Μετάνοια δὲ, ὡς οἶμαι, οὔτε καιροῖς, οὔτε πράγμασι περιώρισται, ἀλλὰ διὰ τῶν τοῦ Χριστοῦ ἐντολῶν ἀναλόγως ἐπιτηδεύεται. Ἔντολαὶ δέ τινες περιεκτικώτεραι τυγχάνουσι, πολλὰ τῶν ἑνικῶν ἐν ἑαυταῖς περιέχουσαι, καὶ πολλὰ μόρια κακίας ὑφ' ἓν περικόπτουσαι. Οἷον γέγραπται· *Παντὶ τῷ αἰτοῦντί σε δίδου, καὶ, ἀπὸ τοῦ αἴροντος τὰ σὰ, μὴ κωλύσῃς*· καὶ, *Τὸν θέλοντα δανείσασθαι ἀπὸ σοῦ, μὴ ἀποστραφῇς.* Ταῦτα δὲ ἑνικά ἐστι· περιεκτικὸν δὲ ἐπὶ τούτοις τὸ, *Πώλησόν σου τὰ ὑπάρχοντα, καὶ*

A tentiam. Exploratum autem habens, affectionem illam nulla cura teneri, dicit : *Divitiæ vestræ putrefactæ sunt :* perinde ac si diceret, sunt inutiles aliis non communicatæ : quas quidem plerique etiam citra pecunias possidemus, avaritiam, instar auri, defodiendo in penetralibus animi. De quibus etiam Propheta luculentissime loquitur, *Putruerunt, et corruptæ sunt cicatrices meæ* [7] : cicatrices appellans, boni non amantem, et avarum animum. Per hæc autem, *Putruerunt et corruptæ sunt*, existimat extremam negligentiam, fetorem et putredinem esse. Etenim quidam malumus sub terram occultare facultates, quam impertiri non habenti. Tunc sane cum exitus nos comprehenderit, vulnus tale putredinem inurit animæ, tanquam putredinis
B et insipientiæ causa : cui perpetua cicatrix adnascens, non sinit introire in regnum cœleste primitivorum, sicuti lex edixit de iis qui notati sunt macula.

VI. At vero tempus est fortasse denudandi graviores cicatrices, easque animarum medico demonstrandi. Nam cum sanctus Paulus dicat : *Vestra abundantia illorum inopiam suppleat* [8], nos contra facimus, dum egenorum inopiam abripientes, adjungimus abundantiæ nostræ : quod quidem etiam citra ullam pecuniarum direptionem peragimus, quando aliquam ob rem delinquimus in fratrem;
C non modo non sanatum illum dimittimus, sed etiam ab illo defensionem quam debemus, tyrannice extorquemus, nihil aliud agentes, quam (ut antea dictum est) inopiam illorum accumulantes abundantiæ nostræ, reluctantes, ut ita dicam, Scripturæ. Atqui non idcirco desperare debemus. Absit! Quia non ob multitudinem peccatorum damnamur; sed quod pœnitentiam agere nolumus, et Christi res mirandas nosse : quemadmodum testatur ipsa Veritas : *Putatis* enim, ait, *quod hi Galilæi, quorum sanguinem miscuit Pilatus cum sacrificiis eorum, præ omnibus Galilæis peccatores fuerint, quia talia passi sunt? Non, dico vobis : sed nisi pœnitentiam egeritis, omnes similiter peribitis. Aut illi decem et octo supra quos cecidit turris in Siloe, et occidit eos :*
D *putatis, quia et ipsi debitores fuerint præter omnes homines habitantes in Jerusalem? Non, dico vobis : sed si pœnitentiam non habueritis, omnes similiter peribitis* [9]. Vides damnari nos, eo quod deflectimus a pœnitentia. Pœnitentia porro non est, ut arbitror, limitata temporibus aut rebus, sed proportione habita, perficitur mandatis Christi. E quorum mandatorum numero quædam latius patent, et plura singularia in se ipsis complectuntur, multas quoque vitii particulas semel amputant. Verbi gratia, scriptum est : *Omni petenti te, tribue : et qui aufert quæ tua sunt, ne repetas* [10]; et : Volentem a te mutuo accipere, ne averseris [11]. Hæc singularia sunt : quod autem ista comprehendit, est istud : *Vende quæ habes, et da pauperibus* [12]; et : *Tolle crucem*

[7] Psal. xxxvii, 6. [8] II Cor. viii, 14. [9] Luc. viii, 2 5. [10] Luc. vi, 30. [11] Matth. v 42. [12] Matth. xix, 21.

tuam, et veni, sequere me [13]; crucem appellans, obvenientium afflictionum tolerantiam. Igitur qui cuncta distribuerit pauperibus, et tulerit crucem suam, universa prædicta mandata simul et semel peregit. Et iterum : *Volo*, inquit, *viros orare in omni loco, levantes puras manus* [14]; et præterea : *Intra in cubiculum tuum, et ora Patrem tuum, qui est in abscondito* [15]. Et rursum, qui sine intermissione orat, omnem prorsus deprecationem complectitur. Et denuo ait : *Non committes stuprum, non mœchaberis, non occides* [16] : et quævis similia. Et supra hæc : *Destruentes cogitationes, et omnem altitudinem extollentem se adversus scientiam Dei* [17]. Qui vero cogitationes amputat, universa prædicta vitia exclusit. Quocirca qui diligunt Deum, et firmæ sunt fidei, impetu quodam feruntur ad illa generaliora præcepta : particularia tamen, cum casu occurrerint, non prætermittunt.

VII. Quare existimo, pœnitentiæ opus, tribus hisce mandatis contexi, amputandis cogitationibus, orando sine intermissione, ac obvenientes afflictiones perferendo : quæ non exteriorem modo, sed et mentis operationem requirunt, ita ut immorantes in iis reddant affectionibus vacuos. Cum igitur a tribus ante dictis virtutibus perfici possit opus pœnitentiæ, ut sermo demonstravit, cunctis perpetuo convenire puta pœnitentiam, tam justis quam peccatoribus, qui salutem consequi desiderant : propterea quod nullus est perfectionis terminus, qui non exspectet operationem prædictis virtutibus congruam. Etenim novitiis quidem pietatis introductio ; mediis, promotio ; perfectis autem confirmatio per has comparatur ; quæ non diuturnitate temporis, neque justificationum accessu rescinduntur, præterquam apud eum qui ignarus est, aut male credit, et proinde in voluptates facile delabitur, ac desperationis prætextu illas libenter sectatur. Novatianorum denique sententiam amplexus, rejicit pœnitentiam, licet innitatur Apostolo, cum Hebræis disputanti, qui sponte precantibus et baptismum quotidie repetentibus ait : *Non rursum jacientes fundamentum pœnitentiæ ab operibus mortuis, et fidei ad Deum, baptismatum doctrinæ* [18]. Quod quidem dixit, non quod respuat pœnitentiam, ut inquiunt illi, absit! sed ut doceret, in omni operatione pœnitentiæ, unum esse fundamentum, baptismum in Christo, ne, qui crediderant ex circumcisione, quotidie baptizarentur. Et subjicit : *Impossibile enim est, eos qui semel sunt illuminati, gustaverunt etiam donum cœleste, et participes facti sunt Spiritus sancti, gustaverunt nihilominus bonum Dei verbum virtutesque sæculi venturi, et prolapsi sunt, rursus renovari ad pœnitentiam* [19]; ut qui noverit, sanctum baptisma esse renovationem et fundamentum in omni pœnitentia positum, non peccet amplius. Et paulo post subdit : *Voluntarie*

A δὸς πτωχοῖς· καὶ, Ἆρον τὸν σταυρόν σου, καὶ δεῦρο, ἀκολούθει μοι· σταυρὸν λέγων τὴν τῶν ἐπερχομένων θλίψεων ὑπομονήν. Ὁ οὖν πάντα διαδοὺς πτωχοῖς, καὶ ἄρας τὸν σταυρὸν αὐτοῦ, πάσας τὰς ἐντολὰς τὰς προειρημένας ἐφάπαξ ἐποίησε. Καὶ πάλιν· Βούλομαι, φησὶ, προσεύχεσθαι τοὺς ἄνδρας ἐν παντὶ τόπῳ, ἐπαίροντας ὁσίας χεῖρας· καὶ ἐπὶ τούτοις· Εἴσελθε εἰς τὸ ταμιεῖόν σου, καὶ πρόσευξαι τῷ Πατρί σου τῷ ἐν τῷ κρυπτῷ· καὶ πάλιν, ἀδιαλείπτως προσευχόμενος τὴν ἐν παντὶ προσευχὴν περιέκλεισε. Καὶ πάλιν φησίν· Οὐ πορνεύσεις, οὐ μοιχεύσεις, οὐ φονεύσεις, καὶ ὅσα τοιαῦτα· καὶ ἐπὶ τούτοις· Λογισμοὺς καθαιροῦντες, καὶ πᾶν ὕψωμα ἐπαιρόμενον κατὰ τῆς

B δόξης τοῦ Θεοῦ. Ὁ δὲ καθαιρῶν λογισμοὺς, πάσας τὰς προειρημένας κακίας ἀπέκλεισε. Διόπερ οἱ φιλόθεοι καὶ βεβαιόπιστοι, ἐπὶ τὰς περιεκτικὰς ἐντολὰς βιάζονται, καὶ τὰς μερικὰς δὲ κατὰ σύμβασιν ἀπαντώσας οὐ παραπέμπονται.

Ζ'. Ὅθεν λογίζομαι τὸ τῆς μετανοίας ἔργον, ἐν ταῖς τρισὶ ταύταις ἐντολαῖς ἐξυφαίνεσθαι, ἐν τῷ λογισμοὺς καθαιρεῖν, καὶ ἀδιαλείπτως προσεύχεσθαι, καὶ τὰς ἐπερχομένας θλίψεις ὑποφέρειν· ἅπερ οὐ μόνον φανερὰν, ἀλλὰ καὶ νοερὰν ἐργασίαν ἔχειν ὀφείλει, ὥστε τοὺς ἐγχρονίσαντας, ἀπαθεῖς καταστῆσαι. Ἐπειδὴ οὖν ὑπὸ τῶν προειρημένων τριῶν ἀρετῶν δύναται τελειωθῆναι τὸ τῆς μετανοίας ἔργον, καθὼς ὁ λόγος ἀπέδειξε, πᾶσι πάντοτε προσήκειν οἶμαι τὴν μετάνοιαν ἁμαρτωλοῖς τε καὶ δικαίοις,

C τοῖς βουλομένοις σωτηρίας τυχεῖν· διότι οὐδείς ἐστιν ὁ ὅρος τελειότητος, ὁ μὴ χρονίζων τῆς τῶν προειρημένων ἀρετῶν ἐργασίας. Καὶ γὰρ ἀρχομένοις μὲν εὐσεβείας εἰσαγωγὴ, μέσοις δὲ προκοπὴ, τελείοις δὲ βεβαίωσις δι' αὐτῶν προσγίνεται, μήτε χρόνοις, μήτε δικαιώμασιν ἀνακοπτομένων, ἢ μόνον τῷ ἀπὸ ἀγνοίας καὶ κακοπιστίας, καὶ τούτῳ εὐχερῶς ἐπὶ τὰς ἡδονὰς ῥέποντι, καὶ προφάσει ἀπελπισμοῦ φιληδονοῦντι, καὶ τὸ τῶν Ναβατιανῶν φρόνημα προσλαμβανομένῳ, καὶ μετάνοιαν ἐκβάλλοντι, εἰ καὶ ἐπερείδοντι τῷ

D Ἀποστόλῳ διαλεγομένῳ πρὸς Ἑβραίους, τοῖς ἑκουσίως ἁμαρτάνουσι καὶ καθ' ἡμέραν βαπτιζομένοις λέγοντι· Μὴ πάλιν θεμέλιον καταβαλλόμενοι μετανοίας ἀπὸ νεκρῶν ἔργων καὶ πίστεως ἐπὶ Θεὸν, βαπτισμῶν διδαχῆς. Τοῦτο δὲ εἴρηκεν, οὐ τὴν μετάνοιαν ἐκβάλλων, μὴ γένοιτο! ὡς ἐκεῖνοι λέγουσιν, ἀλλ' ἐν πάσῃ ἐργασίᾳ μετανοίας ἕνα θεμέλιον εἶναι τὸ βάπτισμα ἐν Χριστῷ διδάσκων, τοῦ μὴ καθ' ἡμέραν βαπτίζεσθαι τοὺς ἐκ περιτομῆς πεπιστευκότας. Καὶ ἐπάγει· Ἀδύνατον γὰρ ἅπαξ φωτισθέντας, γευσαμένους τε τῆς δωρεᾶς τῆς ἐπουρανίου, καὶ μετόχους γενηθέντας Πνεύματος ἁγίου, καὶ καλὸν γευσαμένους Θεοῦ ῥῆμα, δυνάμεις τε μέλλοντος αἰῶνος, καὶ παραπεσόντας, πάλιν ἀνακαινίζειν πρὸς μετάνοιαν, ἵνα εἰδῇς ἀνακαινισμὸν καὶ θεμέλιον ἐπὶ πάσῃ μετανοίᾳ προκείμενον, τὸ ἅγιον βάπτισμα. Καὶ μετ' ὀλίγα ἐπάγει· Ἑκουσίως γὰρ ἁμαρτανόντων ἡμῶν μετὰ τὸ

[13] Matth. xvi, 24. [14] I Tim. ii, 8. [15] Matth. vi, 6. [16] Rom. xiii, 9. [17] II Cor. x, 5. [18] Hebr. vi, 1, 2. [19] ibid. 4-6.

λαβεῖν τὴν ἐπίγνωσιν τῆς ἀληθείας, οὐκέτι ἀπολείπεται θυσία περὶ ἁμαρτίας.

enim peccantibus nobis post acceptam notitiam veritatis, jam non relinquitur pro peccatis hostia [30].

Η'. Ἐπεὶ οὖν εἰσι τὰ πράγματα, ἐκεῖ ἁρμόζει τὰ προσφυῶς λεγόμενα, δηλονότι οὐ μόνον Ἰουδαίοις λέγειν, ἀλλὰ καὶ πᾶσι τοῖς ἑκουσίως ἐξαμαρτάνουσιν· ὧν πρῶτοί εἰσιν οἱ λέγοντες, μετὰ τὸ βάπτισμα μὴ εἶναι μετάνοιαν· καὶ διὰ τοῦτο λοιπὸν αὐθαιρέτως ἀπαγόμενοι, τὴν ἀνομίαν ἐργάζονται. Τὰ δὲ ῥήματα ὁ ἅγιος Παῦλος ὕστερον πρῶτον εἴρηκε· καὶ τοῦτο οἰκονομικῶς ποιῶν, ὡς οἶμαι, ὅπως τοῖς μὲν εὐλαβεστέροις διὰ τῆς τῶν Γραφῶν ἐκζητήσεως σαφὲς γένοιτο τὸ νόημα, τοῖς δὲ ἀμελεστέροις καὶ καταφρονηταῖς δυσεύρετον, ἵνα μὴ προφάσει μελλούσης μετανοίας, ἀδεῶς ἐξαμαρτάνωσιν. Ἐπειδὴ οὖν, οἱ μὲν, προφάσει μετανοίας, κατὰ πρόθεσιν ἔγκεινται τοῖς κακοῖς· οἱ δὲ, διὰ τὸ μὴ πιστεύειν εἶναι μετάνοιαν, ἀπηλγηκότες, ἑαυτοὺς παρέδωκαν τῷ διαβόλῳ· ἀμφοτέροις δὲ τὸ πάθος πονηρὸν καὶ δυσίατον. Διὰ τοῦτο ἡ Ἀλήθεια πᾶσιν ἁρμόδιον προσφέρει βοήθημα, λέγουσα· *Μετανοεῖτε· ἤγγικε γὰρ ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν*· ὅπως μήτε οἱ πνευματικοὶ, καὶ οἱ ἐν προκοπῇ τυγχάνοντες, ἀμελήσωσι τοῦ προστάγματος τούτου, ἐπ' αὐτοῖς, ὡς εἰπεῖν, τοῖς λεπτοῖς καὶ ὀλίγοις ἀσφαλιζόμενοι, φησὶ γάρ· *Ὁ ἐξουδενῶν τὰ ὀλίγα, κατὰ μικρὸν πεσεῖται.* Καὶ μὴ εἴπῃς· Πῶς δύναται ὁ πνευματικὸς πεσεῖν; Τοιοῦτος μὲν διαμένων, οὐ καταπίπτει· ὅταν δέ τι τῶν ἐναντίων καταδέξηται, καὶ ἐπ' αὐτῷ μείνῃ ἀμετανόητος, ἐκεῖνο αὐτὸ τὸ μικρὸν χρονίσαν καὶ αὐξηθὲν, οὐκέτι ἀνέχεται ὀρφανικῶς αὐτῷ συνεῖναι, ἀλλ' ἕλκει αὐτὸν πρὸς τὴν ἰδίαν συγγένειαν, σχοινίου δίκην τῇ μακρᾷ φιλίᾳ βιαίως ἐπισπώμενον. Καὶ εἰ μὲν διὰ προσευχῆς μαχησάμενος ἀποκόψει, ἐμμένει μέντοι γε ἀπολήξας τῆς προσηκούσης αὐτῷ ἀπαθείας τοσοῦτον, ὅσον ἀφέστηκε τοῦ τυχόντος κακοῦ πρὸς πάθος· εἰ δὲ εἰς τέλος συναπάγοιτο τῇ ἐπιτάσει τοῦ ἐπικρατοῦντος, τὸν τῆς μάχης καὶ προσευχῆς κόπον περιστελλόμενος, ἀνάγκη δελεάζεσθαι καὶ ὑπὸ τῶν ἄλλων παθῶν· καὶ οὕτως ἐκ διαδοχῆς ὑπὸ ἑκάστου κατὰ μικρὸν συνηθικῶς ἀπαγόμενος, κατὰ τὸ μέτρον τῆς ἀπαγωγῆς ἀποσχοινίζεται τῆς θείας τοῦ Θεοῦ βοηθείας, καὶ ἀποφέρεται λοιπὸν καὶ εἰς μείζονα κακὰ, ἴσως καὶ μὴ βουλόμενος, ὑπὸ τῆς βίας τῶν προκεκρατηκότων.

VIII. Cum itaque res sic se habeant; quæ illic apte dicuntur, convenit non modo certe Judæis dicere, sed cunctis ultro peccantibus: quorum primi asserentes post baptisma non esse pœnitentiam, ob idque in reliquo sua sponte seducti perpetrant iniqua. Quanquam præpostere sanctus Paulus verba protulerit, quod mea sententia, non sine dispensatione fecit, ut circumspectiores indagandis Scripturis sensum clariorem assequantur, negligentiores autem et contemptiores difficilius reperiant, ut non audacter peccent sub prætextu futuræ pœnitentiæ. Quoniam igitur hi quidem sub prætextu pœnitentiæ ex animo vitiis sunt dediti; alii vero non credentes esse pœnitentiam, desperati se ipsos tradiderunt diabolo; amborum autem affectio prava non potest facile curari. Idcirco congruum omnibus auxilium offert Veritas, quæ ait: *Pœnitentiam agite: appropinquavit enim regnum cœlorum* [31]. Ne spiritales et qui proficiunt, de tenuibus et modicis, ut ita dicam, nimium securi contemnant præceptum istud. Inquit enim: *Qui spernit modica, paulatim decidet* [32]. Neque dixeris: Qui fieri potest ut cadat homo spiritalis? Quandiu quidem talis est, non labitur; cum autem e contrariis quidpiam admittit, et in eo sine pœnitentia permanet: illud ipsum quod parvum erat, temporis progressu auctum, cum illo, pupilli more, conversari nequit; sed amicitia longa, tanquam funiculo, violenter adactum, trahit in suam cognationem: quam licet precibus certans abscindat, nihilominus a congrua sibi affectionum vacuitate tantum defecit, quantum distat quodlibet vitium ab affectione. Sin remisso pugnæ precumque labore, per vehementiorem dominantis intentionem prorsus adducatur, necesse est illum a cæteris quoque affectionibus inescari; et ita consequentia quadam paulatim ab unaquaque familiariter seductus, pro modo seductionis, a divino solvitur Dei auxilio, deferturque tandem ad atrociora vitia, vel invitus forte, coactus earum vi quæ antea præoccuparunt.

Θ'. Πάντως δὲ ἐρεῖς μοι· Οὐκ ἠδύνατο ἐν ἀρχῇ τοῦ κακοῦ τυγχάνων παρακαλέσαι τὸν Θεὸν, μὴ ἐκπεσεῖν εἰς τὸ ἔσχατον; Κἀγώ σοι λέγω, ὅτι ἠδύνατο· ἀλλ' ἐξ εὐτελείας τὸ μικρὸν τῷ θελήματι αὐτοῦ παραδεξάμενος ὡς οὐδὲν, οὐκέτι παρακαλεῖ περὶ αὐτοῦ, ἀγνοῶν, ὅτι τὸ μικρὸν ἐκεῖνο γίνεται εἰσαγωγὴ καὶ αἰτία τοῦ μείζονος· οὕτως ἐπ' ἀγαθῷ, καὶ οὕτως ἐπὶ κακῷ. Ὅταν δὲ μεγαλυνθῇ τὸ πάθος, καὶ νομὴν κρατήσῃ διὰ τοῦ θελήματος, λοιπὸν καὶ παρὰ θέλημα βιαίως αὐτῷ κατεπαίρεται. Τότε νοήσας παρακαλεῖ τὸν Θεὸν, πολεμῶν τῷ ἐχθρῷ, ὃν ἀγνοῶν ἐξεδίκει πρότερον, μαχόμενος ὑπὲρ αὐτοῦ τοῖς ἀνθρώποις. Ἔστι δὲ καὶ ὅταν ὑπακουσθῇ ὑπὸ τοῦ Κυρίου τὴν

IX. At dices utique: Nonne poterat initio mali rogare Deum, ne in hæc extrema vitia incideret? Ego vero tibi dico, quod poterat; sed præ facilitate, quod modicum erat, tanquam nihilum sua sponte amplexus, jam non potest illius causa rogare; ignorans, exiguum illud vitium, introductionem et causam esse insignioris sive boni sive mali. Ubi vero in immensum creverit, et pabulum adepta fuerit affectio per voluntatem, posthac præter voluntatem vi insurgit in eum. Tum animadvertens, Deum implorat, decertans cum hoste, quem prius ignarus defendebat, dum pro eo pugnaret cum hominibus. Quandoque tamen accidit,

[30] Hebr. x, 26. [31] Matth. iv, 17. [32] Eccli. xix, 1.

ut homo non protinus quam est exauditus a Domino, consequatur opem, quia non solet obvenire pro arbitrio hominis, sed quemadmodum dispensaverit Dominus ad utilitatem. Exploratam siquidem habens indignitatis nostræ contemptusque rationem, auxilia pleraque tribulatione prævia confert hominibus, ne sine afflictione liberati, eadem denuo committant peccata. Unde pronuntiamus, necessario perferenda esse rerum eventa; et hoc prorsus innatum pœnitentiæ.

X. Atqui dices plane mihi : Qui vere grati fuere Deo, et pervenerunt ad perfectionem, quanam egent adhuc pœnitentia ? Assentior equidem, fuisse et esse ejus generis homines; verum audi attente, et disces, qua ratione tales etiam opus habeant pœnitentia. Dixit Deus mendacium esse a diabolo [23] : et fornicationem existimavit, si quis intueretur mulierem ad concupiscendam eam [24] : iram etiam in proximum cædi parem fecit [25] : ac de verbo otioso reddendam esse rationem declaravit [26]. Quis ergo expers est mendacii, ab omni quæ circa visum est, libidine purus, altercando proximo numquam iratus; neque minister otiosi verbi repertus, ut pœnitentia non fuerit ei necessaria ? Nam etsi modo non est ejusmodi, fuit tamen aliquando : proinde obnoxius pœnitentiæ ad mortem usque. Ponamus itaque, quosdam repertos immunes ab his, et ex quo nati sunt, alienos ab omni vitio (quod quidem fieri nequit, cum dicat Paulus : *Omnes peccaverunt, et egent gloria Dei; justificati gratis per gratiam ipsius* [27]); tamen etsi tales erant, nihilominus ab Adam trahunt originem, cunctique peccato transgressionis fuerunt obnoxii, ideoque capitali sententia condemnati, adeo ut citra Christum salvari non possent. Ubi vero Christus est crucifixus, et omnes proprio sanguine redemit; tum ipsi quoque redimuntur. Deinde, Redemptor etiam ipse ponit omnibus terminum unum, res universas continentem; et ait apostolis : *Dicite illis : Pœnitentiam agite; appropinquavit enim regnum cœlorum* [28] : una condens mandata ad pœnitentiam perficiendam idonea; quorum implementum morte præscriptum esse dixit : *Qui perdiderit animam suam propter me et Evangelium, in vitam æternam custodit eam* [29]. Et iterum, suadens abnegare omnia, addit : *Adhuc autem et animam suam* [30]. Quod confirmat his verbis : *Qui solverit unum de mandatis istis minimis, minimus vocabitur in regno cœlorum* [31]. Cum igitur pœnitentiam ad tempus usque mortis producendam definierit, ut demonstratum est; qui se dicit ante mortem absolvisse pœnitentiam, dum terminum mortis subducit, solvit mandatum.

XI. Quare tam a pusillis quam a magnis pœnitentia perfici non potest, nisi ad obitum usque, nisi etiam eo usque operatione polleamus. Itaque nos debemus exercere diligenter ad scopum, ne de

A βοήθειαν οὐκ ἐδέξατο, διότι οὐκ ἦλθεν ὡς ἐνόμισεν ἄνθρωπος, ἀλλ' ὡς ᾠκονόμησεν ὁ Κύριος πρὸς τὸ συμφέρον. Εἰδὼς γὰρ ἡμῶν τὸ ἀπρεπὲς καὶ καταφρονητικὸν, τὰ πολλὰ βοηθήματα διὰ θλίψεως παρέχει τοῖς ἀνθρώποις, ἵνα μὴ ἀθλίπτως ῥυσθέντες, πάλιν τὰ αὐτὰ ἐπιτηδεύωμεν ἁμαρτήματα. Ὅθεν ἀναγκαῖον εἶναί φαμεν ὑπομένειν τὰ ἐπερχόμενα, καὶ πάνυ προσφυὲς τῇ μετανοίᾳ.

B Τὸ ψεῦδος ἐκ τοῦ διαβόλου εἶναι εἴρηκεν ὁ Θεὸς, καὶ τὸ ἐμβλέψαι γυναικὶ πρὸς τὸ ἐπιθυμῆσαι, μοιχείαν ἐλογίσατο, καὶ τὴν πρὸς τὸν πλησίον ὀργὴν φόνῳ παρείκασε, καὶ περὶ ἀργοῦ ῥήματος λόγον διδόναι ἐφανέρωσε· τίς οὖν ὁ ψεύδους ἀπείραστος, καὶ πάσης τῆς κατὰ τὸ ἐμβλέψαι ἐπιθυμίας ἀμύητος, καὶ μηδέποτε ὀργισθεὶς τῷ πλησίον φιλονεικεῖν, μηδὲ ἀργοῦ ῥήματος ὑπηρέτης εὑρεθεὶς, ὥστε μὴ χρῄζειν μετανοίας; Εἰ γὰρ καὶ νῦν οὐκ ἔστι τοιοῦτος, ποτὲ δὲ ἐγένετο, μετάνοιαν κεχρεώστηκεν ἕως θανάτου. Θῶμεν δὲ, ὅτι καὶ τούτων τινὲς ἐκτὸς εὑρηνται, καὶ ἀπὸ γεννήσεως πάσης κακίας ἀλλότριοι (ὅπερ ἀδύνατον, τοῦ ἁγίου Παύλου λέγοντος· *Πάντες ἥμαρτον, καὶ ὑστεροῦνται τῆς δόξης τοῦ Θεοῦ, δικαιούμενοι δωρεὰν τῇ αὐτοῦ χάριτι*)· ὅμως εἰ καὶ C ἐτύγχανον τοιοῦτοι, πλὴν ἐκ τοῦ Ἀδὰμ εἰσι, καὶ ὑπὸ τὴν ἁμαρτίαν τῆς παραβάσεως πάντες γεγόνασι, καὶ διὰ τοῦτο τῷ θανάτῳ τῆς ἀποφάσεως κατεδικάσθησαν, σωθῆναι ἐκτὸς τοῦ Χριστοῦ μὴ δυνάμενοι. Σταυρωθέντος δὲ τοῦ Χριστοῦ, καὶ τῷ ἰδίῳ αἵματι πάντας ἐξαγοραζομένου, τότε καὶ αὐτοὶ λυτροῦνται. Εἶτα καὶ αὐτὸς ὁ λυτρωτὴς πᾶσι τίθησιν ὅρον ἕνα περιεκτικὸν τῶν πραγμάτων, καί φησι πρὸς τοὺς ἀποστόλους· *Λέγετε αὐτοῖς· Μετανοεῖτε· ἤγγικε γὰρ ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν.* Θέμενος ἅμα ἐντολὰς τὰς ἐκτελούσας τὴν μετάνοιαν, καὶ τὴν πλήρωσιν αὐτῶν ἕως θανάτου ὥρισεν, εἰπών· *Ὁ ἀπολέσας τὴν ψυχὴν αὐτοῦ ἕνεκεν ἐμοῦ καὶ τοῦ Εὐαγγελίου, εἰς ζωὴν αἰώνιον φυλάξει αὐτήν.* Καὶ πάλιν, D ἀρνήσασθαι πάντα βουλεύων, προστίθησιν· *Ἔτι δὲ καὶ τὴν ἑαυτοῦ ψυχήν.* Καὶ σφραγίζει λέγων· *Ὁ λύσας μίαν τῶν ἐντολῶν τούτων τῶν ἐλαχίστων, ἐλάχιστος κληθήσεται ἐν τῇ βασιλείᾳ τῶν οὐρανῶν.* Εἰ οὖν ἕως θανάτου ὥρισε τὴν μετάνοιαν, καθὼς ἀποδέδεικται, ὁ πρὸ θανάτου λέγων αὐτὴν τετελεκέναι, λύει τὴν ἐντολὴν ὑφαιρῶν τὸν θάνατον.

Ι'. Ἀλλ' ἐρεῖς μοι πάντως· Οἱ ἀληθῶς εὐηρεστηκότες τῷ Θεῷ, καὶ εἰς τέλειον πεφθακότες, ποίας ἔτι χρῄζουσι μετανοίας; Ὅτι μὲν γὰρ ἐγίνοντο τοιοῦτοι ἄνθρωποι καὶ εἰσὶ, σύμφημι· ἀλλ' ἄκουσον συνετῶς, καὶ γνώσῃ, πῶς καὶ οἱ τοιοῦτοι χρῄζουσιν αὐτῆς.

ΙΑ'. Ὅθεν μικροῖς τε καὶ μεγάλοις ἕως θανάτου ἀτέλεστος ἡ μετάνοια. Εἰ γὰρ καὶ τῇ πράξει ἕως ἐκεῖ μὴ δυνηθῶμεν, τῷ δὲ σκοπῷ ἐπιτηδεύειν ὀφείλομεν, ἵνα μὴ κατὰ πρόθεσιν λύοντες τὴν ἐντολὴν,

[23] Joan. VIII, 44. [24] Matth. V, 28. [25] ibid. 22. [26] Matth. XII. 36. [27] Rom. III, 23, 24. [28] Matth. IV, 17. [29] Marc. VIII, 35; Joan. XII, 25. [30] Luc. XIV, 26. [31] Matth. V, 19.

ὑποβληθῶμεν τῷ κρίματι, ἐλάχιστοι κληθέντες ἐν τῇ βασιλείᾳ τῶν οὐρανῶν. Ζήτησον τοὺς ἀπ' αἰῶνος τὸν βίον τοῦτον διοδεύσαντας, καὶ εὑρήσεις διὰ μετανοίας τὸ τῆς εὐσεβείας μυστήριον ἐπὶ τοῖς εὐαρεστήσασι τελεσθέν. Οὐδεὶς κατεκρίθη, εἰ μὴ ταύτης κατεφρόνησε· καὶ οὐδεὶς ἐδικαιώθη, εἰ μὴ ταύτης ἐπεμελήσατο. Σαμψὼν, καὶ Σαοὺλ, καὶ Ἠλεῖ μετὰ τῶν υἱῶν αὐτοῦ ἤδη μερικῶς ἁγιωσύνην μετασχόντων, πρῶτον μὲν ταύτην ἀπώλεσαν, τῆς μετανοίας ἀμελήσαντες· τῆς δὲ διορίας παρελθούσης, ἔσχατον ὑποδίκῳ θανάτῳ πεπτώκασιν. Ὁ διάβολος οὐ παύεται πολεμῶν ἡμᾶς, οὔτε ἡ μετάνοια ἀργεῖν ὀφείλει ποτέ. Οἱ ἅγιοι ὑπὲρ τῶν πλησίων αὐτὴν προσφέρειν ἀναγκάζονται, ἐκτὸς ἐνεργοῦς ἀγάπης τελειωθῆναι μὴ δυνάμενοι. Μάθε πῶς ἡ φύσις διδάσκει ἡμᾶς, ἕως θανάτου μὴ ἀφιέναι αὐτήν. Νοῦς λογικῶς ἀργεῖν οὐ δύναται, ἀλλὰ κἂν τέλειος ᾖ, καλῶς ἔχων ἐν τοῖς δεξιοῖς ἐργάζεται· ἐὰν δὲ προφάσει τελειότητος παύσηται τῆς τῶν ἀγαθῶν ἐργασίας, πάντως ἐπὶ τὸ ἀριστερὸν νεύει· ἀποσχόμενος δὲ τοῦ ἀριστεροῦ, πάλιν ἐπὶ τὸ δεξιὸν φυσικῶς ἕλκεται. Δεξιῶν δὲ ἐργασία καὶ ἀρχομένοις, καὶ μέσοις, καὶ τελείοις ἐστὶ προσευχὴ, καὶ λογισμῶν καθαίρεσις, καὶ τῶν ἐπερχομένων ὑπομονή, ὧν χωρὶς οὐκ ἔστι κατορθῶσαι τὰς λοιπὰς ἀρετὰς, δι' ὧν γίνεται εὐπρόσδεκτος ἡ μετάνοια. Εἰ αἰτησίς ἐστιν ἐλέους ἡ μετάνοια, ἐπιμελεῖσθαι χρεία τῷ ἔχοντι. *Πᾶς γὰρ ὁ αἰτῶν λαμβάνει.* Εἰ οὖν ὁ ἐλεῶν ἐληθήσεται, διὰ ταύτην, ὡς οἶμαι, ὅλος ὁ κόσμος συνέστηκεν, ἕτερος δι' ἑτέρου οἰκονομικῶς βοηθούμενος. Διὰ ταύτην ὁ Θεὸς τοὺς Νινευίτας ἔσωσεν· ἀμελήσαντας δὲ αὐτῆς Σοδομίτας κατέφλεξεν.

A industria solventes mandatum, subjiciamur judicio, quo minimi vocemur in regno cœlorum. Perquire eos qui hunc vitæ cursum a sæculo transegerunt, et reperies apud eos qui Deo placuerunt, impletum esse per pœnitentiam pietatis mysterium. Nemo damnatus est, nisi hanc contempserit; nullusque justificatus est, qui studiosus ejus non fuerit. Samson, Saul et Heli cum filiis ejus, cum jam aliqua in parte sanctificationem adepti essent, primum hanc perdiderunt, ut neglexerunt pœnitentiam : cumque non animadverterent, tandem ut rei mortis ceciderunt. Diabolus non cessat impugnare nos; neque cessare debet unquam pœnitentia. Sancti, nomine proximorum illam offerre coguntur, cum citra dilectionem efficacem nequeant esse perfecti. Disce quo pacto natura docet nos, non deserere illam usque ad mortem. Mens non potest esse otiosa, quin aliquid semper meditetur; sed licet perfecta sit, modo recte habeat, quæ dextra sunt, agit : quæ si perfectionis occasione desinat agere quæ bona sunt, plane declinat ad sinistrum : quando vero deflectit a sinistro, denuo trahitur naturaliter ad dextrum. Peragere vero quæ dextra sunt, tam apud novitios et medios, quam apud perfectos, nihil est aliud, quam precatio, cogitationum amputatio et afflictionum accidentium tolerantia : sine quibus feliciter exercere non licet reliquas virtutes, per quas redditur acceptior pœnitentia. Si pœnitentia est petitio misericordiæ, utilis est habenti, qui curam illius gerit : Quia *omnis qui petit, accipit* [33]. Si igitur qui misericordiam exercet, consequetur misericordiam, illius, ut puto, causa totus mundus consistit, dum alter ab altero, Deo ita dispensante, capit auxilium. Propter hanc Deus salvavit Ninivitas; negligentes autem illam Sodomitas incendio perdidit.

B

C

IB'. Εἰ καὶ μέχρι θανάτου μετανοοῦντες ἀγωνισώμεθα, οὐδὲ οὕτως τὸ δέον ἐπληρώσαμεν. Οὐδὲν γὰρ ἀντάξιον τῆς βασιλείας τῶν οὐρανῶν. Ὥσπερ ἐσθίομεν καὶ πίνομεν, καὶ λαλοῦμεν, καὶ ἀκούομεν· οὕτω καὶ μετανοεῖν φυσικῶς κεχρεωστήκαμεν. Ἄποξ ὁ ἄξιος, θανάτῳ κατὰ νόμον τεθανάτωται· ὁ δὲ ζῇ, μετανοίας ἕνεκεν, καὶ μὴ δι' ἄδειαν. Ἀλλὰ διὰ τὴν τῆς παραβάσεως ἁμαρτίαν, βαπτισθέντες ἐκαθαρίσθημεν· καθαρισθέντες, ἐντολὰς ἐλάβομεν. Ὁμοιοποιῶν τὸ δεύτερον, τὸ πρῶτον ἐμόλυνεν, *λήθην λαβὼν τοῦ καθαρισμοῦ τῶν πάλαι αὐτοῦ ἁμαρτιῶν*, ὧν οὐδεὶς ἀνελλιπὴς τὸ καθ' ἡμέραν εὑρίσκεται, μηδέποτε μηδὲν τῶν προστεταγμένων παραλείψας. Διὰ τοῦτο πᾶσιν ἂν εἴη ἀναγκαία ἡ μετάνοια. Αὕτη τὰ ποτὲ ἑκούσια νῦν ἀκούσια ἀποδείκνυσι, διὰ τὸ μισῆσαι τὰ πάθη, καὶ ἀπέχεσθαι τοῦ πράγματος. Ὁ περιορίζων αὐτὴν, στρέφεται εἰς τὰ ὀπίσω, καὶ ἀνακαινίζει τὰ παλαιὰ παραπτώματα. Ὁ ἔχων γνῶσιν ἀληθῆ, οἶδεν ὅτι χρείαν ἔχει καὶ μετανοίας· ἕκαστον γὰρ αὐτῶν ἐν ἀλλήλοις κατευθύνεται. Χριστὸς ἡμᾶς ἐπὶ μετανοίας ἐγγυήσατο· ὁ ἀφιεὶς αὐτὴν ἀθετεῖ τὸν ἐγγυησάμενον. Ἄνευ μετανοίας, κατὰ πρᾶξιν οὐδὲν

D

XII. Licet autem pœnitentiam agentes ad mortem usque certemus, non tamen hoc modo implevimus quod decet. Nihil enim condignum regno cœlorum. Quemadmodum natura edimus, bibimus, loquimur et audimus : ita proclives esse debemus ad agendam pœnitentiam. Plane qui dignus erat morte, secundum legem morti tradebatur : qui autem vivit, pœnitentiæ causa relinquitur, non ut licenter agat. Cæterum ob transgressionis peccatum baptizati, purgati sumus, purgati accepimus mandata. Qui primo simile quid iterat, inquinat primum, *oblivionem accipiens purgationis veterum suorum delictorum* [33], in quibus nemo reperitur, qui quotidie nullatenus deficiat, et qui mandatorum nihil unquam prætermiserit. Quamobrem omnibus est necessaria pœnitentia. Hæc, quæ quondam erant spontanea, nunc demonstrat violenta : quod odio prosequamur affectiones, et a facinore abstineamus. Qui expellit eam, convertitur ad ea quæ sunt a tergo, et lapsus veteres renovat. Qui veram habet notitiam novit etiam se pœnitentia opus habere : horum enim quodque mutuo diri-

[33] Matth. VII, 8. [33] II Petr. I, 9.

gitur ab altero. Christus desponsavit nos in pœnitentia; qui negligit illam, sponsum contemnit. Absque pœnitentia, quantum ad operationem, nihil dignum regno Dei efficere possumus : ingentem porro misericordiam exercemus ob animi votum. Qui vim patitur usque ad obitum, ejusque compos exsistit, licet in quibusdam deliquerit, propter vim tamen salvabitur : istud enim pollicitus est Dominus in Evangeliis. Qui dicit, hac se ultra non egere, se ipsum justum existimat, et filius malus appellatur a Scriptura. Qui opinione justitiæ ducitur, tanquam impleverit illam, vice versa, velut ignarus, conspirat cum voluptatibus : siquidem opinio sui et arrogantia sunt voluptates. Qui de se aliquam concipit opinionem, non potest salvari. Scriptum est enim : *Superbus et contemptor vir arrogans nihil ad finem perducit* [34]. Si virum perfectum non lædit humilitas, neque ipse deserere debet matrem ejus pœnitentiam. Fidelis Abraham et justus Job terram et cinerem se ipsos appellabant : quæ verba præbent humilitatis argumentum. Qui vero fastidit pœnitentiam, humilis esse non potest. Tres pueri, re vera magnanimi et insignes martyres, e media flamma ardente confessionem emittebant, se peccasse et inique egisse dicentes; de præteritis malis pœnitentiam agebant, cum essent alioqui perfecti : ac totus propemodum hymnus eorum pœnitentiæ vim continet.

XIII. Quocirca si illi, qui Deo valde grati fuerunt et rebus ipsis perfecti declarati sunt, hoc ipso ad obitum usque usi sunt auxilio, quis posthac justitiæ nomine sibi ipsi confidere audeat, ac pœnitentiam aspernari? Nullus quidem, ut arbitror, sanctus fuerit, ex sententia Petri et Pauli, qui matrem humilitatis optet relinquere. Quapropter Petrus, cum se ipsum quidem Cornelio celasset, quid esset Dei proprium in hac parte, quidve suum declaravit, dicens : *Surge, et ego ipse homo sum* [35], nihil porro commune aut immundum dicere, divinitus edocti sumus, ut ipse confessus est. Paulus autem, cum existimaret, nunquam sibi quiescendum esse, quin a Christo sibi donatam gratiam exerceret, inquit in hunc modum : *Sequor autem, si quo modo comprehendam, in quo et comprehensus sum a Christo* [36], comprehensionem appellans, perseverantiam usque ad exitum : ut fideli quoque Timotheo per Epistolam scribit, declarans ei, quam propinquus esset obitus suus, his verbis : *Bonum certamen certavi, cursum consummavi, fidem servavi* [37], non quod sibi ipse dimetiretur stationem aut temporis terminum, quasi perfectionis nomine cursum sistens, non ultra subire deberet nunquam cessantia super terram certamina pro corpore Christi, quod est Ecclesia; sed exitum suum e vita, finem cursus et certaminum dixit. Ait siquidem : *Ego enim jam delibor, et tempus resolutionis meæ instat* [38]. Vides, illum non dixisse, Requiesco, sed, *jam delibor*, his verbis ac rebus ostendens omnibus, pœnitentiæ terminum usque ad resolutionem et mortem deberi cœlesti regi Christo, cui gloria in sæcula. Amen.

[34] Habac. II, 5. [35] Act. X, 26. [36] Philipp. III, 12.

ἄξιον ποιῆσαι δυνάμεθα· ἐλεούμεθα δὲ μεγάλως διὰ τὴν πρόθεσιν. Βιαζόμενος ἕως ἐξόδου, καὶ κρατῶν αὐτὴν, κἂν ἔν τινι πλημμελήσῃ, διὰ τὴν βίαν σωθήσεται· τοῦτο γὰρ ἐν Εὐαγγελίοις ὁ Κύριος ἐπηγγείλατο. Ὁ λέγων μηκέτι χρῄζειν αὐτῆς, δίκαιον ἑαυτὸν κρίνει, καὶ ἔγγονον κακὸν ὑπὸ τῆς Γραφῆς ὀνομάζεται. Ὁ οἰήσει δικαιοσύνης ὡς τελέσας αὐτὴν διακείμενος, ὡς οὐκ οἶδεν, ἀντιστρόφως συνδυάζεται ταῖς ἡδοναῖς, εἴπερ ἡ οἴησις καὶ ἡ ἀλαζονεία ἡδοναὶ τυγχάνουσιν. Ὁ ἔχων οἴησιν, οὐ δύναται σωθῆναι· γέγραπται γάρ· *Ὁ κατοιζμενος καὶ καταφρονητὴς ἀνὴρ ἀλαζών, οὐθὲν οὐ μὴ περανεῖ.* Εἰ οὐδὲν βλάπτει τὸν τέλειον ἡ ταπεινοφροσύνη, μηδὲ αὐτὸς ἀφῇ ταύτης αἰτίαν, μετάνοιαν. Ὁ πιστὸς Ἀβραὰμ καὶ ὁ δίκαιος Ἰὼβ γῆν καὶ σποδὸν ἑαυτοὺς ὠνόμασαν· ταῦτα δὲ τὰ ῥήματα ταπεινοφροσύνης τεκμήριον. Ὁ δὲ μετανοίας κεκορεσμένος, ταπεινοφρονεῖν οὐ δύναται. Οἱ τρεῖς παῖδες οἱ ὄντως μεγαλόφρονες, καὶ μεγαλομάρτυρες, ἐκ μέσου καιομένης φλογὸς ἐξωμολογοῦντο, καὶ τὸ ἡμαρτηκέναι καὶ ἠνομηκέναι λέγοντες, περὶ τῶν ποτὲ κακῶν μετενόουν, λοιπὸν τέλειοι ὄντες· καὶ πᾶς σχεδὸν ὁ ὕμνος αὐτῶν, μετανοίας ἐπέχει δύναμιν.

ΙΓ'. Εἰ οὖν καὶ λίαν εὐαρεστήσαντες καὶ τέλειοι διὰ πραγμάτων ἀποδειχθέντες, τούτῳ ἕως θανάτου ἐχρήσαντο τῷ βοηθήματι, τίς ἐστι λοιπὸν ὁ προφάσει δικαιοσύνης θαῤῥῶν ἑαυτῷ, καὶ μετανοίας καταφρονῶν; Ἐγὼ μὲν οἶμαι, οὐδ' ἂν κατὰ Παῦλον ἢ Πέτρον ἅγιός τις εἴη, οὐδ' οὕτως αἱρήσεται τὸ τὴν αἰτίαν τῆς ταπεινοφροσύνης καταλιπεῖν. Διὰ τοῦτο Πέτρος ἑαυτὸν τῷ Κορνηλίῳ, κρύψας μὲν τὸ τοῦ Θεοῦ ἐν τῷ μέρει τούτῳ, τὸ δὲ ἴδιον φανερώσας, εἶπεν· *Ἀνάστα, κἀγὼ αὐτὸς ἄνθρωπός εἰμι·* μηδὲν δὲ κοινὸν ἢ ἀκάθαρτον λέγειν θεόθεν ἐδιδάχθημεν, ὁμολογήσας. Παῦλος δὲ τῆς δεδομένης αὐτῷ χάριτος παρὰ Χριστοῦ, ὑπολήγειν οὐδαμοῦ ἕως θανάτου λογισάμενος, οὕτως ἔφη· *Διώκω δὲ, εἰ καὶ καταλάβω, ἐφ' ᾧ καὶ κατελήφθην ὑπὸ τοῦ Χριστοῦ*, κατάληψιν τὴν μέχρις ἐξόδου ἐπιμονὴν εἰρηκώς· καθάπερ καὶ τῷ πιστῷ Τιμοθέῳ, ἐπιστέλλει φανερὰν αὐτῷ τὴν ἐγγύτητα τῆς ἐξόδου καθιστῶν, λέγων· *Τὸν ἀγῶνα τὸν καλὸν ἠγώνισμαι, τὸν δρόμον τετέλεκα, τὴν πίστιν τετήρηκα·* οὐκ ἔνστασιν καὶ ὅρον χρονικὸν ἐπιμετρήσας ἑαυτῷ, ὡς καταπαύσας τὸν δρόμον διὰ τελειότητα, καὶ μηκέτι χρῄζων ἀγώνων τῶν ὑπὲρ τοῦ σώματος τοῦ Χριστοῦ, μηδέποτε ἐπὶ γῆς καταπαυομένων, ὅ ἐστιν ἡ Ἐκκλησία· ἀλλὰ τὴν ἔξοδον αὐτοῦ, τέλος δρόμου καὶ ἀγώνων εἴρηκε. Φησὶ γάρ· *Ἤδη σπένδομαι, καὶ ὁ καιρὸς τῆς ἐμῆς ἀναλύσεως ἐφέστηκεν.* Ὁρᾷς ὅτι οὐκ εἶπεν, Ἀναπαύομαι, ἀλλ', *Ἤδη σπένδομαι*, διὰ τῶν τοιούτων ῥημάτων τε καὶ πραγμάτων δεικνὺς πᾶσι, τῆς μετανοίας τὸν ὅρον ἕως λύσεως καὶ θανάτου κεχρεωστημένον τῷ ἐπουρανίῳ βασιλεῖ Χριστῷ· ᾧ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας. Ἀμήν.

[37] II Tim. IV, 7. [38] ibid. 6.

OPUSCULUM IV.

'Απόκρισις πρὸς τοὺς ἀποροῦντας περὶ τοῦ θείου Βαπτίσματος.

A *Responsio ad eos qui de divino baptismate dubitabant.*

'Επειδὴ οἱ μὲν τέλειον λέγουσι τὸ ἅγιον βάπτισμα, ἐπερειδόμενοι τῇ Γραφῇ λεγούσῃ· *Ἀναστὰς βάπτισαι, καὶ ἀπόλουσαι τὰς ἁμαρτίας σου* · καὶ τὸ, *Λούσασθε καὶ καθαροὶ γίνεσθε* · καὶ πάλιν· *Ἀλλ' ἀπελούσασθε, ἀλλ' ἡγιάσθητε*, καὶ πολλὰ τοιαῦτα εἰς μαρτυρίαν φέροντες· ἕτεροι δὲ ἐξ ἀγώνων ἀναιρεῖσθαι τὴν παλαιὰν ἁμαρτίαν, φέροντες καὶ αὐτοὶ μαρτυρίαν τῆς Γραφῆς λεγούσης· *Καθαρίσωμεν ἑαυτοὺς ἀπὸ παντὸς μολυσμοῦ σαρκὸς καὶ πνεύματος*, ἅμα δὲ καὶ αὐτὴν τὴν ἐνέργειαν τῆς ἁμαρτίας μετὰ τὸ βάπτισμα ἐν ἑαυτοῖς εὑρίσκοντες· πρὸς ταῦτα ἡμεῖς τί ἐροῦμεν, ἢ τίνι πιστεύσομεν;

Quandoquidem nonnulli baptisma divinum aiunt esse perfectum, innixi Scripturæ quæ dicit, *Exsurge, et baptizare, et ablue peccata tua* [39]; et illud, *Lavamini, mundi estote* [40]. Et iterum : *Sed abluti estis, sed sanctificati estis* [41]; et ejus generis pleraque afferentes in testimonium. Alii vero dicunt, certaminibus tolli vetera peccata, allato etiam ab ipsis testimonio Scripturæ, dicentis : *Mundemus nos ipsos ab omni inquinamento carnis et spiritus* [42], una quoque post baptismum invenientes in seipsis illam ipsam efficaciam peccati. Ad hæc quid dicturi sumus, aut cui credemus?

'Απόκρισις.

B *Responsio.*

Χρὴ μὲν ἡμᾶς τῷ ἀποστολικῷ κηρύγματι πιστεύειν, καὶ ἐμμένειν ταῖς ἑαυτῶν ὁμολογίαις, καὶ μὴ πειράζειν τὴν τοῦ Θεοῦ δύναμιν ἐν ἀνθρωπίναις ὑπονοίαις, μηδὲ πάλιν ἑκουσίῳ ζυγῷ δουλείας ἀνέχεσθαι, ἀλλὰ κρατεῖν τὴν ἐλευθερίαν, διὰ τῆς ἐργασίας τῶν ἐντολῶν, δι' ὧν ἀναλόγως πᾶσα ἀλήθεια εὑρίσκεται· καὶ εἰδέναι σαφῶς, ὅτι διὰ τὴν τούτων ἔλλειψιν κατὰ ἀναλογίαν ὑπὸ τῆς ἁμαρτίας ἐνεργούμεθα. 'Επειδὴ δὲ μάταιον ἐλογισάμεθα τὸ κήρυγμα, περιεργασίᾳ μᾶλλον ἢ λόγῳ Θεοῦ πειθόμενοι, διὰ τοῦτο ματαία καὶ ἡ πίστις ἡμῶν, διὰ τοῦτο καὶ ἔτι ἐσμὲν ἐν ταῖς ἁμαρτίαις ἡμῶν.

Nos quidem fidem adhibere convenit apostolicæ prædicationi, et in illius persistere confessionibus, nec tentare opinionibus humanis potentiam divinam, neque spontaneo rursum jugo servitutis detineri, sed libertate potiri, exsecutione mandatorum, pro cujus modo veritas omnis reperitur; et exploratum habere, nos a peccato fatigari, juxta proportionem defectus illorum. Quia vero prædicationem inanem existimavimus, majorem curiositati fidem habentes, quam verbo Dei, propterea inanis est et fides nostra, adhuc sumus in peccatis nostris.

'Ερώτησις.

C *Interrogatio.*

'Ημεῖς οὐ λέγομεν μάταιον τὸ κήρυγμα, ἀλλὰ ζητοῦμεν μαθεῖν τὴν ἀλήθειαν.

Nos non dicimus, inanem esse prædicationem, sed optamus discere veritatem.

'Απόκρισις.

Responsio.

Εἰ οὖν τὸ κήρυγμα ἀληθὲς ἔχομεν, τελέσωμεν πάσας τὰς ἐντολάς, καὶ τότε εἴδομεν εἰ ὑπὸ τῆς ἁμαρτίας ἐνεργούμεθα· τὸ γὰρ ἅγιον βάπτισμα, τέλειον μὲν ἔστιν, οὐ τελειοῖ δὲ τὸν μὴ ποιοῦντα τὰς ἐντολάς. Μὴ οὖν ἀνθρωπίναις ὑπονοίαις, ἀλλὰ τῇ θείᾳ Γραφῇ μᾶλλον πιστεύσωμεν, ὅτι *Χριστὸς ἀπέθανεν ὑπὲρ τῶν ἁμαρτιῶν ἡμῶν κατὰ τὰς Γραφάς* · καὶ ὅτι *Συνετάφημεν αὐτῷ διὰ τοῦ βαπτίσματος* · καὶ, *Ὁ ἀποθανὼν, δεδικαίωται ὑπὸ τῆς ἁμαρτίας* · καὶ ὅτι *Ἁμαρτία ἡμῶν οὐ κυριεύσει, ἐὰν τὰς ἐντολὰς αὐτοῦ ποιήσωμεν* · εἰ δὲ οὐ ποιοῦμεν, ἄπιστοί ἐσμεν, καὶ ὑπὸ τῆς ἁμαρτίας κρατούμεθα. Πίστις γάρ ἐστιν, οὐ μόνον τὸ βαπτισθῆναι εἰς Χριστὸν, ἀλλὰ καὶ τὸ ποιεῖν τὰς ἐντολὰς αὐτοῦ· ὅτι μὲν γὰρ μυστικῶς συνταφέντες αὐτῷ διὰ τοῦ βαπτίσματος, καὶ συνήγειρεν ἡμᾶς, καὶ συνεκάθισεν ἐν τοῖς ἐπουρανίοις, κατὰ τὴν Γραφὴν, δῆλον· ὅμως ἔδωκεν ἐντολὰς, ἵνα

D Si ergo prædicationem habemus pro vera, peragamus omnia mandata : tumque sciemus, an obsideamur a peccato. Sanctum enim baptisma perfectum quidem est, non tamen perficit eum qui mandata non implet. Quamobrem non humanis opinionibus, sed magis Scripturæ divinæ credamus : *Christus mortuus est pro peccatis nostris, secundum Scripturas* [43]; et : *Consepulti sumus cum illo per baptismum* [44]; et : *Qui mortuus est, justificatus est a peccato* [45]; et : *Peccatum nobis non dominabitur* [46], si præcepta ejus exsequamur; sin minus, infideles sumus, et a peccato detinemur. Fides enim est, ut non solum in Christum baptizemur, sed etiam ejus mandata opere complea-mus. Quia certum est, nos mystice consepultos esse cum illo per baptismum : et conresuscitasse nos, et consedere fecisse in cœlestibus, juxta Scri-

[39] Act. xxii, 16. [40] Isa. i, 16. [41] I Cor. vi, 11. [42] II Cor. vii, 1. [43] I Cor. xv, 3. [44] Rom. vi, 4. [45] ibid. 3. [46] ibid. 14.

pturam [47]. Dedit nihilominus mandata, ut ea per- A
agentes, donatam nobis perfectionem consequamur. Alioqui neglectis illis, ultro videbimur a peccato agitari. Si dicamus, ex operibus tolli peccatum, certe *Christus gratis mortuus est* [48], et quæ dicta sunt, falsa sunt omnia. Si etiam baptisma non est perfectum, sed ex operibus dicunt consequi perfectionem; supervacua est apud illos lex libertatis : et universæ leges novo testamento latæ, sunt exstinctæ. Injustum quoque Christum introducunt, qui libertatis opera præcipiat baptizatis, præter voluntatem (ut aiunt) adhuc peccato servientibus. Et gratia Dei jam non est gratia, sed laborum nostrorum remuneratio. Nam si ex operibus, jam non gratia : si vero gratia, jam opus non est opus, sed mandatum ejus qui liberavit, et opus libertatis B
ac fidei. Talia sanctus Paulus scribebat Galatis pro ecclesiasticæ familiæ salute, corripiens etiam illos, qui simili diffidentia laborabant. Cæterum nos non tam perfide de gratia Dei sentimus : absit! nec propter prædicationem, fidem negamus : sed si etiam post baptisma detineamur a peccato; non quod imperfectum sit baptisma, sed quod negligamus præcepta, ultroque voluptatibus addicti simus : quemadmodum arguit nos Scriptura divina, dum ait : *Sicut canis reversus ad suum vomitum* [49], sic homo qui proprio libertatis arbitrio redit ad suum ipsius peccatum. Siquidem voluntatem ad baptismum non cogit Deus, nec Satanas. Verum non audierunt mandata Christi post baptisma data legem esse libertatis, ut ait Scriptura : *Sic loquimini et sic facite, sicut per legem libertatis incipientes judicari* [50]. Et iterum sanctus Petrus : *Ministrate in fide vestra virtutem* [51]. Et cum sequentia dixisset, subdit : *Cui enim non præsto sunt hæc, cæcus est, manu tentans, oblivionem accipiens purgationis veterum suorum delictorum* [52]. Ex prædictis intelligite, purgationem mystice quidem per baptismum fieri, re autem ipsa mandatorum observatione reperiri. Atqui si baptizati, non simus a peccato paterno liberati; neque scilicet operi libertatis edere possumus : sin ea possumus efficere, clarum est, nos esse mystice ereptos a servitute peccati, juxta id quod scriptum est : *Lex spiritus vitæ liberavit me a lege peccati et mortis* [53] : sed ob D
neglectum mandatorum ejus qui purgavit nos, obsidemur a peccato. Quapropter aut demonstra mihi, baptizatos exsequi non posse mandata libertatis, et ea de causa baptismum non esse perfectum; aut si demonstremus, eos accepisse talem facultatem, confiteantur, liberari quidem gratia Christi, at se ipsos tradidisse vitiorum servituti, eo quod non impleant omnia mandata : ideoque rursum mancipatos esse. Sumant autem argumentum a propriis testimoniis : *Mundemus nos ipsos ab omni inquinamento carnis et spiritus* [54]. Servus ergo peccati, qui potest seipsum purgare ab

ταύτας ποιήσαντες, εὕρωμεν τὴν δεδομένην ἡμῖν τελειότητα· εἰ δὲ μὴ ποιήσομεν, ἐκουσίως φανῶμεν ἐνεργούμενοι ὑπὸ τῆς ἁμαρτίας. Εἰ λέγομεν ἐξ ἔργων ἀναιρεῖσθαι ἁμαρτίαν, ἄρα *Χριστὸς δωρεὰν ἀπέθανε*, καὶ τὰ εἰρημένα πάντα ψευδῆ τυγχάνει· καὶ εἰ οὐκ ἔστι τέλειον τὸ βάπτισμα, ἀλλ' ἐξ ἀγώνων λέγουσιν ἔχειν τὴν τελειότητα, μάταιος παρ' ἐκείνοις ὁ τῆς ἐλευθερίας νόμος, καὶ πᾶσα ἡ τῆς Καινῆς Διαθήκης νομοθεσία ἀνῄρηται. Ἄδικον δὲ καὶ τὸν Χριστὸν εἰσάγουσι, τοῖς βαπτισθεῖσιν ἔργα ἐλευθερίας προστάξαντα, ἔτι παρὰ προαίρεσιν δεδουλωμένοις τῇ ἁμαρτίᾳ, καθὼς λέγουσι· καὶ ἡ χάρις τοῦ Θεοῦ, οὐκέτι χάρις, ἀλλ' ἡμετέρων ἀγώνων ἀνταπόδοσις. Εἰ γὰρ ἐξ ἔργων, οὐκ ἔτι χάριτι· εἰ δὲ χάριτι, τὸ ἔργον οὐκ ἔστιν ἔργον, ἀλλ' ἐντολὴ τοῦ ἐλευθερώσαντος, καὶ ἔργον ἐλευθερίας καὶ πίστεως. Τοιαῦτα πρὸς Γαλάτας ὁ ἅγιος Παῦλος οἰκονομικῶς προέγραψεν, νουθετῶν καὶ αὐτοὺς τὰ ὅμοια ἀπιστήσαντας. Ἡμεῖς δὲ οὐχ οὕτως ἀπιστοῦμεν τὴν χάριν τοῦ Θεοῦ, μὴ γένοιτο! οὐδὲ ἐπὶ τῷ κηρύγματι πίστιν ἀρνούμεθα· ἀλλ' εἰ καὶ μετὰ τὸ βάπτισμα ὑπὸ τῆς ἁμαρτίας κρατούμεθα, οὐχ ὡς τοῦ βαπτίσματος ἀτελοῦς ὄντος, ἀλλ' ὡς ἡμῶν τῆς ἐντολῆς ἀμελούντων, καὶ ἐγκειμένων ταῖς ἡδοναῖς προαιρέσει, καθάπερ ἐλέγχει ἡμᾶς ἡ θεία Γραφὴ, λέγουσα· *Ὡς κύων ἐπιστρέψας ἐπὶ τὸν ἴδιον ἔμετον*· οὕτως ἄνθρωπος ἐπιστρέφων ἐπὶ τὴν ἑαυτοῦ ἁμαρτίαν αὐτεξουσίῳ προαιρέσει· τὸ γὰρ θέλημα, καὶ τὸ βάπτισμα, οὔτε Θεὸς, οὔτε Σατανᾶς βιάζεται. Ἆρα οὐκ ἤκουσαν, ὅτι ἐντολαὶ τοῦ Χριστοῦ αἱ μετὰ τὸ βάπτισμα δεδόμεναι, νόμος ἐλευθερίας C
ἐστὶ, καθά φησιν ἡ Γραφή· *Οὕτως ποιεῖτε, καὶ οὕτως λαλεῖτε, ὡς διὰ νόμου ἐλευθερίας μέλλοντες κρίνεσθαι*· καὶ πάλιν ὁ ἅγιος Πέτρος· *Ἐπιχορηγήσασθε ἐν τῇ πίστει ὑμῶν τὴν ἀρετήν*· καὶ τὰ ἑξῆς εἰπὼν, ἐπάγει λέγων· *ὯΙ γὰρ μὴ πάρεστι ταῦτα, τυφλός ἐστι μυωπάζων, λήθην λαβὼν τοῦ καθαρισμοῦ τῶν πάλαι αὐτοῦ ἁμαρτημάτων*. Ἐννοήσατε διὰ τῶν προειρημένων τὸν διὰ τοῦ βαπτίσματος καθαρισμὸν, μυστικῶς μὲν γενόμενον, ἐνεργῶς δὲ διὰ τῶν ἐντολῶν εὑρισκόμενον· εἰ δὲ βαπτισθέντες οὐκ ἠλευθερώθημεν ἀπὸ τῆς πατρικῆς ἁμαρτίας, δηλονότι οὐδὲ τὰ τῆς ἐλευθερίας ἔργα ποιεῖν δυνάμεθα· εἰ δὲ δυνάμεθα ποιεῖν αὐτὰ, φανερὸν μὲν, ὅτι μυστικῶς τῆς κατὰ τὴν ἁμαρτίαν δουλείας ἠλευθερώθημεν, κατὰ τὸ γεγραμμένον· *Ὅτι Ὁ νόμος τοῦ πνεύματος τῆς ζωῆς ἠλευθέρωσέ με ἀπὸ τοῦ νόμου τῆς ἁμαρτίας, καὶ τοῦ θανάτου*. Διὰ δὲ τὴν ἀμέλειαν τῶν ἐντολῶν τοῦ καθαρίσαντος ἡμᾶς, ὑπὸ τῆς ἁμαρτίας ἐνεργούμεθα. Ἢ οὖν δεῖξόν μοι τοὺς βεβαπτισμένους ἀδυνάτως ἔχειν τὰς ἐντολὰς τῆς ἐλευθερίας ἐργάζεσθαι, καὶ διὰ τοῦτο μὴ εἶναι τέλειον τὸ βάπτισμα· ἢ ἡμῶν δεικνυόντων εἰληφέναι αὐτοὺς τὴν τοιαύτην δύναμιν, ὁμολογείτωσαν, ἐλευθεροῦσθαι μὲν χάριτι Χριστοῦ, ἑαυτοὺς δὲ παραδεδωκέναι τῇ τῶν κακῶν δουλείᾳ, διὰ τὸ μὴ τελεῖν πάσας τὰς ἐντολὰς, καὶ διὰ τοῦτο πάλιν ὑποχειρίους γεγονέναι. Λαβέτωσαν δὲ ἐκ τῶν ἰδίων μαρτυριῶν τὸν ἔλεγχον· *Καθα-*

[47] Ephes. II, 6. [48] Gal. II, 21. [49] II Petr. II, 21. [50] Jac. II, 13. [51] II Petr. I, 5. [52] ibid. 9. [53] Rom. VIII, 2. [54] II Cor. VII, 1.

ρίσωμεν ἑαυτοὺς, ἀδελφοὶ, ἀπὸ παντὸς μολυσμοῦ σαρκὸς καὶ πνεύματος. Ὁ οὖν δοῦλος τῆς ἁμαρτίας, πῶς δύναται ἑαυτὸν καθαρίσαι ἀπὸ παντὸς μολυσμοῦ σαρκὸς καὶ πνεύματος, μὴ ἔχων τὴν τοιαύτην ἐλευθερίαν καὶ δύναμιν, ἀλλ' ὑπὸ τῆς ἁμαρτίας κρατούμενος; Εἰ δὲ ἔχεις τὸ κράτος κατὰ τῶν παθῶν, γίνωσκε ὅτι οὐ κατέχῃ ἐξουσίᾳ, ἀλλ' αἰτίᾳ θελήματος. Ὅσα οὖν ἡ θεία Γραφὴ περὶ καθαρισμοῦ διαλέγεται, ὡς ἐλευθέροις διαλέγεται, ὡς ἐλευθέροις παραινεῖ, τοῦ μὴ μένειν ἐν τοῖς τοιούτοις λογισμοῖς, ἀλλὰ ἀγαπᾷν τὴν ἐλευθερίαν, ἐξουσίαν ἔχοντας ῥέπειν, ἐφ' ὃ ἂν θέλωμεν, ἤτοι ἀγαθὸν, ἤτοι κακόν.

A omni inquinamento carnis et spiritus, si talem libertatem ac potestatem non habeat, sed teneatur sub dominio peccati? Sin adversus affectiones polles facultate, scito, te non vi et auctoritate regi, sed a fonte voluntatis. Quæcunque igitur Scriptura divina de purgatione disserit, tanquam libertatem habentibus loquitur, tanquam liberis suadet, non esse permanendum in hujusmodi cogitationibus, sed colendam esse libertatem, cum habeamus facultatem inclinandi quo libuerit, sive ad bonum, sive ad malum.

Ἐρώτησις.

Εἰ ἠλευθερώθημεν ἐν τῷ βαπτίσματι, διὰ τί οὐκ οἴδαμεν τὸν ἀέρα τῆς ἐλευθερίας, καθὰ βλέπουσιν οἱ ἀγωνιζόμενοι;

Interrogatio.

Si liberati sumus in baptismo, quamobrem non B perspicimus libertatis aerem, uti vident qui decertant?

Ἀπόκρισις.

Ἐπισκοτοῦσιν ἡμῖν αἱ κατὰ θέλησιν ἡδοναὶ, καὶ ἀμέλειαι τῶν ἐντολῶν, ἃς ἐκεῖνοι διωρθώσαντο. Προειρήκαμεν γὰρ, ὅτι ἐλευθεροῦται μὲν ὁ ἄνθρωπος κατὰ τὴν δωρεὰν τοῦ Χριστοῦ. Κατὰ δὲ τὸ ἴδιον θέλημα, ὅπου ἀγαπᾷ, ἐκεῖ ἐμμένει, κἂν βεβάπτισται, διὰ τὸ αὐτεξούσιον. Ὅταν οὖν λέγῃ· *Βιασταὶ ἁρπάζουσι τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν*, τότε ἐπὶ τοῦ ἰδίου θελήματος λέγει, ἵνα βιάσηται ἕκαστος ἡμῶν κατὰ τὸ βάπτισμα μὴ τρέπεσθαι ἐπὶ τὸ κακὸν, ἀλλ' ἐμμένειν εἰς τὸ ἀγαθόν. Εἰ γὰρ βίᾳ ἔπασχεν ὑπὸ τῶν ἐξουσιῶν ὁ ἄνθρωπος, πάντως ἠδύνατο ἐλευθερῶσαι ἡμᾶς ὁ Θεὸς, καὶ ἀτρέπτους βίᾳ ποιῆσαι. Νῦν δὲ οὐχ οὕτως, ἀλλ' αὐτὸς μὲν διὰ τοῦ βαπτίσματος τῆς κατὰ βίαν δουλείας ἐξήγαγε, καταργήσας τὴν ἁμαρτίαν διὰ τοῦ σταυροῦ, καὶ ἐντολὰς ἐλευθερίας ἔθετο. Ἐμμένειν δὲ, ἢ μὴ ἐμμένειν ταῖς ἐντολαῖς τῷ αὐτεξουσίῳ ἡμῶν θελήματι παρεχώρησεν. Αἱ οὖν ἐντολαὶ καθὸ ἂν ἐπιμελοῦνται, κατ' αὐτὸ τὴν πρὸς τὸν ἐλευθερώσαντα ἀγάπην σημαίνουσι· καθὸ ἂν δὲ ἀμελοῦνται ἢ ἐκλείπουσι, τὴν πρὸς τὰς ἡδονὰς ἡδυπάθειαν δεικνύουσιν· οἱ δὲ, τοῖς ἰδίοις λογισμοῖς περιπίπτουσι λέγοντες, ὅτι Θέλομεν ποιῆσαι τὰς ἐντολὰς, καὶ οὐ δυνάμεθα, ὑπὸ τῆς ἁμαρτίας κατ' ἐξουσίαν κρατούμενοι· διὸ χρὴ πρότερον ἀγωνίσασθαι καὶ ἐξαλεῖψαι τὴν ἁμαρτίαν, ἵνα δυνηθῶμεν ἐπιτελέσαι τὰς τῆς ἐλευθερίας ἐντολὰς, μὴ νοοῦντες ἃ λέγουσι, μήτε περὶ τίνων διαβεβαιοῦνται. Εἰ γὰρ ὅλως οὐκ ἔχεις τὴν ἐλευθερίαν, καὶ οὐ δύνασαι ἐπιτελέσαι τὰς ἐντολὰς, διὰ ποίων ἀγώνων λέγεις ἐξαλεῖψαι τὴν ἁμαρτίαν; Οἱ ἀγῶνες τῶν πιστῶν ἐντολαί εἰσιν. Σὺ οὖν λέγεις· Οὐ δύναμαι ποιῆσαι τὰς ἐντολὰς, ἐὰν μὴ πρῶτον δι' ἀγώνων καθαρισθῶ. Δεῖξόν μοι ἐκτὸς ἐντολῶν οὓς λέγεις ἀγῶνας, καὶ πείθομαί σου τῷ φρονήματι. Κἂν γὰρ προσευχὴν εἴπῃς, ἐντολή ἐστι· κἂν νηστείαν, κἂν ἀγρυπνίαν, ἐντολή ἐστι· κἂν μετάδοσιν, κἂν ψυχῆς ἄρνησιν, ἐντολή ἐστι· κἂν λογισμῶν καθαίρεσιν, ἐντολή ἐστι· κἂν θάνατον, καὶ σταυρὸν, καὶ ὁτιοῦν ἔργον ἀρετῆς εἴπῃς, ἐντολαί εἰσι πάντα. Διὸ τοῖς λαβοῦσι τὴν δύναμιν τῶν ἐντολῶν, ὡς πιστοῖς παραγγέλλει, τοῦ ἐπαγωνίσασθαι

Responsio.

Obruunt nos tenebris spontaneæ voluptates neglectionesque mandatorum, in quibus illi feliciter promovent. Nam ante diximus, hominem liberari beneficio Christi. At ex propria voluntate, in quo figit amorem (tametsi baptizatus est) ob liberam arbitrii voluntatem, in eo immoratur. Cum ergo dicit: *Violenti rapiunt regnum cælorum* [85], tum de propria voluntate loquitur; ut quisque nostrum juxta regulam baptismi elaboret, nec convertatur ad malum, sed perseveret in eo quod ducit ad bonum. Etenim si vim homo patiebatur a potestatibus (malignis) plane Deus poterat nos liberare, et C vi nos immortales efficere. Nunc autem non ita res est; sed per baptismum a violenta servitute nos eripuit, evacuato per crucem peccato, statuitque præcepta libertatis: in quibus ut permaneamus, necne, liberæ nostræ concessit voluntati. Quare mandata quatenus excoluntur, hactenus declarant dilectionem erga illum qui liberavit; quatenus autem negliguntur ac deficiunt, jucundam erga voluptates ostendunt affectionem. Alii propriis ratiocinationibus labuntur, dum inquiunt: Volumus scilicet exsequi mandata, at non possumus, quia sub imperio peccati detinemur: idcirco decertandum est prius, et delendum peccatum, ut peragere queamus mandata libertatis, non intelligentes quæ D dicunt, neque de quibus affirmant [86]. Nam si cares prorsus libertate, nec potes implere mandata, quibus certaminibus ais te deleturum peccatum? Certamina fidelium, sunt mandata. Dicis ergo: Non possum perficere mandata, nisi prius per certamina mundatus fuero. Ostende mihi, quæ dicis certamina præter mandata, et credam opinioni tuæ. Nam si dicas precationem, est mandatum: si jejunium, si vigilias, est mandatum; si largitionem, si abnegationem animæ, mandatum est; si cogitationum eversionem, est mandatum; sin mortem, crucem, aut aliud quodvis opus virtutis dixeris, omnia sunt mandata. Quare iis qui facultatem implendorum mandatorum acceperunt, denuntiat tanquam fide-

[85] Matth. xi, 12. [86] I Tim. i, 7.

hibus, certandum esse ne convertantur ad ea quæ retro sunt; non quo per hæc deleant peccatum, sed ne ipsos ultra convertant ad posteriora. Quocirca mandata ipsa non tollunt peccatum (hoc enim per solam crucem factum est), sed donatæ nobis libertatis limites custodiunt. Etenim dicito mihi tu : Si per opera tollis Adæ peccatum, quomodo, *Christus mortuus est pro peccatis nostris, secundum Scripturas* [57]? Verum his contradicere nequeunt ; rogant duntaxat inconsequentia, suis ipsorum opinionibus semper annuentes, at non obtemperantes veritati Scripturæ. Si enim, inquiunt, in baptismate tollitur peccatum, quamobrem denuo vim suam exercet in corde? Nos autem rationem sæpe diximus, nempe, non esse reliquias peccati quæ agitent post susceptum baptisma (illud enim plenam dat peccati solutionem), sed quod rursum per affectionem se ipsos alligavit iis quæ per exsecutionem mandatorum soluta sunt, a libera proficiscitur arbitrii libertate : siquidem cogitatio quæ circa voluptatem aut iram aliquandiu immoratur, non reliqui peccati, sed liberæ affectionis est argumentum. Quapropter habemus facultatem destruendi cogitationes, *et omnem altitudinem extollentem se adversus cognitionem Dei*, juxta Scripturam [58]. His igitur qui evertunt in se ipsis cogitationem pravam, amoris divini est indicium, non peccati : quia violentus impetus cogitationis non arguit peccatum, sed mentis cum ea familiaris conversatio. Quod si non diligimus, qua de causa cum ea commoramur? Non enim fieri potest, ut citra pravam operationem nostram in mente cum eo prolixe confabulemur, quem ex intimo corde oderimus. Hanc ob rem si etiam odiosa cogitatio facultate sua mentem occupat (potest enim ita contingere, nec contradico), hoc tamen imputandum non est reliquiis peccati Adæ, sed prævaricationi post baptismum admissæ. Quandiu enim, post sanctum baptisma susceptum, non facimus mandata quorum omnium implendorum facultatem adepti sumus, tandiu vel inviti occupamur a peccato, donec per pœnitentiam, universorum mandatorum studiosi, Deum imploraverimus, qui nostrum prævaricationis peccatum deleat. Duæ sunt enim causæ actionis perversæ, et hæ duæ oriuntur a nobis : una quidem vim suam exercet juxta proportionem deficientium mandatorum; altera severissime dominatur, ob male agendi studium post susceptum baptisma; quod solus Deus tollit exoratus eleemosyna, precibus et rerum accidentium tolerantia : fecta gratia, per baptismum nobis donata.

Interrogatio.

Nunquid igitur Paulus post acceptum baptisma peccavit, quia sponte agitabatur? Ait enim : *Video aliam legem repugnantem legi mentis meæ* [59].

Responsio.

Hunc in modum reliquas quoque Scripturas non

διὰ τὸ μὴ στραφῆναι εἰς τὰ ὀπίσω· οὐχ ὡς διὰ τούτων ἐξαλεῖψαι τὴν ἁμαρτίαν, ἀλλ' ὥστε μηκέτι ἑαυτοὺς ἐπιστραφῆναι εἰς τὰ ὀπίσω. Καὶ αὐταὶ οὖν αἱ ἐντολαὶ, οὐχὶ τὴν ἁμαρτίαν ἐκκόπτουσι (τοῦτο γὰρ διὰ μόνου τοῦ σταυροῦ γεγένηται), ἀλλὰ τοὺς ὅρους τῆς δοθείσης ἡμῖν ἐλευθερίας φυλάττουσιν. Ἐπεὶ εἰπέ μοι σὺ, εἰ δι' ἔργων τὴν ἁμαρτίαν τοῦ Ἀδὰμ ἐκκόπτεις, πῶς *Ὁ Χριστὸς ἀπέθανεν ὑπὲρ τῶν ἁμαρτιῶν ἡμῶν, κατὰ τὰς Γραφάς*; Ἀλλὰ πρὸς ταῦτα μὲν ἀντιλέγειν οὐκ ἔχουσιν, ἀνακόλουθα δὲ μόνον ἐπερωτῶσι, πρὸς τὰς ἑαυτῶν ὑπονοίας τὸ πᾶν νεύοντες, τῇ δὲ ἀληθείᾳ τῆς Γραφῆς μὴ πειθαρχοῦντες. Εἰ γάρ φασιν, Ἐν τῷ βαπτίσματι ἀναιρεῖται ἁμαρτία, διὰ τί πάλιν ἐνεργεῖ ἐν τῇ καρδίᾳ; Ἡμεῖς δὲ πολλάκις εἰρήκαμεν τὴν αἰτίαν, ὅτι οὐ καταλειφθεῖσα ἐνεργεῖ μετὰ τὸ βάπτισμα (δίδωσι γὰρ τελείαν τὴν λύσιν)· δῆσαι δὲ πάλιν ἑαυτοὺς διὰ τῆς προσπαθείας, ἃ λελυμένα ἐστὶ διὰ τῆς ἐργασίας τῶν ἐντολῶν, τῆς τοῦ αὐτεξουσίου ἐστὶ προαιρέσεως· ὁ γὰρ περί τινα ἡδονὴν ἢ θυμὸν ἐγχρονίζων λογισμὸς, οὐχ ἁμαρτίας ἐγκαταλειφθείσης, ἀλλ' αὐτεξουσίου προσπαθείας ἐστὶ τεκμήριον. Διότι ἔχομεν ἐξουσίαν λογισμοὺς καθαιρεῖν, *καὶ πᾶν ὕψωμα ἐπαιρόμενον κατὰ τῆς γνώσεως τοῦ Θεοῦ*, κατὰ τὴν Γραφήν. Λογισμὸν οὖν πονηρὸν τοῖς καθαιροῦσιν αὐτὸν ἐν αὐτοῖς, φιλοθεΐας, οὐχ ἁμαρτίας ἐστὶ σημεῖον. Οὐ γὰρ ἡ προσβολὴ τοῦ λογισμοῦ ἐστὶ σημεῖον ἁμαρτίας, ἀλλ' ἡ τοῦ νοὸς πρὸς αὐτὸν φιλικὴ ὁμιλία. Εἰ δὲ οὐ φιλοῦμεν, τίνος χάριν αὐτῷ συγχρονίζομεν; Ἀδύνατον γὰρ τὸν ἀπὸ καρδίας μισούμενον, τῇ καρδίᾳ παρατατικῶς προσομιλεῖν, ἐκτὸς ἡμετέρας κακοπραγίας. Εἰ οὖν καὶ μισούμενος λογισμὸς κρατεῖ κατ' ἐξουσίαν τὸν νοῦν (συμβαίνει γὰρ, καὶ οὐκ ἀντιλέγω), ὅμως τοῦτο οὐκ ἔστιν ἐγκατάλειμμα τῆς τοῦ Ἀδὰμ ἁμαρτίας, ἀλλὰ τῆς μετὰ τὸ βάπτισμα ἀθεΐας. Ὅταν γὰρ μετὰ τὸ ἅγιον Βάπτισμα, δυνάμενοι ποιεῖν ὅλας τὰς ἐντολὰς, οὐ ποιῶμεν αὐτὰς, τότε καὶ μὴ θέλοντες, ὑπὸ τῆς ἁμαρτίας κρατούμεθα, ἕως ἂν διὰ μετανοίας τὸν Θεὸν παρακαλέσωμεν, πρὸς πάσας τὰς ἐντολὰς κατορθοῦμενοι, καὶ ἐξαλείψῃ ἡμῶν τὴν ἀθεΐας ἁμαρτίαν. Δύο γάρ εἰσιν αἰτίαι τῆς τοῦ κακοῦ ἐνεργείας, καὶ αἱ δύο ἐξ ἡμῶν εἰσι· μία μὲν ἐνεργοῦσα κατὰ ἀναλογίαν τῆς τῶν ἐντολῶν ἐλλείψεως· ἑτέρα δὲ ἀπαραιτήτως κρατοῦσα διὰ τὴν μετὰ τὸ βάπτισμα κακοπραγίαν· ἣν ὁ Θεὸς μόνος ἀναιρεῖ, δια ἐλεημοσύνης, καὶ προσευχῆς, καὶ τῆς τῶν ἐπερχομένων ὑπομονῆς παρακαλούμενος· ἅπερ καὶ αὐτὰ παρέχει ἡμῖν λελυθότως ἡ διὰ τοῦ βαπτίσματος ἡμῖν δεδομένη τελεία χάρις.

quæ quidem ipsa nobis etiam secreto præbet per-

Ἐρώτησις.

Οὐκοῦν ὁ Παῦλος μετὰ τὸ βάπτισμα ἥμαρτεν, ὅτι ἑκουσίως ἐνηργεῖτο; Λέγει γὰρ, ὅτι *Βλέπω ἕτερον νόμον ἀντιστρατευόμενον τῷ νόμῳ τοῦ νοός μου.*

Ἀπόκρισις.

Οὕτω καὶ τὰς λοιπὰς Γραφὰς οἱ κακῶς νοοῦντες

[57] I Cor. xv, 3. [58] II Cor. x, 5. [59] Rom. vii, 13.

διαστρέφουσι, καὶ πλανῶνται. Ἀνάλαβε γὰρ ἄνωθεν τὸ κεφάλαιον τοῦτο, καὶ εὑρήσεις ὅτι ὁ ἅγιος Παῦλος οὐ λέγει περὶ ἑαυτοῦ μετὰ τὸ βάπτισμα, ἀλλὰ τὸ τῶν ἀπίστων Ἰουδαίων πρόσωπον λαμβάνει, **πεί**θων αὐτούς, ὅτι χωρὶς χάριτος Χριστοῦ διὰ τοῦ βαπτίσματος δεδομένης, ἀδύνατον περιγενέσθαι τῆς ἁμαρτίας· εἰπών, ὅτι *Ταλαίπωρος ἐγὼ ἄνθρωπος, τίς με ῥύσεται ἐκ τοῦ σώματος τοῦ θανάτου τούτου;* ἐπάγει λέγων· *Εὐχαριστῶ τῷ Θεῷ διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ Κυρίου ἡμῶν*, ὅτι *ὁ νόμος τοῦ Πνεύματος τῆς ζωῆς ἠλευθέρωσέ με ἀπὸ τοῦ νόμου τῆς ἁμαρτίας καὶ τοῦ θανάτου.* Διὰ τοῦτό φησιν· *Ὁ νόμος πνευματικός ἐστιν, ἐγὼ δὲ σαρκικός εἰμι, πεπραμένος ὑπὸ τὴν ἁμαρτίαν*· ὅθεν καὶ ὅλα τὰ τοῦ νόμου, καὶ τὰ τοῦ ναοῦ, καὶ τῶν θυσιῶν ἐν ἡμῖν πληροῦται, τοῖς τὴν χάριν τοῦ Πνεύματος ἀπὸ τοῦ βαπτίσματος μυστικῶς εἰληφόσι. Ναὸν γὰρ τοῦ Πνεύματος ἡμᾶς εἴρηκεν εἶναι, καὶ ἀνενέγκαι πνευματικὰς θυσίας παρακελεύεται, Ἰουδαίους λέγων ἐν τῷ κρυπτῷ, καὶ οὐκ ἐν τῷ φανερῷ· καὶ περιτομὴν καρδίας, ἐν πνεύματι, οὐ γράμματι, καὶ αὐτὸν δὲ τὸν νόμον πνευματικὸν ὁ ἐπουράνιος νομοθέτης Χριστὸς διὰ τοῦ Πνεύματος τοῖς πιστοῖς ἐπέγραψεν, οὐκ ἐν πλαξὶ λιθίναις, ἀλλ' ἐν πλαξὶ καρδίας σαρκίναις. Ὥσπερ οὖν ταῦτα ἐν τῷ κρυπτῷ εἰρηκεν εἶναι, οὕτω μοι νόει καὶ ἕκαστα τῶν τυπικῶς εἰρημένων. Ἐπεὶ δὲ οὕτω βεβαίως ἐπιστεύσαμεν Χριστῷ, οὐδὲ πασῶν τῶν ἐντολῶν αὐτοῦ ὀφειλέτας ἑαυτοὺς ἐλογισάμεθα, οὐδὲ ἠρνησάμεθα αὐτοὺς κατὰ τὸν λόγον αὐτοῦ. Τούτου χάριν τὰ προειρημένα μυστήρια, ἀπὸ τοῦ βαπτίσματος εἰληφότες, ἀγνοοῦμεν. Ὅταν δὲ ἐπὶ τῇ ὀλιγοπιστίᾳ αὐτῶν καταγνῶμεν, καὶ εἰλικρινῶς αὐτῷ διὰ πασῶν τῶν ἐντολῶν αὐτοῦ πιστεύσωμεν, τότε τῶν προειρημένων πραγμάτων πεῖραν λαβόντες ἐν αὐτοῖς, ὁμολογήσομεν ἀληθῶς τέλειον εἶναι τὸ ἅγιον βάπτισμα, καὶ τὴν χάριν τοῦ Χριστοῦ ἀφανῶς ἐγκεκρυμμένην, ἐκδεχομένην δὲ λοιπὸν τὴν ἡμετέραν ὑπακοὴν, καὶ ἐργασίαν τῶν ἐντολῶν, ὧν τὴν δύναμιν δι' αὐτῆς προειλήφαμεν. Διὰ τοῦτο, ὅσοι οὔπω τὰς ἐντολὰς εἰργασάμεθα τῆς ἐλευθερίας, οὔπω τὴν ἐλευθέραν Ἱερουσαλὴμ κατειλήφαμεν (*Ἡ γὰρ ἄνω Ἱερουσαλὴμ ἐλευθέρα ἐστὶν, ἥτις ἐστὶ μήτηρ ἡμῶν*, ἀναγεννῶσα ἡμᾶς διὰ τοῦ λουτροῦ τῆς παλιγγενεσίας), ἀλλ' ἔτι ἐν τῇ ὁδῷ ἐσμεν τοῦ Κάϊν, καὶ πλανώμεθα, ἀνοδίας ὁδεύοντες. Τὸ γὰρ φιλονεικεῖν ἀγνοοῦντα, ἀντιλέγειν τῇ ἀληθείᾳ, τῆς ὁδοῦ εἰσι παραλλαγαί, καὶ οὐκ ὀρθοτομίαι. Διὰ τοῦτο καὶ πρὸς τὴν τελείαν ἄνοδον ὁρῶν ἡμᾶς βραδύνοντας ὁ μακάριος Παῦλος, *Οὕτως*, φησὶ, *τρέχετε, ἵνα καταλάβητε.* Εἰ δὲ τὴν πόλιν οὔπω κατειλήφαμεν, πότε τὸν ναὸν θεασώμεθα, καὶ εἰσελθόντες ἔνδον τύχωμεν τῆς τοῦ θυσιαστηρίου προσαγωγῆς; Καὶ τί λέγω περὶ πίστεως, καὶ τοῦ ναοῦ, καὶ τοῦ θυσιαστηρίου, ὅπου γε οὐδὲ τὰ θηρία τοῦ καλάμου παρελήλυθαμεν; οἷς ἐπιτιμῆσαι τὸν Θεὸν ἐπηύχετο ὁ Προφήτης, ἵνα μὴ θηριάλωτα γένηται τὰ πρωτότοκα

recte intelligentes invertunt, et errant. Repete capitulum istud e superioribus, et reperies sanctum Paulum non loqui de se ipso post acceptum baptisma, sed infidelium Judæorum assumpta persona suadere illis, non posse fieri, ut sine gratia Christi quæ per baptismum confertur, superetur peccatum; dum inquit: *Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis hujus* [60]? Post hæc subdit: *Gratias ago Deo per Jesum Christum Dominum nostrum* [61], quod *lex spiritus vitæ liberavit me a lege peccati et mortis* [62]. Propterea dicit: *Lex spiritalis est, ego autem carnalis sum, venumdatus sub peccato* [63]. Unde etiam cuncta quæ pertinent ad legem, templum et sacrificia, implentur in nobis, qui gratiam sancti Spiritus mystice per baptismum accepimus. Namque dixit, nos esse templum sancti Spiritus [64]; hortaturque, ut offeramus spirituales hostias [65], appellans nos Judæos in occulto, non in manifesto [66]: et circumcisionem cordis in spiritu, non littera. Ipsam quoque legem spiritalem cœlestis legislator Christus per Spiritum sanctum inscripsit fidelibus; non in tabulis lapideis, sed in tabulis cordis carnalibus [67]. Qua igitur ratione ista dixit in occulto esse, eadem ratione intelligito mihi singula eorum quæ typice dicta sunt. Sed quia nondum Christo firmiter credidimus, nec omnibus ejus mandatis nos obnoxios existimavimus, neque juxta verbum ejus abnegavimus nos ipsos: hac de causa prædicta mysteria accepisse nos a baptismo ignoramus. Quod si ita cadat, ut modicam ob fidem ea negligamus, sincere tamen credamus ipsi in cunctis ejus mandatis; tunc rerum ante dictarum in nobis facto periculo, vere confitebimur, perfectum esse sanctum baptisma, et in eo occulte latere gratiam Christi, quæ alioqui nostram obedientiam excipiat; et mandatorum observationem, quorum implendorum facultatem ante per ipsam gratiam nacti sumus. Propterea quicunque præcepta libertatis nondum servavimus, necdum ad liberam Jerusalem pervenimus. *Quæ enim sursum est Jerusalem, libera est, quæ est mater nostra* [68], regenerans nos per lavacrum regenerationis. Cæterum adhuc stamus in via Cain, et erramus, ambulantes per invia loca. Dum enim quispiam ignarus contendit aut contradicit veritati, viam immutat, et non dirigit. Quamobrem beatus Paulus, cum tarde progredi nos videret ad perfectionem, *Sic*, ait, *currite, ut comprehendatis* [69]. Verum qui civitatem nondum nacti sumus, quando templum ipsum spectabimus, et introgressi, accessum ad altare consequemur? Sed quid de fide, templo atque altari commemoro, cum ne feras quidem arundinis præterierimus [70], pro quibus increpandis Propheta deprecabatur Deum, ne primitiæ victimarum quas Judæus in occulto jussus erat offerre, fierent ex animalibus a fera captis: si tua quidem opinione, Judæus est in

[60] Rom. VII, 24. [61] ibid. 25. [62] Rom. VIII, 2. [63] Rom. VII, 14. [64] I Cor. VI, 19. [65] I Petr. II, 5. [66] Rom. II, 29. [67] II Cor. III, 3. [68] Gal. IV, 26. [69] I Cor. IX, 24. [70] Psal. LXVII, 31.

occulto, secundum Paulum : templum autem a filio David nondum erat ædificatum, neque propitiatorium ab eo constructum? Nam hoc diserte inclamat, qui certaminibus tolli peccatum Adæ dicit, et non per gratiam Dei, quam per baptismum in nobis habemus absconditam : quæ tum subjicietur oculis, quando mandatorum viam recte peregerimus, offerentes in sacrificium summo pontifici Christo naturæ nostræ cogitationes, velut animalia sana et a feris non morsa. Plerique siquidem sub potestatem bestiarum rediguntur, quicunque deflectunt a mandatis, a patientia scilicet in rebus adversis : qui dum resiliunt a via recta, incedunt per invia loca, aliorum scelera magis quam sua ipsorum arguentes. Ex illis itaque pauci quidem per viam rectam ambulant; iique conservantur precibus, summa spe devinciuntur, pulsantur tentationibus : et hoc pacto pervenientes ad civitatem et templum, sacrificium offerunt. Civitas autem est, pulchra legitimaque in Christo discretio; quæ quidem ubi pie rem administrat, tranquille et recte se habet : quando vero peccat, traditur hostibus ad interitum sui. Templum autem est, animæ corporisque delubrum a Deo creatum. Altare situm in hoc templo sedes est spei, in qua rerum omnium accidentium primo nata cogitatio offertur a mente, et velut animal primogenitum immolatur, in propitiationem offerentis, modo immaculatum ei offerat.

ΙΓ'. Εἰ οὖν βούλει κατὰ τῶν προειρημένων παθῶν τὸ νῖκος ἄρασθαι, καὶ τὴν φάλαγγα τῶν ναιτῶν ἀλλοφύλων εὐχερῶς τροπώσασθαι, δι' εὐχῆς καὶ συνεργείας Θεοῦ γινόμενος ἐν ἑαυτῷ, καὶ εἰς τὰ βάθη τῆς καρδίας δύνας, ἀνίχνευσον τοὺς τρεῖς τούτους δυνατοὺς τοῦ διαβόλου γίγαντας, λήθην λέγω, καὶ ῥᾳθυμίαν, καὶ ἄγνοιαν, τὸ ὑποστήριγμα τῶν νοητῶν ἀλλοφύλων, ἐξ ὧν τὰ λοιπὰ τῆς κακίας πάθη ὑπονοστούμενα ἐνεργεῖ, καὶ ζῇ, καὶ ἰσχύει, ἐν ταῖς τῶν φιληδόνων καὶ κενοδόξων ψυχαῖς. Καὶ διὰ πολλῆς προσεχείας καὶ νοῦ ἐπιστασίας μετὰ τῆς ἄνωθεν ῥοπῆς εὑρὼν τὰ τοῖς πολλοῖς ἀγνοούμενα, ὀλεθριώτερα τῶν λοιπῶν ὄντα κακὰ διὰ τῶν δικαιοσύνης ὅπλων τῶν ἀπεναντίας, ἐκείνης μνήμης ἀγαθῆς λέγω τῆς πάντων τῶν καλῶν αἰτίας, καὶ γνώσεως πεφωτισμένης, δι' ἧς ἀναργηγοροῦσα ψυχὴ τὸ τῆς ἀγνοίας σκότος διώκει ἀφ' ἑαυτῆς, καὶ προθυμίας ἀρίστης πρὸς σωτηρίαν εὐτρεπιζούσης καὶ ἐπεισ[σα]γούσης τῇ ψυχῇ, τὰ τῆς ἀρετῆς ἐνδυσάμενος ὅπλα, ἐν δυνάμει Πνεύματος ἁγίου, διὰ πάσης προσευχῆς καὶ δεήσεως γενναίως καὶ ἀνδρείως καταγωνίσῃ τοὺς τῶν νοητῶν ἀλλοφύλων τρεῖς προειρημένους γίγαντας. Διὰ μὲν τῆς ἀρίστης κατὰ Θεὸν μνήμης ἀγαθῆς, *Ὅσα ἐστὶν ἀληθῆ, ὅσα σεμνὰ, ὅσα δίκαια, ὅσα ἁγνὰ, ὅσα εὔφημα, εἴ τις ἀρετὴ, καὶ εἴ τις ἔπαινος*, πάντα λογιζόμενος, τὴν παγκάκιστον λήθην ἀφ' ἑαυτοῦ ἐκδιώκων· διὰ δὲ τῆς πεφωτισμένης καὶ οὐρανίου γνώσεως, τὴν ὀλέθριον ἄγνοιαν τοῦ σκότους ἐξαφανίζων· διὰ δὲ τῆς παναρέτου καὶ καλλίστης προθυμίας, τὴν ἄθεον καὶ τὴν τῶν κακῶν ἐν τῇ ψυχῇ κατεργαζομένην ῥᾳθυμίαν ἐξελαύνων. Ταύτας δὲ τὰς ἀρετὰς, οὐ ψιλῆς, ἢ ἐκ μόνης προαιρέσεως, ἀλλ' ἐκ δυνάμεως Θεοῦ καὶ συνεργείας ἁγίου Πνεύματος, ἐν πολλῇ προσεχείᾳ καὶ εὐχῇ ἐκτενεῖς κτησάμενος. Οὕτω δυνήσῃ τῶν προειρημένων ἰσχυρῶν γιγάντων ῥυσθῆναι τοῦ Πονηροῦ. Γνώσεως γὰρ ἀληθοῦς, καὶ μνήμης λόγου Θεοῦ, καὶ ἀγαθῆς προθυμίας συμφωνίᾳ, διὰ χάριτος ἐνεργοῦς ἐν τῇ ψυχῇ συστῆναι σπουδαζομένης καὶ ἐπιμελῶς φυλασσομένης, λήθης καὶ ἀγνοίας καὶ ῥᾳθυμίας ἴχνος ἐν αὐτῇ ἀφανίζεται, καὶ εἰς τὸ μὴ ὂν περίσταται· τῆς χάριτος βασιλευούσης ἐν αὐτῇ, ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ Κυρίῳ ἡμῶν, ᾧ ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος εἰς τοὺς αἰῶνας. Ἀμήν.

livio, quæ est ejus soror adjutrix et socia; et, quæ tenebrosum atræ nubis amictum et velamen subtexit animæ, socordia: quæ fulcit et confirmat ambas, eisque præbet ut subsistant, efficiens ut in anima negligentissima vitium immoretur. Nam ab ignaviâ, oblivione et ignorantia reliquorum affectuum fulcimenta firmantur et crescunt, quia se mutuo juvant, et una reliquis absentibus subsistere nequit. Potentes adversarii vires, et validi principes illius maligni demonstrantur, utpote quorum opera universus exercitus spirituum nequitiæ subingreditur, suffulcitur, et quæ excogitavit, peragere potest: sine quibus proposita consistere nequeunt.

XIII. Si velis igitur adversus affectiones ante dictas reportare victoriam, et aciem alienigenarum intelligibilium facile fugare, precibus et auxilio divino roboratus, tam in teipso quam in profundo cordis, investigato hosce tres potentes diaboli gigantes, oblivionem, inquam, ignaviam et ignorationem, hoc est, præsidium alienigenarum intelligibilium: unde reliqui vitiosi affectus subingressi agunt et vivunt et valent in animis hominum voluptatibus et vanæ gloriæ deditorum. Et ubi per summam attentionem et animi sollicitudinem, ope superna favente, inveneris ignota plerisque vitia, reliquis tamen magis exitialia, per arma justitiæ ex adverso respondentia, illam (inquam) bonam memoriam, omnium rerum honestarum causam: et notitiam illustratam, a qua anima expergefacta ignorantiæ tenebras a seipsa depellit; et per optimam animi promptitudinem, quæ instruit ad salutem et inducit in animum quæ pertinent ad virtutem, indutus arma in virtute sancti Spiritus per omnem orationem et observationem strenue et viriliter expugnabis tres alienigenarum intelligibilium ante dictos gigantes. Optima quidem et Deo grata memoria, *quæcunque sunt vera, quæcunque præclara, quæcunque justa, quæcunque pura, quæcunque bonæ famæ, si qua laus, si qua virtus* [70], omnia considerans, pessimam omnium oblivionem a teipso excuties: illustrata vero et cœlesti cognitione perniciosam et caligine plenam delebis ignorationem: honestissima autem et omnium virtutum studiosa alacritate animi expelles ignaviam Deo carentem, et omnium in anima vitiorum procreatricem. Has porro virtutes cum obtinueris, non nuda aut sola voluntate, sed divina potentia et ope sancti Spiritus cum summa attentione et precibus amplificabis: hunc que in modum poteris robustorum diaboli gigantum supradictorum molestia liberari. Cognitionis enim veræ, ac memoriæ verbi Dei, probæque alacritatis animi consonantia, per gratiam efficacem in anima, quæ procuratur ut simul adsit et studiose conservetur, vestigium oblivionis, ignorantiæ atque socordiæ deletur in anima; et tandem eo redigitur, ut non sit: in ea regnante gratia per Jesum Christum Dominum nostrum, cui gloria et imperium in sæcula. Amen.

[70] Philipp. IV, 8.

Rescriptum a Nicolao missum ad Marcum Exercitatorem, quo agit illi gratias ob præcepta salutaria quæ illi per epistolam scripserat.

Gratia sit, gratia sit (inquam) Deo, gratia incredibili et inenarrabili dono ejus, quod animum gravibus detentum perturbationibus, et totum propemodum a se abalienatum, benevole ac humaniter complexus est ; quod etiam illum visitavit per intimam et totam prorsus in Deo collocatam intentionem, sanctum dico deditumque virtutibus ac Deo agglutinatum animum tuum, quo tu ad me missus es scintilla fulgens, divini plena luminis, hamus esca spiritali imbutus ; quod tandem beneficio lucernæ sermonum cum labore et desiderio editorum a cogitatione Deo unita, miseram animam meam extraxit ab obscurissimis tenebris et turbine ; fecitque Dominus eximius, ut intellectus meus abnueret et aversaretur tres indicatos mihi gigantes. Re enim vera sunt gigantes magni et immites, qui nunquam intermittunt bellum in genus humanum. Quem porro in terra sic ferociter ac moleste detinent, ut me, qui male et proprio arbitrio illis adhuc inservio? At misericordia motus is qui nullo modo delectatur interitu viventium, longanimitatem suam humanitatemque declaravit, et emota illa cogitatione pia excitavit propositum profundissimo somno demersum, ostensis ac manifestatis mihi, quos dixi, gigantibus. Primum sane dico, oblivionem, quæ expulit Adamum e paradiso. Nam nisi Domini præceptum oblitus fuisset, nunquam ea gloria excidisset ; secundum, socordiam, qua ignavus effectus parvit conjugi ; tertium, ignorantiam, qua ductus ignoravit tum quis esset, tum quid ageretur. Hosce tres spiritus Dominus Jesus manifestos mihi reddidit per Spiritum sanctum habitantem in te. Nam emisit profecto gladium bis acutum, quod est verbum Dei, quo admodum placate bipartitus est animum meum. Nec huc usque duntaxat processit, sed etiam quasi suavitatem quamdam spiritalem verborum tuorum indidit voluntati meæ. Quot igitur ora, quotve linguæ suppetere poterunt, ad digne gratias agendas Domino ac Deo vero pro mihi reductis in memoriam a te beneficiis? Commodam item epistolæ methodum, et sitam in verbis intimam benevolentiam, quæ incitant ad investigandam veritatem, ad observanda mandata Dei, multum denique conferunt ambulare volenti viam Domini, quæ deducit ad vitam æternam, quis digne laudabit? Neque vero mihi solum hoc commodum accessit e sermone tuo, sed et omnium eorum qui ipsum audierunt, intellectus magnifice illustratus est, multumque fructum excerpsit e verbis efficaciter prolatis, procul dubio perinde rata erant, ac res ipsæ, sermonesque exaudiebantur, non ut sermones, sed velut opus manifestum, quod subjicitur oculis nostris. Mox enim sermo temperantiam summam indidit animis. Et quia efficax erat sermo, manere non poterat otiosus, sed confestim, productis spicis,

A

B

C

D

Ἀντίγραφον παρὰ Νικολάου πρὸς Μάρκον Ἀσκητήν.

Ἡ χάρις, τῷ Θεῷ χάρις, χάρις τῇ ἀνυπερβλήτῳ καὶ ἀνεκδιηγήτῳ αὐτοῦ δωρεᾷ, ὅτι ἐφιλανθρωπεύσατο ψυχὴν ἐν πάθεσι δεινοῖς κατεχομένην, καὶ ὅλην ἀκμὴν ἀπηλλοτριωμένην, καὶ ἐπεσκέψατο διὰ τῆς εὐσπλάγχνου καὶ ὅλης ἐξ ὅλης Θεῷ ἀνακειμένης προαιρέσεως, λέγω δὴ τῆς ἐναρέτου καὶ Θεῷ κεκολλημένης τῆς ὁσίας σου ψυχῆς, δι' ἧς ἀπεστάλης μοι σπινθὴρ ἀστράπτων, πλήρης φωτὸς θεϊκοῦ, καὶ ἄγκιστρον ἔχον δέλεαρ πνευματικόν· καὶ ἀπὸ τῆς λυχνείας τῷ πόνῳ καὶ πόθῳ ὑπὸ τοῦ συνηνωμένου τῷ Θεῷ λογισμοῦ, τεχθέντων ῥημάτων ἀνέσπασε τὴν ἀθλίαν μου ψυχὴν ἐκ τοῦ ζοφωδεστάτου σκότους καὶ θυέλλης, καὶ ἀνανεῦσαι ἐποίησε τὴν διάνοιάν μου ἐξαίρετος Δεσπότης ἐκ τῶν μηνυθέντων μοι τριῶν γιγάντων. Ὄντως γὰρ γίγαντες μεγάλοι καὶ ἀνήμεροι, μηδέποτε παυόμενοι τοῦ πολεμεῖν τὸ ἀνθρώπινον γένος. Τίνα δὲ οὕτως ἀγρίως καὶ δεινῶς κατέχουσιν ἐπὶ γῆς, ὡς ἐμὲ τὸν κακῶς καὶ ἰδίῳ θελήματι ὑπ' αὐτῶν ἔτι κυριευόμενον ; Ἀλλ' ὁ μηδέποτε τερπόμενος ἐπ' ἀπωλείᾳ ζώντων, ἠλέησε καὶ ἀνέδειξε τὸ μακρόθυμον αὐτοῦ καὶ εὔσπλαγχνον τῆς φιλανθρωπίας, καὶ ἐκίνησεν ἐκεῖνον τὸν εὐσεβῆ λογισμόν· καὶ ἐξύπνισε τὴν ὕπνῳ βαθυτάτῳ κατακειμένην προαίρεσιν, καὶ ἀνέδειξε καὶ ἐφανέρωσέ μοι τοὺς προειρημένους γίγαντας. Λέγω δὲ πρῶτον, τὴν λήθην τὴν ἐκβάλλουσαν τὸν Ἀδὰμ ἐκ τοῦ παραδείσου. Εἰ μὴ γὰρ ἔλαθε τὴν παραγγελίαν τοῦ Δεσπότου, οὐκ ἂν ἐξέπεσε τῆς τοιαύτης δόξης· καὶ τὴν ῥᾳθυμίαν δι' ἧς ῥᾳθυμήσας ἤκουσε τῆς ἰμοζύγου· καὶ τὴν ἄγνοιαν δι' ἧς ἠγνόησε, τίς ἦν καὶ τί ὑπῆρχε. Ταῦτα τρία πνεύματα φανερά μοι κατέστησεν ὁ Κύριος Ἰησοῦς, διὰ τοῦ ἁγίου Πνεύματος τοῦ ἐνοικοῦντος ἐν σοί. Ἐξαπέστειλε γὰρ ἀληθῶς μάχαιραν δίστομον, ὅ ἐστι ῥῆμα Θεοῦ, καὶ ἐδιχοτόμησε τὸν νοῦν ἐν πολλῇ γαλήνῃ. Οὐ μόνον δὲ τούτου μέχρι ἐστὶν, ἀλλὰ καὶ ἡδύτητά τινα πνευματικὴν, ὡς τῶν σῶν ῥημάτων ἐνέθηκε τῇ προαιρέσει μου. Πόσοις οὖν στόμασι καὶ πόσαις γλώσσαις δυνηθῶ ἀξίως εὐχαριστῆσαι τῷ ἀληθινῷ καὶ Δεσπότῃ Θεῷ, ὑπὲρ τῶν παρὰ σοῦ ὑπομνησθέντων μοι εὐεργεσιῶν ; Ἢ αὖ πάλιν τῆς ἐπιστολῆς τὸ εὐμέθοδον καὶ εὔσπλαγχνον τῶν ῥημάτων, καὶ διεγερτικὸν πρὸς ζήτησιν τῆς ἀληθείας, καὶ τήρησιν ἐντολῶν Θεοῦ, καὶ πολλὴν ὠφέλειαν τοῦ βαδίσαι θέλοντος τὴν ὁδὸν τοῦ Κυρίου, τὴν ἀπάγουσαν εἰς ζωὴν αἰώνιον. Οὐ μόνον δὲ ἐμοὶ ἡ τοιαύτη ὠφέλεια διὰ τὸν λόγον ἐγένετο, ἀλλὰ καὶ ὅσοι αὐτὸν ἤκουσαν, μεγάλως ἐλαμπρύνθη αὐτῶν ἡ διάνοια, καὶ πολλὴν ὠφέλειαν ἐκαρπώσατο ἀπὸ τῶν ἐναργῶς λεχθέντων ῥημάτων Ἀμέλει τὰ ῥήματα πράγματα ἐβεβαιώθησαν, καὶ οἱ λόγοι οὐκ ἠκούσθησαν ὡς λόγοι, ἀλλ' ὡς ἔργον φανερὸν προκείμενον τοῖς ὀφθαλμοῖς ἡμῶν. Εὐθέως γὰρ ἐνέθηκε νῆψιν πολλὴν ὁ λόγος εἰς τὰς προαιρέσεις. Καὶ ἐπειδὴ ἐνεργῶς ἦν ὁ λόγος, οὐκ ἔμεινεν ἀέργως, ἀλλ' εὐθέως στάχυας ἐβλάστησε, καὶ τὸν καρπὸν ὥριμον ἔδειξε, καὶ οὐ μόνον ἕως τούτου ἐστὶν, ἀλλὰ καὶ ἀκόρεστος ἐγένετο, ὡς οἶδεν ὁ Θεός· ὁσάκις γὰρ ἐν-

τύχω, κόρον οὐ λαμβάνει ἡ ταλαίπωρός μου ψυχή. Τῇ οὖν πρεσβείᾳ τῆς σῆς ἁγιωσύνης, ἔσται τὸ δῶρον τοῦτο ἔμμονον, τοῦ παραμεῖναί με τὸν οὐράνιον σπινθῆρα, καὶ ἀπολέσαι παντελῶς τοὺς προειρημένους γίγαντας ἕως τέλους, μή ποτε ἐπιλάθωμαι, καὶ τῆς αὐτεξουσίου προαιρέσεως προδοσίᾳ ἐμβάλω ἐμαυτὸν εἰς τὰ προειρημένα κακά, καὶ γένωμαι κατάβρωμα τῶν ἐχθρῶν. Ἀλλὰ πιστεύω τῷ Κυρίῳ μου Ἰησοῦ Χριστῷ, τῷ ἐνοικοῦντι ἐν σοὶ, ὅτι διὰ τῆς ὁσιότητός σου καὶ τῶν ὁμοίως σοὶ ἀγωνιζομένων, οὐ μή με παρίδῃ, οὐδ' οὐ μὴ παραδώσῃ με εἰς τὰ στόματα τῶν προειρημένων γιγάντων· ἀλλὰ πάντοτε διὰ τῶν ὁσίων δούλων αὐτοῦ ὑπομιμνήσκων τὴν ὁδὸν αὐτοῦ, γνώρισαί μοι τῷ τάλανι εὐχαΐς σου ἁγίαις. Παρακαλῶ οὖν καὶ ἱκετεύω τὴν εὔσπλαγχνον καὶ ὁσίαν σου ψυχήν, μὴ καταγνῷς μου εἰς τοῦτο, ὅτι θαρσήσας ἀπετόλμησα τοῦ ἀντιχαράξαι γράμματα τῇ ἁγιότητί σου· ἀλλ' ἐπειδὴ εἶδον ἀνεῳγμένα σπλάγχνα πατρικὰ, κἂν δι' εὐτελῶν γραμμάτων παρακαλῶ καὶ δέομαι τοῦ μνημονεύεσθαί μου ἐν πάσῃ ὥρᾳ [ὅτι ἀεὶ ὁ Κύριος ἐπισκέπτεται τὸν παρεδρευτὴν καὶ ἀδιάλειπτον λατρευτὴν, λέγω δὴ τὸν ἀξίως κεκαθαρμένον νοῦν τῆς εὐλογημένης σου ψυχῆς], ὅπως διὰ τῆς ἁγιωσύνης σου κἀγὼ ἀπὸ τῶν κακῶν μου ῥυσθῶ, καὶ εὕρω διέξοδον ἀγαθὴν χάριτι Χριστοῦ τοῦ Θεοῦ, μεθ' οὗ τῷ Πατρὶ τιμὴ καὶ κράτος σὺν ἁγίῳ Πνεύματι, εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

A fructum tempestivum exhibuit, neque etiam eo usque solum processit, sed eo satiari nemo poterat (ita novit Deus): quandocunque enim incido in illum, anima mea misera satietatem non capit. Precibus igitur sanctitatis tuæ hoc donum perpetuo inhærebit, ut ego scintilla cœlestis permaneam, deletis prorsus jam dictis gigantibus in finem usque, ne forte etiam liberi arbitrii oblitus, meipsum prodens in ante dicta mala me conjiciam et fiam pabulum adversariorum meorum. Cæterum credo, Dominum meum Jesum Christum qui in te inhabitat, ope sanctitatis tuæ, aliorumque perinde ac tu certantium, non aspernaturum esse me, nec traditurum in ora modo dictorum gigantum; verum assidua opera sanctorum servorum suggesturum, ut B ego miser, adjutus sanctis tuis precibus, perspectam habeam viam suam. Quare deprecor ac supplico misericordi sanctæque animæ tuæ, ne me damnes eo nomine, quod nimia fiducia adductus, ausus sum rescribere litteras sanctitati tuæ: quoniam ubi animadverti aperta esse viscera paterna, statui vel levibus litteris obsecrare te et precari, ut hora quacunque memor sis mei (semper enim observat Dominus assidentem sibi et irremissum cultorem, mentem dico benedictæ animæ tuæ digne purgatam), ut per sanctimoniam tuam ego quoque liberer a vitiis meis, felicemque consequar exitum, per gratiam Christi Dei, cum quo, Patri honor et imperium, una cum sancto Spiritu, in sæcula sæculorum. Amen.

OPUSCULUM VI.

Κεφάλαια νηπτικά.

Α'. Ὁ κατὰ τὸ Εὐαγγέλιον μόνον πιστὸς, τὸ ὄρος C τῆς κακίας ἑαυτοῦ διὰ πίστεως μετατίθησιν, ἀπωθούμενος ἑαυτοῦ τῇ ἀστάτῳ περιφορᾷ τὴν ὑπὸ αἴσθησιν τὴν ἐπ' αὐτῆς προτέραν διάθεσιν. Ὁ δὲ μαθητὴς εἶναι δυνάμενος, ἐκ τοῦ Λόγου δεχόμενος χερσὶ τῶν γνωστικῶν ἄρτων τὰ κλάσματα, διατρέφει χιλιάδας, πράξει δεικνὺς πληθυνομένην τοῦ Λόγου τὴν δύναμιν. Ὁ δὲ ἀπόστολος ἰσχύσας εἶναι, πᾶσαν ἰατρεύει νόσον, καὶ πᾶσαν μαλακίαν, ἐκβάλλων δαιμόνια, τοῦτ' ἔστι τὴν τῶν παθῶν φυγαδεύων ἐνέργειαν, νοσοῦντας ἰώμενος, πρὸς ἕξιν εὐσεβείας τοὺς στερηθέντας αὐτῆς δι' ἐλπίδος ἐπανάγων, καὶ τοὺς δι' ὀκνων μαλακισθέντας ἐπιστύφων τῷ λόγῳ τῆς πίστεως. Πατεῖν γὰρ ἐπάνω ὄφεων καὶ σκορπίων κελευσθεὶς ἀρχὴν, τέλος τῆς ἁμαρτίας ἐξαφανίζει.

Β'. Σάββατα σαββάτων ἐστὶν ἠρεμία ψυχικὴ ψυ- D χῆς λογικῆς, καὶ ἀπ' αὐτῶν πάντων ἐν τοῖς οὖσι θειοτέρων λόγων τὸν νοῦν συστειλάσης, καὶ μόνον τὸν Θεὸν κατ' ἐρωτικὴν ἔκστασιν ὁλικῶς ἐνδυσάσης, καὶ παντελῶς ἀκίνητον αὐτὸν τοῦ Θεοῦ διὰ τῆς μυστικῆς θεολογίας ποιησάσης.

Γ'. Θέρους θέρος ἐστὶν ἡ πᾶσα ἄβατος, καὶ κατὰ τὴν τῶν γαητῶν μυστικὴν θεωρίαν, περὶ οὗ ἀγνώ-

Capitula de Temperantia.

Qui juxta legem evangelicam fidelis est duntaxat, fide transfert a seipso montem nequitiæ, instabili revolutione a seipso excutiens affectum sub sensu positum, qui prius in sensu residebat. Qui vero potest esse discipulus, a Verbo suscipiens manibus fragmenta panum notionem præstantium, alit multa millia, ostendens ipso facto multiplicari vim Verbi. Cui autem pervenire licet ad gradum apostoli, is curat omnem morbum et omnem languorem, ejiciens dæmonia, hoc est, fugans affectionum efficaciam, sanans ægrotos, spe reducens ad habitum pietatis eos, qui illo privati erant, perstringens verbo fidei quos reperit ignavia languentes. Qui enim jussus est conculcare caput serpentum et scorpionum, delet caudam peccati.

II. Sabbata sabbatorum est requies rationalis animæ rationalis, quæ a cunctis ipsis rerum divinioribus sermonibus mente correpta amoris excessu solum plane Deum induit, ipsamque prorsus inseparabilem a Deo mysticæ theologiæ beneficio reddit.

III. Messis messium est omnis inaccessa Dei intellectio, et quæ post mysticam rerum sub intel-

lectum cadentium speculationem, modo nobis ignoto, consistit in intellectu; quam commode promit, qui ex conspicuis et invisibilibus creaturis pro dignitate veneratur creatorem.

IV. Qui peremptis ante primis peccati motionibus sextum agit evangelice diem, ope virtutum, omni vitio vacuum apprehendit statum affectibus carentem, mente quiescens vel ab ipsa nuda affectionum imaginatione. Qui vero Jordanem transmisit, migrat in regionem notitiæ, qua mens ædificata, mysticæ pacis opera Dei domicilium evadit in spiritu.

V. Qui cum exhibitione operum et cogitationum sextum sibi ipsi divine complevit diem, ac Deo favente recte sua peregit opera, omnem intellectu trajecit hypostasin naturalem et temporaneam; estque translatus in mysticam sæculorum et æternorum contemplationem, animo rerum plane relictarum et transmissarum, ratione nobis ignota, Sabbatum agens. Sin octavo quoque die dignus habitus resurrexit a mortuis (nempe ab omnibus inferioribus Deo rerum sensibilium et intelligibilium sermonibus et conceptis), vixit beatam Dei vitam (cum lex revera proprie vitæ sit et dicatur), quali promotione divina factus est ipse Deus.

VI. Omnia quæ subjacent oculis, egent cruce, sub qua habitus contineat habitudinem eorum quæ sensu peraguntur; cuncta vero quæ percipiuntur intellectu, exigunt sepulcrum, in quo nullus sit eorum motus quæ versantur animo. Naturali enim circa res omnes actione motuque una cum habitudine sublatis, ratio nuda in seipsa consistens velut a mortuis excitata, emergit super omnia quæ circumscribuntur ab ipsa, cum nihil sit prorsus, quod per naturalem habitudinem cum ipsa familiaritatem habeat. A gratia siquidem oritur, non a natura, salus eorum qui salvantur.

VII. Donec pure animo egressi fuerimus habitum, quem gerimus erga nostram omniumque inferiorum Deo substantiam, immunitatem aversionis a virtute nondum accepimus. Ubi enim hæc dignitas prospere nobis per charitatem obvenerit, tum agnoscemus vim promissionis divinæ: quoniam qui digni sunt, credere debent, illic esse domicilium immotum, ubi præveniens animus virium suarum per charitatem fixit radices. Nam qui a seipso et ab omnibus quæ quomodocunque comprehenduntur animo, non fuerit egressus, et in silentio intellectum excedente constitutus, ab omnium mutatione liber esse non potest.

VIII. Omnis intellectio profecto plurium aut ad minimum duorum significationem habet. Est enim habitudo media inter extrema quædam illis invicem consentanea: Quandoquidem tum illud quod intelligitur officio cujusdam subjecti fungitur, tum etiam ipsum intelligens; neutrum enim omnino simplicitatem natura servare potest, habens plane facultatem intelligendi, quæ simul intelligatur ab

τως συνισταμένη τοῦ Θεοῦ κατανόησις, ἣν προσφέρει δεόντως ὁ ἐκ τῶν ὁρατῶν καὶ τῶν ἀοράτων κτισμάτων ἀξίως γεραίρων τὸν κτίσαντα.

Δ'. Ὁ τὴν ἕκτην (7) εὐαγγελικῶς ἄγων ἡμέραν, ἀποκτείνας πρότερον τὰ τῆς ἁμαρτίας πρῶτα κινήματα, τὴν πάσης κακίας ἔρημον διὰ τῶν ἀρετῶν καταλαμβάνει τῆς ἀπαθείας κατάστασιν, σαββατίζων κατὰ νοῦν καὶ αὐτῆς ψιλῆς τῆς τῶν παθῶν φαντασίας. Ὁ δὲ τὸν Ἰορδάνην διαπεράσας, εἰς τὴν τῆς γνώσεως μετατίθεται χώραν, καθ' ἣν ὁ νοῦς μυστικῶς ὑπὸ τῆς εἰρήνης οἰκοδομούμενος, Θεοῦ γίνεται κατοικητήριον ἐν πνεύματι.

Ε'. Ὁ τὴν ἕκτην θεϊκῶς μετὰ τῶν προσφόρων ἔργων καὶ ἐννοιῶν ἑαυτῷ συμπληρώσας ἡμέραν, καὶ αὐτὸς μετὰ τοῦ Θεοῦ καλῶς τὰ ἑαυτοῦ συντελέσας ἔργα, διέβη τῇ κατανοήσει πᾶσαν τὴν ὑπὸ φύσιν καὶ χρόνον ὑπόστασιν, καὶ εἰς τὴν τῶν αἰώνων καὶ αἰωνίων μετετάξατο μυστικὴν θεωρίαν, σαββατίζων ἀγνώστως κατὰ νοῦν τὴν ὁλικὴν τῶν ὄντων ἀπόλειψίν τε καὶ ὑπέρβασιν. Εἰ δὲ καὶ τῆς ὀγδόης ἀξιωθεὶς, ἐκ τῶν νεκρῶν ἀνέστη [τῶν μετὰ Θεὸν λέγω πάντων αἰσθητῶν τε καὶ νοητῶν, καὶ λόγων] καὶ νοημάτων, καὶ ἔζησε τὴν τοῦ Θεοῦ μακαρίαν ζωὴν [τοῦ νόμου κατὰ ἀλήθειαν κυρίως ζωῆς καὶ λεγομένου καὶ ὄντος], οἷα καὶ αὐτὸς γενόμενος τῇ θεώσει Θεός.

Ϛ'. Τὰ φαινόμενα πάντα δεῖται σταυροῦ, τῆς τῶν ἐπ' αὐτοῦ κατ' αἴσθησιν ἐνεργουμένων ἐπεχούσης τὴν σχέσιν ἕξεως· τὰ δὲ νοούμενα πάντα χρῄζει ταφῆς, τῆς τῶν ἐπ' αὐτῆς κατὰ νοῦν ἐνεργουμένων ὁλικῆς ἀκινησίας. Τῇ γὰρ σχέσει συναναιρουμένης τῆς περὶ πάντα φυσικῆς ἐνεργείας τε καὶ κινήσεως, ὁ λόγος μόνον ἐφ' ἑαυτὸν ὑπάρχων ὥσπερ ἐκ νεκρῶν ἐγηγερμένος, προσαναφαίνεται πάντα περιγραφὴν ἔχοντα ἐξ αὐτοῦ, μηδενὸς φυσικῇ σχέσει τὴν πρὸς αὐτὸν οἰκειότητα τὸ σύνολον ἔχοντος· κατὰ χάριν γὰρ, ἀλλ' οὐ κατὰ φύσιν ἐστὶν ἡ τῶν σωζομένων σωτηρία.

Ζ'. Ἕως τῆς ἡμῶν τε καὶ πάντων τῶν μετὰ Θεὸν οὐσίας κατὰ διάνοιαν καθαρῶς οὐκ ἐμβεβήκαμεν τὴν ἕξιν, οὔπω τὴν κατ' ἀρετὴν ἀτρεψίαν ἐλάβομεν. Ὁπηνίκα δὲ τοῦτο δι' ἀγάπης ἡμῖν κατορθωθῇ τὸ ἀξίωμα, τότε γνωσόμεθα τῆς θείας ἐπαγγελίας τὴν δύναμιν· ἐκεῖ γὰρ εἶναι χρὴ πιστεύειν καθίδρυσιν ἀμετάθετον τοὺς ἀξίους, ἔνθα προλαβὼν ὁ νοῦς δι' ἀγάπης τὴν σφετέραν ἐρρίζωσε δύναμιν. Ὁ γὰρ μὴ ἐκβὰς ἑαυτοῦ, καὶ πάντων τῶν ὁπωσοῦν νοεῖσθαι δυναμένων, καὶ εἰς τὴν ὑπὲρ νόησιν σιγὴν καταστὰς, οὐ δύναται τροπῆς εἶναι πάντων ἐλεύθερος.

Η'. Πᾶσα νόησις, πλήθους, ἢ τὸ ἐλάχιστον δυάδος, πάντως ἔμφασιν ἔχει. Μέση γάρ τινων ἐστὶν ἀκροτήτων σχέσις ἀλλήλοις συνάπτουσα Τό τε [νο]οῦν καὶ τὸ νοούμενον· οὐδὲ γὰρ οὐδέτερον δι' ὅλου τὴν ἁπλότητα πέφυκε σώζειν· τό τε γὰρ νοοῦν, ὑποκείμενόν τί ἐστι, πάντως συνεπινοουμένην αὐτῷ τὴν τοῦ νοεῖσθαι ἔχον δύναμιν, ἢ πρὸς ὑποκειμένην τὴν οὗ ἐστι δύναμις οὐσίαν. Οὐ γάρ τι τῶν ὄντων τὸ σύνολον, αὐτὸ καθ' ἑαυτὸ, ἁπλῆ τις οὐσία ἢ νόησίς ἐστιν, ἵνα καὶ μονὰς ἀδιαίρετος. Τὸν δὲ Θεὸν εἶτα

(7) Ὁ τὴν ἕκτ. Hæc et sequens sententia caute perlegenda.

οὐσίαν εἴπομεν, οὐκ ἔχει φυσικῶς συνεπινοουμένην αὐτῷ τὴν τοῦ νοεῖσθαι δύναμιν, ἵνα μὴ καὶ σύνθετος· εἴτε νόησις, οὐκ ἔχει φυσικῶς δεκτικὴν τὴν τῆς νοήσεως ὑποκειμένην οὐσίαν. Ἀλλ' αὐτὸς κατ' οὐσίαν, νόησίς ἐστιν ὁ Θεὸς, καὶ ὅλος νόησις, καὶ μόνον, καὶ ὑπὲρ οὐσίαν ὅλος, καὶ ὑπὲρ νόησιν ὅλος· διότι μονὰς ἀδιαίρετος, καὶ ἀμερὴς, καὶ ἁπλῆ. Ὁ τοίνυν καθοτιοῦν νόησιν ἔχων, οὕπω τῆς δυάδος ἐξῆλθεν· ὁ δὲ ταύτην πάμπαν ἀπολιπὼν, γέγονε ποσῶς ἐν τῇ μονάδι, τὴν τοῦ νοεῖν ὑπεροχικῶς ἀποθέμενος δύναμιν.

A ipso : vel erga subjectam substantiam ejus qui præditus est facultate. Nulla enim res prorsus exstat, quæ per seipsam simplex substantia sit aut intellectio, ut sit unitas individua. Deus autem sive substantia dicatur, non habet a natura facultatem intelligendi quæ una intelligatur ab ipso, ne sit compositus ; sive dicatur intellectio, non habet naturaliter subjectam substantiam intellectionis susceptivam. At vero Deus ipse secundum substantiam est intellectio, et totus intellectio, ac solus et totus excedens substantiam et intellectum : ideoque unitas individua, simplex et carens partibus. Proinde qui quomodocunque præditus est intellectione, nondum exiit binarium ; qui vero hunc prorsus reliquit, aliquantisper in unitate vim intelligendi præstantissime deposuit.

Θ'. Ἐν μὲν τοῖς πολλοῖς ἑτερότης καὶ ἀνομοιότης ἐστὶ καὶ διαφορά· ἐν δὲ τῷ Θεῷ κυρίως ἑνὶ καὶ μόνῳ τυγχάνοντι, ταύτης καὶ ἔξω γενέσθαι, τῶν πολλῶν ἐπιβάλλειν ταῖς περὶ Θεοῦ θεωρίαις. Καὶ δηλοῖ τοῦτο Μωϋσῆς ἔξω τῆς παρεμβολῆς πηγνύμενος τὴν σκηνὴν τῆς διανοίας, καὶ τότε προσομιλῶν τῷ Θεῷ. Τὸ γὰρ μετὰ λόγου τοῦ κατὰ προφορὰν πειρᾶσθαι φάναι τὸν ἄῤῥητον, ἐπικίνδυνον, ὅτι δυὰς καὶ πλέον ἐστὶν ὁ κατὰ προφορὰν λόγος. Τὸ δὲ ἄνευ φωνῆς μόνῃ ψυχῇ τὸ ὂν θεωρεῖν, ἰσχυρότερον, ὅτι κατὰ τὴν ἀδιαίρετον ἵσταται μονάδα, καὶ οὐκ ἐν τοῖς πολλοῖς. Ὁ γὰρ ἀρχιερεὺς ἅπαξ τοῦ ἔτους εἰς τὰ Ἅγια τῶν ἁγίων ἔσω τοῦ καταπετάσματος εἰσιέναι μόλις προστεταγμένος, διὰ βάσκει, μόνον δεῖν ἐκεῖνον τὸν τὴν αὐτὴν καὶ τὰ ἅγια διαβάντα, καὶ εἰς τὰ Ἅγια τῶν ἁγίων ἔσω γενόμενον, τοῦτ' ἔστι τὴν ἅπασαν τῶν αἰσθητῶν τε καὶ νοη[μα]τῶν παρελθόντα φύσιν, καὶ πάσης τῆς κατὰ τὴν γένεσιν ἰδιότητος γενόμενον καθαρὸν, ἀνείμονι καὶ γυμνῇ τῇ διανοίᾳ προσβάλλειν ταῖς περὶ Θεοῦ φαντασίαις.

B IX. Multis quidem in rebus est diversitas, dissimilitudo atque differentia ; dicere vero, Deum qui proprie unus ac solus est, illius expertem esse, est multorum de Deo speculationes incessere. Et hoc ita se habere declarat Moyses, qui fixo extra castra tabernaculo intellectus, familiariter est cum Deo locutus. Periculosum enim est, sermone prolato ineffabilem eloqui tentare, quia sermo prolatus, dualis est ac pluralis. At animo solo sine voce contemplari ipsum ens, tutius est, quoniam in individua subsistit unitate, non in pluribus. Etenim pontifex, cui vix mandatum erat ut semel in anno ingrederetur in Sancta sanctorum intra velamen, docet, illum solum qui aulam et sancta transiit, et ad Sancta sanctorum pervenit, hoc est, C rerum sensibilium ac intelligibilium universam naturam transgressus est, et omni vitio peculiari quod contraxit a nativitate, purgatus, nuda apertaque mente ad imaginationes de Deo irrumpere debere.

Ι'. Μωσῆς ὁ μέγας ἔξω τῆς παρεμβολῆς πηξάμενος τὴν ἑαυτοῦ σκηνὴν, τοῦτ' ἔστι τὴν γνώμην καὶ τὴν διάνοιαν ἱδρυσάμενος ἔξω τῶν ὁρωμένων, προσκυνεῖν τὸν Θεὸν ἄρχεται, καὶ εἰς τὸν γνόφον εἰσελθὼν τὸν ἀδῆ καὶ ἄῦλον τῆς γνώσεως τόπον, ἐκεῖ μένει τελούμενος τὰς ἱερωτάτας τελετάς.

X. Magnus ille Moses cum fixisset extra castra suum ipsius tabernaculum, hoc est, semotis iis quæ cernuntur, firmasset animum et intellectum, cœpit adorare Deum ; et in nubem caliginosam ingressus, in amœnum et materia carentem notitiæ locum, illic manet, ut initietur sacrosanctis mysteriis.

ΙΑ'. Ὁ τὸν νόμον (8) διὰ βίου καὶ πολιτείας ἐπιτελῶν, μόνων τῶν τῆς κακίας ἀργεῖ συμπερασμάτων, καταθύων τῷ Θεῷ τὴν ἄλογον τῶν παθῶν ἐνέργειαν, καὶ τούτῳ πρὸς σωτηρίαν ἀρκεῖται τῷ τρόπῳ, διὰ τὴν ἐν αὐτῷ πνευματικὴν νηπιότητα.

XI. Qui vita et conversatione legem exsequitur, is vitiosis duntaxat connexionibus vacat, immolans Deo irrationalem affectuum operationem, cui modus ille sufficiat ad salutem, ob exilitatem sui spiritus. D

ΙΒ'. Ὁ τὴν εὐαγγελικὴν ζωὴν γνησίως ἀσπαζόμενος, καὶ ἀρχὴν καὶ τέλος ἑαυτοῦ τῆς κακίας ἐξέτεμε, καὶ πᾶσαν ἀρετὴν ἔργῳ τε καὶ λόγῳ μετέρχεται, θύων θυσίαν αἰνέσεως, καὶ ἐξομολογήσεως, πάσης τῆς κατ' ἐνεργείας τῶν παθῶν ἀπηλλαγμένος ὀχλήσεως, καὶ τῆς κατὰ νοῦν πρὸς αὐτὴν μάχης ὑπάρχων ἐλεύθερος, καὶ μόνον ἔχων τὴν ἐπ' ἐλπίδι τῶν μελλόντων ἀγαθῶν τὴν ψυχὴν διατρέφουσαν ἀκόρεστον ἡδονήν.

XII. Qui vitam evangelicam vere complectitur, initium et finem sui ipsius a vitio secrevit, omnemque virtutem opere et sermone percurrit, immolans sacrificium laudis et confessionis, ereptus ab omni perturbatione quæ gignitur ex affectuum vigore, et liber a conflictu mentis adversus illam, alens duntaxat animo, spe futurorum bonorum, delicias nullam afferentes satietatem.

ΙΓ'. Ὁ τῆς γεέννης φόβος, κακίαν φεύγειν παρασκευάζει τοὺς εἰσαγομένους· ὁ δὲ πόθος τῆς τῶν ἀγαθῶν ἀντιδόσεως, τοῖς προκόπτουσι τὴν ἐπ' ἐνεργείᾳ τῶν ἀγαθῶν χαρίζεται προθυμίαν. Τὸ δὲ τῆς ἀγάπης μυστήριον, πάντων ὑπεραίρει τῶν γεγονό-

XIII. Metus gehennæ instruit novitios, ut fugiant vitium ; desiderium autem remunerandi acceptæ beneficia, largitur promotis alacritatem animi ad ea quæ bona sunt peragenda. At charitatis mysterium supra creaturas omnes extollit mentem, ei-

(8) Ὁ τὸν νόμον, hanc item et sequentem sententiam caute legas.

ficiens illam cæcam quoad universa Deo posteriora. Illos enim solos Dominus, patefactis quæ diviniora sunt, sapientia docet, qui cæci sunt in rebus Deo inferioribus.

XIV. Qui nosse desiderat, immota animæ fundamenta figat apud Dominum, quemadmodum Deus dixit Mosi : *Tu vero hic sta mecum* [71]. Sciendum porro discrimen esse inter eos qui stant apud Dominum, si modo non abs re legitur illud a discendi studiosis : *Sunt quidam de hic stantibus, qui non gustabunt mortem, donec videant regnum Dei venientis in virtute* [72]. Non enim Dominus omnibus apud eum stantibus semper apparet gloriosus, sed ad novitios quidem accedit in forma servi : illis vero qui sequi possunt eum ascendentem in excelsum montem transfigurationis suæ, apparet in forma Dei, in qua erat antequam mundus exstaret. Potest ergo fieri, ut simul idem Dominus appareat omnibus apud eum constitutis ; verum his quidem hoc modo, illis vero aliter, pro modo fidei cujusque, nempe pro variorum meditatione.

XV. *Oritur sol, et occidit sol* [73], inquit Scriptura. Proinde etiam verbum quandoque superno modo existimatur, quandoque inferno ; pro dignitate videlicet, ipso sermone et animo percurrentium virtutem, et circa divinam cognitionem versantium. Sed beatus est ille, qui possidet adytum in seipso, more Jesu filii Nave, solem justitiæ ; qui totus est modus diei nequitiæ præsentis vitæ, non circumscriptus vespera et ignoratione ; ut legitime fugare possit malignos dæmones insurgentes in eum.

XVI. Qui pietati deditam percurrit philosophiam, stans in acie adversus invisibiles potestates, deprecetur ut naturaliter insita sibi discretio mediocri lumine prædita, et illuminatrix gratia sancti Spiritus secum permaneant. Illa enim moderatur carnem ad virtutem exercendam ; hæc autem illustrat animum, ut conversationem quæ sapientia regitur, omnibus anteponat : qua destruuntur arces tum vitiorum tum celsitudinis omnis extollentis sed adversus cognitionem Dei [74]. Quod perspicuum facit Jesus filius Nave, postulans precibus ut subsisteret sol contra Gabaonitas, hoc est, ut arcanum lumen illud cognitionis Dei conservaretur in monte contemplationis animi ; et luna in valle, hoc est, discretio naturalis in carne debili posita, absque virtutis alteratione perduraret.

XVII. Qui metu Judæorum in Galilæa sedent in tabulato claudentes portas ; id est, qui timore spirituum malignorum in regione revelationum secure vivunt, claudentes sensus instar portarum, suscipiunt adveniens ignoto modo Verbum Dei, sine ullius sensus operatione apparens illis. Quod quidem per tranquillitatem et distributionem sancti Spiritus insufflans, confert affectionum vacuitatem, præ-

A των τὸν νοῦν, πρὸς πάντα τὰ μετὰ Θεὸν τυφλὸν ἀπεργαζόμενον. Μόνους γὰρ τοὺς τυφλοὺς πρὸς πάντα τὰ μετὰ Θεὸν γεγενημένους ὁ Κύριος σοφίζει, δεικνὺς τὰ θειότερα.

ΙΔ'. Ὁ γνώσεως ἐφιέμενος, ἀμετακινήτως τὰς βάσεις τῆς ψυχῆς ἐρεισάτω παρὰ τῷ Κυρίῳ καθὼ φησιν ὁ Θεὸς τῷ Μωσεῖ· *Σὺ δὲ αὐτοῦ στῆθι μετ' ἐμοῦ*. Ἰστέον δὲ, ὅτι καὶ ἐν αὐτοῖς τοῖς ἱσταμένοις παρὰ τῷ Κυρίῳ ἐστὶ διαφορὰ, εἴπερ ἐκεῖνο μὴ παρέργως ἀναγινώσκεται τοῖς φιλομαθέσι, τὸ, Καὶ *εἰσί τινες τῶν ὧδε ἑστηκότων, οἵτινες οὐ μὴ γεύσωνται θανάτου, ἕως ἂν ἴδωσι τὴν βασιλείαν τοῦ Θεοῦ ἐληλυθυῖαν ἐν δυνάμει*. Οὐ γὰρ πᾶσιν ἀεὶ μετὰ δόξης ὁ Κύριος ἐπιφαίνεται παρ' αὐτῷ ἱσταμένοις, ἀλλὰ τοῖς μὲν εἰσαγομένοις, ἐν δούλου μορφῇ

B παραγίνεται· τοῖς δὲ δυναμένοις ἀκολουθῆσαι αὐτῷ ἐπὶ τὸ ὑψηλὸν ἀναβαίνοντι τῆς αὐτοῦ μεταμορφώσεως ὄρος, ἐπὶ Θεοῦ μορφῇ ἐπιφαίνεται, ἐν ᾗ ὑπῆρχε πρὸ τοῦ τὸν κόσμον εἶναι. Δυνατὸν οὖν ἐστι κατὰ τὸ αὐτὸ τὸν αὐτὸν πᾶσι τοῖς παρ' αὐτὸν τυγχάνουσιν ἐπιφαίνεσθαι Κύριον· ἀλλὰ τοῖς μὲν οὕτω, τοῖς δὲ ἑτέρως, κατὰ τὸ μέτρον τῆς ἐν ἑκάστῳ πίστεως, δηλονότι ποικίλων τὴν θεωρίαν.

ΙΕ'. *Ἀνατέλλει ὁ ἥλιος, καὶ δύνει ὁ ἥλιος*, φησὶν ἡ Γραφή. Οὐκοῦν καὶ ὁ λόγος, ποτὲ μὲν νομίζεται ἄνω, ποτὲ δὲ κάτω, κατὰ τὴν ἀξίαν δηλονότι, καὶ αὐτὸν τὸν λόγον, ἢ τὸν τρόπον τῶν μετερχομένων τὴν ἀρετὴν, καὶ περὶ τὴν θείαν κινουμένων γνῶσιν. Μακάριος δὲ ὁ κρατῶν ἄδυτον ἐν ἑαυτῷ, κατὰ τὸν τοῦ

C Ναυῆ Ἰησοῦν τὸν τῆς δικαιοσύνης ἥλιον, ὅλον τὸ μέτρον τῆς κατὰ τὴν παροῦσαν ζωὴν ἡμέρας κακίας, ἐσπέρας καὶ ἀγνωσίας μὴ περιγραφόμενον, ἵνα δυνηθῇ νομίμως τροπώσασθαι τοὺς ἐπανισταμένους αὐτοῦ πονηροὺς δαίμονας.

ΙϚ'. Ὁ τὴν κατ' εὐσέβειαν μετιὼν φιλοσοφίαν, καὶ πρὸς τὰς ἀοράτους παρατασσόμενος δυνάμεις, εὐχέσθω τήν τε φυσικὴν αὐτῷ διάκρισιν παραμεῖναι φῶς ἔχουσαν σύμμετρον καὶ τὴν φωτιστικὴν τοῦ Πνεύματος χάριν. Ἡ μὲν γὰρ παιδαγωγεῖ τὴν σάρκα πρὸς ἀρετὴν διὰ πράξεως· ἡ δὲ, φωταγεῖ τὸν νοῦν τὴν τῆς σοφίας πάντων προκρῖναι συμβίωσιν, καθ' ἣν τῶν τε τῆς κακίας ὀχυρωμάτων, καὶ παντὸς ὑλώματος ἐπαιρομένου κατὰ τῆς γνώσεως τοῦ Θεοῦ,

D ποιεῖται τὴν καθαίρεσιν. Καὶ δηλοῖ δι' εὐχῆς αἰτῶν ὁ Ναυῆ Ἰησοῦς στῆναι τὸν ἥλιον κατὰ Γαβαών, τοῦτ' ἔστιν, ἄδυτον αὐτὸν τὸ φῶς τῆς γνώσεως τοῦ Θεοῦ, κατὰ τὸ ὄρος τῆς κατὰ νοῦν θεωρίας φυλαχθῆναι· καὶ τὴν σελήνην κατὰ φάραγγα, τοῦτ' ἔστι, τὴν φυσικὴν διάκρισιν, ἐπὶ τῆς σαρκικῆς ἀσθενείας κειμένην, ἀπὸ τῆς ἀρετῆς ἀναλλοίωτον διαμεῖναι.

ΙΖ'. Οἱ διὰ τὸν φόβον τῶν Ἰουδαίων κατὰ τὴν Γαλιλαίαν ἐν τῷ ὑπερῴῳ κλείσαντες τὰς θύρας καθήμενοι, τοῦτ' ἔστιν οἱ διὰ τὸν φόβον τῶν πνευμάτων τῆς πονηρίας κατὰ τὴν χώραν τῶν ἀποκαλύψεων ἐν τῷ ὕψει τῶν θείων θεωρημάτων ἀσφαλῶς βεβηκότες, θυρῶν δίκην μύσαντες τὰς αἰσθήσεις, παραγινόμενον ἀγνώστως δέχονται τὸν τοῦ Θεοῦ Λόγον, ἄνευ τῆς κατ' αἴσθησιν ἐνεργείας αὐτοῖς ἐπιφαινόμενον, ἀπὸ-

[71] Deut. v, 31 [72] Matth. vi, 28. [73] Eccle. i, 5. [74] II Cor. x, 5.

θειάν τε διὰ τῆς εἰρήνης, καὶ μερισμοὺς Πνεύματος ἁγίου διὰ τῆς ἐμπνεύσεως δωρούμενον, καὶ τὴν κατὰ πνευμάτων πονηρῶν ἐξουσίαν παρέχοντα, καὶ δεικνύοντα τῶν αὐτοῦ μυστηρίων τὰ σύμβολα.

ΙΗ'. Ἡ γῆ τῶν Χαλδαίων, ἐστὶν ὁ ἐμπαθὴς βίος, ἐν ᾧ τῶν ἁμαρτημάτων δημιουργεῖται καὶ προσκυνεῖται τὰ εἴδωλα· ἡ δὲ μέση τῶν ποταμῶν, ἐστὶν ὁ ἐπαμφοτερίζων τοῖς ἐναντίοις τρόποις· ἡ δὲ γῆ τῆς ἐπαγγελίας, ἐστὶν ἡ παντὸς ἀγαθοῦ πεπληρωμένη κατάστασις. Πᾶς οὖν ὁ ταύτης, κατὰ τὸν παλαιὸν Ἰσραὴλ, τῆς ἕξεως, πρὸς δουλείαν πάλιν κατασύρεται παθῶν, τῆς δοθείσης ἐλευθερίας στερούμενος.

ΙΘ'. Σημειωτέον, ὡς οὐδεὶς τῶν ἁγίων φαίνεται κατελθὼν εἰς τὴν Βαβυλωνίαν· οὐ γὰρ θέμις, οὔτε συνέσεώς ἐστι λογικῆς, τῶν ἀγαθῶν ἀνθαιρεῖσθαι τὰ χείρονα τοὺς τὸν Θεὸν ἀγαπῶντας. Εἰ δέ τινες αὐτῶν κατὰ βίαν ἐκεῖ τῷ λαῷ συναπήχθησαν, νοοῦμεν διὰ τούτων τοὺς μὴ προηγουμένως, ἀλλὰ κατὰ περίστασιν σωτηρίας, ἕνεκεν τῶν χρῃζόντων χειραγωγίας, ἀφέντας τὸν ὑψηλότερον τῆς γνώσεως λόγον, καὶ τὴν περὶ παθῶν μετέρχομένους διδασκαλίαν. Καθ' ἣν καὶ ὁ μέγας Ἀπόστολος ἐν σαρκὶ λυσιτελέστερον ἔκρινεν εἶναι, τοῦτ' ἔστι τῇ ἠθικῇ διδασκαλίᾳ, διὰ τοὺς μαθητάς, ὅλον ἔχων τὸν πόθον ἀναλῦσαι τῆς ἠθικῆς διδασκαλίας, καὶ σὺν Χριστῷ γενέσθαι διὰ τῆς κατὰ νοῦν ὑπερκοσμίου καὶ ἁπλῆς θεωρίας.

Κ'. Ἀποδημεῖ σαρκὸς, ὁ πρὸς τὴν γνωστικὴν ἕξιν μεταβὰς ἀπὸ τῆς πρακτικῆς, ἁρπαζόμενος, ὡς αἱ νεφέλαι, τοῖς ὑψηλοτέροις νοήμασιν εἰς τὸν διαφανῆ τῆς μυστικῆς θεωρίας ἀέρα, καθὸ σὺν Κυρίῳ εἶναι δυνήσεται. Πάντοτε ἐκδημεῖ ἀπὸ τοῦ Κυρίου, ὁ μήπω δίχα τῶν κατ' αἴσθησιν ἐνεργειῶν καθαρῷ νοῒ θεωρῆσαι κατὰ τὸ ἐφικτὸν τὰ νοήματα δυνάμενος, καὶ τὸν περὶ τοῦ Κυρίου λόγον ἁπλοῦν χωρὶς αἰνιγμάτων μὴ χωρῶν.

ΚΑ'. Πῶς τὸν Θεὸν ἐν τῷ τῆς ἁγίας Γραφῆς ποικίλως διὰ τῶν αἰνιγμάτων σεσωματωμένον ὁρῶμεν τὸν τοῦ Θεοῦ Λόγον, οὕπω τὸν ἀσώματον καὶ ἁπλοῦν καὶ ἐνιαῖον, καὶ μόνον, ὡς ἐν ἀσωμάτῳ καὶ ἐνιαίῳ καὶ μόνῳ Υἱῷ, νοητῶς τεθεάμεθα Πατέρα· κατὰ τὸ, *Ὁ ἑωρακὼς ἐμὲ, ἑώρακε τὸν Πατέρα· κἀγὼ ἐν τῷ Πατρὶ, καὶ ὁ Πατὴρ ἐν ἐμοί;* Πολλοῖς οὖν χρεία τῆς ἐπιστήμης, ὥστε διαδύντας πρότερον τὰ περὶ τὸν Λόγον τῶν ῥημάτων καλύμματα, οὕτω γυμνὸν τῷ νοῒ καθαρὸν αὐτὸν ἐστῶτα θεάσασθαι τὸν τοῖς ἀνθρώποις δεικνύντα. Διόπερ ἀνάγκη τὸν εὐσεβῶς τὸν Θεὸν ἐπιζητοῦντα, μηδενὶ κρατεῖσθαι ῥητῷ, ἵνα μὴ ἀντὶ Θεοῦ τὰ περὶ Θεοῦ λάθῃ λαβὼν, τοῦτ' ἔστιν ἀντὶ τοῦ λόγου τὰ ῥητὰ στέργων ἐπισφαλῶς τῆς Γραφῆς, τοῦ λόγου διαφυγόντος τὸν νοῦν, τὸν ἐκ τῶν περιβλημάτων κρατεῖν δοκοῦντα τὸν ἀσώματον λόγον, κατά γε τὴν Αἰγυπτίαν, τὴν μὴ τοῦ Ἰωσὴφ, ἀλλὰ τῶν αὐτοῦ ἐπιλαμβανομένην ἱματίων· καὶ τοὺς παλαιοὺς ἀνθρώπους, οἳ μόνῃ τῇ εὐπρεπείᾳ τῶν ὁρωμένων ἐναπομείναντες, ἔλαθον τῇ κτίσει λατρεύοντες παρὰ τὸν κτίσαντα.

ΚΒ'. Ὅταν ὁ νοῦς τὰς ἐπικειμένας αὐτῷ πολλὰς

A statque robur adversus malignos spiritus, prolatis suorum mysteriorum indiciis.

XVIII. Terra Chaldæorum est vita affectionibus dedita, in qua peccatorum idola fabricantur et adorantur; Mesopotamia vero est quæ particeps est utrinque morum contrariorum; terra autem promissionis, est status omni genere bonorum plenus. Quicunque ergo ab hoc habitu, Israelitarum antiquorum more permotus, repetit servitutem, donata privatur affectuum liberatione.

XIX. Notandum est sanctorum neminem descendisse visum in Babylonem; nefas enim est neque intellectui rationali congruit, eos qui Deum diligunt, deteriora pro bonis eligere. At vero si quidam illorum per vim abducti sunt illuc cum populo, per hos intelligimus, non opinione potissima, sed circumstantia quadam salutis, manuducendorum gratia, sublimiorem notitiæ sermonem dimisisse, affectuum disciplina prætermita. Propter quod magnus Apostolus judicavit utilius esse in carne versari [75], hoc est, in doctrina morum, discipulorum causa: cum alioqui totus desideraret solvi doctrina morali, et esse cum Christo, per simplicem et supramundanam animi contemplationem.

XX. Peregrinatur a carne [76], qui ab activo transit ad cognitionis habitum, instar nubium raptus a sublimioribus conceptibus in translucidum mysticæ contemplationis aerem, ut perpetuo esse possit cum Domino. Peregrinatur autem a Domino [77], qui non potest pura mente speculari pro viribus intellectiones absque sensibilibus operationibus, nec citra ænigmata capit simplicem de Deo sermonem.

XXI. Qui fit, ut in volumine sanctæ Scripturæ varie per ænigmata videamus incorporatum Deum, Dei Verbum, nondum tamen animo conspexerimus incorporeum, simplicem, unicum ac solum patrem, velut in incorporeo, unico ac solo Filio, juxta illud: *Qui videt me, videt et Patrem* [78]; et: *Ego in Patre, et Pater in me est* [79]? Proinde egent plerique scientia, ut prius velamenta verborum Deo Verbo circumposita contemplari possint; deinceps animo nudum et purum exsistentem, qui se revelat hominibus. Quare necesse est, eum qui religiose Deum inquirit, nulli addictum esse dictioni; ne ignarus accipiat loco Dei, quæ de Deo feruntur, id est, ne vice Dei Verbi periculose amplectens eloquia Scripturæ, dum ipsum Dei Verbum fugit animum, ex vestimentis teneat eum qui videatur esse verbum incorporeum; more Ægyptiæ, quæ non ipsum Joseph, sed ejus indumenta apprehendit; et veterum hominum exemplo, qui solo eorum quæ subjacent oculis splendore capti, ignari servierunt creaturæ potiusquam creatori [80].

XXII. Cum plures de verbis veritatis opiniones

[75] Philipp. I, 24. [76] II Cor. V, 8. [77] ibid. 6. [78] Joan. XIV, 9. [79] ibid. 10. [80] Rom. I, 25.

sibi insitas discutit animus, tum clarus apparet illi sermo veritatis, qui præbet ei pignora veræ notitiæ; et ante conceptas opiniones, velut squamas, excutit a facultate videndi, quemadmodum accidit divino et magno apostolo Paulo [81]. Re enim vera opiniones, solis Scripturæ verbis adhærentes, et sensibiles eorum quæ cernuntur speculationes affectibus deditæ, sunt squamæ appositæ visivæ facultati animæ, impedientes ne perveniat ad sincerum veritatis sermonem.

XXIII. Qui luctatus est strenue adversus affectiones corporis, et immundis spiritibus feliciter expugnatis, eorum consilia expulit e regione animæ suæ, precetur cor mundum sibi donari, et spiritum rectum in visceribus innovari [82], hoc est, improbis cogitationibus penitus exhauriri, divinis autem conceptionibus per gratiam impleri, ut efficiatur Dei mundus intellectualis, splendidus et ingens, qui moralibus, naturalibus et theologicis constet præceptis.

XXIV. Cor mundum est illud, quod exhibet Deo memoriam omni specie formaque vacuam; paratum insigniri solis ipsius typis, quibus evadere solet illustre.

XXV. Quærunt nonnulli disciplinarum studiosi, quonam pacto se habebit illa mansionum æternarum et promissionum distinctio [83]; num secundum localem subsistendi rationem, an secundum intellectionem, hypostasi spirituali per singulas mansiones peculiarem habente qualitatem et quantitatem. Et quibusdam placet prior opinio; aliis vero posterior. At qui novit, quid sit hoc: *Regnum Dei intra vos est* [84]; item illud: *In domo Patris mei mansiones multæ sunt* [85]; posteriori rursum favebit.

XXVI. Qui divino desiderio ductus animæ vicit affectum erga corpus, incircumscriptus evasit, tametsi degit in corpore. Deus enim qui trahit desiderantis appetitum, sine ulla comparatione celsior est omnibus; nec sinit optantem rei cuipiam, quæ post Deum sit, affigere desiderium. Quocirca desideremus Deum totis viribus appetitionis nostræ, demusque operam ut voluntas nullis rebus corporeis teneri possit; et affectu supra cuncta feramur, quæ sensu vere percipiuntur aut intellectu; ac nihil prorsus damni animo patiemur ab hac vita naturali, quominus cum Deo versemur, natura minime circumscripto.

Interrogatio.

Semperne ingreditur homo in res ejusmodi?

Responsio.

Gratia quidem continenter adest radicata et permista ab ineunte ætate, ac veluti naturale quiddam et concretum nunquam abest ab eo: idque ut unica gratia, quæ diversa ratione pro nutu moderatur, ad utilitatem hominis: quandoque enim ve-

περὶ τῶν τῆς ἀληθείας λόγων ὠθῆται δόξας, τότε σαφὴς αὐτῷ τῆς ἀληθείας ὁ λόγος ἀναφαίνεται, διδοὺς αὐτῷ τῆς ὄντως γνώσεως τὰς ὑποθήκας, καὶ τὰς πρώην ἐπ' αὐτῷ προλήψεις, ὡσεὶ λεπίδας τῶν ὀπτικῶν δυνάμεων ἀπωθούμενος, κατὰ τὸν θεσπέσιον καὶ μέγαν ἀπόστολον Παῦλον· λεπίδες γάρ εἰσιν ὡς ἀληθῶς ἐπικείμεναι τῷ διορατικῷ τῆς ψυχῆς, καὶ ἀπείργουσαι τῆς πρὸς τὸν ἀκραιφνῆ τῆς ἀληθείας λόγον διαβάσεως, αἵ τε πρὸς τὸ ῥητὸν μόνον τῆς Γραφῆς ὑπολήψεις, καὶ τῶν ὁρωμένων αἱ κατ' αἴσθησιν προσπαθεῖς θεωρίαι.

ΚΓ'. Ὁ γενναίως καταπαλαίσας τὰ πάθη τοῦ σώματος, καὶ τοῖς ἀκαθάρτοις πνεύμασιν ἱκανῶς πολεμήσας, καὶ τῆς ἑαυτοῦ κατὰ ψυχὴν χώρας ἐξελάσας αὐτῶν τὰ νοήματα, καρδίαν εὐχέσθω καθαρὰν αὐτῷ δοθῆναι, καὶ πνεῦμα εὐθὲς ἐν τοῖς ἐγκάτοις ἐγκαινισθῆναι· τοῦτ' ἔστι, τελείως, τῶν μὲν φαύλων κενωθῆναι λογισμῶν, τῶν δὲ θείων ἐννοιῶν πληρωθῆναι διὰ τῆς χάριτος, ἵνα γένηται κόσμος Θεοῦ νοητὸς, λαμπρός τε καὶ μέγας ἐξ ἠθικῶν, καὶ φυσικῶν, καὶ θεολογικῶν συνεστὼς θεωρημάτων.

ΚΔ'. Καρδία ἐστὶ καθαρὰ, ἡ παντάπασιν ἀνείδεον τῷ Θεῷ καὶ ἀδιαμόρφωτον παραστήσασα τὴν μνήμην, καὶ μόνοις τοῖς αὐτοῦ ἑτοίμη ἐνσημανθῆναι τύποις, δι' ὧν ἐμφανὴς πέφυκε γενέσθαι.

ΚΕ'. Ζητοῦσί τινες τῶν φιλομαθῶν, κατὰ ποῖον ἔσται τρόπον ἡ τῶν αἰωνίων μονῶν τε καὶ ἐπαγγελιῶν διαφορὰ, πότερον καθ' ὑπόστασιν τοπικὴν, ἢ κατ' ἐπίνοιαν τῆς ἰδιαζούσης καθ' ἑκάστην μονὴν πνευματικῆς ποιότητά τε καὶ ποσότητα. Καὶ τοῖς μὲν, δοκεῖ τὸ πρῶτον· τοῖς δὲ, τὸ δεύτερον. Ὁ δὲ γνοὺς, τί τὸ, *Ἡ βασιλεία τοῦ Θεοῦ ἐντὸς ἡμῶν ἐστι*· καὶ τί τὸ, *Moral πολλαὶ παρὰ τῷ Πατρὶ*, τοῦ δευτέρου πάλιν γενήσεται.

ΚϚ'. Ὁ τῷ θείῳ πόθῳ νικήσας τὴν πρὸς τὸ σῶμα τῆς ψυχῆς διάθεσιν, ἀπερίγραφος γέγονε, κἂν ἐστι ἐν σώματι. Ὁ γὰρ ἕλκων τὴν τοῦ ποθοῦντος ἔφεσιν, Θεὸς πάντων ἀσυγκρίτως ἐστὶν ὑψηλότερος, οὐκ ἐῶν τὸν ποθοῦντά τινι τῶν μετὰ Θεὸν προσηλῶσαι τὴν ἔφεσιν. Ποθήσωμεν οὖν τὸν Θεὸν καθ' ὅλην ἡμῶν τὴν τῆς ἐφέσεως ἰσχὺν, καὶ πᾶσι τοῖς σωματικοῖς τὴν παοαίρεσιν ἀκράτητον ποιησώμεθα, καὶ πάντων τῶν ὄντως αἰσθητῶν καὶ νοητῶν ὑπεράνω τῇ διαθέσει γενώμεθα, καὶ οὐδὲν κατὰ γνώμην, πρὸς τὸ συνεῖναι Θεῷ τῷ κατὰ φύσιν ἀπεριγράφῳ, παντελῶς ὑπὸ τῆς φυσικῆς ζωῆς ζημιωθησόμεθα.

Ἐρώτησις.

Εἰ πάντοτε εἰσέρχεται ἄνθρωπος εἰς ἐκεῖνα τὰ πράγματα;

Ἀπόκρισις.

Ἡ μὲν χάρις ἀδιαλείπτως σύνεστι, καὶ ἐρρίζωται καὶ ἐζύμωται ἐκ νέας ἡλικίας, καὶ ὡς φυσικὸν καὶ πηκτὸν ἐγένετο αὐτῷ συνὸν τῷ ἀνθρώπῳ, ὡς μία οὖσα ἡ χάρις. Πολυτρόπως δὲ ὡς θέλει πρὸς τὸ συμφέρον τῷ ἀνθρώπῳ οἰκονομεῖ· ποτὲ πλέον ἐκκαίεται

[81] Act. xi, 18. [82] Psal. l, 12. [83] Joan. xiv, 2. [84] Luc. vii, 21. [85] Joan. xiv, 2.

καὶ ἅπτεται τὸ πῦρ· ποτὲ δὲ ὡς πραΰτερον καὶ μαλακώτερον. Αὐτὸ τὸ φῶς κατὰ καιροὺς πλέον ἐξάπτεται καὶ λάμπει· ποτὲ ὑποστέλλον καὶ στυγνάζει. Καίτοι ἡ λαμπὰς πάντοτε καιομένη καὶ λάμπουσα· ὅταν δὲ φαιδρυνθῇ, πλέον ἐν μεθέξει ἐξετάζεται τῆς ἀγάπης τοῦ Θεοῦ, τὸ φῶς ἐνδιδοῦσα· καίτοι συνὸν τὸ φῶς ἀμβλύτερόν ἐστι. Πλὴν ἐπεφάνη τισὶ τὸ σημεῖον τοῦ σταυροῦ διὰ φωτὸς, καὶ προσεπάγη τῷ ἔσω ἀνθρώπῳ. Ἄλλοτε πάλιν ἐν τῇ εὐχῇ, ὡς ἐν ἐκστάσει γέγονέν ἄνθρωπος, καὶ εὑρέθη εἰς θυσιαστήριον ἐστὼς ἐν ἐκκλησίᾳ, καὶ προσηνέχθησαν τῷ τοιούτῳ ἄρτοι τρεῖς, ὡς δι' ἐλαίου ἐζυμωμένοι· καὶ ὅσῳ ἤσθιεν ἐκεῖνος πλέον ηὔξανε καὶ ἐμηκύνετο. Ἄλλοτε πάλιν ὥσπερ ἔνδυμά τι φωτεινὸν οἷον οὐκ ἔστιν ἐπὶ τῆς γῆς εἰς τὸν αἰῶνα τοῦτον, οὔτε ἀπὸ ἀνθρωπίνων χειρῶν δυνατὸν κατασκευασθῆναι. Ὃν τρόπον εἰς τὸ ὄρος ἀνελθὼν ὁ Κύριος μετὰ Ἰωάννου καὶ Πέτρου μετεμορφώθη, καὶ τὰ αὐτοῦ ἱμάτια ἐξήστραψεν· οὕτως ἦν τὸ ἔνδυμα ἐκεῖνο· καὶ ἐθαμβεῖτο ὁ ἄνθρωπος ἐνδεδυμένος. Ἐν ἄλλῳ καιρῷ, ἀδιαλείπτως φαίνων ἐν τῇ καρδίᾳ, ἤνοιγε τὸ ἐνδότερον, καὶ βαθύτερον, καὶ ἀπόκρυφον φῶς· ὁ καινὸς κόσμος ὁ φωτεινὸς σὺν τῷ Κυρίῳ καὶ αἰνῶν καὶ δοξολογῶν, ὥστε ὅλον τὸν ἄνθρωπον καταποθέντα εἰς ἐκείνην τὴν γλυκύτητα καὶ θεωρίαν, μηκέτι ἔχειν ἑαυτὸν, ἀλλ' εἶναι ὡς μωρὸν καὶ βάρβαρον τῷ κόσμῳ τούτῳ, διὰ τὴν ὑπερβάλλουσαν ἀγάπην καὶ ἰδιότητα, καὶ διὰ τὰ ἀπόκρυφα μυστήρια· ὥστε τὸν ἄνθρωπον κατ' ἐκεῖνον τὸν καιρὸν ἐλευθερωθέντα φθάσαι εἰς τὰ τέλεια μέτρα, καὶ εἶναι καθαρὸν ἐκ τῆς ἁμαρτίας. Ἀλλὰ μετὰ ταῦτα ὑπέστειλεν ἡ χάρις, καὶ ἦλθε τὸ κάλυμμα τῆς ἐναντίας δυνάμεως. Φαίνεται δέ πως μερικῶς, καὶ ἔστη εἰς ἕνα βαθμὸν τὸ κατώτερον τῆς τελειότητος. Ὡς, ἵνα εἴπωμεν, δεῖ δώδεκα παρελθεῖν τινας βαθμοὺς, καὶ φθάσαι εἰς τὴν τελειότητα· καὶ ἐν καιρῷ τινι ἔφθασε καταλαβεῖν ἐκεῖνο τὸ μέτρον, καὶ εἰσῆλθεν εἰς τὴν τελειότητα. Πάλιν ἐκδίδωσιν ἡ χάρις, καὶ κατέρχεται παρὰ ἕνα βαθμὸν, καὶ στήκει εἰς τὰ ἑνδεκα. Εἰ δέ τις πλούσιος ἐν τῇ χάριτι, πάντοτε νυκτὸς καὶ ἡμέρας, εἰς τὰ τέλεια μέτρα ἔστηκεν, ὢν ἐλεύθερος καὶ καθαρὸς, πάντοτε αἰχμάλωτος καὶ μετέωρος. Καὶ νῦν, ὡς ἐδείχθη, ἐκεῖνα τὰ θαυμάσια, καὶ ὧν πεῖραν ἔλαβεν ὁ ἄνθρωπος, εἰ συνεῖναι αὐτῷ πάντοτε, οὐκ ἠδύνατο τὴν οἰκονομίαν τοῦ λόγου, ἢ τὸ βάρος ὑποδέξασθαι· οὔτε ἠνείχετο ἀκούειν τι, ἢ μεριμνᾷν κἂν εἰς τὸ τυχὸν περὶ ἑαυτοῦ, οὔτε περὶ τῆς αὔριον, εἰ μὴ μόνον κεῖσθαι ἐν μιᾷ γωνίᾳ μετέωρον καὶ μεμεθυσμένον. Ὥστε τὸ τέλειον μέτρον οὐκ ἐδόθη, ἵνα δυνηθῇ σχολάσαι εἰς τὴν μέριμναν τῶν ἀδελφῶν εἰς τὴν διακονίαν τοῦ λόγου. Πάλιν τὸ μεσότοιχον τοῦ φραγμοῦ διαλέλυται. Τὰ δὲ πράγματα οὕτως ἐστίν. Ὡς γνοφώδης τις δύναμις ἐπίκειται· σκεπάζει ὡς ἀὴρ ἐλαφρὸς, λεπτὸς, καίτοι πάντοτε τῆς λαμπάδος καιομένης καὶ φαινούσης· ὥσπερ ἐπίκειται ἐκείνῳ τῷ φωτὶ κάλυμμα. Ὅθεν ὁμολογεῖ τοιοῦτος ὅτι οὐκ ἔστι τέλειος, οὐδὲ ἐλεύθερος τὸ ὅλον ἐκ τῆς ἁμαρτίας· ὥστε εἰπεῖν καὶ ἐλεύθερος καὶ οὐκ ἐλεύθερος, καὶ διαλέλυται καὶ τέθραυσται τὸ μεσό-

hementius ardet et accenditur ignis; interdum remissius et mollius. Ipsum quoque lumen quibusdam temporibus intensius accenditur et lucet; quandoque vero remittitur et subtristius est. Ita hæc lucerna, nempe gratia, semper ardens et splendens, quando nitidior apparuerit, vehementius accenditur ab ebrietate dilectionis Dei; rursumque dispensatione quadam lucet, lumenque quod inest, obtusius redditur. Porro beneficio luminis apparuit quibusdam signum crucis, penetrans interiorem hominem. Alias item inter orandum inventus est homo velut in excessu mentis, ad altare stans in ecclesia, cui oblati sunt tres panes velut oleo fermentati: de quibus quanto plus edebat, tanto magis crescebant et augebantur. Alias iterum apparuit velut indumentum quoddam lucidum, quale non exstat super terram in hoc usque sæculum, nec manibus humanis parari potest. Quemadmodum enim Dominus ascendens in montem cum Petro et Joanne transfiguratus est, et vestimenta sua instar fulguris, splendida reddidit [84]; hujus generis erat illud indumentum, quo indutus homo ille obstupescebat. Alio tempore perpetuo visus est in corde, qui aperiebat interiorem, profundiorem et secretiorem lucem, novus item mundus lucidus cum Domino laudans et glorificans: adeo ut totus homo absorberetur in illam suavitatem et speculationem, nec jam sui compos esset, sed ob nimiam dilectionem et suavitatem arcanaque mysteria esset huic mundo velut stultus ac barbarus: ita ut illo tempore homo liber perveniret ad perfectum gradum, esseteque purus, et immunis a peccato. Sed postea, subducta gratia, successit velamen adversariæ potestatis aliquatenus tamen apparens, licet adhuc homo consistat in uno gradu inferiori perfectionis. Nam, verbi gratia, necesse est quempiam decurrisse duodecim gradus, ut perfectionem attingat: et accidit interdum eo pervenisse, ut ad mensuram illam pertingeret, perfectionemque assequeretur. Denuo inclinat gratia, et revertitur uno gradu diminuta, quæ subsistit in undecim gradibus. Porro qui dives est in gratia, continenter noctes atque dies permanet in statu perfecto, liber ac purus, semper captivus et suspensus. Cæterum si admiranda illa quæ homini patuerunt, et quorum periculum fecit, ei semper adessent, nequaquam ministerium verbi aut onus aliquod ferre posset: imo neque de ipso audire, aut sui vel crastinæ diei curam agere, quando res exigeret; sed tantum in uno jaceret angulo suspensus et inebriatus. Quare status perfectus non est concessus homini, ut possit operam navare, et fratrum curam habere, ac ministrandi. Verumtamen medius ille paries qui obstruebat, dissolutus est, ac mors superata: res autem sic se habent. Quemadmodum caliginosa quædam vis adjacet, et instar aeris crassi subtiliter tegit lucernam semper ardentem et lucentem: sic adjacet lumini illi velamen. Unde confitetur vir ille,

[84] Matth. XVII, 2

quod minime perfectus sit et penitus immunis a peccato : ita ut dicere audeat, liberum se esse et non liberum, ac destructum quidem esse et perfossum parietem illum medium qui obstruit, ac rursus aliqua in parte minime esse dissolutum. Neque semper erat æqualis precatio. Quandoque enim gratia plenius hominem accendit, consolatur et componit ; interdum vero subducitur et imminuitur, pro ratione dispensationis ipsius, quantumque expedit homini. Sed quis unquam perfectum illum gradum assecutus est, ac gustavit et expertus est sæculum illud ? Nondum enim quempiam vidi Christianum perfectum aut liberum. Itaque licet quis requiescat in gratia, et pertingat ad mysteria et revelationes, ad multam denique dulcedinem gratiæ, nihilominus intus adhuc habet peccatum. Atqui hujusmodi homines ob superabundantem in ipsis gratiam ac lucem, se liberos ac perfectos existimant : qui quidem licet vim gratiæ obtineant, tamen falluntur, tanquam non experti. Nullum porro vidi hactenus liberum : siquidem et ego aliquatenus interdum ad gradum illum pertigi, discendoque cognovi quod nullus est homo perfectus.

Ι'. Ἐπερώτησεν ὁ κοσμικός· Ποῖαί εἰσιν αἱ ἐξ ἀνθρωπαρεσκείας παρατροπαί; μᾶλλον δὲ πρὸ τούτων μαθεῖν βούλομαι, τί ἐστιν ἀνθρωπαρέσκεια· ὁρῶ γάρ σε οὐ φύσεως ἀκόλουθα λέγειν τοῖς κεχρηματισμένοις ἐπόμενον, ἀλλ' ἀμαθίας αἰτίαν τῶν πάντων καταστοχαζόμενον, καὶ ἀσυναρτίστοις μαρτυρίαις ψέγοντα τὰ ὠφέλιμα. Διὸ ταύτης μοι τῆς προσωνυμίας πρῶτον εἰπὲ τὴν οἰκειότητα, καὶ οὕτως πιστεύομέν σοι, ὅτι καὶ τὴν γενικωτάτην αὐτῆς βλάβην κατείληφας. Ὁ δὲ ἀσκητὴς ἔφη· Ἀνθρωπαρέσκειά ἐστιν, ὡς δοκῶ, τὸ τοῖς ἀνθρώποις ἀρέσκειν. Ταύτην εἶναι οἶδα τοῦ χρηματισμοῦ τὴν οἰκειότητα. Ὁ δὲ δικανικὸς, ὡς μέγα τι θαυμάσας τὸ ῥῆμα, φησί· Πάνυ προσφυῶς εἴρηκας. Τί οὖν, εὐλαβέστατε, ψέγεις ἀδίκως τὸ δίκαιον; Ἢ οὐ φαίνεταί σοι δίκαιον εἶναι τὸ ἑκάστῳ τῶν οἰκείων ἔργων τὴν δοκιμασίαν ἑαυτῷ ἀποδιδόναι, ἀλλ' ἑτέροις τὴν τοῦ καλοῦ κρίσιν ἐπιτρέπειν μᾶλλον ἢ ἑαυτοῖς; Ἐγὼ δέ φημι, μήτε ὅλως ἀρετὴν ὀνομάζεσθαι τὸ μὴ ἀρέσκον ἀνθρώποις, μήτε παρὰ τοῦ πέλας ἔχειν τὸν ἔπαινον· ὅπερ καὶ τῆς Γραφῆς ἠκουσα λεγούσης· *Ἐγκωμιαζέτω σε ὁ πέλας, καὶ μὴ τὸ σὸν στόμα· ἀλλότρια, καὶ μὴ τὰ σὰ χείλη·* καὶ πάλιν· *Ἕκαστος ἡμῶν τῷ πλησίον ἀρεσκέτω εἰς τὸ ἀγαθὸν πρὸς οἰκοδομήν·* καὶ πάλιν· *Ἀπρόσκοποι γίνεσθε καὶ Ἰουδαίοις, καὶ Ἕλλησι, καὶ τῇ Ἐκκλησίᾳ τοῦ Θεοῦ.* Τίς δὲ δύναται, μὴ ἀρέσκων τοῖς ἀνθρώποις, ἀπρόσκοπος εἶναι; Τί οὖν τοσοῦτον ἐβάθυνεις τὴν ἀνθρωπαρέσκειαν μεμφόμενος; Εἰ δὲ τοὺς κατὰ σὲ μὴ ἀρέσκοντας χρὴ ἀποδέχεσθαι, καιρός σοι λοιπὸν τοὺς λῃστὰς, καὶ φονεῖς, καὶ ἅρπαγας, καὶ ἐπιβούλους ἐπαινεῖν, ἐπειδὴ οὐδενὶ τῶν ἀνθρώπων ἀρέσκουσιν. Εἰ δὲ ἐν τοῖς εἰρημένοις παρὰ σοῦ ἡμεῖς μέχρι νῦν σεσιωπήκαμεν, μὴ θαυμάσῃς· οὐ γὰρ ὡς μὴ ἐπιστάμενοι τὰς Γραφὰς, οὐδὲ ὡς ἀγνοοῦντες τὸ δίκαιον, ἀλλὰ βουλόμενοι πρότερον ὑπακοῦσαι τῶν ὑμετέρων λόγων. Οἴδαμεν δὲ καὶ συγγνώμην ἀποδιδόναι τοῖς ἐν λόγῳ σφαλλομένοις, ὅταν μὴ θελήματα ἀπαιδευσίας αἴτια τοῦτο ποιῶσι, καὶ ταῖς ἀγαθαῖς προσηγορίαις κακίαν ἐπιγράφωσιν· ὅπερ καὶ σὺ παρὰ γνώμην πέπονθας, εὐλαβέστατε· βουλόμενος γὰρ, ὡς οἶμαι, φανεροποιῆσαι τὴν αὐταρέσκειαν, Ἐπειδὴ οὖν σοι οὐκ ἀπὸ ἀμελείας, ἀλλὰ ἀπὸ ἀμαθίας προσελήλυθε, δίκαιον ἂν εἴη, τῆς προσωνυμίας φανερωθείσης, καὶ τὰς αἰτίας ὡς ψευδεῖς παρασωπηθῆναι, ἃς τοσοῦτον φαύλας καὶ δυσευρέτους ἔδοξας εἶναι, ὡς καὶ τῶν φρονίμων κατακρατεῖν.

A cordiam consequemur, qui contraria misericordiæ perpetramus? o! qua ratione probabile fiet, quanta cum difficultate reperiatur humanæ complacentiæ affectus, quæ vel ipsorum sapientum animos tenet? Reliquarum enim perturbationum operationes perspicuæ sunt his qui earum sunt participes, ob idque præparant ad humilitatem, quos occupaverint; humana vero complacentia adeo tegitur verbis et habitu religionis, ut qui ea sunt inescati, diverticula illius facile perspicere non possint.

X. Percontatus est sæcularis: Quænam sunt humanæ complacentiæ diverticula? Imo vero antea discere malo, quid sit humana complacentia, quoniam animadverto te, secutum eos qui venantur lucra, non dicere consentanea naturæ, sed omnes B de culpa imperitiæ suspectos habere, et quæ sunt utilia ineptis argumentis improbare. Idcirco edissere mihi primum proprietatem denominationis hujus, et ita credemus, te maxime generalia ejus incommoda complexum esse. Tum exercitor ait: Complacentia humana est, ut arbitror, hominibus placere. Hanc scio captando quæstui esse proprietatem. Forensis autem admiratus quod dictum est, tanquam magnum quiddam, inquit: Equidem ad naturam apte dixisti. Cur ergo, vir religiosissime, injuste vituperas quod justum est? Existimasne æquum esse, cuique concedi suorum operum approbationem, an aliis potius honesti judicium esse permittendum, quam sibi ipsi? Ego vero non placere hominibus, et non laudari a proximo, assero C plane non esse virtutem appellandam: quod quidem audivi Scripturam dicentem: *Laudet te proximus, et non os tuum; aliena, et non tua labia*[32]; et rursum: *Unusquisque vestrum proximo suo placeat in bonum, ad ædificationem*[33]; et iterum: *Sine offensione estote Judæis et gentibus et Ecclesiæ Dei*[34]. Quis autem, nisi placeat hominibus, potest esse sine offensione? Cur ergo tam profunda disputatione complacentiam humanam reprehendis? Si, ut sententia tua est, recipiantur qui non placent, peropportune posthac laudare potes latrones, homicidas, raptores et insidiatores: nemini siquidem hominum placent. Cæterum ne mireris, quod hactenus, dum habuisti sermonem præcedentem, D tacuimus, quia non ut nescientes Scripturas, aut quod justum est, ignorantes, hoc fecimus, sed quod prius sermonem vestrum audire cuperemus. Novimus autem condonare his qui sermocinando falluntur, dummodo non proficiscatur hoc a voluntate quæ causa sit imperitiæ, et probatis denominationibus vitium ascribat: quod quidem tibi, vir religiosissime, præter opinionem accidit; volebas enim, ut arbitror, explicare quid esset αὐταρέσκεια, hoc est, *sui complacentia*. Cum igitur tibi non ab ignavia, sed ab imperitia acciderit, æquum fuerit, explicata denominatione, etiam causas vel-

uti falsas silentio prætermitti, quas tam futiles et inventu difficiles existimasti, ut vel sapientum animos impediant.

[32] Prov. xxvii, 2. [33] Rom. xv, 2. [34] I Cor. x, 32.

XI. Exercitor autem, ut cognovit illum in argumentis manifeste excandescere, ac de his quæ dicenda erant, conqueri, modicum obstupuit, ita ut cuncti auditores conficerent, illum velut syllogismis confossum, congressiones esse relicturum. Sed is aperto ore dicere cœpit : Quoniam non animo vincendi devenimus ad has disputationes, sed ut fructum aliquem consequamur ; tu vero hactenus silentio usus es, non quod ignorares, dixisti, quid justius sit, sed quod prius explanationem nostram audire expeteres : hac de causa magnitudinem tuam admirandam obsecramus, ut pollicitationi finem imponas, ac demonstres, Scripturam divinam (quam universam cum probe calleas, improbe hactenus subticuisti) non ex sua persona et ipsa specie reprehendere complacentiam humanam, sed sub alterius nomine. Ita enim fiet, ut te narrante, quæ sunt Scripturæ, non ob ea solum quæ dicta sunt, adducamur ad credendum, sed etiam in rebus permultis exponendis, te justiora dicentem libenter feramus, licet ex simplicitate et imperitia, ut dixisti, permutatis nominibus, perturbationis loco virtutem proposuerimus. Sæcularis autem, his auditis, respondit : Nequaquam dixi me scire Scripturam omnem, sed aliqua ex parte. Tute igitur ne me provoces ad dicendum, sed ubi inceperis, si de aliqua forte disputatione dubites, tace, et a nobis veniam consequere. Sin potes demonstrare nominatim, prout nosti, complacentiam humanam, dicito ; et necessario nos, vel inviti, fatebimur veritatem. Tum exercitor inquit : Isthæc ita se habeant : reprehensiones autem tuas injustas quo in loco ponemus? Sub legem, inquit forensis, longanimitatis, quam nos antea docuisti. Senex porro sic respondit : Laudo te sapientiæ nomine, ne dicam calliditatis, quod ignorationi missione accepturum te prævides. Cæterum, his

A ΙΑ'. Ὁ δὲ ἀσκητὴς ἐπιγνοὺς ὅτι φανερῶς πρὸς τοὺς ἐλέγχους ἀγανακτεῖ, καὶ τὰ ῥηθησόμενα παρατιᾶται, ἀπηνεώθη μικρὸν, ὡς εἰκάσαι πάντας τοὺς ἀκούοντας, ὅτι τοῖς συλλογισμοῖς καταπλαγεὶς, τὰς συστάσεις κατέλειπεν. Ἀνοίξας δὲ τὸ στόμα αὐτοῦ ἔφη· Ἐπειδὴ οὐ νικῆσαι, ἀλλ' ὠφεληθῆναι προθέμενοι, ἐπὶ τούτους ἤκομεν τοὺς λόγους· αὐτὸς δὲ ἄχρι τοῦ νῦν παρεσιώπησας, οὐχ ὡς ἀγνοῶν τὸ δικαιότερον, ἔφης, ἀλλὰ πρότερον τὴν παρ' ἡμῶν ἀκοῦσαι διήγησιν βουλόμενος· τούτου χάριν παρακαλοῦμεν τὴν θαυμασιότητά σου, τέλος δοῦναι τῷ ἐπαγγέλματι, καὶ διδάξαι, ὡς οὐκ αὐτοπροσώπως, ἀλλ' ἑτερωνύμως μέμφεται τὴν ἀνθρωπαρέσκειαν ἡ θεία Γραφὴ (ἣν πᾶσαν καλῶς ἐπιστάμενος, οὐ καλῶς ἄχρι νῦν παρεσιώπησας). Οὕτω γὰρ τὰ τῆς Γραφῆς, σοῦ λέγοντος,

B οὐ μόνον ἐπὶ τοῖς προειρημένοις πεισθῶμεν, ἀλλὰ καὶ πολλοῖς διηγήμασιν ἀνεξόμεθά σου δικαιότερα λέγοντος, εἰ καὶ ἀπὸ ἰδιωτείας, ὡς ἔφης, τὰ ὀνόματα ἀνταλλάξαντες, ἀρετὴν ἀντὶ πάθους ἡτοιμασάμεθα. Ὁ δὲ βιωτικὸς ταῦτα ἀκούσας, ἀπεκρίνατο· Οὐκ εἶπον, ὅτι πᾶσαν Γραφὴν ἐπίσταμαι, ἀλλ' ἀπὸ μέρους. Σὺ οὖν με εἰς τὸ λέγειν μὴ προσκαλοῦ, ἀλλ' ἐναρξάμενος, εἰ μὲν ἀπορεῖς τῶν συστάσεων, σιώπα, καὶ παρ' ἡμῶν συγγνώμην ἕξεις. Εἰ δὲ πάρεστί σοι δεῖξαι καταγινωσκομένην ὀνομαστὶ τὴν ἀνθρωπαρέσκειαν, λέγε· καὶ ἡμεῖς ἐξ ἀνάγκης, κἂν μὴ θέλωμεν, τὴν ἀλήθειαν ὁμολογήσομεν. Ὁ δὲ ἀσκητὴς ἔφη· Ἐχέτω ταῦτα οὕτως· τὰς δὲ ἀδίκους παρὰ σοῦ μέμψεις ποῦ θήσομεν ; Ὁ δὲ δικανικὸς λέγει· Εἰς

C τὸν τῆς μακροθυμίας νόμον, ὃν ἡμᾶς προεδίδαξας. Ὁ δὲ γέρων πρὸς αὐτόν· Ἐπαινῶ σε τῆς σοφίας, ἵνα μὴ λέγω τῆς πανουργίας, καθότι ἐπὶ τῇ ἀγνοίᾳ συμπάθειαν παρεισήγαγες, διὰ τῆς τοῦ παρέχειν ἐπαγγελίας τὸ λαβεῖν προσκεψάμενος. Ὅμως ταῦτα καταλιπόντες, τοῦ προκειμένου γενώμεθα.

compassionem induxisti, dum ex præstandi promissis, prætermissis, revertamur ad institutum.

XII. Audi igitur Scripturam suas enuntiantem querelas adversus humanam complacentiam, et in primis Prophetam dicentem : *Quoniam Deus dissipavit ossa eorum qui hominibus placent : confusi sunt, quoniam Deus sprevit eos*[35] ; et Apostolus : *Non ad oculum servientes, quasi hominibus placentes*[36] ; et rursum : *An quæro hominibus placere*[37] ? et rursum : *Si adhuc hominibus placerem, Christi servus non essem*[38]. Et multa alia decerpens e Scriptura divina reperies. Tum sæcularis : Quid ergo, inquit, cum ea quoque scripta sint quæ dixi, num Scriptura a se ipsa dissonat? Ait exercitor ; Minime dissonat a se ipsa ; sed nos cæcutimus in demonstratione veritatis. Cum enim non omnes homines sint impii, neque omnes pii simus, hanc ob rem non omnibus placere debemus, verum bonis : itidem non omnibus displicere debemus, sed malis. Quo fit ut aperte Dominus dicat in Evangelio : *Væ cum benedixerint vobis omnes homines*[39]. Neque vero in his duntaxat, sed etiam in his quæ

ΙΒ'. Ἄκουε οὖν τῆς Γραφῆς προφερούσης τὰς κατὰ τῆς ἀνθρωπαρεσκείας μέμψεις· πρῶτον τοῦ Προφήτου λέγοντος· *Ὅτι ὁ Θεὸς διεσκόρπισεν ὀστᾶ ἀνθρωπαρέσκων· κατησχύνθησαν, ὅτι ὁ Θεὸς ἐξουδένωσεν αὐτούς·* καὶ ὁ Ἀπόστολος· *Μὴ κατ' ὀφθαλμοδουλείαν, ὡς ἀνθρωπάρεσκοι·* καὶ πάλιν· *Εἰ ζητῶ ἀνθρώποις ἀρέσαι ;* καὶ ἔτι· *Εἰ ἀνθρώποις*

D *ἤρεσκον, Χριστοῦ δοῦλος οὐκ ἂν ἤμην·* καὶ πολλὰ ἕτερα ἐν τῇ θείᾳ Γραφῇ ἀναλεξάμενος εὑρήσεις. Ὁ δὲ κοσμικὸς ἔφη· Τί οὖν ; ὅτι καὶ ἃ εἶπον γέγραπται, ἆρα ἡ Γραφὴ ἀσύμφωνος ἑαυτῇ ; Ὁ ἀσκητὴς ἔφη· Οὐκ ἔστιν ἑαυτῇ ἀσύμφωνος, ἀλλ' ἡμεῖς ἀμβλυωποῦμεν πρὸς τὴν τῆς ἀληθείας ἀπόδειξιν. Ἐπειδὴ γὰρ οὐ πάντες ἀσεβεῖς ἄνθρωποι, οὐδὲ πάντες εὐσεβεῖς τυγχάνομεν· τούτου χάριν οὐ πᾶσιν ἀρέσκειν ὀφείλομεν, πλὴν τοῖς ἀγαθοῖς· ὁμοίως δὲ οὐ πᾶσι μὴ ἀρέσκειν ὀφείλομεν, πλὴν τοῖς πονηροῖς. Διὸ καὶ ὁ Κύριος τοῦτο φανεροποιῶν ἐν τοῖς Εὐαγγελίοις φησίν· *Οὐαὶ ὅταν καλῶς ὑμᾶς εἴπωσι πάντες οἱ ἄνθρωποι.* Οὐ μόνον δὲ ἐν τούτοις, ἀλλὰ

[35] Psal. LII, 6. [36] Ephes. VI, 6. [37] Gal. I, 10 [38] ibid. [39] Luc. VI, 26.

καὶ ἐν αὐτοῖς τοῖς δοκοῦσι καλοῖς ἀνθρωπαρεσκεῖν ἡμᾶς κωλύει, ὅταν μὴ δι' ἔλεγχον καὶ μίμησιν, ἀλλὰ δι' ἔπαινον καί τινα ἀντίδοσιν ἐπιδεικνύωμεν τὰ καλὰ τοῖς ἀνθρώποις. Καὶ εἰκότως. Εἰ γὰρ ἀνταποδόσεως ἕνεκεν σωματικῆς ἀρέσκειν τοῖς ἀνθρώποις βούλεται, οὐδὲν χάρισμα πνευματικὸν παρὰ Θεοῦ λαμβάνει, οὐδὲ τυγχάνει τῶν ἐκεῖ ἀνταποδόσεων, ἀπέχων τὸν μισθὸν αὐτοῦ, καθὼς καὶ ὁ Κύριος ἐν τοῖς Εὐαγγελίοις ἐφανέρωσεν, οὐχ ἅπαξ, ἀλλὰ καὶ πλειστάκις· καὶ περὶ προσευχῆς, καὶ περὶ νηστείας, καὶ ἐλεημοσύνης ἐντελλόμενος, κρύπτειν αὐτὰ ἀπὸ τῶν ἀνθρώπων παρήγγειλεν.

ΙΓ'. Ὁ δὲ σχολαστικὸς, ἔτι λαλουμένων τῶν ῥημάτων, εἶπε μεγάλῃ τῇ φωνῇ· Ἱκανῶς ἔχει, περὶ τούτου πεπληροφόρημαι. Λείπεται δέ σοι μὴ ἐν αἰνίγματι, μηδὲ ἐν εἰκασμῷ, ἀλλὰ φανερῶς εἰπεῖν, τίνες εἰσὶν αἱ τῆς κακίας παρατροπαὶ, ἵνα γνῶμεν ἀκριβῶς, εἰ εἰσὶ, καθὼς εἴρηκας, σκοτεινότεροι καὶ δυσεύρετοι, ὡς δύνασθαι αὐτὰς ἐληλυθυίας, καὶ τῶν φρονίμων καταχρατεῖν. Ὁ δὲ ἀσκητὴς ἔφη· Ἄκουε συνετῶς, καὶ ἀπαγγελῶ σοι ὀνομαστί· αὐτὸς δὲ ἐπίστησον, εἰ μὴ αὐτὸς εὕρῃς πάσας ταύτας ἐν πᾶσιν ἐκείνοις τῷ πάθει οἰκειωμένας. Πρώτη καὶ μήτηρ ἐστὶ τῶν παρατροπῶν ἡ ἀπιστία. Ταύτῃ δὲ λοιπὸν ὡς τέκνα ἐπακολουθοῦσι φθόνος, μῖσος, ζῆλος, δόλος, νεῖκος, ὑπόκρισις, προσωποληψία, ὀφθαλμοδουλεία, καταλαλιὰ, ψεῦδος, εὐλαβείας πρόσχημα, οὐκ ἀληθείας, καὶ ὅσα τοιαῦτα δυσφανῆ καὶ σκοτεινὰ πάθη. Τὸ καὶ πάντων φαυλότερον, ὅτι τινὲς διὰ τῆς τοῦ λόγου σοφίας συνιστῶσιν αὐτὰ ὡς καλὰ, καὶ τὴν ἐπ' αὐτῆς βλάβην ἐπικαλύπτουσιν. Εἰ δὲ βούλει, καὶ τὴν πανουργίαν αὐτῶν μερικῶς φανεροποιήσω. Ὁ πανοῦργος ἀνθρωπάρεσκος, ἑτέρῳ συμβουλεύων, ἑτέρῳ ἐπιβουλεύει· ἄλλον ἐπαινῶν, ἄλλον ψέγει· νουθετῶν τὸν πλησίον, ἑαυτὸν συνίστησιν· εἰς δίκην συνηγορεῖ, οὐχ ἵνα τὸ δίκαιον κρίνῃ, ἀλλ' ἵνα τὸν ἐχθρὸν ἀμύνηται· μετὰ κολακείας ἐλέγχει, ἕως οὗ ὀνειδίζων παραδεχθῇ τὸν ἑαυτοῦ ἐχθρόν· ἀνωνύμως διαβάλλει, ἵνα τὴν ἑαυτοῦ καταλαλιὰν ἐπικρύψῃ· ὁρκίζει τοὺς ἀκτήμονας τοῦ ὁμολογῆσαι τὰ ἐνδέοντα, ὡς παρασχεῖν βουλόμενος· καὶ ὅταν εἴπωσιν, ὡς αἰτοῦντας διαφημίζει· παρὰ ἀπείροις καυχᾶται, καὶ παρὰ ἐμπείροις ταπεινολογεῖ, τὸν ἐξ ἀμφοτέρων ἔπαινον θηρώμενος. Ἐγκωμιαζομένων ἐναρέτων ἀηδίζεται· καὶ ἐπιῤῥίψας ἑτέραν διήγησιν, περισπᾷ τὸ ἐγκώμιον· τοὺς ἀρχικοὺς ἀπόντας ἐξευτελίζει, καὶ παρόντας εἰς πρόσωπον δοξάζει· τοὺς ταπεινόφρονας μυκτηρίζει, καὶ τοὺς διδασκάλους μωμοσκοπεῖ· ἰδιωτείαν ὀνειδίζει, ἵνα ὡς σοφὸν ἑαυτὸν ἐπιδείξῃ· πάντων τὰς ἀρετὰς παραλογίζεται, τὰς δὲ κακίας διὰ μνήμης ἔχει. Καὶ ἁπαξαπλῶς καιροὺς θηρεύει, καὶ προσώποις δουλεύει, ὅπως πληροφορήσῃ τὸ πολυτροπώτατον τῆς ἀνθρωπαρεσκείας πάθος· κρύπτειν πειρᾶται τὰ ἑαυτοῦ κακὰ διὰ τῆς τῶν ἀλλοτρίων ἐρωτήσεως. Οἱ δὲ ὄντως μοναχοὶ οὐχ οὕτως, ἀλλὰ τοὐναντίον, τὰ τῶν ἄλλων συμπαθῶς παρορῶσι· τὰ δὲ αὐτῶν τῷ Θεῷ φανεροποιοῦσι. Διὸ καὶ παρὰ τῶν ἀγνοούντων ἀνθρώπων ἐξευτελίζονται· οὐ γὰρ τοσοῦτον βροτοῖς, ὅσον Θεῷ ἀρέσκειν σπου-

A præ se ferunt speciem boni, placere nos vetat hominibus, quando non emendationis aut imitationis gratia, sed studio laudis aut remunerationis ostentamus hominibus quæ sunt recta. Et merito. Nam si retributionis corporeæ causa velit quispiam hominibus placere, charisma spiritale non recipit a Deo, neque repositas illic consequitur remunerationes, cum recipiat mercedem suam, uti Dominus etiam declaravit in Evangeliis non semel, sed sæpius [40]: nec non in dandis orationis, jejunii et eleemosynæ præceptis denuntiat ut illa occultentur hominibus.

XIII. Scholasticus autem, dum hæc proferrentur adhuc verba, intensa voce dixit: Sufficit, hanc rem compertissimam habeo. Superest tibi, ut non B sub ænigmate aut conjectura, sed clare dicas, quæ sint diverticula nequitiæ, ut exacte sciamus, an sint, ut dixisti, tenebris obducta et inventu difficilia, ut possint, cum occurrunt, etiam prudentes occupare. Dixit exercitor: Audi attente, et recitabo tibi nominatim; ipse vero insistas, si non reperias cuncta illa per omnia hæc affectui ipsi valde connexa. Primum igitur et mater horum diverticulorum est infidelitas. Quam postea, velut fetus, sequuntur invidia, odium, æmulatio, dolus, contentio, hypocrisis, personarum acceptio, obsequium oculis exhibitum, detractio, mendacium, religionis species et imago, non veritatis, et quæcunque similes obscuræ et caliginosæ perturbationes. Et quod pejus est omnibus, orationis artificio nonnulli cumulant ista velut bona, et sub eo C latentia tegunt incommoda. Quod si placet, eorum versutiam speciatim explicabo. Callidus, et qui placet hominibus, dum uni consulit, alteri insidiatur; si laudat alium, alium vituperat; cum admonet proximum, se ipsum stabilit; patrocinatur in judicio, non ut quod justum est judicet, sed ut de inimicis sumat ultionem; blande reprehendit, donec contumeliose exceperit suum ipsius inimicum, suppresso nomine calumniatur, ut suam detractionem occultet; jurejurando adigit pauperes profiteri quibus indigeant, tanquam elargiturus quidpiam; cumque declaraverint, diffamat eos, ut efflagitatores; gloriatur apud imperitos, et apud doD tos submissa voce loquitur, ut qui venetur ab utrisque laudem. Ægre fert dum celebrantur encomiis, qui dant operam virtuti; aliaque narratione interjecta contrahit encomium; magnates, cum absunt, deprimit, præsentes autem in faciem extollit; subsannat humiles, et magistros reprehendendi gratia curiose observat; simplices probro afficit, ut se ipsum sapientem ostentet; virtutes omnium cavillatur, et vitia tenet memoria. Et, ut semel dicam, captat occasiones, inservit personis, quo probatum reddat valde multiplicem humanæ complacentiæ effectum; sua ipsius vitia celare nititur, alienorum interrogatione. At vere monachi non sunt ejusmodi, imo contra aliorum vitia compatiendo

[40] Matth. VI, 2, 5, 6.

dissimulant, sua vero declarant Deo. Ideoque apud ignaros homines parvi fiunt quia non tam student hominibus placere, quam Deo, modo quidem recte placentes, alias vero se ipsos condemnantes, utroque tamen nomine accepturi remunerationem a Domino, dicente : *Qui se exaltat, humiliabitur* [41].

A δάζουσι, τοῦτο μὲν εὐαρεστοῦντες, τοῦτο δὲ καὶ ἑαυτοὺς κατακρίνοντες, ἐπ' ἀμφοτέροις ἐκδεχόμενοι παρὰ Κυρίου τὴν ἀνταπόδοσιν, εἰρηκότος · *Ὁ ὑψῶν ἑαυτὸν ταπεινωθήσεται.*

XIV. Scholasticus autem argumentis fatigatus ait : Ego tum animi tui sensa, o exercitor, tum astutiam tuam demiror, de qua cum obscure ipse alios accuses, hac tamen ipse teneris. Destitutus siquidem liberalibus disciplinis, redactus es in eam quæ secundum Deum est stultitiam, asserens illam maximam et Deo gratam esse sapientiam, cui precationem et labores pro pietate susceptos adjunxisti, ut imperitiam manifestam obscura religione tegeres. An vero tuarum enarrationum sis prorsus artifex, cras denuo convenientes agnoscemus ; et his dictis surgens abiit. Tum senex, eo a se dimisso, conversus obtestabatur cum gemitu. Fratres autem rogabant, ut gemitus sui causam exponeret, qui dixit : Video quosdam vestrum perturbatos. Quod inde conjicio, quia non in commodum, sed in detrimentum causidici verba excepistis; et nihilo adjutos vos ipsos his quæ dicta sunt, existimastis, imo contumelia affectos. Hæc est causa mœroris mei, quod legem spiritalem eloquimur aliis, ipsi vero non servamus. Si vero non secutus sum ingenue morosorum voluntatem, qui legem Dei tenent, et credunt, juxta Scripturam, adversa omnia non injuste accidere, mihi, ut seni, ob imbecillitatem intellectus condonate, ut contingentium saltem nobis molestiarum reos nos esse credamus, et si non recenter aut ob præsentia facinora, at ex antiquo debito. Tunc unus e fratribus, qui de sua fidebat continentia, et ea de causa veritatem ignorabat, qui etiam adversitates omnes sufferre conabatur, verum se velut martyrem inmerito pati existimabat, respondit audacter, inquiens : Ubinam Scriptura dixit, justo Dei judicio, pro culpa cujusque, calamitates hominibus evenire? Senex vero valde sereno vultu excipiens quæ dixerat, inquit : Multis in capitulis, o dilecte, si quæras, hoc reperies, tum in Veteri, tum in Novo Testamento; ac si velis, pauca subjiciemus oculis : ipse vero ubi didiceris, abjecta arrogantia, postula humilitatem Christi, dicentis : *Tollite jugum meum super vos, et discite a me, quia mitis sum et humilis corde; et invenietis requiem animabus vestris* [42]. *ταπεινὸς τῇ καρδίᾳ, καὶ εὑρήσετε ἀνάπαυσιν ταῖς ψυχαῖς ὑμῶν.*

B

C

D

ΙΔ'. Ὁ δὲ σχολαστικὸς, πονήσας ἐπὶ τοῖς ἐλέγχοις, ἔφη · Ἐγώ σου σὺν τοῖς νοήμασιν, ὦ ἀσκητὰ, καὶ τὴν πανουργίαν ἐθαύμασα, ἣν ἑτέροις ἐγκαλῶν αὐτὸς ἐπεσκιασμένως κατέχεις. Ἀπορῶν γὰρ τῆς ἐγκυκλίου παιδεύσεως, εἰς τὴν κατὰ Θεὸν μωρίαν ἐπεσπάσω, λέγων αὐτὴν σοφίαν εἶναι μεγίστην, καὶ Θεῷ εὐάρεστον, μεθ' ἧς καὶ τὴν προσευχὴν, καὶ τοὺς ὑπὲρ εὐσεβείας πόνους προσέλαβες, ὅπως τὴν εὔδηλον ἀπαιδευσίαν τῇ ἀδήλῳ εὐλαβείᾳ ἐπικαλύψῃς. Εἰ δὲ ὅλως ἐργάτης τυγχάνεις τῶν σῶν διηγημάτων, αὔριον πάλιν ἐπιβαλόντες ἐπιγνωσόμεθα · καὶ ταῦτα εἰπὼν, ἀναστὰς ἀπῆλθεν. Ὁ δὲ γέρων προπέμψας αὐτὸν καὶ στραφεὶς ἐποτνία. Οἱ δὲ ἀδελφοὶ παρεκάλουν αὐτὸν, τοῦ στεναγμοῦ τὴν αἰτίαν εἰπεῖν · ὁ δὲ εἶπεν · Ὁρῶ τινας ὑμῶν τεταραγμένους. Τεκμήριον γὰρ ἔλαβον, ὅτι οὐ πρὸς ὠφέλειαν, ἀλλὰ πρὸς βλάβην ἐδέξασθε τοῦ δικανικοῦ τὰ ῥήματα · καὶ οὐκ ὠφεληθέντας, ἀλλ' ὑβρισθέντας ἑαυτοὺς ἐλογίσασθε ἐπὶ τοῖς εἰρημένοις. Αὕτη ἐστὶν ἡ αἰτία τῆς ἐμῆς ἀθυμίας, ὅτι τὸν πνευματικὸν νόμον ἑτέροις λαλοῦμεν, αὐτοὶ δὲ οὐ τηροῦμεν. Εἰ δὲ οὐ προσφυῶς κατηκολούθησα τῷ βουλήματι τῶν σκυθρωπῶν, ἀλλ' αὐτοὶ κρατοῦσι τὸν τοῦ Θεοῦ νόμον, καὶ πάντα θλιβερὰ οὐκ ἀδίκως ἐπέρχεσθαι πεπιστεύκασι κατὰ τὴν Γραφὴν, ὡς γέροντί μοι συγγνώμην τῆς μικρονοίας ἀπόδοτε, μόνον ἵνα πιστεύσωμεν, ὅτι τῶν συμβαινόντων ἡμῖν λυπηρῶν ἐσμεν ὑπεύθυνοι, καὶ εἰ μὴ προσφάτως, ἤ δι' αὐτῶν τῶν πραγμάτων, ἀλλ' ἐκ παλαιοῦ χρεωστήματος. Τότε εἷς τῶν ἀδελφῶν πεποιθὼς ἐπὶ ἐγκρατείᾳ, καὶ διὰ τοῦτο ἀγνοῶν τὴν ἀλήθειαν, καὶ πάντα μὲν τὰ θλιβερὰ ὑπομένειν πειρώμενος, ὅμως ὡς μάρτυρ πάσχειν ἀδίκως οἰόμενος, μετὰ θράσους ἀπεκρίνατο, λέγων · Ποῦ ἡ Γραφὴ κατὰ αἰτίαν ἑκάστου καὶ δικαίαν κρίσιν Θεοῦ ἐπέρχεσθαι τοῖς ἀνθρώποις τὰς συμφορὰς εἴρηκεν ; Ὁ δὲ γέρων, ἐφ' οἷς εἰρήκει λίαν εὐπροσωπήσας ἔφη · Ἐν πολλοῖς κεφαλαίοις τοῦτο ζητήσας εὑρήσεις, ἀγαπητὲ, καὶ ἐν τῇ Παλαιᾷ, καὶ ἐν τῇ Καινῇ Διαθήκῃ · εἰ δὲ βούλει, καὶ ἡμεῖς σμικρὰ φανερώσωμεν · αὐτὸς δὲ μαθὼν, ἀπόβαλε τὴν ὑψηλοφροσύνην, καὶ κτῆσαι τὴν τοῦ Χριστοῦ ταπείνωσιν, λέγοντος · *Ἄρατε τὸν ζυγόν μου ἐφ' ὑμᾶς, καὶ μάθετε ἀπ' ἐμοῦ, ὅτι πρᾶός εἰμι καὶ*

XV. Subditus porro, disputationi occurrens dixit : Si quisque nostrum imitatur in eo humilitatem Christi, quod arbitratur, ea quæ accidunt, esse velut proprium debitum, quemadmodum dixisti; profecto etiam Christus, dum passus est, proprium debitum persolvit : quo fit, ut ego eum blasphemare affirmem, qui hoc dicit. Hæc cum audisset qui præerat, ait : Conabar equidem pristinam tuam quæstionem prius solvere; sed quoniam huic et alteram injecisti, tanquam infinitarum quæstionum

IΕ'. Ὁ δὲ ὑποτακτικὸς ἐπιδραμὼν τῷ λόγῳ, ἔφη · Εἰ ἕκαστος ἡμῶν ἐν τούτῳ μιμεῖται τὴν ταπείνωσιν τοῦ Χριστοῦ, ἐν τῷ ἴδιον χρέος ἡγεῖσθαι τὰ ἐπερχόμενα, καθὼς εἰρηκας, δηλονότι καὶ ὁ Χριστὸς παθὼν, ἴδιον χρέος ἐξετέλεσεν · ὅθεν ἐγὼ βλασφημεῖν ἡγοῦμαι τὸν τοῦτο λέγοντα. Ἀκούσας δὲ ταῦτα ὁ ἡγούμενος, λέγει · Ἐγὼ μὲν ἐπειρώμην τὴν προλαβοῦσάν σου πεῦσιν πρότερον λῦσαι · ἐπειδὴ δὲ καὶ ταύτῃ ἑτέραν ἐπέβαλες, ὡς ἐκ τῆς συγχύσεως τῶν μυρίων ἐρωτήσεων ἐπεκάλυψας τὰς λύσεις. Ἡμεῖς ἐν Κυρίῳ

[41] Luc. XIV, 11. [42] Matth. XI, 29.

καὶ περὶ τούτου πληροφορήσομεν, τὰ προσήκοντα ἀντεπερωτήσαντες. Εἰπέ μοι, οἱ δανειζόμενοι ἴδιον χρέος, αὐτοὶ μόνοι χρεῶσται τυγχάνουσιν, ἢ καὶ οἱ ἐγγυώμενοι αὐτούς ; Ὁ δὲ ὑποτακτικὸς ἀπεκρίθη · Δηλονότι καὶ οἱ ἐγγυώμενοι αὐτούς. Ὁ δὲ γέρων πρὸς αὐτόν· Γνῶθι οὖν ἀκριβῶς, ὅτι καὶ ὁ Χριστὸς ἡμᾶς ἀναδεξάμενος χρεωφειλέτην ἑαυτὸν κατέστησε, κατὰ τὰς θείας Γραφάς· *Ὁ ἀμνὸς τοῦ Θεοῦ, ὁ αἴρων τὴν ἁμαρτίαν τοῦ κόσμου· Ὁ γενόμενος ὑπὲρ ἡμῶν κατάρα· Ὁ πάντων τὸν θάνατον ἀναδεξάμενος, καὶ ὑπὲρ πάντων ἀποθανών*, σὲ μόνον οὐκ ἀνεδέξατο; Τοῦτο ὁμολόγησον σαφῶς, καὶ ἡμεῖς ἡττήμεθα. Ὁ δὲ ἀδελφὸς προσπεσὼν ἔφη · Εἰ καὶ ὡς νήπιος ἐσφάλην κατὰ ἄγνοιαν, τὸν δὲ λυτρωτὴν τῶν ψυχῶν ἡμῶν καὶ ἀνάδοχον οὐκ ἀρνοῦμαι. Οἶδα γὰρ, ὅτι οὐδεμία ἑτέρα ἐλπὶς σωτηρίας ὑπολέλειπται τοῖς ἀνθρώποις, τοῦ Ἀποστόλου λέγοντος, ὅτι *Πάντες ἥμαρτον, καὶ ὑστερούμενοι τῆς δόξης τοῦ Θεοῦ, δικαιούμενοι δωρεὰν τῇ αὐτοῦ χάριτι.*

ΙϚ'. Ὠφεληθέντων δὲ πάντων ἐπὶ τῇ ἐπιγνώσει καὶ μετανοίᾳ τοῦ ἀδελφοῦ, ὁ δὲ γέρων ἔφη · Λείπεται λοιπὸν ἡμᾶς δεῖξαι ἀπὸ τῆς Γραφῆς, ὅτι οὐδὲν τῶν συμβαινόντων λυπηρῶν ἑκάστῳ ἀδίκως ἐπέρχεται, ἀλλὰ πάντα κατὰ δικαίαν κρίσιν Θεοῦ, τῶν μὲν ὑπὲρ ἰδίων κακῶν, τῶν δὲ ὑπὲρ τῶν πλησίον πασχόντων, εἰς κόλπον ἐπέρχεται πάντα τοῖς ἀδίκοις · *Παρὰ δὲ Κυρίου πάντα δίκαια* · καὶ πάλιν · *Πάντα τὰ ἔργα τοῦ Θεοῦ μετὰ δικαιοσύνης* · καὶ *ὁ σπείρει ἕκαστος, τοῦτο καὶ θερίσει* · καὶ, *Εἰ ἡμῶν ἀδικία Θεοῦ δικαιοσύνην συνίστησι, τί ἐροῦμεν; Μὴ ἄδικος ὁ ἐπιφέρων τὴν ὀργήν; κατὰ ἄνθρωπον λέγω. Μὴ γένοιτο.* Ἰδοὺ καὶ οἱ τρεῖς παῖδες ἐν τῇ καμίνῳ βληθέντες, διδάσκουσιν ἡμᾶς τοῦτο τὸ φρόνημα, κατὰ ἰδίαν αἰτίαν καὶ Θεοῦ παίδευσιν λέγοντες ἐμβεβλῆσθαι, εἰ καὶ ἄλλο ἀνεδέξαντο πρόσωπον. Καὶ ὁ ἅγιος Δαβὶδ, ὑπὸ τοῦ Σεμεῒ θλιβόμενος, κελεύσει Θεοῦ καὶ διὰ ἴδια αἰτιάματα ὁμολογεῖ θλίβεσθαι. Καὶ Ἡσαΐας δὲ καὶ Ἱερεμίας, Ἰεζεκιήλ τε καὶ Δανιὴλ, καὶ οἱ λοιποὶ προφῆται, τῷ τε λαῷ καὶ τοῖς ἔθνεσι τὰ μέλλοντα θλιβερὰ κατὰ τὴν ἑκάστου ἁμαρτίαν ἐπέρχεσθαι αὐτοῖς προεφήτευον, ἅμα καὶ τὰς αἰτίας καὶ τὰς ἀφορμὰς προδηλώσαντες · φησὶ γάρ · Ἀνθ' ὧν ἐλάλουν τάδε, καὶ ἐποίουν τάδε, ἐπέλθοι αὐτοῖς τάδε. Καὶ ἐν τῷ ψαλμῷ ὁ μακάριος Δαβὶδ τοῦτο φανεροποιῶν ἔλεγεν · *Ἔγνων, Κύριε, ὅτι δικαιοσύνη τὰ κρίματά σου, καὶ ἐν ἀληθείᾳ σου ἐταπείνωσάς με.* Καὶ πάλιν · *Ὠνείδος ἄφρονί ἐδωκάς μοι · ἐκωφώθην, καὶ οὐκ ἤνοιξα τὸ στόμα μου, ὅτι σὺ ἐποίησας.* Καὶ εὐχαριστεῖ, ὅτι τῶν ἐπικεκαλυμμένων ἐν ἡμῖν ἐννοιῶν πονηρῶν ἐπέστειλεν αὐτῷ, ἵνα ἀκριβῶς τὰς ἐννοίας ἡμῶν ἐπιβλεψάμενοι, ἑαυτοὺς διορθωσώμεθα, καὶ μὴ ἀμφιβάλλωμεν εἰ τὸ πλεῖστον τῆς κακίας τῆς ἑαυτῶν ἀγνοοῦμεν. Τελείου γὰρ ἀνδρός ἐστιν ἀληθάργητον εἶναι ἐν τοῖς ἰδίοις ἡττήμασιν. Εἰ δὲ τὰ προφανῆ ἡττήματά ἐστι δυσκατανόητα, πολ-

A confusione solutiones obruisti. Nos tamen de eo per Dominum satisfaciemus, congruentibus vicissim utentes interrogationibus. Dicito mihi, qui ex mutuo debitum proprium contrahunt, hi soli debitores exsistunt, an et illi qui spondent pro eis? Respondit subditus : Utique et qui fidejubent eorum nomine. Cui senex : Exploratum igitur tibi sit, Christum quando nos suscepit, se ipsum, secundum Scripturas divinas, debitorem constituisse : *Agnus Dei, qui tollit peccatum mundi* [45]; *Qui factus est pro nobis maledictum* [46]; *Qui mortem omnium suscepit, et pro omnibus mortuus est* [48], non te duntaxat excepit. Hoc aperte confitere, et nos victi sumus. Frater autem se prosternens inquit : Etsi velut pusillus ignorantia falsus sum, non tamen abnego redemptorem ac susceptorem animarum nostrarum. Scio enim nullam aliam superesse spem salutis hominibus, cum dicat Apostolus : *Omnes peccaverunt, et egent gloria Dei, justificati gratis per gratiam ipsius* [49].

XVI. Recreatis autem omnibus ob agnitionem et resipiscentiam fratris, senex ait : Superest, ut demonstremus e Scriptura, ex adversis quæ cuique accidunt, nullum injuste evenire, sed omnia ex justo Dei judicio, dum alii propter sua scelera, alii proximorum nomine patiuntur, iniquis omnia recidunt in sinum : *A Deo tamen omnia justa* [47]; et iterum : *Omnia opera Dei cum justitia* [50]; et : *Quod seminat homo, hoc et metet* [52]; et : *Si iniquitas nostra justitiam Dei commendat, quid dicemus? Nunquid iniquus est Deus qui infert iram? secundum hominem dico : Absit* [50]. Ecce tres pueri in caminum projecti docent nos ita sentire debere, cum aiunt, pro sua culpa et castigatione divina se injectos esse, licet aliam personam susciperent. Sanctus quoque David dum jussu Dei affligitur a Semeï, ob facinora propria se fatetur affligi. Isaias item et Jeremias, Ezechiel, Daniel et reliqui prophetæ, tam populo quam gentibus prophetarunt, pro cujusque peccato venturas ipsis calamitates, unaque causas et occasiones ante declaraverunt. Ait enim : Pro eo quod loquebantur hæc et illa, et ista committebant, hæc et illa eveniebant eis. Quod aperte dicebat sanctus David in Psalmo : *Cognovi, Domine, quia æquitas judicia tua, et in veritate tua humiliasti me* [51]; et iterum : *Opprobrium insipienti dedisti me, obmutui, et non aperui os meum, quia tu fecisti* [53]. Et de missa sibi latentium in nobis cogitationum pravarum cogitatione gratias agit, ut exacte perpensis animi nostri conceptibus, corrigamus nos ipsos, et non versemur in ancipiti, vitiorum nostrorum multitudinem ignorantes. Integri siquidem viri est, in suis delictis non torpescere. Quod si conspicua delicta sunt nobis cognitu difficilia, quanto magis cogitationes? Quamobrem cognoscamus tanquam ratione præditi, ea com-

[45] Joan. I, 29. [46] Gal. III, 13. [48] II Cor. V, 14. [49] Rom. III, 23, 24. [47] Prov. XVI, 33 sec. LXX. [50] Prov. XVI, 10 sec. LXX. [52] Gal. VI, 8. [50] Rom. III, 5, 6. [51] Psal. CXVIII, 77. [53] Psal. XXXVIII, 9, 10.

modo nostro contingere, quæcunque Dominus immittit, et per ea admodum bene nobiscum agere. Nam efficit in primis, ut indagemus quæ nos clam occupant cogitationes; his repertis, sinceram et non simulatam humilitatem addit, deinde revelationem, quæ jubet, ut opinione nostri vana liberemur, quemadmodum scriptum est : *Prospexerunt omnes qui operantur iniquitatem, ut intereant in sæculum sæculi* [83]. Hoc ergo fratres accurate scitote et cognoscite, nos occulta vitia non inventuros, nisi cum fide et gratiarum actione perferamus ea quæ nobis immittuntur. Illis vero plane non repertis, pravas cogitationes insitas abigere non possumus, nec malorum prius admissorum propitiationem quærere, neque de futuris esse securi.

Interrogatio.

XVII, Si quæ dixit forensis, redarguunt facinora nostra, cur dictis reprehensionibus nos ipsos esse obnoxios non sentimus?

Responsio.

Impressiones et castigationes non sunt ipsa evidentia culpis consimiles : verum quoad spiritum, omnem conservant æqualitatem justitiæ. Quod vel e Scriptura sancta possumus cognoscere : non enim qui sub turre Siloe ceciderunt [84], aliis instaurarunt turrim; et qui pœnitentiæ nomine captivi spatio septuaginta annorum abducti sunt in Babylonem, alios quosdam captivos ceperunt ad pœnitentiam? Non ita se habent conditiones castigatoriæ. Sed velut milites in delicto deprehensi vapulant quidem, non tamen eadem patiuntur supplicia quæ hi qui scelera commiserunt : sic etiam omnes per ea quæ obveniunt, erudimur opportune et convenienter, et ad pœnitentiam : non eodem modo, aut eodem tempore, neque earumdem rerum eventu. Et hoc est, quod deducit multos, ut non credant justitiam divinam, temporis videlicet prorogatio, et eorum quæ infliguntur, disparitas. Cum ergo permultæ nobis contingant afflictiones, partim quidem per homines invidos, adulatores, detractores, calumniatores, sycophantas, seductores, ineptos, effossores, fures, spoliatores, scandalorum auctores, persecutores, contemptores, osores, pulsatores, ad nocendum paratos, et quæcunque homini ab homine possunt evenire, quæ item a proprio corpore lasciviente, infestante, requiem postulante; et inter accidentia, morsus canum, serpentium virus jaculantium, aut belluarum carnes vorantium : præterea pestes, terræ motus, glacies, ardores, senium, paupertas, desertio et quævis similia; partim vero opera eorum, adversus quos nobis colluctationem esse declaravit Apostolus [85], nempe spirituum nequitiæ, sermones nostros et actiones observantium; unde consequentia quadam suspicantur cogitationes nostras similes; merito quidem hæc nobis obveniunt. Quia nisi mens nostra liberi arbitrii compos, per infidelitatem con-

[83] Psal. xci, 8. [84] Luc. xiii, 4. [85] Ephes. vi, 12.

λῶ μᾶλλον τὰ ἐνθυμήματα. Γνωσόμεθα οὖν ὡς λογικοί, ὅτι πρὸς τὴν ἡμῶν ὠφέλειαν ἐπιφέρει Κύριος τὰς ἐπαγωγάς, καὶ πολλὰ καλὰ δι' αὐτῶν ἐν ἡμῖν ἐργάζεται. Πρῶτον εὕρεσις τῶν κρυπτῶς ἡμᾶς κατεχουσῶν ἐννοιῶν, μετὰ τὴν τούτων εὕρεσιν · καὶ ταπεινοφροσύνην προστίθησιν ἀληθινὴν καὶ ἀσχημάτιστον, εἶτα τῆς ματαίας οἰήσεως ἀπαλλαγῆναι κελεύουσαν ἀνακάλυψιν, κατὰ τὸ γεγραμμένον · *Διέκυψαν πάντες οἱ ἐργαζόμενοι τὴν ἀνομίαν, ὅπως ἂν ἐξολοθρευθῶσιν εἰς τὸν αἰῶνα τοῦ αἰῶνος.* Τοῦτο οὖν ἀκριβῶς ἴστε γινώσκοντες, ἀδελφοί, ὅτι ἐὰν μὴ τὰς ἐπιφορὰς μετὰ πίστεως καὶ εὐχαριστίας ὑπομείνωμεν, τὴν ἐγκεκρυμμένην κακίαν εὑρεῖν οὐ δυνάμεθα. Ταύτης δὲ τρανῶς μὴ εὑρεθείσης, οὔτε τοὺς ἐνεστῶτας φαύλους λογισμοὺς ἀπορρίψαι δυνάμεθα, οὔτε τῶν προγεγενημένων κακῶν ἵλασμὸν ζητῆσαι, οὔτε περὶ τῶν μελλόντων ἀσφάλειαν δέξασθαι.

Ἐρώτησις.

ΙΖ'. Εἰ τὰ ῥήματα τοῦ δικανικοῦ ἔλεγχοί εἰσι τῶν ἡμετέρων πραγμάτων, διὰ τί τῶν εἰρημένων ὑπευθύνους ἑαυτοὺς οὐχ εὑρίσκομεν;

Ἀπόκρισις.

Αἱ ἐπιφοραὶ καὶ οἱ ἔλεγχοι ταῖς αἰτίαις εἰς τὸ φανερὸν οὐχ ἑξομοιοῦνται · κατὰ δὲ τὸ πνευματικὸν, πᾶσαν ἀποσώζουσι δικαιοσύνην. Τοῦτο δὲ καὶ διὰ τῆς ἁγίας Γραφῆς γνῶναι δυνάμεθα. Μὴ γὰρ οἱ ὑπὸ τοῦ πύργου τοῦ Σιλωὰμ ἀποθανόντες, ἑτέροις πύργον ἀνεκατέστησαν, καὶ οἱ ἀπαχθέντες εἰς μετάνοιαν ἐν Βαβυλῶνι αἰχμάλωτοι ἑβδομήκοντα ἔτη, ἄλλους τινὰς αἰχμαλώτους ἔλαβον εἰς μετάνοιαν; Οὐχ οὕτως εἰσὶν αἱ παιδευτικαὶ συμβάσεις · ἀλλ' ὥσπερ οἱ στρατιῶται, ὅταν φωραθῶσιν ἁμαρτήσαντες, αἰκίζονται μὲν, οὐ τὰ αὐτὰ δὲ πάσχουσιν, οἷα φαῦλα πεποιήκασιν · οὕτω καὶ πάντες παιδευόμεθα μὲν διὰ τῶν ἐπερχομένων, εὐκαίρως δὲ καὶ ἁρμοζόντως καὶ πρὸς μετάνοιαν · οὐχ ὁμοιοτρόπως δὲ, οὐδὲ ἐν τῷ αὐτῷ καιρῷ, οὐδὲ διὰ τῶν αὐτῶν πραγμάτων · καὶ τοῦτό ἐστιν ὃ ἄγει τοὺς πολλοὺς εἰς ἀπιστίαν τῆς τοῦ Θεοῦ δικαιοσύνης, ἡ τοῦ καιροῦ ὑπέρθεσις, καὶ ἡ τῶν ἐπιφερομένων ἀνομοιότης. Οὐκοῦν ἐπειδὴ πολλὰ ἐπέρχονται ἡμῖν θλιβερὰ πράγματα, τοῦτο μὲν δι' ἀνθρώπων φθονούντων, κολακευόντων, καταλαλούντων, διαβαλλόντων, συκοφαντούντων, πλανώντων, ἀπόντων, διορυττόντων, κλεπτόντων, ἀποστερούντων, σκανδαλιζόντων, διωκόντων, καταφρονούντων, μισούντων, τυπτόντων, ἐπηρεαζόντων, καὶ ὅσα ἀνθρώποις παρὰ ἀνθρώπων ἐπέρχονται, καὶ παρὰ τοῦ ἰδίου σώματος σφριγῶντος, πολεμοῦντος, ἀναπαύσεις θέλοντος · ἐντὸς τούτοις συμβαίνοντα δήγματα κυνῶν, ἰοβόλων, ἢ σαρκοβόρων θηρίων · πρὸς τούτοις λοιμοὶ, σεισμοὶ, παγετοὶ, καύσωνες, γῆρας, πενία, μόνωσις, καὶ ὅσα τοιαῦτα · τοῦτο δὲ διὰ τῶν πνευμάτων τῆς πονηρίας πρὸς ἃ τὴν πάλην ἡμῶν εἶναι ὁ Ἀπόστολος ἐφανέρωσε, τοὺς λόγους ἡμῶν καὶ τὰς πράξεις ἐπιτηρούντων, δι' ὧν ἀκολούθως ἐφαμίλλους καὶ τοὺς λογισμοὺς ἡμῶν καταστοχάζονται εἶναι · εἰκότως. Εἰ μὴ γὰρ ὁ αὐτεξούσιος ἡμῶν νοῦς ταῖς δοκιμαστικαῖς προσβολαῖς ἐξ ἀπιστίας προσομιλήσει, καὶ ἀφεὶς τὴν καθολικὴν

ἐλπίδα λογισμοὺς ἀνακινήσει, οὔτε λόγοι προσφέ- A trahat familiaritatem cum suggestionibus probatoriis, et spe catholica relicta, cogitationes excitet, non eduntur sermones, nec actiones perficiuntur.

ρονται, οὔτε πράξεις ἐπιτελοῦνται.

Ἐρώτησις.

ΙΗ'. Αὐτὸς εἴρηκας, ὅτι πᾶσαι αἱ συμφοραὶ κατὰ αἰτίαν εὐλόγως ἑκάστῳ ἐπέρχονται, εἰς ἐπίγνωσιν τῆς τοῦ Θεοῦ δικαιοσύνης ἡμῶν ἐφέλκουσι. Φανέρωσον οὖν ἡμῖν τὰς αἰτίας, ἵνα οὕτως πιστεύωμεν, ὅτι ὑπεύθυνοι τῶν ἐπιφορῶν ἐσμεν, καὶ ὀφείλομεν ὑπομένειν τὰ ἐπερχόμενα θλιβερά, ἵνα μὴ ἐν τῇ κρίσει, οὐχ ὡς ἁμαρτωλοὶ μόνον, ἀλλὰ καὶ ὡς τὴν ἴασιν μὴ προσδεξάμενοι, βαρυτέραν ἔξωμεν τὴν κόλασιν.

Ἀπόκρισις.

Πάσης συμβάσεως αἰτία ἐστὶν οἱ ἑκάστου λογισμοί. Εἶχον δὲ εἰπεῖν, ὅτι καὶ οἱ λόγοι καὶ αἱ πράξεις· ἐπειδὴ δὲ πρὸ ἐννοίας ταῦτα οὐ προέρχονται, τούτου B χάριν τὸ πᾶν τοῖς λογισμοῖς ἐπιγράφοιμι. Τοῦ λογισμοῦ οὖν προηγουμένου, λοιπὸν οἱ λόγοι καὶ αἱ πράξεις παρέχουσιν ἡμῖν τὴν εἰς ἀλλήλους κοινωνίαν. Δύο δέ εἰσιν οἱ τρόποι τῆς κοινωνίας· εἷς ἀπὸ ἀγάπης, καὶ εἷς ἀπὸ κακίας. Διὰ δὲ τῆς κοινωνίας οὓς οὐκ οἴδαμεν, ἀλλήλους ἀναδεχόμεθα. Ταῖς δὲ ἀναδοχαῖς ἐπιφοραὶ ἀναγκαίως ἀκολουθοῦσι, καθώς φησιν ἡ Γραφή· *Ὁ ἐγγυώμενος τὸν ἑαυτοῦ φίλον, ἐχθρῷ παραδίδωσι τὴν ἑαυτοῦ χεῖρα.* Οὕτως ἕκαστος, οὐ μόνον ἑαυτοῦ τὰ ἐπερχόμενα ὑπομένει, ἀλλὰ καὶ ὑπὲρ τοῦ πλησίον, ἐφ' οἷς αὐτὸν ἀνεδέξατο.

Ἐρώτησις.

ΙΘ'. Ἀξιοῦμεν μαθεῖν τὸν ἕνα τρόπον τῆς ἀναδο- C χῆς, λέγομεν δὲ τὸν ἀπὸ κακίας γενόμενον.

Ἀπόκρισις.

Ἀπὸ κακίας ἀναδοχὴ ἀκούσιός ἐστιν. Οὕτω δὲ συμβαίνει· Ἀναδέχεται τοὺς πειρασμούς, ὡς θέλει ὁ ἀποστερῶν τοῦ ἀποστερουμένου, ὁ πλεονεκτῶν τοῦ πλεονεκτουμένου, ὁμοίως ὁ συκοφαντῶν τοῦ συκοφαντουμένου, ὁ καταπονῶν τοῦ καταπονουμένου, ὁ καταλαλῶν τοῦ καταλαλουμένου, ὁ καταφρονῶν τοῦ καταφρονουμένου, ὁ διαβάλλων τοῦ διαβαλλομένου· καὶ ἵνα μὴ καθ' ἓν λέγω, πᾶς ὁ ἀδικῶν, τοῦ ἀδικουμένου κατὰ ἀναλογίαν ἀναδέχεται τοὺς πειρασμούς. Τούτοις δὲ μαρτυρεῖ ἡ θεία Γραφὴ λέγουσα· *Δίκαιος ἐκ θήρας ἐκδύνει, ἀντ' αὐτοῦ δὲ παραδίδοται ἀσεβής·* καὶ πάλιν· *Ὁ ὀρύσσων βόθρον, ἐμπεσεῖται εἰς αὐτὸν,* καὶ ὁ κυλίων λίθον, ἐφ' ἑαυτὸν κυλίει· καὶ πάλιν. *Εἰς κόλπον ἐπέρχεται πάντα τοῖς ἀδίκοις, παρὰ δὲ Κυρίου πάντα δίκαια. Εἰ οὖν ἡ ἡμῶν ἀδικία, Θεοῦ δικαιοσύνην συνίστησιν* ἐν ἀλλήλοις, κατὰ τὸν Ἀπόστολον, *τί ἐροῦμεν; Μὴ ἄδικος ὁ Θεὸς ὁ ἐπιφέρων τὴν ὀργὴν* τοῖς παιδευομένοις διὰ τῶν ἐπιφορῶν, ἀλλὰ καὶ πρὸς ταῦτα ἀνεπισκέπτως ἀγριαινομένοις;

Ἐρώτησις.

Κ'. Ταῦτα οὕτως ἔχειν πιστεύομεν δι' ἀκολουθίας ἐπακούσαντες. Λοιπὸν εἰπὲ ἡμῖν καὶ τὴν ἐξ ἀγάπης ἀναδοχήν, ἵνα καὶ ταῦτα μὴ ἀγνοῶμεν.

Interrogatio.

XVIII. Ipse dixisti, calamitates omnes cuique evenire prout in causa est, easque ad notitiam divinæ justitiæ nos adducere. Explica ergo nobis causas, ut hac ratione credamus, nos reos esse casuum nostrorum, et occurrentes afflictiones ferre debere, ne in judicio, non ut peccatores duntaxat, sed ut qui medelam recusaverimus, graviore supplicio plectamur.

Responsio.

Cunctorum casuum causæ sunt cogitationes uniuscujusque. Poteram etiam dicere, sermones et B operationes, sed quoniam hæc non præcedunt conceptionem, idcirco totum cogitationibus libenter ascripserim. Cum ergo cogitatio præeat et dominetur, in reliquo sermones et actiones præbent nobis mutuæ societatis occasionem. Sunt autem duæ societatis rationes : una, quæ proficiscitur a dilectione ; altera, quæ oritur a vitio. Per societatem vicissim spondemus pro iis quos non novimus. Sponsionibus autem necessario succedunt impressiones, ut ait Scriptura : *Qui fidejubet pro amico suo, hosti tradit manum suam* [86]. Ita fit, ut quisque non solum sibi peculiariter accidentia ferat, sed etiam proximi nomine, in quibus pro eo spopondit.

Interrogatio.

XIX. Discere peroptamus unum sponsionis modum, qui dicitur trahere originem a vitio. C

Responsio.

Sponsio vitiosa fit præter animi sententiam. Quæ sic accidit : qui spoliat, pro arbitrio, recipit in se redundantes tentationes ejus qui spoliatur ; qui studet avaritiæ, tentationes rei desideratæ ; necnon sycophanta, ejus quem defert ; vexator, ejus quem vexat ; detractor, ejus cui detrahit ; contemptor, ejus quem contemnit ; calumniator, ejus qui calumniam patitur ; et, ne per singula dicam, quicunque damnum dat, juxta proportionem recipit tentationes ejus qui damno afficitur. Hisce testimonium præbet Scriptura divina, quæ dicit : *Justus de angustia liberabitur, pro eo vero traditur impius* [87] ; et iterum : *Qui fodit foveam, incidet in eam* [88], et qui volvit lapidem, in se ipsum revolvit ; et rursum : *Iniquis omnia redundant in sinum : a Deo autem prodeunt cuncta* [89]. *Si ergo iniquitas nostra*, secundum Apostolum, *justitiam Dei commendat*, invicem, *quid dicemus? Nunquid iniquus est Deus, qui infert iram* [90], non his modo qui per impressiones erudiuntur, sed his etiam qui earum eventu inconsiderate exasperantur?

Interrogatio.

XX. Hæc ex ordine audita, ita se habere credimus. Superest, ut edisseras nobis sponsionem, quæ fit ex charitate, ne hoc quoque ignoremus.

[86] Prov. vi, 1. [87] Prov. xi, 8. [88] Prov. xxvi, 27. [89] Prov. xvi, 33 sec. LXX. [90] Rom. iii, 5.

Responsio.

Ex charitate prodiens sponsio est, quam Dominus Jesus per omnia nobis exhibuit. Qui sanat in primis infirmitates animæ nostræ, deinde curat omnem morbum et omnem languorem; qui tollit peccata mundi; qui puram restituit naturam his qui firmiter credunt ei, redemptionem a morte atque Dei cultum donat, pietatem et religionem docet, ostendit ad mortem usque perferendas esse afflictiones charitatis gratia, necessariam in eum usum patientiam gratuito nobis largitur per communicationem sancti Spiritus, necnon futura bona, *quæ oculus non vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis ascenderunt* [61]. Propter quod et nostra causa tentationes suscipit, dum subsannatur, probris afficitur, ligatur, proditur, colaphis cæditur, bibendum cum felle acetum ei porrigitur, calumniam patitur et persecutionem, dum etiam alapis tunditur. Ille, cum carnem spiritumque communem nobiscum haberet, passionesque nostro nomine suscepisset, denuo hanc ipsam legem tradidit apostolis suis, prophetis, patribus et patriarchis: qui hos quidem anteriore tempore per sacrosanctum Spiritum edocuit, illorum vero subjiciens oculis per corpus impollutum, hanc sponsionem, plane dicebat: *Confidite, ego vici mundum* [62]; et rursum: *Ego pro eis sanctifico me ipsum, ut sint et ipsi sanctificati in veritate* [63]; et iterum: *Majorem hac dilectionem nemo habet, quam ut ponat quis animam suam pro amicis suis* [64]. Unde sanctus Paulus imitans Dominum, aiebat: *Nunc gaudeo in passionibus meis pro vobis gentibus, et adimpleo ea quæ desunt passionum Christi, in carne mea, pro corpore ejus, quod est Ecclesia* [65]. In quo etiam ipse significat obscure sponsionem ex charitate susceptam. Vis tibi magis perspicuum fieri, quo pacto omnes apostoli nobiscum inierunt societatem intellectu, sermone et opere ipso, qua societate permoti susceperunt pro nobis tentationes? Intellectu quidem, dum aperientes nobis Scripturas, adductis prophetiis suadent credere Christo ut redemptori; certissimamque fidem faciunt, inserviendum esse illi, tanquam natura Filio Dei, dum precantur pro nobis, lacrymis emissis; et agunt quæcunque per intellectum fidelibus efficere licet. Verbis autem, dum exhortantur, admonent, reprehendunt, perstringunt incredulitatem nostram, Scripturas interpretantur, subjiciunt oculis tempora, confitentur Christum ipsum esse Verbum hominem factum, et crucifixum prædicant; unum, non duos asserunt, licet intelligatur ex duobus unitis absque ulla divisione aut confusione; in omni re, loco et tempore, malam fidem amputant, non assentiunt mendacio, cum his qui gloriantur secundum carnem, non miscent colloquia; cum deditis vanæ gloriæ non conversantur, arrogantes ne intuentur quidem, maligne versantes nihili faciunt, amplexantur humiles, cum piis et religiosis familiaritatem contrahunt; et nos eadem

A

Ἀπόκρισις.

Ἐξ ἀγάπης ἀναδοχή ἐστιν, ἣν ὁ Κύριος Ἰησοῦς ἡμῖν πάντως δέδωκε, πρῶτον ἰασάμενος ἡμῶν τὰς ἀσθενείας τῆς ψυχῆς, εἶτα θεραπεύων πᾶσαν νόσον, καὶ πᾶσαν μαλακίαν· ὁ αἴρων τὴν ἁμαρτίαν τοῦ κόσμου, τὴν καθαρὰν φύσιν ἀποκαθιστῶν τοῖς βεβαίως αὐτῷ πιστεύουσι, θανάτου λύτρωσιν, θεοσέβειαν παραδοὺς, εὐσέβειαν διδάσκων, ὑπὲρ ἀγάπης κακοπαθεῖν ἕως θανάτου ὑποδεικνύων· τὴν ἐπὶ τούτοις ὑπομονὴν διὰ τῆς τοῦ Πνεύματος μετουσίας χαρισάμενος ἡμῖν· καὶ τὰ μέλλοντα ἀγαθὰ, *ἃ ὀφθαλμὸς οὐκ εἶδε, καὶ οὖς οὐκ ἤκουσε, καὶ ἐπὶ καρδίαν ἀνθρώπου οὐκ ἀνέβη.* Διὸ καὶ τοὺς ὑπὲρ ἡμῶν πειρασμοὺς ἀναδέχεται, μυκτηριζόμενος, ὀνειδιζόμενος, δεσμούμενος, παραδιδόμενος, κολαφιζόμενος, ὄξος καὶ χολὴν ποτιζόμενος, B συκοφαντούμενος, διωκόμενος, ῥαπιζόμενος. Οὗτος ἡμῖν διὰ σαρκὸς καὶ πνεύματος κοινωνήσας, καὶ τὰ ὑπὲρ ἡμῶν πάθη ἀναδεξάμενος, πάλιν τοῖς ἰδίοις ἀποστόλοις παρέδωκε τὸν νόμον τοῦτον, προφήταις, πατράσι, πατριάρχαις· τοὺς μὲν προδιδάξας διὰ τοῦ παναγίου Πνεύματος, τοῖς δὲ ὑποδείξας διὰ τοῦ ἀχράντου σώματος. Ταύτην τὴν ἀναδοχὴν ἐμφαίνων ἔλεγεν· *Μὴ φοβεῖσθε, ἐγὼ νενίκηκα τὸν κόσμον·* καὶ πάλιν· *Ἐγὼ ὑπὲρ αὐτῶν ἁγιάζω ἐμαυτὸν, ἵνα καὶ αὐτοὶ ὦσιν ἡγιασμένοι ἐν ἀληθείᾳ·* καὶ πάλιν· *Μείζονα ταύτης ἀγάπην οὐδεὶς ἔχει, ἵνα τις τὴν ψυχὴν αὐτοῦ θῇ ὑπὲρ τῶν φίλων αὐτοῦ.* Ὅθεν καὶ ὁ ἅγιος Παῦλος μιμούμενος τὸν Κύριον ἔλεγε· *Νῦν χαίρω ἐν τοῖς παθήμασί μου ὑπὲρ ὑμῶν τῶν ἐθνῶν, καὶ ἀναπληρῶ τὰ ὑστερήματα τῶν θλίψεων τοῦ Χριστοῦ ἐν τῇ σαρκί μου ὑπὲρ τοῦ σώματος αὐτοῦ, ὅ ἐστιν ἡ Ἐκκλησία·* καὶ αὐτὸς C τὴν ἐξ ἀγάπης ἀναδοχὴν αἰνιττόμενος. Βούλει σαφέστερον, πῶς ἡμῖν πάντες οἱ ἀπόστολοι δι' ἐννοίας καὶ λόγου καὶ πράξεως ἐκοινώνησαν, καὶ διὰ τῆς κοινωνίας τοὺς ὑπὲρ ὑμῶν ἀνεδέξαντο πειρασμούς; διὰ μὲν ἐννοίας τὰς Γραφὰς ἡμῖν παρανοίγοντες, τὰς προφητείας παρατιθέμενοι, τῷ Χριστῷ πιστεύειν ὡς λυτρωτῇ πείθοντες, λατρεύειν αὐτῷ ὡς κατὰ φύσιν Υἱῷ Θεοῦ πληροφοροῦντες, ὑπὲρ ἡμῶν προσευχόμενοι, δακρύοντες, καὶ ὅσα τοῖς πιστοῖς ἐστι διὰ ἐννοίας· διὰ δὲ λόγους, παρακαλοῦντες, νουθετοῦντες, ἐλέγχοντες, τὴν ἀπιστίαν ἡμῶν ἐπισκώπτοντες, τὰς Γραφὰς διερμηνεύοντες, τὸν καιρὸν φανεροποιοῦντες, D τὸν Χριστὸν ὁμολογοῦντες, αὐτὸν εἶναι τὸν ἐσταυρωμένον κηρύττοντες, τὸν Λόγον ἐνανθρωπήσαντα, ἕνα, καὶ οὐ δύο λέγοντες, κἂν ἐκ δύο νοεῖται ἡνωμένων ἀδιαιρέτως, ἀσυγχύτως, ἐν παντὶ καιρῷ, καὶ τόπῳ, καὶ πράγματι τὴν κακοπιστίαν ἀνακόπτοντες, τῷ ψεύδει μὴ συντιθέμενοι, καυχωμένῳ κατὰ σάρκα μὴ συνομιλοῦντες, κενοδόξῳ μὴ συνδιατρίβοντες, ἀλαζόνα μηδόλως κατοπτεύσαντες, πονηρευόμενον ἐξουθενοῦντες, τοὺς ταπεινοὺς προτίμενοι, τοὺς εὐσεβεῖς οἰκειούμενοι, καὶ ἡμᾶς τὰ αὐτὰ ποιεῖν διδάξαντες· διὰ δὲ πράξεως, διωκόμενοι, φυλακιζόμενοι, κακουχούμενοι, μυκτηριζόμενοι, ὑστερούμενοι, θλιβόμενοι, καὶ ἀποκτεινόμενοι, καὶ ὅσα τοιαῦτα ὑπὲρ ἡμῶν ἔπαθον. Οὕτω δὴ οὖν διὰ τῆς κοινωνίας ἀνεδέξαντο ἡμῶν

[61] I Cor. II, 9. [62] Joan. XVI, 33. [63] Joan. XVII, 19. [64] Joan. XV, 13. [65] Coloss. I, 24.

τοὺς πειρασμούς· εἴτε γάρ, φησὶν, θλιβόμεθα ὑπὲρ τῆς ὑμῶν παρακλήσεως καὶ σωτηρίας, εἴτε παρακαλούμεθα ὑπὲρ τῆς ὑμῶν σωτηρίας καὶ παρακλήσεως, τὸν νόμον παρὰ Χριστοῦ δεξάμενοι τοῦ λέγοντος· *Μείζονα ταύτης ἀγάπην οὐδεὶς ἔχει, ἵνα τις τὴν ψυχὴν αὐτοῦ θῇ ὑπὲρ τῶν φίλων αὐτοῦ.* Καὶ αὐτοὶ ἡμῖν παραδεδώκασι λέγοντες· *Εἰ ὁ Κύριος τὴν ψυχὴν αὐτοῦ ὑπὲρ ἡμῶν ἔθηκεν, ὀφείλομεν καὶ ἡμεῖς τὰς ψυχὰς ἡμῶν ὑπὲρ τῶν ἀδελφῶν τιθέναι·* καὶ πάλιν· *Ἀλλήλων τὰ βάρη βαστάζετε, καὶ οὕτως ἀναπληρώσετε τὸν νόμον τοῦ Χριστοῦ.* Εἰ οὖν ἔγνωμεν τοὺς δύο τρόπους τῆς εἰς ἀλλήλους κοινωνίας, καὶ τὴν ἐξ ἀνάγκης ἀκολουθοῦσαν ἀναδοχὴν, καὶ τοὺς κατὰ ἀναλογίαν συμβαίνοντας πειρασμοὺς, μὴ περιεργάζεσθε ἢ πῶς, ἢ πότε, ἢ διὰ τίνος ἐπέρχονται. Τὸ γὰρ ἑκάστῳ προσφυὲς, καὶ τὴν ἀνυπέρθετον αὐτῶν ἔπειξιν, καὶ τὴν πάσης τῆς κτίσεως εἰς τοῦτο συνέργειαν, μόνου τοῦ Θεοῦ ἐστιν εἰδέναι· Ἡμεῖς δὲ ὀφείλομεν μόνον πιστεύειν τῇ τοῦ Θεοῦ δικαιοσύνῃ, καὶ εἰδέναι ὅτι πᾶν τὸ ἐπελθὸν ἡμῖν ἀκουσίως, ἢ δι' ἀγάπην, ἢ διὰ κακίαν ἡμῖν ἐλήλυθε· καὶ διὰ τοῦτο ὑπομένειν χρὴ, καὶ μὴ ἀπωθεῖσθαι αὐτὸ, ἵνα μὴ προσθῶμεν ἁμαρτίαν ἐφ' ἁμαρτίαις ἡμῶν.

facere docuerunt. Ipso autem facto, dum persecutionem patiuntur, mittuntur in carcerem, male tractantur, subsannantur, spoliantur, affliguntur et interficiuntur, et quæcunque ejusdem generis passi sunt nostra causa. Hunc igitur in modum societate ducti susceperunt in se tentationes nostras. *Sive enim*, inquit, *tribulamur, pro vestra exhortatione et salute; sive consolamur, pro vestra consolatione et salute*[66], ut qui legem acceperunt a Christo, dicente: *Majorem hac dilectionem nemo habet, quam ut ponat quis animam suam pro amicis suis*[67]. Et nobis etiam ipsi tradiderunt, his verbis: *Si Dominus animam suam pro nobis posuit, et nos debemus pro fratribus animas nostras ponere*[68]; et rursum: *Alter alterius onera portate; et sic adimplebitis legem Christi*[69]. Quare perspectam habentes duplicem societatis mutuæ rationem, ac consequentem necessario sponsionem, occurrentes item ex proportione tentationes; non est vobis valde laborandum quo pacto, quando, aut per quem eveniant; hoc enim cuique adnatum est. Scire porro earum quæ differri nequeunt, accelerationem, aut tendentem eo creaturæ universæ cooperationem, solius est Dei. Nos autem credere duntaxat debemus justitiæ divinæ, et exploratum habere, quidquid nobis invitis accidit, aut propter dilectionem, aut ob nequitiam contingere: ideoque tolerandum nobis est illud, non aversandum, ne peccatis nostris addamus peccata.

ΚΑ'. Πρὸ πάντων παρακαλῶ ὑμᾶς, ἀδελφοὶ, ἀκριβῶς προσέχειν τοῖς εἰρημένοις, ἵνα μὴ καὶ ἡμεῖς ἀνωφελῶς τοὺς ὑπὲρ τῶν λόγων πειρασμοὺς ὑπομείνωμεν, καὶ ὑμεῖς διὰ ῥᾳθυμίαν τὰ εἰρημένα λήθῃ παραδώσητε. Ἡ γὰρ λήθη ῥᾳθυμίας θυγάτηρ, ἀμφότερα δὲ ἀπιστίας ἔγγονα τυγχάνει. Πρὸς ταῦτα ἀπεκρίθησαν οἱ ἀδελφοί· Προθυμότερος ἔσο περὶ τὴν διήγησιν, ὦ Πάτερ· ἡμεῖς γὰρ οἴδαμεν ἃ ἠκούσαμεν, βεβαιούμενοι περὶ τῆς θείας Γραφῆς ταῦτα λεγούσης, ὅτι ἐκτὸς δικαιοσύνης Θεοῦ, οὐδὲν τῶν ἀκουσίων τοῖς ἀνθρώποις συμβαίνει· εἰ καὶ τὴν μυστικὴν τῶν συμβάσεων συνδρομὴν ἐναρμόνιον ἔπειξιν ἄνθρωποι ὄντες οὐ καταλαμβάνομεν, καθὼς καὶ αὐτὸς προείρηκας. Διόπερ ἐκ τῶν εἰρημένων ἄφρων τις γενόμενος ἔφη· Εἰπὲ ἡμῖν λοιπὸν, τί τὸ θέλημα τῆς σαρκὸς, καὶ πῶς ἐκτὸς τοῦ νοὸς ὑφέστηκεν. Ὁ γὰρ σχολαστικὸς ἠρώτησε μόνον, εἰ ἔστι· τὸ δὲ πῶς, ἢ τί ἐστιν, οὐκ ἐπύθετο. Πρὸς ταῦτα ὁ Ἀσκητὴς ἔφη· Θέλημα σαρκὸς, ἐστὶν ἡ φυσικὴ τοῦ σώματος κίνησις μετὰ τῆς ἑπομένης χωρὶς λογισμοῦ πυρώσεως· ἅπερ δι' ὕπνου καὶ τῆς τῶν μελῶν ἀνέσεως ἰσχὺν λαμβάνει. Περὶ ὧν φησιν ὁ ἀπόστολος Πέτρος· *Ἀγαπητοὶ, μὴ ξενίζεσθε τῇ ἐν ὑμῖν πυρώσει πρὸς πειρασμὸν ὑμῖν γινομένῃ ὡς ξένου ὑμῖν συμβαίνοντος.* Καὶ ὁ μακάριος Παῦλος περὶ αὐτῶν ἔφη· *Ἡ σὰρξ ἐπιθυμεῖ κατὰ τοῦ πνεύματος, τὸ δὲ πνεῦμα κατὰ τῆς σαρκός.* Διὸ καὶ παραγγέλλει λέγων· *Ἐν πνεύματι περιπατεῖτε, καὶ ἐπιθυμίαν σαρκὸς οὐ μὴ τελέσητέ* ποτε. Ταῦτα δὲ εἰρήκασιν ἀσυνδιάστους ἡμᾶς πρὸς τὰς τοιαύτας κινήσεις εἶναι βουλόμενοι.

XXI. Ante omnia, fratres, obsecro vos, ut attendatis accurate his quæ dicta sunt, ne sine fructu nos perferamus tentationes sermonum causa, vosque ignavia ducti tradatis oblivioni quæ diximus. Oblivio siquidem filia est ignaviæ, ambæ vero sunt neptes incredulitatis. Responderunt ad hæc fratres: Promptior esto, Pater, ad enarrandum; tenemus enim quæ audivimus, certiores de Scriptura divina quæ hæc asserit: nempe eorum quæ præter voluntatem hominibus contingunt, citra justitiam divinam nihil accidere; tametsi, quod homines sumus, non assequimur mysticum accidentium concursum, et congruam accelerationem, quemadmodum ipse antea dixisti. Idcirco quidam, ex his quæ dicta sunt, amentior effectus ait: Superest, ut dicas nobis, quid sit voluntas carnis; qua ratione extra intellectum subsistere possit. Nam scholasticus quæsivit tantum, an sit; quo autem modo se habeat, aut quid sit, non est percontatus. Dixit ad hæc Exercitor: Voluntas carnis est motus corporis naturalis, cum subsequente citra rationem fervore: quæ quidem a somno et membrorum remissione vires accipiunt. De quibus Petrus apostolus ait: *Charissimi, nolite peregrinari in fervore, qui ad tentationem vobis fit, quasi novi aliquid vobis contingat*[70]. Beatus etiam Paulus de hisce dixit: *Caro concupiscit adversus spiritum, spiritus autem adversus carnem*[71]. Ideoque denuntiat inquiens: *Spiritu ambulate, et desideria carnis non perficietis* unquam[72]. Quæ dixerunt, eo quod nollent ullum nobis esse fœdus cum hujusmodi motionibus.

[66] II Cor. I, 6. [67] Joan. XV, 13. [68] I Joan. III, 16. [69] Galat. VI, 2. [70] I Petr. IV, 12. [71] Galat. V, 17. [72] ibid. 16.

OPUSCULUM VIII.

Consultatio intellectus cum sua ipsius anima.

I. Audi, rationalis anima, socia consiliorum meorum; mysticum quidpiam, remque utrique nostrum communem commemorare tibi desidero, qua deprehendi, te non prorsus expurgatum iri perturbationibus, sed per gratiam minus fore deditam. Certo equidem scio, o anima, cum tu et ego præter naturam agitamur, nos ignoratione falli, ob idque, dum vitium extra nos esse dicimus, de nostris ipsorum peccatis alios accusare, atque interdum quidem ipsi Adamo, quandoque Satanæ, aliquando hominibus culpam scribimus. In quo dum aliis bellum inferre putamus, ipsi bellum nobiscum gerimus; dum nos duo tueri mutuo arbitramur, ego et tu invicem pugnamus; dum de nobis ipsis bene mereri existimamus, nos ipsos percutimus, labores inutiles et probra non immerito perferentes; specie quidem amplectentes mandata, ipsorum autem causas, utpote seducti, prosequentes odio. Unde certo scio, nos a nulla potestate sive ad bonum, sive ad malum, injuria trahi, sed statim a baptismo in ipsis rerum initiis, cuicunque ad nutum inservierimus, sive Deo sive diabolo, is merito in posterum nos ad suas partes adigit.

II. Cæterum initia rerum sunt objecta duo, quæ non animadvertuntur, laus humana, et remissio corporis; quæ sponte sua obtrusa, antequam voluntas nostra accedat, nec vitia sunt neque virtutes, sed propensionem animi nostri, quove inclinemus, arguunt. Nam cum Dominus jubeat ferre contumelias et molestias, diabolus autem velit contraria; ubi placuerimus nobis in objectis illis, perspicuum est non obaudito Domino, propensionem animi nos tradidisse spiritui voluptuario; quando vero suggestionibus supradictis angimur, certum est amplexos angustias, inclinationem Deo deditam habere. Hanc igitur ob rem duo illa objecta hominibus proponi permissa sunt, ut qui mandata Dei colunt, momentum voluntatis suæ tradant Christo; qui nactus introitum, deducat mentem in veritatem. Ad eumdem modum intelligito mihi contrarium. Nam e diverso, quicunque gloriam humanam amplectuntur et remissionem corporis, præbent aditum diabolo; qui etiam ipse ingressu peculiari reperto, sua suggerit vitia, quæ tandiu crescere non desinunt, quandiu cogitant quæ grata sunt ei, donec ex corde oderint, quæ prius diximus objecta. At nos usque adeo diligimus ea, ut eorum gratia non solum prodamus virtutem, sed etiam illorum ipsorum alterum alteri, data occasione, commutemus, interdum voluptatis gratia subimus ignominiam. Quando vero citra dolorem illis assentimur, postmodum illorum promotricem materiam indaga-

A *Συμβουλία νοὸς πρὸς τὴν ἑαυτοῦ ψυχήν.*

Α'. Ἄκουε ψυχὴ λογικὴ, κοινωνὲ τῶν ἐμῶν βουλευμάτων· βούλομαί σοί τι μυστικὸν καὶ κοινὸν διηγήσασθαι πρᾶγμα, ὅπερ ὅτι οὐ καθαρισθήσῃ τῶν παθῶν, κατείληφα, ἀλλὰ χάριτι Χριστοῦ μικρὸν ἀνεθήσῃ. Ἔγνων σαφῶς, ὦ ψυχὴ, ὅτι ἐγώ τε καὶ σὺ παρὰ φύσιν ἐνεργούμενοι, ὑπὸ ἀγνοίας πλανώμεθα, καὶ διὰ τοῦτο ἐπὶ ταῖς ἑαυτῶν ἁμαρτίαις ἑτέρους μεμφόμεθα, ἔξωθεν ἡμῶν τὴν κακίαν εἶναι λέγοντες· καὶ ποτὲ μὲν τὸν Ἀδὰμ, ποτὲ δὲ τὸν Σατανᾶν, ποτὲ δὲ τοὺς ἀνθρώπους αἰτιώμεθα. Καὶ ἐν τούτῳ δοκοῦντες ἑτέρους πολεμεῖν, ἑαυτοὺς πολεμοῦμεν· καὶ νομίζοντες ἀλλήλων ὑπερασπίζειν, ἐγώ τε καὶ σὺ κατ' ἀλλήλων στρατευόμεθα· καὶ ἑαυτοὺς εὐεργετεῖν οἰόμενοι, ἑαυτοὺς αἰκίζομεν, κόπους καὶ ὀνειδισμοὺς B ἀνονήτους δικαίως ὑπέχοντες· τὰς μὲν ἐντολὰς τῷ δοκεῖν ἀγαπῶντες, τὰς δὲ αἰτίας αὐτῶν διὰ τὴν πλάνην μισήσαντες. Ὅθεν ἔγνων ἀκριβῶς, ὅτι οὔτε εἰς τὸ ἀγαθὸν, οὔτε εἰς τὸ κακὸν ὑπό τινος ἐξουσίας ἀδίκως ἑλκόμεθα, ἀλλ' ἀπὸ τοῦ βαπτίσματος ἐν ταῖς ἀρχαῖς τῶν πραγμάτων, ᾧ ἂν πρὸς τὸ θέλημα δουλεύσωμεν, ἤτοι τῷ Θεῷ, ἢ τῷ διαβόλῳ, αὐτὸς ἡμᾶς δικαίως λοιπὸν ἐπὶ τὸ ἴδιον κατεπείγει μέρος.

Β'. Αἱ δὲ ἀρχαὶ τῶν πραγμάτων εἰσὶν ἀδιαλόγιστοι προσβολαὶ δύο, ἔπαινος ἀνθρώπων, καὶ ἄνεσις σώματος, αἵτινες ἑκουσίως προσβάλλουσαι πρὸ τοῦ θελήματος ἡμῶν, οὔτε κακίαι εἰσὶν, οὔτε ἀρεταὶ, ἀλλ' ἔλεγχοι τῆς ἡμετέρας νεύσεως ποῦ ῥέπομεν. Τοῦ γὰρ C Κυρίου βουλομένου ἡμᾶς ὑπομένειν ὀνειδισμοὺς καὶ κακοπάθειαν, τοῦ δὲ διαβόλου τὰ ἐναντία θέλοντος, ἡμεῖς ὅταν θέλωμεν ἐπὶ ταῖς προσβολαῖς ἐκείναις, φανερὸν ὅτι τὴν ῥοπὴν ἐδώκαμεν τῷ φιληδόνῳ πνεύματι, παρακούσαντες τοῦ Κυρίου· ὅταν δὲ ἐπὶ ταῖς προειρημέναις προσβολαῖς θλιβώμεθα, δῆλον ὅτι τὴν ῥοπὴν ἐδώκαμεν τῷ Θεῷ, τὴν στενὴν ἀγαπήσαντες. Διὰ τοῦτο οὖν αἱ δύο αὗται προσβολαὶ τοῖς ἀνθρώποις προσβαλεῖν παρεχωρήθησαν, ὅπως οἱ τὴν ἐντολὴν ἀγαπῶντες, δώσουσι τῷ Χριστῷ τὴν ῥοπὴν τοῦ θελήματος· καὶ αὐτὸς εἰσοδον εὑρὼν, ὁδηγήσει τὸν νοῦν ἐπὶ τὴν ἀλήθειαν. Οὕτω δέ μοι νόει καὶ τὸ ἐναντίον. Ὅσοι γὰρ πάλιν ἀγαπῶσι τὴν ἀνθρωπίνην δόξαν, καὶ τὴν ἄνεσιν τοῦ σώματος, δεδώκασιν εἴσοδον τῷ διαβόλῳ· ὃς καὶ αὐτὸς εὑρὼν ἰδίαν εἴσοδον, τὰ ἴδια λοιD πὸν ὑποτίθεται κακά· καθὸ ἂν αὐτῷ ἡδέως λογίζωνται, προσθήκας ποιεῖν οὐ παύονται, ἕως οὗ τὰς προειρημένας προσβολὰς ἐκ καρδίας μισήσωμεν. Ἡμεῖς δὲ οὕτως αὐτὰς ἀγαπῶμεν, ὥστε οὐ μόνον τὴν ἀρετὴν ἀντ' αὐτῶν προδιδόαμεν, ἀλλὰ καὶ αὐτὰς ἐκείνας ἑτέραν τῇ ἑτέρᾳ ἐν καιρῷ καταλλάσσομεν· ποτὲ ἀτιμίαν ὑποφέρομεν διὰ φιληδονίαν. Ὅταν δὲ καὶ τούτοις ἁλύπως συνθώμεθα, λοιπὸν τὰς αὐξητικὰς ὕλας αὐτῶν ζητοῦμεν. Ὕλαι καὶ κενοδοξίας καὶ ἡδονῆς

φιλαργυρία, ἡ ῥίζα πάντων τῶν κακῶν, κατὰ τὴν θείαν Γραφήν.

mus. Atqui vanæ gloriæ voluptatisque materia est avaritia, quæ ex sententia Scripturæ divinæ, radix est omnium malorum [79].

Γ'. Πάντως δὲ ἐρεῖς μοι, ὦ φίλη ψυχή, ὅτι οὔτε χρυσίον θησαυρίζομεν, οὔτε κτήματα ἔχομεν. Κἀγώ σοι λέγω, ὅτι οὔτε χρυσὸς, οὔτε κτήματα παρέχουσι τὴν βλάβην, ἀλλὰ, καθὼς προείρηκα, ἡ ἐμπαθὴς αὐτῶν παράχρησις. Ἰδοὺ γάρ τινες ἀπαθῶς πλουτήσαντες εὐηρέστησαν, ὡς ὁ ἅγιος Ἀβραὰμ, καὶ Ἰὼβ, καὶ Δαβίδ. Τινὲς δὲ καὶ δίχα πλούτου τὸ πάθος τῆς φιλοχρηματίας ἐν εὐτελεστάταις ὕλαις ἐτρέψαμεν· ὅθεν τῶν πολλὰ κεκτημένων ἐσμὲν ἀθλιώτεροι· διότι ἀφέντες τὴν καθολικὴν κακοπάθειαν μετὰ πανουργίας, ἡδυπαθοῦμεν ὡς Θεοῦ λανθάνοντες· τὴν γὰρ φιλαργυρίαν διαφεύγοντες, τὴν φιληδονίαν οὐ φεύγομεν· χρυσὸν οὐ θησαυρίζομεν, καὶ τὰς λεπτὰς ὕλας συνάγομεν. Ἀρχὰς καὶ ἡγεμονίας οὐ λαμβάνομεν, τὰς δὲ δόξας αὐτῶν καὶ τοὺς ἐπαίνους ἐκ παντὸς τρόπου θηρεύομεν· τὰς κτήσεις καταλείπομεν, καὶ τὰς ἀπολαύσεις αὐτῶν οὐ παραιτούμεθα· ὅταν δὲ καὶ παραιτεῖσθαι δόξωμεν, οὐχ ὡς τὴν πλεονεξίαν φεύγοντες, ἀλλ' ὡς τὰ κτίσματα τοῦ Θεοῦ βδελυσσόμενοι· *Μὴ ἅψῃ, μὴ γεύσῃ, μὴ θίγῃς.* Ὅταν ἀκούσῃς, ὦ φίλη ψυχὴ, τὴν παράβασιν τοῦ Ἀδὰμ καὶ τῆς Εὔας, ἐν ἀρχῇ μὲν ἰδικῶς ἐπ' ἐκείνοις γεγενημένην πίστευε· νυνὶ δὲ νοητῶς ἐπ' ἐμοὶ καὶ σοὶ γινομένην εὑρήσεις· *Ταῦτα γὰρ τυπικῶς συνέβαινεν ἐκείνοις· ἐγράφη δὲ πρὸς νουθεσίαν ἡμῶν, εἰς οὓς τὰ τέλη τῶν αἰώνων κατήντησεν.* Ἰδοὺ γὰρ διὰ τοῦ βαπτίσματος ἀναγεννηθέντες, τὴν ἐντολὴν τοῦ ἀναγεννήσαντος ἡμᾶς παρέβημεν, καθότι τοῦ Κυρίου πάντας τοὺς ὁμοπίστους ἀγαπᾷν, καὶ τὸν ἐκ πάντων ἐρχόμενον καρπὸν δι' ὑπομονῆς ἐσθίειν κελεύσαντος, κατὰ τὸ εἰρημένον, ἀπὸ παντὸς ξύλου τοῦ ἐν τῷ παραδείσῳ βρῶσιν φαγεῖν, ἡμεῖς τοῖς τοῦ ὄφεως λογισμοῖς χρησάμενοι, τοὺς μὲν, ὡς καλοὺς ἠγαπήσαμεν· τοὺς δὲ, ὡς πονηροὺς ἐμισήσαμεν· ὅπερ ἐστὶ τὸ ξύλον τοῦ γινώσκειν καλὸν καὶ πονηρόν· οὗ ἀπογευσάμενοι, κατὰ διάνοιαν θανατούμεθα· οὐχὶ τοῦ Θεοῦ τὸν θάνατον ποιήσαντος, ἀλλὰ τοῦ ἀνθρώπου τὸν πλησίον μισήσαντος· *Θεὸς γὰρ θάνατον οὐκ ἐποίησεν, οὐδὲ τέρπεται ἐπ' ἀπωλείᾳ ζώντων*, οὔτε κινεῖται πάθει ὀργῆς, οὔτε ἐπινοεῖ πρᾶγμα εἰς ἄμυναν, οὔτε ἀλλοιοῦται πρὸς τὴν ἑκάστου ἀξίαν· ἀλλὰ πάντα ἐν σοφίᾳ ἐποίησεν, ὑπὸ νόμῳ πνευματικῷ κρίνεσθαι προορίσας. Διὰ τοῦτο οὐ λέγει τῷ Ἀδὰμ, Ἧ δ' ἂν ἡμέρᾳ φάγητε, ἐγὼ θανατώσω ὑμᾶς, ἀλλ' ἀσφαλιζόμενος τὸν τῆς δικαιοσύνης προλέγει νόμον, καὶ φησίν· Ἧ δ' ἂν ἡμέρᾳ φάγητε, θανάτῳ ἀποθανεῖσθε. Καὶ ὅλως δὲ ἑκάστῳ πράγματι, καλῷ τε καὶ κακῷ, φυσικῶς ἐπακολουθεῖν τὸ δέον ἀπένειμε, καὶ οὐκ ἐπινοητικῶς, ὥς τινες νομίζουσιν, οἱ τὸν πνευματικὸν ἀγνοοῦντες νόμον. Ἡμεῖς δὲ οἱ μερικῶς τοῦτον ἐπιστάμενοι, γινώσκειν ὀφείλομεν, ὅτι εἴ τινα τῶν ὁμοπίστων ὡς κακὸν μισήσομεν, καὶ ἡμεῖς κακοὶ ὄντες, ὑπὸ Θεοῦ μισηθησόμεθα· καὶ εἰ ὡς ἁμαρτωλὸν τῆς μετανοίας ἐκβάλλομεν, καὶ ἡμεῖς ἁμαρτωλοὶ ὄντες ἀποβληθησόμεθα· καὶ εἰ οὐκ ἀφίεμεν τῷ πλησίον τὰ

III. Verum, dices quidem mihi, anima charissima, nos aurum in thesaurum non recondere, neque possessiones habere. Et ego tibi dico, aurum aut possessiones non nocere, sed, ut ante dixi, inhærentem affectui abusum eorum. En, quidam citra affectionem locupletes Deo pergrati fuerunt, velut sanctus Abraham, Job et David. Nonnulli vero etiam carentes opibus, affectum avaritiæ fovemus in rebus levissimis, ideoque miseriores sumus his qui multa possederunt, quia relictis universim pravis affectionibus, quasi Deum lateamus, calliditati voluptatis affectum adjungimus. Fugientes enim avaritiam, non fugimus voluptatem; non recondentes aurum, res viles coacervamus; magistratum atque imperium repudiamus, gloriam tamen et honorem eorum quovis modo venamur. Reliquimus possessiones, harum tamen fruitionem non aversamur: si quando vero aversari videmur, non quod avaritiam fugiamus, sed velut exsecrantes Dei creaturas, dicimus: *Ne tetigeris, neque gustaveris, neque contrectaveris* [72]. Cum audieris, anima charissima, Adami et Evæ transgressionem, credas quidem initio per illos proprie commissam esse; nunc autem, quod ad intellectum, per me ac te committi reperies: *Hæc enim in figura contingebant illis; scripta sunt autem ad correptionem nostram, in quos fines sæculorum occurrerunt* [74]. Quandoquidem, ecce, per baptismum renati, transgressi sumus mandatum ejus qui nos regeneravit, quia cum Dominus præcepisset, ut omnes eamdem fidem profitentes diligeremus, et ex omnibus prodeuntem fructum toleranter ederemus, quemadmodum dictum est [75], ut ederent ex omni ligno quod erat in paradiso: nos suasionibus serpentis usi, quosdam, ut bonos dileximus; alios, tanquam malos, habuimus odio: quod est lignum cogitationis boni et mali: quod ubi gustavimus, morimur animo: non quod Deus creaverit mortem, sed quod proximum oderit homo. *Deus enim mortem non fecit, nec delectatur in perditione viventium* [76]; non movetur affectu iræ, non excogitat quidquam, ut postea sumat ultionem, neque mutatur cujusvis dignitate, sed omnia sapienter condidit, quæ per legem spiritalem judicari præfinivit. Propterea non dicit Adamo: Quacunque die comederitis, ego, tradam vos morti: verum certissime prædicit justitiæ legem, hac voce: *Quacunque die comederitis, morte moriemini* [77]. Et plane cuicunque rei, sive bona sit, sive mala, annexum natura decorum largitus est, non quod postea excogitet illud, ut quidam legem spiritalem ignorantes putaverunt. Nos vero, qui aliqua ex parte tenemus illam, nosse debemus, si quempiam eorum qui parem nobiscum sortiti sunt fidem, ut malum oderimus; nos quoque, cum mali simus, Deo fore odiosos; et si, velut peccatorem,

[79] I Timoth. VI, 10. [72] Coloss. II, 21. [74] I Cor. X, 11. [75] Gen. II, 16. [76] Sap. I, 13. [77] Gen. II, 17.

illum repulerimus a pœnitentia, nos etiam, qui summus peccatores, excludendos; et si proximo non dimittimus peccata, nec dimittentur nobis. Hanc legem declarans legislator Christus, dixit : *Nolite judicare, et non judicabimini; dimittite, et dimittetur vobis* [78]. Eamdem legem sciens Paulus, explicabat his verbis : *Qui judicat alterum, se ipsum condemnat* [79]. Quod non ignorans Propheta clamabat ad Deum, inquiens : *Quia tu reddes unicuique juxta opera sua* [80]. Alter item propheta sub persona Dei dicit : *Mihi vindictam, et ego retribuam, dicit Dominus* [81].

A ἁμαρτήματα, οὔτε ἡμῖν ἀφεθήσεται. Τοῦτον νόμον φανεροποιῶν ὁ νομοθέτης Χριστὸς, εἴρηκε· *Μὴ κρίνετε, καὶ οὐ μὴ κριθῆτε· ἄφετε, καὶ ἀφεθήσεται ὑμῖν.* Τοῦτον ἰδὼν τὸν νόμον, φανεροποιῶν ὁ Παῦλος ἔλεγεν· *Ὁ κρίνων τὸν ἕτερον, ἑαυτὸν κατακρίνεις.* Καὶ ὁ Προφήτης δὲ οὐκ ἀγνοῶν τοῦτο, ἐβόα πρὸς τὸν Θεὸν λέγων· *ὅτι σὺ ἀποδώσεις ἑκάστῳ κατὰ τὰ ἔργα αὐτῶν·* καὶ ἕτερος προφήτης ἐκ προσώπου τοῦ Θεοῦ φησιν· *Ἐμὴ ἐκδίκησις, ἐγὼ ἀνταποδώσω, λέγει Κύριος.*

IV. Cæterum quid singula commemoro? quando Scriptura tam Vetus quam Nova, et maxime summus ille Psaltes, nobis omnibus clarius hanc subindicat legem, ut illam spiritalem et mystice præscriptam esse invenerimus, de universa nostra inclinatione metuentes, non in speciem duntaxat, sed etiam in secretis animi diligere fratres enitamur. Non enim est lex Mosaica, quæ manifesta judicare solet; sed spiritalis, quæ etiam occulta corripit, quamque etiam suis temporibus congruam tulit idem Deus; implevit autem eam, per gratiam Domini nostri, qui dixit : *Non veni solvere legem, sed adimplere* [82]. Quamobrem (ut omni de re summatim dicam) debemus posthac condonare ei qui quempiam offendisse videtur, justa vel injusta sit offensio, certo scientes, condonandi virtutem quacunque virtute præstantiorem esse. Verum quia præoccupante nos peccato impediti, nequimus hoc efficere, debemus obsecrare Deum vigiliis et macerationc carnis immodica, donec consequamur propitiationem, eamque comparemus facultatem. Deinde in omni re, loco et tempore unus nobis, o anima, proponendus est scopus, ut quovis modo læsi ab hominibus, gaudeamus, et nulla afficiamur tristitia; gaudeamus autem, non utcunque aut temere, sed quod nacti sumus occasionem, tum remittendi ei qui peccavit, tum peccatorum nostrorum remissionem consequendi. Hæc est vera Dei notitia, quæ cogitationem complectitur, qua possumus invocare Deum, et exaudiri; hæc est precationis ubertas; cujus vi licet nos tollere crucem, et sequi Dominum; hæc primorum et summorum mandatorum mater exsistit. Per hanc enim possumus diligere Deum ex toto corde, et proximum sicut nos ipsos. Hujus ope, jejuniis, vigiliis, et macerandæ carni danda nobis est opera, quo animus et viscera aperta suscipiant isthæc, et non repellant. Ita enim fiet ut secreto nobis donatam sancti baptismatis gratiam, non jam obscure, sed cum omni certitudine et sensus perceptione operari agnoscamus, eo quod proximo peccata remittimus.

B Δ'. Καὶ τί λέγω καθ' ἕν, ὅπου γε πᾶσιν ἡ Γραφὴ Παλαιά τε καὶ Νέα, μάλιστα ὁ μέγας ψαλμῳδὸς σαφέστερον ἡμῖν τοῦτον ὑποδείκνυσι τὸν νόμον, ὅπως πνευματικὸν εὑρόντες αὐτὸν, καὶ μυστικῶς προωρισμένον ἐπὶ πάσῃ ἡμῶν τῇ τροπῇ φοβηθέντες, οὐ μόνον προφανῶς, ἀλλὰ καὶ κρυπτῶς ἀγαπᾷν τοὺς ἀδελφοὺς σπουδάσωμεν. Οὐ γάρ ἐστι Μωσαϊκὸς νόμος τὰ φανερὰ κρίνων, ἀλλὰ πνευματικὸς καὶ τὰ κρυπτὰ ἐλέγχων· κἀκεῖνον μὲν ὁ αὐτὸς Θεὸς ἐνομοθέτησε τῷ ἰδίῳ καιρῷ πρέποντα· οὗτος δὲ ἐκεῖνον ἐπλήρωσε, διὰ τῆς χάριτος τοῦ Κυρίου ἡμῶν, εἰρηκότος· *Οὐκ ἦλθον καταλῦσαι τὸν νόμον, ἀλλὰ πληρῶσαι.* Διὰ τοῦτο (περὶ παντὸς πράγματος ἅπαξ λαλήσεται) καὶ λοιπὸν συγχωρεῖν τῷ δοκοῦντι ἠδικηκέναι, κἂν εὔλογον εἴη κἂν ἄλογον τὸ ἀδίκημα, πάσης ἀρετῆς εἰδότας μείζονα εἶναι τὴν τῆς συγχωρήσεως. Ἐπειδὴ δὲ οὐ δυνάμεθα τοῦτο ποιεῖν διὰ τὴν προκατέχουσαν ἁμαρτίαν, ὀφείλομεν μετὰ ἀγρυπνίας καὶ πάσης κακοπαθείας τὸν Θεὸν παρακαλεῖν, ἕως οὗ εὕρωμεν ἵλασμὸν, καὶ λάβωμεν τὴν τοιαύτην δύναμιν. Πρὸς ταῦτα, ὦ ψυχὴ, ἕνα σκοπὸν ὀφείλομεν ἔχειν ἐν παντὶ καιρῷ, καὶ τόπῳ, καὶ πράγματι, τὸ ὑπὸ ἀνθρώπων διαφόρως ἀδικούμενοι χαίρειν καὶ μὴ λυπεῖσθαι· χαίρειν δὲ οὐχ ἁπλῶς, οὐδὲ ἀσκόπως, ἀλλ' ὅτι εὕρομεν ἀφορμὴν τοῦ ἀφιέναι τῷ ἁμαρτήσαντι. καὶ λαβεῖν ἄφεσιν τῶν ἡμετέρων ἁμαρτημάτων. Αὕτη γάρ ἐστιν ἡ ἀληθὴς θεογνωσία πάσης γνώσεως περιεκτικωτάτη, δι' ἧς δυνάμεθα παρακαλεῖν τὸν Θεὸν καὶ ἐπακούεσθαι· αὕτη ἐστὶν ἡ τῆς εὐχῆς καρποφορία· διὰ ταύτης τὸν σταυρὸν ἆραι καὶ ἀκολουθεῖν τῷ Κυρίῳ δυνάμεθα· αὕτη τῶν πρώτων καὶ μεγάλων ἐντολῶν μήτηρ τυγχάνει. Διὰ ταύτης γὰρ ἀγαπᾷν τὸν Θεὸν ἐξ ὅλης καρδίας, καὶ τὸν πλησίον ὡς ἑαυτοὺς δυνάμεθα. Διὰ ταύτης γὰρ νηστεύειν καὶ ἀγρυπνεῖν καὶ κακοπαθεῖν ὀφείλομεν, ὅπως ἡ καρδία καὶ τὰ σπλάγχνα ἀνοιγέντα εἰσδέξωνται ταῦτα, καὶ μὴ ἀποβάλωσι. Τότε γὰρ καὶ τὴν κρυπτῶς δεδομένην ἡμῖν τοῦ ἁγίου βαπτίσματος χάριν, οὐκέτι ἀδήλως, ἀλλ' ἐν πάσῃ πληροφορίᾳ καὶ αἰσθήσει ἐνεργοῦσαν εὑρήσομεν, διὰ τὸ ἀφιέναι τῷ πλησίον τὰ ἁμαρτήματα.

V. Verumtamen hanc virtutem duo impediunt vitia, vana gloria, et voluptas, quæ convenit in primis ex animo aversari, et ita amplecti virtutem. Quamobrem, o anima, quæ horum duorum vitiorum obsequendo voluntati, te ipsam prodidisti, nemi-

C Ε'. Ταύτης δὲ τῆς ἀρετῆς κωλυτικαί εἰσι κακίαι δύο, κενοδοξία, καὶ ἡδονή, ἃς χρὴ πρότερον κατὰ νοῦν παραιτήσασθαι, καὶ οὕτω τὴν ἀρετὴν κρατῆσαι. Διὰ τοῦτο, ὦ ψυχὴ, προδοῦσα ἑαυτὴν τοῖς δυσὶ τούτοις θελήμασι, μηδένα αἰτιῶ, μήτε τὸν Ἀδὰμ, μήτε τὸν

[78] Luc. VI, 37. [79] Rom. II, 1. [80] Psal. LXI, 13. [81] Deut. XXXII, 43; Rom. XII, 19; Hebr. X, 30. [82] Matth. V, 17.

Σατανᾶν, μήτε τοὺς ἀνθρώπους, ἀλλὰ πολέμησον τῷ A
σῷ θελήματι, καὶ μὴ καταφρονήσῃς· ἐμφύλιος γάρ
ἐστιν ὁ πόλεμος. Οὐκ ἔστιν ἔξωθεν, ἵνα μετὰ τῶν
συνόντων ἀδελφῶν πολεμήσωμεν, ἔνδοθέν ἐστιν· καὶ
οὐδεὶς ἀνθρώπων συμπολεμήσει ἡμῖν. Ἕνα ἔχομεν
σύμμαχον τὸν μυστικῶς ἡμῖν διὰ τοῦ βαπτίσματος
ἐγκεκρυμμένον Χριστὸν, ἀνίκητον καὶ ἀλάθητον. Συμ-
μαχήσει δὲ ἡμῖν, ἐὰν τὰς ἐντολὰς αὐτοῦ κατὰ δύνα-
μιν ποιήσωμεν. Τὰ δὲ πολεμοῦντα ἡμῖν, καθὼς
προειρήκαμεν, ἡδονὴ συμμιγεῖσα τῷ σώματι, καὶ
κενοδοξία, αἱ καὶ ἐμὲ καὶ σὲ κατέχουσι. Ταῦτα τὰ δύο
τὴν Εὔαν ἐπλάνησαν, καὶ τὸν Ἀδὰμ ἐξηπάτησαν.
Ἡ μὲν ἡδονὴ ἔδειξε τὸ ξύλον, ὡς καλὸν εἰς βρῶσιν,
καὶ ὡραῖον τοῦ κατανοῆσαι· Ἡ δὲ κενοδοξία τό· *Ὡς*
θεοὶ ἔσεσθε, γινώσκοντες καλὸν καὶ πονηρόν. B
Καθάπερ οὖν ὁ πρωτόπλαστος Ἀδὰμ καὶ ἡ Εὔα ἠσχύ-
νοντο ἀλλήλους, οὕτω καὶ ἡμεῖς τὴν κακίαν τῶν νοερῶν
ὀφθαλμῶν ἀποβαλόντες, καὶ ἑαυτοὺς γυμνοὺς ὁρῶν-
τες, ἀλλήλους κατὰ συνείδησιν αἰσχυνόμεθα· καὶ
ἰδοὺ φύλλα συκῆς ἑαυτοῖς συῤῥάπτομεν, ἐξωτέροις
ῥήμασι καὶ σχήμασι καὶ δικαιολογίαις ἐνδύοντες. Ὁ
δὲ Κύριος κατασκευάζει ἡμῖν τὸ ἐκ δερμάτων ἔνδυμα,
καὶ λέγει· *Ἐν τῇ ὑπομονῇ ὑμῶν κτήσασθε τὰς*
ψυχὰς ὑμῶν. Καὶ τὰ ἀκόλουθα παραινεῖ λέγων· *Ὁ*
εὑρὼν τὴν ψυχὴν αὐτοῦ, τοῦτ' ἔστιν ἐν μνησικακίᾳ,
ἀπολέσει αὐτήν· καὶ ὁ (ἐν αὐτῇ) *ἀπολέσας αὐτὴν,*
εἰς ζωὴν αἰώνιον εὑρήσει αὐτήν. Αὐτῷ ἡ δόξα εἰς
τοὺς αἰῶνας. Ἀμήν.

nem accuses, non Adamum, non Satanam, non homines, sed contende cum voluntate tua, et ne contemnas: bellum enim est intestinum. Nam non est externum, ut nobis pugnandum sit adversus fratres qui versantur nobiscum; sed intestinum est bellum: in pugna nemo hominum nobis aderit: unicum habemus commilitonem, qui per baptismum in nobis arcane reconditus est, Christum invictum, et quem nihil latet. Is autem certabit a partibus nostris, si mandata ejus pro virili peragamus. Quæ vero bellum nobis inferunt, sunt, ut ante diximus, voluptas permista corpori, et vana gloria; quibus ego et tu detinemur. Illa, inquam, duo seduxerunt Evam, et Adamum fefellerunt. Voluptas quidem ostendit lignum esu bonum, et contemplatu formosum; vana autem gloria subjecit illud: *Eritis sicut dii, cognoscentes bonum et malum* [83]. Quemadmodum ergo Adam primo formatus et Eva erubescebant invicem: ita etiam nos, ubi abjecto intellectualium oculorum vitio, nos ipsos nudos conspicimus, mutuo conscientiæ pudore suffundimur. Et jam folia ficus nobis ipsis consuimus, dum extraneis sermonibus, figuris et justificationibus nos induimus. Dominus autem parat nobis vestimentum e pellibus, et ait: *In patientia vestra possidete animas vestras* [84]. Et suadet quæ sequuntur, his verbis: *Qui invenerit animam suam*, hoc est, reductis in memoriam offensionibus, *perdet eam; et qui* in ea memoria *perdiderit animam, in vitam æternam in-* C
veniet illam [85]. Ipsi gloria in sæcula. Amen.

[83] Gen. III, 5. [84] Luc. XXI, 19. [85] Matth. X, 39.

OPUSCULUM IX.

(9) *Περὶ νηστείας*

Α'. Προσήκει τοὺς ἀσκοῦντας ἐναρχομένους, καὶ D
ἐπιτελεῖν, τούς τε νέους καὶ πρεσβυτέρους, ἐῤῥωμέ-
νον ἔχοντας τὸ σῶμα, μήτε κάματον, μήτε κάκωσιν
φοβουμένους, πάσῃ προθυμίᾳ τὴν χρησιμωτέραν
καὶ ἀσφαλεστέραν ἀπαραλείπτως προΐστασθαι νη-

De jejunio.

I. Qui animo semel virtutibus exercendo se dederint, strenue quod occeperunt perficiant oportet; et sive juvenes sint sive senes, modo corpore bene valentes, languoris morbive metu minime territi eam omni studio jejunii legem, quæ præ cæteris

(9) Jejunium abstinentia ciborum est, a quibus cum quadrupliciter abstinere possimus, quadruplex inde quoque exsurgit abstinentiæ Christianæ munus. Vel enim capio semel per diem cibo, reliquum dici abstinemus; vel aridis, et simplicibus contenti cibis, abstinemus a pinguioribus et lautioribus; vel capto cibo præscripto tenus, cætero præterea cibo abstinemus; vel demum abstinemus cibi adhuc appetentes, et fame ac siti necdum exsatiata. Cumulatissimæ proinde laudis fuerit, et veluti jejunii fastigium summum quadruplicem hanc abstinentiæ legem, una eademque ubique semper adhibita ratione cum in genere et modo cibi, tum et in tempore sumptionis perpetuam in omni vita retinere. Absolutissimum jejunium hoc omnibus connitentibus in virtutem perfectam proponit et commendat S. Pater super jejunia cætera; quanta inde adjumenta et præsidia parentur, solide demonstrans, et quæ contra consequantur incommoda, si qua parte remissio fiat; quæ rursus incommoda et pericula in singularibus quibusdam inusitatæ et admirandæ abstinentiæ rationibus sibi deligendis.

utilior et tutior est, constantissime retineant. Pane nimirum et aqua ad constitutum modulum adhibitis vescantur, idque statis horis, et eatenus vescantur, ut fame ac siti necdum penitus pulsa de cœna surgant, neve unquam ob escarum voluptatem a divinis officiis pro more defungendis vacationem sibi sumant. Nam ita ferme usuvenit, ut si quorum esculentorum saturi esse aliquando patiamur, eorumdem continuo pertæsi convertamus nos ad appetenda alia deinceps; quibus appositis si rursus expleamur, rursus, quemadmodum priora illa, mox fastidientes respuemus; neque saturis nobis prorsus licet esse in proposito conquiescentibus, sive appetitis semel esculentis vesci animus sit, sive etiam abstinere. Quidquamne escarum magis opiparum manna? sicubi tamen illud comedit Israel, et exsaturatus fuit, quando nihil erat quod lautius concupisceret, ad vilia et ingrata quævis, allia nimirum et cepas, appetenda delapsus est; adeo saturitatem novæ suapte natura excipiunt appetitiones et desideria. Quamobrem cum ipsa panis expletio alterius nos cibi cupidos efficiat, eatenus de semper appetentes nunquam non explendi desiderio noxam capiamus, verum etiam ex continentia

A

B

C

II. Igitur, inquiet fortasse quispiam, ad jejunia segnior, hominem pasci et vesci libere esculentis peccatum existimas? Minime vero hæc ita præcipimus, quasi ea in re peccatum insit; at quod inde exsistat tamen, et consequatur. Non (præcise) peccavit Israel desiderans Ægyptias dapes, at quod hujus desiderii ferendi impotens impie obmurmurare, et palam Deo obtrectare ausus fuit; ait enim: *Nunquid poterit Deus parare mensam in deserto* [88]?

[88] Psal. LXXVII, 19.

στείαν. Σταθμῷ (10) τὸν ἄρτον ἐσθίειν, καὶ μέτρῳ τὸ ὕδωρ πίνειν, ἀπὸ καιροῦ εἰς καιρόν· τοσοῦτον δὲ, ὅσον πεινῶντας (11) καὶ διψῶντας ἀναχωρεῖν τοῦ δείπνου, καὶ τὴν ἀναγκαίαν πρὸς Θεὸν λειτουργίαν μὴ ἐμποδίζεσθαι ὑπὸ τῆς ἡδονῆς τῶν βρωμάτων. Ἐὰν γὰρ θελήσωμεν ἐσθίοντες κορεσθῆναι, ταχέως ἀκηδιάσαντες ἐφ' ἑτέραν τραπησόμεθα ἐπιθυμίαν, καὶ ἐὰν ταύτης μεταλαμβάνοντες ἐμπλησθῶμεν, καὶ ταύτην ὁμοίως αὖθις ὡς πρώτην ἀποδοκιμάσαντες καταλείψομεν. Καὶ οὐκ ἔστιν ἡμᾶς, ἂν ἐπινοήσωμεν ἑαυτοῖς ἐπιθυμίαν ἢ νηστείαν, πρὸς παράκλησιν ἐπιμεῖναι χορταζομένους. Τί τοῦ μάννα ἐν τοῖς σιτίοις πολυτελέστερον; καὶ ὡς τοῦτο ἔφαγε, καὶ ἐνεπλήσθη ὁ Ἰσραὴλ, ὅτε μὴ εἶχε κρείττονος ἐπιθυμῆσαι, τὸ ἔλαττον ἐπεθύμησε, σκόροδα καὶ κρόμμυα, ὥστε ἔμφυτον τῇ πλησμονῇ ἡ τοῦ ἑτέρου ἐπιθυμία. Εἰ οὖν ἐν τῷ κορέννυσθαι ἄρτου, ἐπιθυμοῦμεν ἑτέρου, τοῦτον ἐσθίοντες μὴ κορεσθῶμεν, ἵνα τοῦτον ἐπιθυμοῦντες ἀεὶ ἐπιθυμῶμεν κορεσθῆναι· ὅπως καὶ τὴν βλάβην τὴν ἐκ τῆς ἐπιθυμίας ἐκφύγωμεν, καὶ τὴν δικαιοσύνην τὴν ἐκ τῆς ἐγκρατείας ἀπενεγκώμεθα.

eo comedamus, ne expleamur omnino, ut illum teneamur; itaque non modo nullam ex appetitione noxam capiamus, verum etiam ex continentia justitiam consequamur.

Β'. Ἀλλ' ἴσως ἐρεῖ τις τῶν περὶ τὴν νηστείαν ὀκνηροτέρων· Μὴ γὰρ ἁμαρτία ἐστὶν ἄνθρωπον τροφῆς μεταλαμβάνειν; Ἀλλ' οὐδὲ ἡμεῖς ὡς ἁμαρτίας οὔσης τοῦτο συμβουλεύομεν, ἀλλ' ὡς ἐκ τούτου τῆς ἁμαρτίας κατακολουθούσης. Καὶ ὁ Ἰσραὴλ οὐχ (12) ἥμαρτεν ἐπιθυμήσας, ὀλλὰ διὰ τῆς ἐπιθυμίας Θεοῦ κατελάλησας; ἠσέβησεν· εἶπε γάρ· *Μὴ δυνήσεται ὁ Θεὸς ἑτοιμάσαι τράπεζαν ἐν ἐρήμῳ;* Καὶ μετὰ τὸ ἐτοιμασθῆναι αὐτοῖς, τότε ἡ ὀργὴ τοῦ Θεοῦ ἐξεκαύθη ἐν

(10) Hoc est panem ad pondus, aquam ad mensuram sumere, quomodo plane apud priscos Patres in usu erat. Abbas Moyses apud Palladium in *Lausiaca*, c. 22, annos sex in cella inclusus nihil præter sicci panis uncias duodecim sumpsisse legitur. Antonius adveniente Paulo sibi paximatem unum sex unciarum, tres vero hospiti suo in mensa apposuit, ut refert idem Palladius in *Vita Pauli Simplicis*. Sanctum Hilarionem quadriennium sex unciis panis hordeacei cum modico olere transegisse narrat D. Hieronymus. Dorotheo abbati in Ægypto sex unciæ panis, et olusculorum fasciculus quotidiana refectio erant, teste Sozomeno l. VI, c. 3. Cassianus *Collat.* l. II, c. 19, quæ receptissima esset monachorum refectio tradens, ait: *Majores nostri præposuere refectionem solius panis, cujus æquissimum modum in duobus paximatiis statuerunt, quos parvulos panes vix libræ unius pondus habere certissimum est.* Hinc sumpta a D. Benedicto exempla quotidiani cibi finiendi pondere et mensura, qui Regulæ cap. 39, *Panis*, inquit, *libra una propensa sufficiat in die, sive refectio una sit, sive prandii et cœnæ.* Quamobrem Theodemanus abbas Casinensis rogatus a Carolo Magno per litteras, ut eximios sibi in Galliam monachos cum regula transmitteret, pondus quoque panis et calicis mensuram transmisit, ut narrat Leo Ostiensis in *Chronic.* l. I, c. 14. Illud tamen σταθμῷ καὶ μέτρῳ reddidi *ad constitutum modulum*, quod ea vox commoda cesserit vertenti, et æque commode traditum a S. Patre præceptum repræsentet, præsertim cum illa usitat or semper exstiterit ratio apud monachos finiendi in quotidiano victu cibi ac potus non adhibita lance ac ponderibus, sed pro externa mole et quantitate oculis ipsis demensa, hoc est plane pro modulo. Panem porro et aquam, fortissimum et commune sui temporis jejunium appellat S. Hieronymus in *Epist. ad Nepotianum*, et a quo maxime absit captandæ gloriæ periculum: *Fortissimum*, inquit, *jejunium est aqua et panis; sed quia gloriam non habet, et omnes pane et aqua vivimus, quasi commune et publicum, jejunium non putatur.*

(11) De hac laudatissima jejunii parte D. Hieronymus in *Epistola ad Furiam: Parvus cibus, et venter semper esuriens triduanis jejuniis præfertur; et multo melius quotidie parum, quam raro satis. Pluvia illa optima est, quæ sensim descendit in terram; subitus et nimius imber in præceps arva subvertit.*

(12) Quomodo, inquis, non peccavit Israel desiderans Ægyptias dapes, quando Israelis crimen ubique Scriptura desiderii nomine exagitat (*Exod.* XVI, 3; *Num.* II, 5; *Psal.* LXXVIII, 18), et locum ipsum ultionis a Deo de Israelitis sumptæ concupiscentiæ sepulcrum appellat? Verum hic S. Pater loquitur de desiderio et appetitione mere naturali, qua vel inviti fame, siti, languore, fastidio communis cibi instigante afficimur; quam, ut proxime dixit, citra noxam pati possumus, et possumus cum justitiæ laude continere. Sed plane loquatur etiam de desiderio animi proposito et libera voluntate suscepto, neque tum peccavit Israel præcise et absolute desi-

αὐτοῖς, καὶ συνεπόδισε τοὺς ἐκλεκτοὺς αὐτῶν, ἵνα μὴ ζῶντες πάλιν ἑτέρας ἐπιθυμήσωσι τροφῆς, καὶ λόγους κατὰ τοῦ Ὑψίστου λαλήσωσι, καὶ ἐξολοθρευθῶσιν οἱ κατάλοιποι αὐτῶν. Ἔργον ἐστὶ τῆς ἀναιδοῦς κρατῆσαι γαστρός· θεός ἐστι τῶν ἡττωμένων αὐτῇ, καὶ οὐκ ἔστιν ἀθωωθῆναι τὸν ἀνεχόμενον αὐτῆς. Καὶ οὐ μόνον τὸ τῆς πλησμονῆς ἐστι τὸ κινδυνευόμενον, ἀλλὰ καὶ τὸ τῆς ἀσιτίας· ἐν τῷ παρελθεῖν γὰρ ἡμέρας πλείους οὐδενὸς μεταλαμβάνοντας, ἡ ἀκηδία χώραν λαβοῦσα ἐπαναστήσεται, καὶ πολεμήσει ἡμᾶς, καὶ τὴν μὲν ἀγρυπνίαν ἡμῶν τῆς νυκτὸς μεταβαλεῖ εἰς ὕπνον, τὴν δὲ προσευχὴν ἡμῶν τῆς ἡμέρας εἰς σαρκικοὺς λογισμούς, ὥστε ἡμᾶς ἐκ τοῦ ὕπνου ὠφεληθῆναι μηδὲν, καὶ ἐκ τῶν σαρκικῶν λογισμῶν μᾶλλον βλαβῆναι τὰ μέγιστα. Ἀρχόμεθα γὰρ ὡς ὑπὲρ τοὺς ἄλλους ἀσκοῦντες μέγα φρονεῖν, καὶ τοὺς μὲν μικροτέρους ἐξουθενεῖν, ὅπερ ἐστὶ πάσης πλημμελείας χαλεπώτερον. Ὥσπερ γὰρ γεωργὸς ἀσύνετος, ἐὰν τὴν ἑαυτοῦ χώραν, ἀναλώμασι πολλοῖς κατεργασάμενος, ἄσπορον ἐάσῃ, εἰς ζημίαν ἐκοπίασεν· οὕτω καὶ ἡμεῖς ἐὰν τὴν ἑαυτῶν σάρκα πολλῇ τῇ προσόδῳ δουλαγωγήσαντες, τὸν λόγον τῆς προσευχῆς μὴ καταβάλωμεν, μᾶλλον καθ' αὐτῶν ἐσπουδάσαμεν.

A Postea quam autem mensam instruxit Deus, succensus ira partem eorum sustulit, ne si superstites, novis rursus capti desideriis dicteria in ipsum jacere pergerent, suoque exemplo reliquos omnes ad interitum traherent. Ventrem natura usque procacem subigere imperio oportet; si qui ab illo se devinci sinant, jam iis deus est; neque justitiam adipisci omnino potest, qui illius servitutem ferat. Æque vero magnum a diuturna ciborum abstinentia, ac a satietate periculum imminet: dum enim omnis prorsus cibi expertes jejunia in plures dies protrahunt, ægritudo ac torpor paulatim irrepens sese ex adverso eriget, et ad pugnam lacesset; et nocturnas quidem vigilias nostras in somnos vertet, diurnas vero ad Deum orationes in carnales cogi- B tationes difflabit, ut cum nullum ex somno emolumentum, tum plurimum ex carnalibus desideriis detrimenti contrahamus. Hinc enim tanquam cæteris in exercitatione antecellentes magna incipimus sentire de nobis, et imbecilliores quosque despicere; quo haud quidquam committi gravius potest. Nam ut in suam ipsemet perniciem incumbit insanus agricola, qui postea quam magno sumptu et opere agrum subegit, inconsitum et incultum relinquit; ita et nos, nisi postea quam multo impendio carnem domuimus, orandi studium veluti conseramus, in nostrum ipsi exitium ultro contendimus.

Γ'. Ἀλλ' ἴσως ἐρεῖ τις· Εἰ ἐν τῇ προσευχῇ ἡ δικαιοσύνη, τίς ἐστι χρεία τῆς νηστείας; Πολλὴ κατὰ πάντα τρόπον. Ὥσπερ γάρ τις τῶν πενήτων γεωργῶν, ἐὰν ἐπὶ χέρσου σπείρῃ μὴ νεώσας τὴν γῆν, ἀντὶ πυροῦ ἀκάνθας προσοδευθήσεται· οὕτω καὶ ἐὰν ἡμεῖς μὴ τὴν ἑαυτῶν σάρκα νηστείᾳ ὑπωπιάσαντες, τὸν λόγον τῆς προσευχῆς καταβάλωμεν, ἀντὶ δικαιοσύνης ἁμαρτίας καρπωσόμεθα. Ἡ γὰρ σὰρξ αὕτη ἐκ τῆς γῆς ἐκείνης ὑπάρχει· καὶ ἐὰν μὴ τοσαύτης ἐπιμελείας τύχῃ, ὅσης ἐκείνη, καρπὸν δικαιοσύνης οὐδέποτε βλαστήσει. Ταῦτα δὲ λέγομεν, οὐχ ὡς τοὺς ἐκ τῆς νηστείας ὠφεληθῆναι βουλομένους ἐγκόπτοντες, ἀλλὰ τοὺς μετὰ διακρίσεως καὶ φόβου Θεοῦ τὴν (13) ἀπάθειαν τοῦ οἰκείου σώματος ἐξ-

III. Quis vero reliquus, inquiet fortasse aliquis, jejunii usus fuerit, quando orandi studio justitiam adipiscimur? Multus quidem omnimodis. Sicut enim sentes loco frugum referet agricola, qui mi- C nime novato prius præ inopia solo in rudi agro sationem fecerit; ita quoque nos, si carne non prius probe quasi duro quodam atque aspero solo mollita et subacta, orationis studium quasi semen ingeramus, peccata justitiæ loco metemus. Plane ex eodem illo solo conflata caro hæc exsistit; et nisi eadem atque illud industria excolatur, nullum prorsus edet justitiæ fructum. Neque hæc eo dicimus, ut eos qui jejunio juvari volunt, absterreamus; quin potius ut incitemus eos, si qui prudentia ac

derans; moderate, inquam, famis, languoris, fastidii unice levandi gratia desiderans; peccavit vero quod aperte fuit ad voluptatem desiderans, quod desiderii impatiens cœperit pœnitere Ægyptiæ emigrationis in terram Chanaan, aspernari cibum di- D vinitus exhibitum, novos cibos per nova prodigia efflagitare, et obtrectatione Deum incessere: hoc est, non peccavit Israel simpliciter desiderans, sed importune, anxie, pertinaciter, turbulente, impie desiderans; quæ crimina ideo segregat S. Pater a simplici desiderio, metaphysicorum more, ut proposito Israelitarum exemplo inhærens objectum sibi argumentum confutet, et demonstret, neque appetere, neque moderate vesci quibus appetimus, peccatum esse, at inde consequi tamen.

(13) Male per id tempus de hoc ἀπαθείας nomine passim audiebant Syriæ monachi, inter quos Jovinianus, Evagrius Ponticus, Palladius et Rufinus suscitatam ab Origene Stoicorum impassibilitatem disseminarant. Non est tamen cur quidquam ejusmodi in D. Marco suspicemur, qui totus est in prædicandis perpetuis carnis assultibus non in hoc modo opusculo, sed et in reliquis ejus scriptis. Quin in libro *De pœnitentia* in fine sententiam hanc non modo pronuntiat, sed etiam argumentis confirmat. In libro vero *De baptismo : Comprehensiva autem*, inquit, *omnium mandatorum est abnegatio animæ, quæ est mors ; et quemadmodum qui vivit in carne destitutus est hac operationis perfectione, sic ob ante dictum defectum non potest usque ad exitum non esse susceptivus insultantium affectionum.* Quid disertius? Quamobrem fragmentum de temperantia inter ejus opera a Joan. Pico editum cum tanta ἀπαθείας doctrina respersum video, et Marcum Marco contrarium repente factum, neque memoratum præterea illud a Photio, tanquam alienum, et intrusum fetum longe a Marco nostro submoveo; a Photio, inquam, qui relicta a S. Patre scripta recenset universa; singulorum deinde numerum, argumenta, ordinem explicat, innuitque se non unum aut alterum, sed plura S. Patris operum exemplaria, eaque vario ordine descripta inspexisse. Quin in ipso codice Joan. Pici fragmentum istud non consueta *S. Marci ascetæ*, aut *ejusdem* epigraphe ornatur, sed *S. Marci* tantummodo. Sed ab omni suspicione S. Marcum certissime vindicat S. Isaacus Syrus archiepiscopus Ninive, qui in quodam sermone apathistarum deliramenta prolata in medium hujus S.

pietate adhibita proprium corpus ad tolerantiam cupiant obfirmare; nam jejunia tum demum prosunt, si prudenter ac pie instituantur; sin vero absque ratione et temere, etiam obsunt. Quamobrem qui jejunii commoda assequi peroptant, caveant studiose illa quæ exitium invehunt, et panem quem exactis abstinentiæ diebus quam primum comedere animo destinaveramus, ita in propositos quosque abstinentiæ dies distribuamus, ut exiguam portionem unoquoque die sumentes, insurgentes carnis appetitiones quasi feras projecto pabulo aliquo quotidie compescamus, et vacuum desideriis animum orationi quæ præstabilior est, servemus: et sic ab elatione, Deo opitulante, innocui in humilitate, sine qua Deo gratus nemo unquam exstitit, omnes vitæ nostræ dies ducamus.

IV. Profecto si ipsi humilitati sedulo insistamus, non crimus animadversionibus commonendi. Cuncta enim, quæ nobis molesta et gravia eveniunt, propter elationem nostram eveniunt. Si enim Apostolo, ne extolleretur, angelus Satan datus fuit, quanto magis superbientibus nobis dabitur idem Satan, qui nos cædere usque pergat, donec ad humilitatem redierimus? Majores nostri dominabantur domui suæ, divitias possidebant, uxorum et liberorum curam gerebant, et familiari Dei alloquio fruebantur propter simplicem eorum humilitatem: nos contra, mundo nuntium remisimus, divitias repudiavimus, domos reliquimus, et a dæmone propter nostram elationem illudimur. Qui se extollit se ipsum ignorat; non sane extolleretur si se ipsum, et stultitiam cum qua conversatur, agnosceret. Porro qui se ipsum ignorat quomodo Deum pernoscere poterit? Si suam ipsius stultitiam percipere non valet, quomodo Dei sapientiam a qua longissime abest, cujusque est omnino expers, mente assequi valebit? Qui Deum cognoscit ejusdem majestatem perspicit, et se ipsum contemnit, ut beatus Job, qui ait: *Usque adhuc auditu auris audivi te; nunc autem oculus meus videt te: quapropter contempsi me, et liquefactus sum, et reputavi me pulverem et cinerem* [87]. Qui igitur Job imitantur, hi Deum vident; qui porro vident, hi et cognoscunt. Quare si cupimus Deum videre, nos ipsos contemptui habeamus et humiliemur, ut non modo ipsum coram intueamur, verum etiam in nobis ipsis eodem inhabitante et requiescente fruamur. Ita enim stultitia nostra ab illius sapientia erudietur, et infirmitas nostra ab ejus potentia confirmabitur; quæ adeo perficere potest nos, ut idem ipse qui tanta elargiri munera dignatur, in nobis eximie glorifi-

[87] Job XLII, 5, 6.

σκεῖν βουλομένους προτρεπόμενοι· ὃν τρόπον γὰρ ὠφελεῖ τοὺς μετὰ λογισμοῦ αὐτῇ προσιόντας, οὕτω βλάπτει τοὺς ἀλογίστως αὐτῇ προσερχομένους. Οἱ οὖν κηδόμενοι τῆς ὠφελείας αὐτῆς, ὀφείλουσι φυλάττεσθαι καὶ τὴν βλάβην αὐτῆς· καὶ τὸν ἄρτον, ὃν ἐσθίομεν μετὰ τὴν συμπλήρωσιν τῆς νηστείας, ἧς ὁρίζομεν ἑαυτοῖς, τοῦτον διελεῖν εἰς τὰς ἡμέρας τῆς ἀσιτίας, ἵνα μέρους βραχέος καθ' ἑκάστην λαμβάνοντες φιμώσωμεν τῆς ἑαυτῶν σαρκὸς τὸ φρόνημα, καὶ τὴν καρδίαν ἔχωμεν ἐστηριγμένην εἰς τὴν ὠφελιμωτέραν προσευχήν· ὅπως δυνάμει Θεοῦ, ἀπὸ ἐπάρσεως φυλαχθέντες, ἐν ταπεινοφροσύνῃ διάγωμεν πάσας τὰς ἡμέρας τῆς ζωῆς ἡμῶν, ἧς χωρὶς οὐδεὶς εὐηρέστησε Θεῷ.

Δ'. Εἰ γὰρ ταπεινοφροσύνης ἐπεμελούμεθα, οὐκ ἂν ἐδεήθημεν παιδείας· πάντα γὰρ τὰ κακὰ καὶ δεινὰ τὰ συμβαίνοντα ἡμῖν, διὰ τὴν ἔπαρσιν ἡμῶν συμβαίνει. Εἰ γὰρ τῷ Ἀποστόλῳ, ἵνα μὴ ἐπαρθῇ, ἄγγελος Σατᾶν ἐδόθη, πόσῳ μᾶλλον ἡμῖν τοῖς ἐπηρμένοις αὐτὸς ὁ Σατανᾶς δοθήσεται καταπατεῖν ἡμᾶς ἕως ταπεινωθῶμεν; Οἱ προπάτορες ἡμῶν, οἴκων ἐδέσποζον, καὶ πλοῦτον εἶχον, καὶ γυναικῶν καὶ τέκνων προενόουν, καὶ Θεῷ ὡμίλουν διὰ τὴν ἁπλαστον ταπεινοφροσύνην αὐτῶν· ἡμεῖς δὲ κόσμου ἀνεχωρήσαμεν, καὶ πλούτου κατεφρονήσαμεν, καὶ τοὺς οἴκους κατελίπομεν, καὶ ὑπὸ δαιμόνων χλευαζόμεθα διὰ τὴν ἔπαρσιν ἡμῶν. Ὁ ἐπαιρόμενος ἀγνοεῖ ἑαυτόν· εἰ γὰρ ἐγίνωσκεν ἑαυτὸν, καὶ τὴν ἑαυτοῦ ἀφροσύνην, μεθ' ἧς ἀναστρέφεται, οὐκ ἂν ἐπήρθη. Ὁ δὲ ἑαυτὸν ἀγνοῶν πῶς δύναται Θεὸν γιγνώσκειν; Εἰ γὰρ τὴν ἑαυτοῦ ἀφροσύνην οὐκ ἴσχυσε συνιέναι, πῶς τὴν τοῦ Θεοῦ σοφίαν, ἧς πόῤῥωθέν ἐστι καὶ ξένος, συνιέναι δυνήσεται; Ὁ γὰρ γινώσκων τὸν Θεὸν, ἐνοπτρίζεται τὴν μεγαλωσύνην αὐτοῦ, καὶ φαυλίζει ἑαυτὸν, ὡς ὁ μακάριος Ἰὼβ, καὶ λέγει· *Ἕως ἀκοῆς ἤκουόν σου τὸ πρότερον· νῦν δὲ ὁ ὀφθαλμός μου ἑώρακέ σε. Διὸ ἐφαύλισα ἐμαυτὸν, καὶ ἐτάκην· ἡγημαι δὲ ἐμαυτὸν γῆν καὶ σποδόν.* Οἱ τοίνυν τὸν Ἰὼβ μιμούμενοι, οὗτοι τὸν Θεὸν ὁρῶσι· οἱ δὲ ὁρῶντες αὐτὸν, οὗτοι γινώσκουσιν αὐτόν. Ἐὰν οὖν βουληθῶμεν ὁρᾶν τὸν Θεὸν, φαυλίσωμεν ἑαυτοὺς, καὶ ταπεινοφρονήσωμεν· ἵνα μὴ μόνον αὐτὸν ἐξ ἐναντίας ὁρῶμεν, ἀλλὰ καὶ ἐν ἡμῖν οἰκοῦντά τε καὶ ἀναπαυόμενον ἔχοντες, κατατρυφῶμεν αὐτοῦ. Οὕτω γὰρ ἡ ἀφροσύνη ἡμῶν ἐν τῇ σοφίᾳ αὐτοῦ σοφισθήσεται, καὶ ἡ ἀσθένεια ἡμῶν ἐν τῇ δυνάμει αὐτοῦ δυναμωθήσεται, κραταιούσῃ ἡμᾶς εἰς αὐτὸν τὸν ἀξιώσαντα ἡμᾶς τῆς δωρεᾶς ταύτης περισσοτέρως δοξασθῆναι ἐν ἡμῖν, καὶ τὸν ἐχθρὸν ἡμῶν διάβολον ὑπερβαλόντως καταισχῦναι

Marci monachi auctoritate diserte explodit; S. Isaacus, inquam, non is, quem mutilum maleque suffarcinatum in *Bibliotheca Patrum* legimus, sed qui in bibliothecis adhuc latet; de quo multa illustrissimus Assemanus in sua *Bibliotheca Orientali*, quem, si superi dabunt, Græco-Latinum edituri aliquando sumus. Vacat itaque hic ἀπαθείας vocabulum suspicione: non sonat tamen vacuitatem pravorum affectuum, quomodo sæpe ab asceticis usurpatur, sed denotare potius videtur hoc loco facultatem quamdam in homine, adeoque visum est interpretari firmitatem, et constantiam in tolerando, et obsistendo appetitionibus carnis; quo sensu non desunt hujus vocabuli ἀπαθείας apud probatos scriptores exempla.

δι' ἡμᾶς, ἐν αὐτῷ τῷ Κυρίῳ ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστῷ· ὅτι αὐτῷ πρέπει δόξα, μεγαλωσύνη τε καὶ μεγαλοπρέπεια, εἰς τοὺς αἰῶνας. Ἀμήν.

A cetur, et hostis noster diabolus per nos vehementer confundatur in eodem Domino nostro Jesu Christo, cui convenit gloria, majestas, magnificentia in sæcula sæculorum. Amen.

OPUSCULUM X.

(14) *Εἰς τὸν Μελχισεδέκ.*

Α'. Κύριος τὸν μὲν κόσμον ἀγρῷ, τὸ δὲ τῆς ἀληθείας κήρυγμα σπόρῳ παρεικάσας, σῖτον μὲν ἐν πρώτοις ἐσπάρθαι λέγει, ὕστερον δὲ ζιζάνια· ὡς ἐκ τούτου δυνατὸν ἡμῖν ἐπιγνῶναι, ὅτι τὰ μὲν μετὰ τὴν ἀποστολικὴν παράδοσιν ἐπινενοημένα φρονήματα περιττή τίς ἐστι καὶ δαιμονιώδης ἐπισπορά. Τῶν μὲν γὰρ ἁγίων αὐτοῦ μαθητῶν μηδὲν ὑπολειψάντων τῆς ἀληθείας, καὶ τοῦ ἁγίου Παύλου μηδὲν ὑστερηκότος τῶν ὑπερλίαν ἀποστόλων, ἀλλ' ὥσπερ σῖτῳ τὸν κόσμον κατεσπαρκότος τῷ λόγῳ, τινὲς ἑτερόφρονες, ζιζανίων δίκην ἀνακύψαντες ἐπέκεινα τοῦ σίτου, πειρῶνται ὑπερεκτείνεσθαι μυστικώτερα τῶν ἀποστόλων, ὡς οἴονται, διδάσκειν ἐπιχειρήσαντες. Τὸν γὰρ Μελχισεδὲκ, φύσει Θεὸν εἶναι οὐκ ἐκήρυξαν ἐκεῖνοι, ὡς οὗτοι λέγουσιν· οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ τοιαῦτά τινα συνεισφέρουσι νοήματα, ὡς καὶ τὰς ὑπὲρ ἡμῶν γεγενημένας τοῦ Κυρίου οἰκονομίας εὐτελίζεσθαι. Εἰ γὰρ τὸν ἐκ παρασιωπήσεως Γραφικῆς ἀπάτορα καὶ ἀμήτορα ὀνομασθέντα θεοποιοῦσιν ἄνθρωπον, εὐτελίζουσι τὸν Πατέρα ἔχοντα ἐν οὐρανοῖς, καὶ μητέρα ἐσχηκότα ἐπὶ γῆς δι' ἡμᾶς Χριστόν· καὶ εἰ διὰ τὸ ἀγενεαλόγητον ἐκεῖνον μέγαν ἠγῆνται, γενεαλογούμενον τὸν Χριστὸν ἠττότερον ἂν νομίσειαν. Ἡ δὲ τῆς τοιαύτης ἐννοίας προαγωγὴ τοὺς ἀφρονεστέρους αὐτῶν καὶ εἰς ἄρνησιν κατασύρειν ἔοικεν, ὅπερ πλείονα φέρει κατάκρισιν τῷ προηγησαμένῳ τῆς τοιαύτης ἐννοίας. Ταῦτα δὲ πάσχουσιν, ὡς οἶμαι, διὰ τὸ παρατρέχειν αὐτοὺς τὰ συστατικὰ κεφάλαια τῆς θείας Γραφῆς, καί τινας περικοπὰς πρὸς τὸν ἴδιον σκοπὸν ἐκζητεῖν ἐκουσίους. Διὸ καὶ τὸν ἐπὶ Χριστοῦ ἑρμηνευόμενον χρηματισμὸν τῷ χρηματισθέντι ἀνθρώπῳ ὡς Θεῷ ἀπονέμουσι, καὶ τὸν κατὰ τὴν τάξιν τῆς ἱερατείας ἀφωμοιωμένον τῷ Κυρίῳ ἄνθρωπον, λέγουσι φύσει

De Melchisedech.

Cum Dominus mundum agro, et prædicationem veritatis sationi comparasset, triticum primum satum fuisse ait, postmodum vero zizania, ut inde intelligeremus adinventas deinceps præter apostolicam traditionem sententias, importunam et diabolicam quamdam sationem alteram esse. Postquam enim nullam tradendæ veritatis partem reliquam fecerunt illius discipuli, et divus Paulus æque ac eximii apostoli verbo quasi tritico mundum seminavit, exsistunt perversi quidam, qui zizania superseminandi occasionem captantes, in sata illa manum immittere audent, et magis quam illi, ut ipsi putant, admiranda edocere conantur. Nusquam illi Melchisedech Deum natura exsistere pronuntiarunt; hoc tamen isti profitentur, quin et sunt qui proferant commenta ejusmodi, quæ susceptas a Domino pro nobis œconomias extenuent. Dum enim hominem nuncupatum sine patre et sine matre propter præteritos silentio a Scriptura parentes ejus [88], ideo Deum constituunt; Christum qui Patrem in cœlis habet, matrem in terris pro nobis sibi sumpsit, deteriorem faciunt; dumque illum ob non recensitos parentes magnum reputant, hunc ob recensitos minorem aut lent existimare. Hujus autem propinatio sententiæ simpliciores ex ipsis etiam ad omnino abnegandum Christum impellere videtur; quod eo gravioris reum culpæ ejusdem sententiæ auctorem facit. Id vero illis, ut opinor, accidit, eo quod integra divinæ Scripturæ capita legentes prætervehantur, et abscissa quædam membra callide ad propriam astruendam sententiam excerpant. Hinc enuntiatum de Christo vaticinium, homini ad quem enuntiatum fuit, tanquam Deo at-

[88] Hebr. VII, 3.

(14) Quam varie et immaniter ab altero Christi ævo et deinceps aberratum sit ab insanis hominibus in explicando Melchisedechiano vaticinio, qui nosse cupit, adeat Ludovici Burghesii *Hist. crit. Melchised.* et P. Calmet in *Dissertatione ad Epistolam D. Pauli ad Hebræos* præpositam. S. Marcus hoc in opere insectatur eos solummodo, qui Melchisedech Filium Dei esse contendebant, quorum nulla uspiam apud veteres ante Epiphanium mentio facta exsistit in *Panar.* hær. 55. Dum porro illos insectatur S. Pater, tantam contorquet ac vibrat argumentorum vim, ut et cætera Melchisedechitarum monstra quotquot eruperunt unquam, aut etiamnum gestiunt erumpere confodiat. Cum id maxime commendat utilitatem operis, tum ejusdem præstantiam et dignitatem scriptoris sanctitas, scriptoris antiquitas, raritas etiam : cum enim quamplurimi SS. Patrum cum Melchisedechitis manum conseruerint; plurimi etiam ad præliandum arma procuderint, D. Epiphanius d. hær. 55, D. Hieronymus in *Epist. ad Evangelium*, Theodoretus in Dialogo *Inconfusus*, et quicunque in Epist. D. Pauli ad Hebr. explananda egregiam operam posuerunt, præclarissimorum tamen certaminum in sole et pulvere, ut aiunt, agitatorum hoc nobis unum specimen integrum ex universa antiquitate reliquum superest.

tribuunt, et hominem secundum ordinem sacerdotii Deo assimilatum, natura Filium Dei esse contendunt. Aiunt enim, si non erat hic Filius Dei, quomodo rex pacis, et rex justitiæ nuncupatus est? Equidem intelligent, modo voluerint. Apostolus non eum nuncupat natura regem pacis sed interpretatione; ait enim primum, *interpretatus rex justitiæ, deinde et rex Salem*, hoc est *pacis* [90]. Hoc videlicet verbum prætermittunt efferre *interpretatus*, adeoque nominis illius interpretationem naturam censent esse ejus, ad quem vaticinium enuntiatum est.

A Υἱὸν Θεοῦ. Φασὶ γάρ· Εἰ μὴ ἦν οὗτος Υἱὸς Θεοῦ, πῶς βασιλεὺς εἰρήνης, καὶ βασιλεὺς δικαιοσύνης ἐλέγετο; Γνώσονται εἰ βούλονται. Ὁ ἀπόστολος αὐτὸν οὐ λέγει φύσει βασιλέα εἰρήνης, ἀλλ' ἑρμηνευόμενον. Φησὶ γὰρ πρῶτον μὲν, *Ἑρμηνευόμενος βασιλεὺς δικαιοσύνης, ἔπειτα δὲ καὶ βασιλεὺς Σαλήμ*, ὅ ἐστι *βασιλεὺς εἰρήνης*. Τοῦτο γοῦν τὸ ῥητὸν παρατρέχουσι τὸ εἰπεῖν *ἑρμηνευόμενον*, καὶ διὰ τοῦτο τὴν τοῦ ὀνόματος ἑρμηνείαν φύσιν εἶναι τοῦ χρηματισθέντος ἔνδοξον.

II. Aiunt rursus iidem, nisi exsisteret Deus, quomodo fuit sine patre et sine matre? jamque, ut videtur, non amplius Melchisedech Filium dicunt, imo fortasse Patrem; at neque Patrem nos, inquiunt, dicimus, sed Deum Verbum, antequam carnem induisset, et ex Maria genitus esset. At quomodo absque Patre Deus Verbum, o deliri? Animadvertite diligenter, quod divus Paulus omnia illa de incarnato jam prædicari ait. Ait enim: *De quo prædicantur hæc, alterius tribus consors fuit; quandoquidem manifestum est ex tribu Juda Christum genus duxisse* [91]. At quomodo, inquiunt, Christus ex tribu Juda genus ducens, est sine patre et sine matre secundum ordinem Melchisedech? Plane ignorant quod dicunt: non in patris carentia Paulus ordinem constituit, sed in sacerdotio duntaxat. Quamobrem non dicit: Tu sine patre et sine matre secundum ordinem Melchisedech, sed duntaxat: *Tu sacerdos secundum ordinem Melchisedech*. Quid sibi vult *secundum ordinem?* Nempe secundum similitudinem, et non secundum legem. Tribus enim Levi secundum legem sacerdotio destinabatur; Melchisedech vero non secundum legem, sed secundum ordinem propheticæ significationis repræsentat personam Christi. Propterea ait: *Tu sacerdos in æternum* non secundum ordinem Levi, neque secundum ordinem Aaron ejusdem cum illo tribus exsistentium, sed *secundum ordinem Melchisedech*, qui sacerdotium gessit extra legem.

B Β'. Πάλιν οἱ αὐτοὶ φασιν· Εἰ μὴ ἦν Θεὸς, πῶς ἀπάτωρ, ἀμήτωρ; Ἐν τούτῳ δὲ, ὡς ἔοικεν, οὐκ ἔτι Υἱὸν λέγουσι τὸν Μελχισεδὲκ, ἀλλὰ τάχα πατέρα. Καὶ φασιν· Ἡμεῖς οὐ λέγομεν αὐτὸν Πατέρα, ἀλλὰ τὸν Θεὸν Λόγον πρὶν σαρκωθῆναι ἢ ἐκ Μαρίας γεννηθῆναι. Καὶ πῶς ἀπάτωρ ὁ Θεὸς Λόγος, ὦ ματαιόφρονες; μάθετε ἀκριβῶς, ὅτι ὁ μακάριος Παῦλος πάντα ἐκεῖνα ἐπὶ τὸν σαρκωθέντα εἰρῆσθαι λέγει. Φησὶ γάρ· *Ἐφ' ὃν λέγεται ταῦτα, φυλῆς ἑτέρας μετέσχηκε· πρόδηλον γὰρ, ὅτι ἐξ Ἰούδα ἀνατέταλκεν ὁ Κύριος.* Ἀλλ' εἰπὲ, φασὶ, πῶς ἐξ Ἰούδα ἀνατείλας ὁ Χριστὸς, ἀπάτωρ ἐστὶ καὶ ἀμήτωρ κατὰ τὴν τάξιν Μελχισεδέκ; οὐκ εἰδότες ὃ λέγουσιν. Οὐ γὰρ περὶ ἀπάτορος ἔθετο τὴν τάξιν ὁ Παῦλος, ἀλλὰ περὶ μόνης τῆς ἱερωσύνης. Διὰ τοῦτο οὐ λέγει, σὺ ἀπάτωρ, ἀμήτωρ κατὰ τὴν τάξιν Μελχισεδὲκ, ἀλλὰ, *σὺ ἱερεὺς κατὰ τὴν τάξιν Μελχισεδέκ.* Τί δέ ἐστι τὸ, *κατὰ τὴν τάξιν;* Τοῦτ' ἔστιν κατὰ τὴν ὁμοίωσιν, καὶ οὐ κατὰ μόνον. Ἡ μὲν γὰρ φυλὴ τοῦ Λευΐ, κατὰ τὸν νόμον ἱερατεύειν ἐτέτακτο· ὁ δὲ Μελχισεδὲκ οὐ κατὰ νόμον, ἀλλὰ κατὰ τάξιν προφητείας, δεικνύων τὰ περὶ τοῦ Χριστοῦ. Διὰ τοῦτό φησι· *σὺ ἱερεὺς εἰς τὸν αἰῶνα*, οὐ κατὰ τὴν τάξιν Λευΐ, οὐδὲ κατὰ τὴν τάξιν Ἀαρὼν, τῆς αὐτῆς φυλῆς ὄντων, ἀλλὰ *κατὰ τὴν τάξιν Μελχισεδέκ*, τοῦ χωρὶς νόμου ἱερατεύσαντος.

C

III. Adhuc autem illi instant. Si Melchisedech homo est, quomodo manet sacerdos in æternum? Et de hoc rogant oratione accisa, prætermittentes potiora illa ejusdem capitis, in quo dicitur: *Assimilatus Filio Dei, manet sacerdos in æternum* [92]. Assimilari porro, et subsistere non sunt unum et idem; illic imago, hic veritas residet. Quemadmodum enim Jonas propheta assimilatus est Christo secundum sepulturam triduanam, et manet propheta; et quemadmodum assimilatus est ipsi et Moyses in populo traducendo, et manet in æternum ductor; eodem prorsus modo assimilatur ipsi et Melchisedech secundum sacerdotium gentium, et manet sacerdos in æternum. Quamobrem ait: *Tu sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech* [93]. Verumtamen esto, inquiunt, quod Melchisedech homo exstiterit assimilatus Christo; modo planum fac quomodo sit *sine patre et sine matre, neque initium dierum, neque exitum vitæ habens* [94].

D Γ'. Ἀλλὰ πάλιν ἐκεῖνοι πρὸς ἡμᾶς. Εἰ ὁ Μελχισεδὲκ ἄνθρωπός ἐστι, πῶς μένει ἱερεὺς εἰς τὸ διηνεκές; Καὶ τοῦτο δὲ ἐκ περικοπῆς ἐρωτῶσι, τὰ πλείονα τοῦ κεφαλαίου παρατρέχοντες. Λέγει γάρ· *Ἀφωμοιωμένος τῷ Υἱῷ Θεοῦ, μένει ἱερεὺς εἰς τὸ διηνεκές.* Ἀφομοίωσις δὲ, καὶ ὑπόστασις ταυτὸν οὐκ ἔστι· τὸ μὲν γὰρ τύπος, τὸ δὲ ἀλήθεια τυγχάνει. Ὥσπερ οὖν ἀφωμοίωται τῷ Χριστῷ ὁ προφήτης Ἰωνᾶς, καὶ μένει προφήτης κατὰ τὴν τριήμερον ταφήν· καὶ ὥσπερ ἀφωμοίωται αὐτῷ Μωϋσῆς κατὰ τὴν τοῦ λαοῦ ἀφήγησιν, καὶ μένει ἡγούμενος εἰς τὸ διηνεκές· οὕτως ἀφωμοίωται αὐτῷ καὶ ὁ Μελχισεδὲκ κατὰ τὴν τῶν ἐθνῶν ἱερωσύνην, καὶ μένει ἱερεὺς εἰς τὸν αἰῶνα. Διὸ λέγει· *Σὺ ἱερεὺς εἰς τὸν αἰῶνα κατὰ τὴν τάξιν Μελχισεδέκ.* Ἀλλὰ δεδόσθω, φασὶν, ὅτι ἄνθρωπος ἦν ὁ Μελχισεδὲκ ἀφωμοιωμένος τῷ Χριστῷ, δεῖξον πῶς ἀπάτωρ καὶ ἀμήτωρ ἐστὶ, μήτε ἀρχὴν ἡμερῶν, μήτε ζωῆς τέλος ἔχων, ἀφωμοιωμένος δὲ τῷ Υἱῷ τοῦ Θεοῦ· ἐν τούτοις δεῖξον τὴν ἀφομοίωσιν,

[90] Hebr. VII, 2. [91] Ibid. 13, 14. [92] Ibid. 3. [93] Psal. CIX, 4. [94] Hebr. VII, 3.

ἵνα γνῶμεν, ὅτι ἄνθρωπος ὁ Μελχισεδὲκ, καὶ οὐκ αὐτὸς ὁ Χριστός. Οὕτω μὲν ἀντερωτήσαντες οὐχ ἡμῖν, ἀλλὰ τῇ θείᾳ Γραφῇ παρατάσσονται. Ἤρκει γὰρ αὐτοῖς πιστεῦσαι τῷ Ἀποστόλῳ, ἀφωμοιωμένον αὐτὸν εἰρηκότι τῷ Υἱῷ τοῦ Θεοῦ. Λέγοντες οὖν, Δεῖξον ἡμῖν τὴν ἀπὸ τῶν ὀνομάτων ἀφομοίωσιν, ἵνα πιστεύσωμεν, ἐοίκασιν ἀπιστεῖν τοῖς ὑπὸ τοῦ Παύλου λεγομένοις· ὡς εἴγε ἡμεῖς ἀπορήσαιμεν τῆς τοιαύτης ἀποδείξεως, ἐκεῖνοι τῆς πίστεως ἀφίστανται, ἢ ἀποστήσονται, ὡς καὶ ἀπέστησαν. Ἐπειδὴ οὖν πολλὰ ἔστιν εὑρεῖν ἐν τῇ ἀληθινῇ Γραφῇ ὀνόματα, ὧν ἡ ἀπόδειξις παρὰ τῷ πλήθει δυσεύρετος, παρὰ τοῦτο ἡ Ἐκκλησία τῆς παραδοθείσης πίστεως ἀποστήσεται, καὶ ταῖς ἐκείνων ὑπονοίαις ὑπαχθήσεται; Μὴ γένοιτο! Πλὴν οὐ διὰ τοῦτο σιωπήσομεν ἀκρίτως, ἀλλὰ κατὰ τὴν δύναμιν ἀποδείξομεν τὴν ἐν τοῖς προειρημένοις ἀφομοίωσιν.

cumque in hoc assimilatus Filio Dei fuerit, ostende expressionem similitudinis, ut agnoscamus, quod Melchisedech homo, et non ipse Christus exstiterit. Sic contradicentes nobis et Scripturam sacram impugnant. Satis esse ipsis oportuerat credere Apostolo, qui dixit ipsum assimilatum Filio Dei; quandoquidem dum loquuntur hoc modo: Ostende nobis expressionem similitudinis eorum nominum, ut credamus, videntur Pauli dictis diffidere: ut si nobis hæc demonstrandi ratio desit, ii jam vel continuo a fide deficiant, vel deficiant deinceps, sicuti etiam defecerunt. Quoniam igitur multa occurrunt in sacra Scriptura nomina, quorum difficilis est apud vulgus interpretatio, ideone Ecclesia a traditorum fide discedet, et ab illorum suspicationibus se abduci sinet? Absit! quanquam propterea neque despondentes judicium tacebimus, sed pro viribus expressionem similitudinis in prædictis demonstrabimus.

Δ'. Ἀπάτορα καὶ ἀμήτορα τὸν Μελχισεδὲκ λέγει ὁ Παῦλος κατὰ τὸ ἑπόμενον ῥητὸν, ὅτι ἀγενεαλόγητος. Ἐπειδὴ ἐν τῇ γενεαλογίᾳ οὐκ ἐμφέρεται τίνος πατρὸς, ἢ ποίας μητρὸς, ἢ πότε ἐγεννήθη, ἢ πότε ἀπέθανε· διὰ τοῦτο μήτε ἀρχὴν ἡμερῶν ἔχων, μήτε τέλος. Οὔτε γὰρ ἠδύνατο γενεαλογηθῆναι, ἐκ τῶν παραλειφθέντων καταγόμενος ἐθνῶν, καθὼς ἡ Γραφὴ ἐκ τῆς κατοικεσίας αὐτὸν φανεροποιεῖ. Ἐν τούτῳ δὲ ἀφωμοίωται τῷ Υἱῷ Θεοῦ, ἐπειδὴ ὁ Κύριος Ἰησοῦς Χριστὸς ἐπὶ τῆς γῆς οὐκ ἔσχε πατέρα, καὶ ἐν οὐρανῷ οὐκ ἔσχε μητέρα. Ἐπειδὴ δὲ εἰρήκαμεν, ὅτι κατ' οἰκονομίαν οὐκ ἐμφέρεται ἐν τῇ θείᾳ Γραφῇ, πότε ἐγεννήθη ὁ Μελχισεδὲκ, ἢ πότε ἀπέθανε· καὶ διὰ τοῦτο λέγει μήτε ἀρχὴν ἡμερῶν, μήτε ζωῆς τέλος ἔχειν· ζητοῦσι καὶ ἐν τούτῳ τῷ λόγῳ τὴν ἀφομοίωσιν, λέγοντες· Εἴπερ περὶ τοῦ Μελχισεδὲκ, εἰπὲ καὶ περὶ τοῦ Χριστοῦ, πῶς οὔτε ἀρχὴν ἡμερῶν, οὔτε ζωῆς τέλος ἔχει, ἵνα γνῶμεν καὶ ἐν τούτῳ τὴν ἀφομοίωσιν. Οἴδαμεν γὰρ, ὅτι ὁ γεννηθεὶς ἐκ Μαρίας, καὶ ἀρχὴν ἔσχε, καὶ ἀπέθανε, καὶ ἀνέστη κατὰ τὰς Γραφάς. Ἡμεῖς δὲ πρὸς ταῦτα· Πιστεύετε τῷ Εὐαγγελίῳ, ὅτι ὁ *Λόγος σὰρξ ἐγένετο*, οὐ τραπεὶς εἰς ἄνθρωπον ἀλλὰ ἄνθρωπον εἰς ἑαυτὸν προσλαβόμενος; Οἱ δὲ, Ναὶ, φασὶ, τοῦτο πιστεύομεν. Εἰ οὖν πιστεύετε, γνῶτε, ὅτι, ἄνθρωπος ψιλὸς, οὔτε ἐστὶν οὔτε νοεῖται ὁ Χριστὸς, καθότι μονομερῶς οὐχ ὑπέστη ποτὲ, καὶ ὕστερον ἡνώθη. Δῆλον δὲ, ὅτι τοῦ Θεοῦ Λόγου θεοπρεπῶς πρότερον ἐνεργήσαντος κατὰ τὸ γεγραμμένον, *Πνεῦμα ἅγιον ἐπελεύσεται ἐπὶ σὲ, καὶ δύναμις Ὑψίστου ἐπισκιάσει σοι. Διὸ καὶ τὸ γεννώμενον ἐκ σοῦ ἅγιον, κληθήσεται Υἱὸς Θεοῦ.* Ὅθεν νοοῦμεν, ὅτι ὁ Χριστὸς, οὔτε ἀρχὴν ἡμερῶν, οὔτε ζωῆς τέλος ἔχει. Εἰ γὰρ ὁ ἄναρχος Λόγος, τῆς ἐνανθρωπήσεως γέγονεν ἀρχὴ, σαφὲς ὅτι ὁ Χριστὸς ἄναρχος διὰ τὴν ἐκ μήτρας ἕνωσιν. Οὕτως οὖν καὶ ὁ Μελχισεδὲκ, καὶ ἐν τούτῳ ἀφωμοίωται αὐτῷ οἰκονομικῶς παρασιωπηθείσης αὐτοῦ καὶ τῆς γεννήσεως, καὶ τῆς τελευτῆς, ἵνα προδηλώσῃ τὰ τοῦ Χριστοῦ μυστήρια.

IV. Sine patre et sine matre Paulus Melchisedech nuncupat secundum id quod mox subjicit, quod non exstet tradita origo generis ipsius. Quoniam in generationum descriptione non enarratur ex quo patre aut matre sit, aut quando genitus, aut quando mortuus; et ideo neque initium dierum neque finem habere vitæ dicitur. Neque enim origo generis ipsius deduci a gentibus poterat, quas transmigrando reliquerat; quod de eo aperte docet Scriptura. In hoc autem assimilatur Filio Dei, quoniam Dominus Jesus Christus in terris patrem non habuit, neque in cœlo matrem. Quia vero diximus, quod secundum œconomiam non enarratur in divina Scriptura quomodo genitus, et quomodo mortuus Melchisedech, et ob id neque initium dierum neque finem habere vitæ dicitur, hoc quoque in genere similitudinem quærunt. Quemadmodum de Melchisedech, aiunt, dic et de Christo, quod neque initium dierum habuit neque finem, ut in hac re pariter expressæ similitudinis veritatem recognoscamus. Nam scimus, quod ex Maria genitus, et initium habuit, et mortuus est, et resurrexit secundum Scripturas. Ad hæc autem nos ita reponimus: Creditis Evangelio, quod *Verbum caro factum est* [94], non convertens se in hominem, sed hominem sibi assumens? Illi vero, Utique, hoc credimus. Si igitur creditis, cognoscite, quod homo nudus neque est, neque reputatur Christus; quandoquidem Christi humanitas non substitit aliquando seorsim, et postmodum unita Verbo fuit; manifestum est enim, quod antea divinitus id operatum sit ipsum Verbum Dei, juxta quod scriptum est: *Spiritus sanctus superveniet in te, et virtus Altissimi obumbrabit tibi. Propterea et quod nascetur ex te sanctum, vocabitur Filius Dei* [95]. Hinc intelligimus, quod Christus neque initium dierum neque finem vitæ habet. Nam si Verbum initium dierum non habens, ipsummet assumpti hominis initium exstitit; patet, quod neque Christus propter unionem ex utero a Verbo assumptam dierum initium ha-

[94] Joan. I, 14. [95] Luc. I, 35.

buit. Ita Melchisedech in hoc quoque illi per œconomiam assimilatus est, ipsius generatione silentio prætermissa et vitæ exitu, ut Dei mysteria præmonstrarentur.

V. Pergunt iterum quærere : Dominus corpus nostrum sumpsit, an non? Profecto nostrum ; at non illud sumpsit seorsim jam exsistens; non enim fecit, ut illud prius exsisteret, et tunc sibi univit, sed indiscretam ab utero, ut dudum diximus, unionem assumpsit. Continuo illi : Quorsum vero enumeratis annos ejus? Sane anni enumerantur non a natura per se sumpta, sed a generatione facti hominis. Non enim, inquit Scriptura, quod nudus homo genitus fuerit Deus Verbum, ut vos dicitis, sed Christus, qui Deus simul et homo est, inseparabilis et individuus Filius Dei. Œconomicæ igitur generationis initium habuit, naturæ initium non habuit propter unionem ex utero assumptam. Quodnam autem, aiunt, nudo corpori initium assignatis, si nudum nunquam exstitit Dominicum corpus juxta evangelicum illud effatum adversus Joseph : *Ne timeas Mariam accipere conjugem tuam; quod enim in ea genitum est, de Spiritu sancto est* [96]? At genito saltem Christo initium assignabis? En ipsummet Verbum incarnatum, quemadmodum in Evangeliis declaratum est. Hinc neque nude positam et seorsim exsistentem hominis substantiam, neque initium dierum assignare in Christo poteris, ut demonstratum fuit. Demus, inquiunt, quod Christus neque initium habeat propter unionem, num et ipsa unio initia non habet? Habet illa vero, et non habet ; quod ille idem ipse qui initium non habet, unionis initium exstitit ; ideo dixi et habet, et non habet. Religioni autem magis consentaneum est dicere quod non habet, quoniam quæ per modum substantiæ unita sunt, etsi ex duobus exsistere intelligantur, quod tamen cum potioris natura unitum est, illud et intelligitur et perhibetur. Haud secus ac fluvius ex imbribus conflatus, ubi mari sese immiscuerit, non amplius fluvius, sed mare appellatur, quod inde initium sumpserit, ibique desierit. Si corporea natura tanquam præstantior vi sua superincubans Verbo coaluisset, et ita unio exstitisset, et Christus merito existimaretur initium habere secundum corporis naturam. Cum vero Deus Verbum corpoream naturam divinæ operationis illapsu ipse sibi aptarit juxta Evangelium, manifestum est, quod per illam naturam sanctum Christi corpus fuerit nobilitatum, quoniam illud inhabitare corporaliter omnis Divinitatis plenitudo dignata est. Profecto, si omnis Divinitatis plenitudo, nihil divinum est quod sanctum Christi corpus non habeat, sive carentiam initii dicas, sive divinitatem, sive immortalitatem, sive omnipotentiam, sive potestatem, sive imperium, sive sapientiam ; quandoquidem omnis plenitudo Divinitatis illud inhabitare corporaliter [97] est dignata. Quamobrem divus Paulus ait: *Nos ex hoc neminem novimus secundum carnem ; et si cognovimus secundum carnem Christum, sed nunc jam non novimus* [98]. Novimus quidem, quod ipsum dignata est inhabitare omnis

Ε'. Καὶ πάλιν φασίν· ὁ Κύριος τὸ ἡμέτερον ἀνέλαβε σῶμα, ἢ οὔ; Ναὶ τὸ ἡμέτερον· ἀλλ' οὐ διῃρημένως αὐτὸ ἀνέλαβεν· οὐ γὰρ προϋπέστησεν αὐτό, καὶ τότε ἡνώθη, ἀλλ' ἀδιαίρετον ἐκ μήτρας ἐποιήσατο τὴν ἕνωσιν, καθὰ προειρήκαμεν. Εὐθὺς δὲ λέγουσι· Διατί οὖν ψηφίζετε αὐτοῦ τὰ ἔτη; Ἔτη ψηφίζονται οὐκ ἐκ φύσεως μονομερῶς, ἀλλὰ γεννήσεως τοῦ γενομένου ἀνθρώπου. Οὐκ εἶπε γὰρ ἡ Γραφὴ, ὅτι ἐγεννήθη ψιλὸς ἄνθρωπος, ὡς ὑμεῖς λέγετε ὁ Θεὸς Λόγος, ἀλλ' ὁ Χριστὸς, ὃς ἐστι Θεὸς ἅμα καὶ ἄνθρωπος, ἀμέριστος, καὶ ἀδιαίρετος Υἱὸς Θεοῦ. Γεννήσεως οὖν τῆς οἰκονομικῆς ἔσχεν ἀρχὴν, φύσεως δὲ ἀρχὴν οὐκ ἔχει διὰ τὴν ἐκ μήτρας ἕνωσιν. Τίνι γὰρ, εἰπέ μοι, ἐπιθήσεις ἀρχήν; Σώματι ψιλῷ ; ἀλλὰ ψιλὸν οὐδέποτε ὑπῆρξε τὸ Κυριακὸν σῶμα κατὰ τὴν εὐαγγελικὴν φωνὴν τὴν λέγουσαν πρὸς Ἰωσήφ· *Μὴ φοβηθῇς παραλαβεῖν Μαριὰμ τὴν γυναῖκά σου· τὸ γὰρ ἐν αὐτῇ γεννηθὲν, ἐκ Πνεύματός ἁγίου ἐστίν·* Ἀλλ' ἐπιθήσεις, ἀρχὴν τῷ γεννηθέντι Χριστῷ; Ἰδοὺ αὐτὸς ὁ Λόγος σεσαρκωμένος, καθὼς ἐν τοῖς Εὐαγγελίοις ἀποδέδεικται. Οὔτε οὖν μερισμὸν, οὔτε ἀρχὴν ἐπιθεῖναι δύνασαι τῷ Χριστῷ, καθὼς ἀποδέδεικται. Δεδόσθω, φασὶν, ὅτι ὁ Χριστὸς οὐκ ἔχει ἀρχὴν διὰ τὴν ἕνωσιν· μὴ ἡ ἕνωσις ἀρχὴν οὐκ ἔχει; Καὶ ἔχει, καὶ οὐκ ἔχει· διότι αὐτὸς ὁ ἄναρχος, τῆς ἑνώσεως γέγονεν ἀρχή· καὶ διὰ τοῦτο εἶπον, καὶ ἔχει καὶ οὐκ ἔχει. Εὐσεβέστερον δέ ἐστιν εἰπεῖν, ὅτι οὐκ ἔχει· ὅσα γὰρ ὑποστατικῶς ἥνωται, κἂν ἐκ δύο νοεῖται, ὅμως τὸ τῇ τοῦ δυνατωτέρου φύσει συνενωθὲν, ἐκεῖνο καὶ νοεῖται, καὶ ὀνομάζεται. Καθάπερ ποταμὸς ἐκ βροχῆς συσταθεὶς, καὶ τῇ θαλάσσῃ συμμιγεὶς, οὐκ ἔτι λέγεται ποταμὸς, ἀλλὰ θάλασσα, ἐκεῖθεν ἀρχὴν λαβὼν, κἀκεῖ καταλήξας. Εἰ μὲν γὰρ ἡ σωματικὴ δύναμις ὡς ὑπερέχουσα ἐνήργησε τῷ Λόγῳ, καὶ οὕτως γέγονεν ἕνωσις, νοείσθω καὶ ἀρχὴν ἔχειν κατὰ τὴν τοῦ σώματος φύσιν. Εἰ δὲ ὁ Θεὸς Λόγος θεοπρεπῶς ἐνήργησε κατὰ τὸ Εὐαγγέλιον, φανερὸν ὅτι πρὸς ἐκείνην τὴν φύσιν τὸ ἅγιον σῶμα ἠὐγένισται· ὅτι ἐν αὐτῷ εὐδόκησε κατοικῆσαι πᾶν τὸ πλήρωμα τῆς θεότητος σωματικῶς. Εἰ δὲ πᾶν τὸ πλήρωμα δηλονότι οὐδὲν ὑπολέλειπται τῆς θεότητος, ὃ οὐκ ἔχει τὸ ἅγιον σῶμα τοῦ Χριστοῦ, εἴτε ἀναρχότητα εἴποις, εἴτε Θεότητα, εἴτε ἀθανασίαν, εἴτε παντοκρατορικὴν δύναμιν, εἴτε ἐξουσίαν, εἴτε κράτος, εἴτε σοφίαν ἀθάνατον, πάντα ἔχει· ὅτι εὐδόκησεν ἐν αὐτῷ κατοικῆσαι πᾶν τὸ πλήρωμα τῆς θεότητος σωματικῶς. Διὰ τοῦτό φησιν ὁ Παῦλος· *Ἡμεῖς ἀπὸ τοῦ νῦν οὐδένα οἴδαμεν κατὰ σάρκα· εἰ δὲ ἐγνώκαμεν κατὰ σάρκα Χριστὸν, ἀλλὰ νῦν οὐκ ἔτι γινώσκομεν.* Ἐγνώκαμεν γὰρ, ὅτι ἐν αὐτῷ εὐδόκησε κατοικῆσαι πᾶν τὸ πλήρωμα τῆς Θεότητος σωματικῶς, καὶ ἐσμὲν ἐν αὐτῷ πεπληρωμένοι. Οὐκ εἶπεν, Ἐν αὐτοῖς, ἀλλ', *Ἐν αὐτῷ·* αὐτὸς γάρ ἐστι τὸ πλήρωμα τοῦ πάντα ἐν πᾶσι πληρουμένου. Οὕτω δὴ οὖν νοεῖται Χριστὸς, μήτε ἀρχὴν ἡμερῶν ἔχων, μήτε ζωῆς τέλος.

[96] Matth. I, 20. [97] Coloss. II, 9. [98] II Cor. V, 16.

plenitudo Divinitatis corporaliter, et sumus in ipso repleti. Non dixit in ipsis, at *in ipso;* ipse enim plenitudo est omnia ubique implentis, atque ita intelligitur Christus neque initium dierum, neque finem habere vitæ.

Ϛ'. Πάλιν λέγουσιν· Εἰ ἄνθρωπός ἐστιν ὁ Μελχισεδὲκ, πῶς μένει ἱερεὺς εἰς τὸ διηνεκές; Τοῦτο κατὰ δύο τρόπους νοητέον, οὐ μόνον περὶ ἐκείνου, ἀλλὰ καὶ περὶ πάντων ἁγίων. Πρῶτον μὲν, ὅτι ἐμφέρεται ἐν τῇ Γραφῇ, *Εἰς τὸ διηνεκὲς*, καὶ ὅτι μένουσι παρὰ τῷ Θεῷ διηνεκῶς· Ἡσαΐας ὁ προφήτης μένει προφήτης εἰς τὸ διηνεκὲς, καὶ παρὰ τῇ Γραφῇ, καὶ παρὰ τῷ Θεῷ. Ὁμοίως οἱ ἀπόστολοι μένουσιν εἰς τὸ διηνεκές· εἰ δὲ μὴ, ποίᾳ ἐλπίδι ὑπὲρ Χριστοῦ καθ' ἡμέραν ἀπέθνησκον; Καὶ πάντες οἱ ἱερατεύσαντες τῷ Χριστῷ μένουσιν εἰς τὸ διηνεκές. Οὕτω καὶ ὁ ἅγιος Μελχισεδὲκ ἱερατεύσας τῷ Θεῷ, μένει εἰς τὸ διηνεκὲς, κατὰ τὸν λόγον τοῦ Κυρίου, λέγοντος, ὅτι *αὐτῷ πάντες ζῶσιν.* Εἰς θεολογίαν δὲ λαμβάνουσι κατὰ τὸν λόγον τοῦτον τὸν Μελχισεδὲκ, ὡς Θεῷ πρέπειν ἡγούμενοι αὐτῷ τὸ, *Θεωρεῖτε δὲ πηλίκος οὗτος, ᾧ καὶ δεκάτην ἐμέρισεν Ἀβραὰμ ἐκ τῶν ἀκροθινίων ὁ πατριάρχης.* Καὶ τί τοῦτο πρὸς θεότητος ἀξίαν; Θέλεις ἰδεῖν μείζονα ταπεινότητα τοῦ Ἀβραάμ; Ὑπηνίκα τὸ σπήλαιον ἔλαβεν εἰς ταφὴν Σάρρας, τοῖς ἀποδομένοις προσεκύνησε. Παρὰ τοῦτο κἀκείνους θεοποιήσομεν, διότι προσεκύνησεν αὐτοὺς ὁ πατριάρχης; Μὴ γένοιτο! Ἴδε πόσον ἔχονται ἀφροσύνης, ὅτι ἐν πηλικότητι τὸν Θεὸν ὁρίζονται, καὶ οἵᾳ βραχύτητι! Οὐ θεωρεῖτε γὰρ, εἶπε, πηλίκος οὗτος, ὁ ποιήσας τὸν οὐρανὸν, καὶ τὴν γῆν, καὶ τὴν θάλασσαν, ὁ ἐπιστάμενος τὸν νοῦν τῶν ἀνθρώπων πρὸς τὰς ἐκουσίους αὐτῶν κινήσεις, τὸ δέον ἐπὶ πάντων ἀπονείμας οὐ προσφάτως, ἀλλ' ἰδίῳ καιρῷ προσφυῶς ἀνακύπτειν ὁρισάμενος. Οὐδὲ εἶπεν ὁ σταθμίσας εὐμέτρως ὑετῶν, καὶ χιόνων ἐπιφορὰς, κρυμούς τε χειμερινοὺς, καὶ θερίνου καύσωνος βολὰς, ἵνα μὴ τὸν κόσμον ἀπολέσῃ. Οὐδὲ εἶπεν, ὁ ἐν οἰκτιρμοῖς δικαιοσύνης ἀποσώζων, καὶ ἁμαρτωλὸν ἀνυποκρίτως ἐλεῆσαι δυνάμενος, ὁ πανταχοῦ ὢν ἀδιαιρέτως, καὶ ἐν τῷ Πατρὶ μένων ἀσυγχύτως· ὁ τῶν ἀγαθῶν κτίστης, καὶ πάντων γνώστης εὐκριτὴς, ὁ ἐν ἀσθενείᾳ δήσας τὸν ἰσχυρὸν, καὶ ἐν μωρίᾳ τοῦ φρονίμου ὄφεως τὰ σκεύη ἁρπάσας, ὁ ἐξαγαγὼν ἐκ θανάτου ζωὴν, καὶ τὰ ἄδηλα φανεροποιήσας. Οὐδὲν τοιοῦτο ὁ Ἀπόστολος εἶπε περὶ τοῦ Μελχισεδὲκ, ἀλλὰ, *Θεωρεῖτε*, φησὶ, *πηλίκος οὗτος, ᾧ καὶ δεκάτην μέρισεν Ἀβραάμ!* Ἆρα, εἰ ἦν Θεὸς, ὁ Παῦλος ἐν πηλικότητι τὴν ἀκατάληπτον δύναμιν περιώριζε, καὶ τοῦτο ἐν μηδενὶ θαυμαστῷ, ἀλλ' ἐν ταῖς δεκάταις τοῦ Ἀβραὰμ, ἃς καὶ οἱ κατὰ νόμον ἱερεῖς καταλαμβάνουσιν; Ὅταν οὖν (15) ἀναγινώσκων εὕρῃς τι περὶ Μελχισεδὲκ γεγραμμένον,

A VI. Quærunt insuper, si Melchisedech homo est, quomodo manet sacerdos in perpetuum? Hoc dupliciter intelligendum est non modo de illo, sed et de reliquis sanctis omnibus. Primum quidem quod in Scriptura refertur in perpetuum, deinde quod manet in perpetuum apud Deum. Isaias propheta manet propheta in perpetuum et apud Scripturam, et apud Deum; eodem modo apostoli manent in perpetuum; sin minus, cedo, quam illi in spem mortem pro Christo quotidie oppetebant? Et omnes Christi sacerdotio functi manent in perpetuum, ita et sanctus Melchisedech qui sacerdotium gessit Deo, manet in perpetuum secundum sententiam Domini dicentis, quod *Ipsi omnes vivunt* [9]. Ad divinitatem autem extollunt Melchisedech propter sen-
B tentiam illam: *Videte quantus hic, cui et decimam protulit Abraham patriarcha de manubiis* [1]; existimantes hoc ipsi tanquam Deo convenire. At quantulum hoc est, si cum divinæ majestatis dignitate conferatur? Vis longe aliud illustrius humilitatis Abraham specimen videre? cum speluncam pro sepelienda Sara recepit, adoravit eos qui tradiderunt [2]: propterea nec illos deos reputabimus, quod patriarcha eos adoravit? Absit! Vide quantum insaniant! a quantula re Deum arguant! quam exili! Non enim dixit, Videte quantus hic, qui cœlum, terras, maria condidit, qui mentes hominum, ut libera et prona voluntate ferantur, dirigit, quod conveniens ubique est disponens, non acerbe, et præ-
C cociter, sed suo tempore et suapte natura quidquid prodire faciens. Neque dixit, qui imbrium et nivium vim, rigorem hiemis, caloresque æstivos statera appendens temperat, ne hanc mundi universitatem dissolvant. Neque dixit, qui cum miseretur a justitiæ pœnis eripit, et peccatoris remisso judicio misereri potest; qui ubique divisionis expers exsistit, et in Patre manet distinctus; qui bonorum auctor, et omnium inspector et judex est, qui in infirmitate fortem vinctum arcte detinet, et in stultitia astutum serpentem armis exuit, qui ex morte vitam educit, et occulta manifesta facit. Nihil tale de Melchisedech Apostolus, sed *Videte quantus hic, cui et Abraham decimam protulit!* Num, si Deus exsisteret, Paulus incomprehensibi-
D lem virtutem per quantitatem definiret, neque id ipsum vero per rem satis admirandam, sed per decimas Abraham, quas secundum leges sacerdotes

[9] Luc. xx, 38. [1] Hebr. vii, 4. [2] Gen. xxiii, 7.

(15) Hoc palmare et decretorium ad evertendos Melchisedechitas argumentum iisdem pene verbis movet etiam Suidas in Μελχισεδέκ; at non illud effert in persona Christi, ut hic S. Marcus et reliqui Patres, at in persona Melchisedech: Ὅταν δὲ ἀκούσας, ait, παρὰ τῶν Μελχισεδεκιτῶν ὅτι Θεὸς ὀνομάζεται, μνήσθητι τοῦ ἀποστολικοῦ, ὅτι ἐτέρας γενεᾶς ἐστι, τουτέστι Χαναναίων. *Quando audieris a Melchisedechitis, quod Melchisedech ipse Deus sit, fac veniat tibi in mentem dictum illud apostolicum, quod ex altera gente fuit, hoc est Chananæorum.* Hoc argumentum expendisse Cunæum oportuerat, qui lib. III *De republic. Hebr.* tam accuratus in singulis hujus quæstionis, ut ipse ait, *historicæ*, momentis expendendis sibi videri vult.

recipiunt? Quando igitur quidquam inter legendum de Melchisedecho scriptum offenderis, illud continuo divi Pauli tibi in mentem revoca : *De quo prædicantur hæc, alterius tribus consors fuit* [a]; et hoc modo nunquam erraveris. *Manifestum enim, quod ex tribu Juda ortum duxit Dominus noster Jesus Christus* [b]. Ne discedas a fide Pauli, et vatidice enuntiata illi tribue de quo enuntiata sunt, neque ea quæ per typos prolata sunt, ipsis typis attribuas. Cujus, rogo, tribus fuit Melchisedech, quoniam tu illi prædicta adjudicas? Istiusmodi errore si universim decipi patiaris, et agnum typi gratia mactatum Deum tu censueris dicens : Si non erat Deus, quomodo exterminatorem angelum sanguis illius arcebat? Quin et æneum serpentem facile Deum reputabis ita tecum loquens, et dicens : Si non erat Deus, quomodo serpentium morsibus sauciatos sanabat? Nos vero illud Apostoli reponimus : *De quo dicuntur hæc, alterius tribus consors fuit.* Quodlibet eorum non per se admiranda operabatur, sed per Christum qui in ipsis repræsentabatur; ita prorsus et Melchisedech; et si exstitit rex justitiæ et rex pacis, non exstitit tamen natura, sed interpretatione; de quo enim hæc vere enuntiabantur, alterius tribus consors fuit.

VII. Quærerem libenter ab hujusmodi hallucinatis hominibus, quorsum prophetæ et apostoli non eumdem Deum declararunt? Si quidem invidia aut timore detinebantur, quomodo neque invidia neque timor detinuit eos a prædicando Mariæ filio? Fortasse non norant? Scilicet infantes illi præ vobis, vos autem magis cordati? quapropter quod illos latuit, vobis patefactum est. Quid ad hæc autem cati homines respondere audent? Ne mireris, si illi ignorarunt mysterium hoc, quando et Paulo apparuit difficile, quod intelligeretur, dum ait : *De quo multus nobis sermo, et difficilis interpretationis est* [c]. O audaciam! Apostolis sibi videntur sapientiores, *Neque intelligunt quæ dicant, neque de quibus rebus affirment* [d]. Si enim omnino credunt, quod multus est de Melchisedech sermo et difficilis interpretationis, utrum apud nos, an apud ipsos? Nos dicimus, quod interpretatio Melchisedech refertur in Dominum nostrum Jesum Christum; et ideo multus revera nobis est sermo de Melchisedech, isque difficilis declarationis, quemadmodum et Apostolus asserit; ipsi vero dicunt, quod Melchisedech est natura Deus. Si natura, quomodo difficilis interpretationis sermo est? Plane Deus verus creditur absque interpretatione, typi vero interpretatione indigent. Quamobrem videamus cui testimonium reddit divus Paulus dicens : *De quo nobis multus sermo, et difficilis interpretationis est.* Si quidem illis de Melchisedech tanquam de Deo locutus fuit, interpretentur suum ipsorum Deum, illum natura Deum existimantes; sin minus, nos

μνήσθητι τοῦ Ἀποστόλου, *Ἐφ' ὃν λέγεται ταῦτα, φυλῆς ἑτέρας μετέσχηκε*, καὶ οὐδέποτε πλανηθήσῃ. *Πρόδηλον γὰρ ὅτι ἐξ Ἰούδα ἀνατέταλκεν ὁ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστός*· Ἀκολούθησον τῇ πίστει Παύλου, καὶ μὴ τὰ προφητικῶς χρηματισθέντα πρόσνεμε τῷ χρηματίσαντι, μηδ' αὐτὰ πάλιν τὰ τυπικῶς γεγενημένα αὐτοῖς ἀπόνεμε τοῖς τύποις. Ποίας φυλῆς μετέσχηκεν ὁ Μελχισεδὲκ, ὅτι αὐτὸς αὐτῷ νομίζεις τὰ εἰρημένα; Οὕτω δὲ πλανώμενος, πάντως ἂν καὶ τὸν ἀμνὸν τὸν σφαγέντα τυπικῶς, Θεὸν ἡγήσῃ λέγων· Εἰ μὴ ἦν Θεὸς, πῶς τὸν ὀλοθρευτὴν ἄγγελον ἀπήλαυνε τὸ αἷμα αὐτοῦ; Τάχα δὲ καὶ τὸν χαλκοῦν ὄφιν θεοποιήσεις, ταῦτα ὑπολαμβάνων, καὶ λέγων· εἰ μὴ ἦν Θεὸς, πῶς τοὺς δηχθέντας ὑπὸ ὄφεων ἐθεράπευεν; Ἡμεῖς δὲ τὸ τοῦ Ἀποστόλου ἐροῦμεν. *Ἐφ' ὃν λέγεται ταῦτα, φυλῆς ἑτέρας μετέσχηκεν*· Ἕκαστος γὰρ αὐτῶν, οὐ δι' ἑαυτοῦ ἐποίει τὴν δύναμιν, ἀλλὰ διὰ τοῦ ἐν αὐτοῖς ἑρμηνευομένου Χριστοῦ· οὕτω καὶ ὁ Μελχισεδὲκ κἂν ἐχρημάτισε βασιλεὺς δικαιοσύνης, καὶ βασιλεὺς εἰρήνης, οὐ φύσει ἦν, ἀλλ' ἑρμηνευόμενος κατὰ τὴν Γραφήν· *Ἐφ' ὃν γὰρ λέγεται ταῦτα, φυλῆς ἑτέρας μετέσχηκεν*

Ζ'. Ἤθελον γὰρ κἀγὼ πυθέσθαι τῶν φρεναπατῶν· Τίνος ἕνεκα οἱ προφῆται, ἢ οἱ ἀπόστολοι Θεὸν αὐτὸν εἶναι οὐκ ἐκήρυξαν; Εἰ μὲν γὰρ φθόνῳ ἢ φόβῳ ἐφέροντο, οὐκ ἂν τὸν ἐκ Μαρίας ἀφθόνως καὶ ἀφόβως πᾶσιν ἐφανέρωσαν; Εἰ δὲ ἠγνόησαν, ἐκεῖνοι μὲν νήπιοι παρ' ὑμᾶς, ὑμεῖς δὲ παρ' ἐκείνους τελειότεροι, καθότι τὸ ἐκείνους λαθὸν ὑμῖν ἀπεκαλύφθη. Ἀλλὰ τί φασιν οἱ δεινοί; Μὴ θαυμάσῃς, ὅτι εἰ ἠγνόησαν οἱ ἀπόστολοι τὸ μυστήριον τοῦτο, ὅπου γε καὶ τῷ Παύλῳ δυσερμήνευτον καταφάνη, λέγοντι· *Περὶ οὗ πολὺς ἡμῖν ὁ λόγος, καὶ δυσερμήνευτος λέγειν.* Ὢ τῆς ἀλαζονείας! Δοκοῦντες εἶναι τῶν ἀποστόλων σοφώτεροι, οὔτε νοοῦσιν ἃ λέγουσιν, οὔτε περὶ τίνων διαβεβαιοῦνται. Εἰ γὰρ πιστεύουσιν ὅλως ὅτι, πολὺς ὁ περὶ τοῦ Μελχισεδὲκ λόγος, καὶ δυσερμήνευτος, εἰπάτωσαν, ποίῳ μέρει δυσερμήνευτός ἐστι; πότερον τῷ ἡμετέρῳ, ἢ τῷ ἐκείνων; Ἡμεῖς λέγομεν, ὅτι ἑρμηνεύεται Μελχισεδὲκ εἰς τὸν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν, καὶ πολὺς ἡμῖν ὁ λόγος καὶ δυσερμήνευτος, καθ' ὃ καὶ [ὁ] Ἀπόστολος λέγει· ἐκεῖνοι δὲ λέγουσιν, ὅτι Θεὸς φύσει ἐστίν. Εἰ δὲ φύσει Θεὸς πῶς δυσερμήνευτος; Θεὸς καθολικῶς πιστεύεται ἀνερμήνευτος, οἱ δὲ τύποι ἑρμηνεύονται. Διὰ τοῦτο ἴδωμεν, τίνι μαρτυρεῖ ὁ ἅγιος Παῦλος, εἰπών· *Περὶ οὗ πολὺς ἡμῖν ὁ λόγος καὶ δυσερμήνευτος.* Εἰ ἐκείνοις, ὡς περὶ Θεοῦ τοῦ Μελχισεδὲκ εἰρηκὼς, ἑρμηνευσάτωσαν τὸν Θεὸν αὐτῶν, ὡς νοήσαντες αὐτὸν φύσει Θεόν· εἰ δὲ μή γε, ἡμεῖς ἐν Κυρίῳ κατὰ δύναμιν τὰ τοῦ Μελχισεδὲκ ὡς τυπικὰ ἑρμηνεύσομεν, κατὰ τὴν ὑπόθεσιν τοῦ ἁγίου Παύλου, καὶ παυσάσθωσαν βλασφημοῦντες. Πρῶτον μὲν γὰρ (16) Ἱερουσαλὴμ Ἰεβοὺς ἐκα-

[a] Hebr. VII, 3, 13. [b] ibid. 14. [c] Hebr. V, 11. [d] I Timoth. I, 7.

(16) Urbem Hierusalem Jebus quondam vocitatam Josue non uno in loco memorat XIII, 62; XVIII, 28. Vocitatam eamdem et Salem docent illa Hebraici Psalterii : *Factum est in Salem tabernaculum ejus,*

λεῖτο· ὅθεν γινώσκομεν, ὅτι ἐκ τῶν καθαιρεθέντων ἐπτὰ ἐθνῶν ἦν ὁ Μελχισεδέκ· Ἰεβουσαῖος γὰρ ἐτύγχανεν. Ὕστερον δὲ, μετὰ τὸ ἐκβληθῆναι τὰ ἔθνη, καὶ ἀποικίσαι τὸν λαὸν, ἀπεκλήρωσεν αὐτὴν ὁ Θεὸς τοῖς ἱερεῦσι, τοῦ ἐκείνου ἀναφέρεσθαι τὰς θυσίας ἐκ παντὸς τόπου τῶν Ἰουδαίων· ὅθεν καὶ μετὰ τὸ καταπαῦσαι ἀπὸ τῶν πολεμίων, μετωνόμασε τὴν πόλιν Σαλήμ, ὅ ἐστιν *εἰρήνη*. Ἱερουσαλὴμ δὲ ἑρμηνεύεται, *ὅρασις εἰρήνης*. Τούτου χάριν ὁ Μελχισεδὲκ παρὰ τῷ Ἡαΰλῳ καὶ τῇ Γραφῇ *βασιλεὺς εἰρήνης* ἑρμηνεύεται· ἐν αὐτῇ γὰρ ἐβασιλεύετο πρότερον, ὡς εἴ τις εἴπῃ, βασιλεὺς Σέλγης· Σέλγη δὲ ἑρμηνεύεται *ἀγνεία*. Οὐκ οὖν εἰκότως ὁ ἡγούμενος Σέλγης, κατὰ τὸ τῆς πόλεως ὄνομα, *ἡγούμενος ἁγνείας* ἑρμηνεύεται; οὐ φύσει μέντοι ἁγνείας ἐστὶν ἡγούμενος, ἀλλὰ καθ' ἑρμηνείαν ὀνομασίας. Χριστὸς δέ ἐστι φύσει ἁγνείας ἡγούμενος. Ἆρα νοοῦσιν, ὅτι καὶ ὁ Μελχισεδὲκ καθ' ἑρμηνείαν ὀνομαστικὴν *βασιλεὺς εἰρήνης* λέγεται; Εἰ μὲν Ἱερουσαλὴμ αὕτη ἐστὶν ἐπουράνιος, ἔνθα ἐβασίλευσεν, ἧτω καὶ ὁ ἡγούμενος αὐτῆς φύσει βασιλεὺς εἰρήνης· εἰ δὲ αὕτη τύπος ἦν τῆς ἄνω Ἱερουσαλὴμ, φανερὸν, ὅτι καὶ οὗτος τυπικῶς ὠνόμασται *βασιλεὺς εἰρήνης*, διὰ τὴν ὁμωνυμίαν τῆς πόλεως. Τὸ δὲ *Βασιλεὺς δικαιοσύνης*, τοῦ οἰκείου ὀνόματός ἐστιν ἑρμήνεια, τουτέστι Μελχισεδὲκ, γλώσσῃ τῇ Χανανίτιδι, καθὼς παρὰ τῶν ἐπισταμένων ἐμάθομεν, ὡς ἂν τις εἴποι Ἀμβρόσιος, τουτέστιν *ἀθάνατος*. Τί οὖν; ἐπειδὴ πολλοὶ τῶν ἀνθρώπων Ἀμβρόσιοι ὀνομάζονται, παρὰ τοῦτο φύσει καὶ ἀθάνατοί εἰσι, κατὰ τὴν ἐπωνυμίαν; Οὐ πάντως. Πόσοι Εὐγένιοι λέγονται, δοῦλοι ὑπάρχοντες! πόσοι Ἀθανάσιοι λέγονται, ὄντες θνητοί! πόσοι Πολυχρόνιοι, καὶ γίνονται ὀλιγοχρόνιοι! πόσοι Δημοκράται, καὶ οὐδενὸς ἐκράτησαν! καὶ εὑρέθησαν οἱ χρηματισμοὶ ἀκατάλληλοι τοῖς πράγμασιν.

A in Domino pro modulo nostro de Melchisedech prolata, tanquam per typum prolata interpretabimur secundum enarrationem divi Pauli; et desinant tandem contradicere. Hierusalem quondam Jebus vocabatur; unde arguimus, quod Melchisedech ex septem nationibus exterminatis fuerit, Jebusæus enim erat: postea quam vero expulsæ fuere gentes, et commigravit illinc populus, distribuit eam Deus sacerdotibus, ut illic victimæ offerrentur ex omni loco Judæorum: unde postea quam cessatio bellorum fuit, nuncupavit urbem Salem, quod est *pax*. Hierusalem vero explicatur *visio pacis*. Ideo Melchisedech apud divum Paulum et in divina Scriptura *rex pacis* interpretatur; quandoquidem ipse antea regnabat in ea, ut si quis dixerit rex B Selge: Selge porro interpretatur *castitas*; nonne qui Selge dominatur, secundum nomen urbis *castitatis dux* interpretatur? non natura quidem castitatis dux, at interpretatione: natura vero Christus, dux castitatis. Num tandem intelligunt, quod et Melchisedech secundum nominis interpretationem *rex pacis* dicitur? Si Hierusalem ista est urbs cœlestis, et istic regnavit; profecto in ipsa regnans rex pacis natura fuerit; si vero ista typus fuit supernæ Jerusalem, planum est, quod iste per typum nuncupatus fuit *rex pacis* propter significationem nominis urbis. *Rex* vero *justitiæ* proprii nominis interpretatio est, hoc est Melchisedech Chananæorum lingua, quod ex doctis didicimus, ut si quis dixerit Ambrosius, hoc est *immortalis*. Quid C igitur? quoniam multi homines Ambrosii nominantur, propterea ne iidem immortales sunt juxta nominis significationem? Nequaquam. Quot appellantur Eugenii servitutem servientes? Quot mortalium Athanasii nuncupantur? Quot Polychronii exigua vitæ usura fruentes? Quot Democrati neminem habentes subditum? ita et vaticinia inveniuntur, quæ nomine tenus eventura significent, licet res ipsas nominum minime præstent.

ΙΓ'. Ἐπειδὴ οὖν τὰς ὀνομασίας ἡρμηνεύσαμεν κατὰ δύναμιν, φέρε, ὡς οἷόν τε, καὶ τὰ πράγματα πάλιν. Ὥσπερ Ἀβραὰμ, μετὰ τῶν οἰκείων οἰκογενῶν τριακοσίων δέκα καὶ ὀκτὼ ὁπλισάμενος, ἐπὶ τοῦ Μελχισεδὲκ τοὺς ἀλλοφύλους ἐτροπώσατο· οὕτως ἐπὶ τοῦ Χριστοῦ, οἱ ὄντως οἰκογενεῖς αὐτοῦ τριακόσιοι δέκα καὶ ὀκτὼ πατριάρχαι, ἐν τῇ (17) Νικαίων πόλει

VIII. Quoniam igitur nominum interpretati significationem sumus pro modulo, age rursus, et res ut possumus interpretemur. Quemadmodum Abraham cum manu trecentorum decem et octo vernarum suorum armatus præsto fuit Melchisedech, et alienigenas in fugam vertit: ita pro Christo trecenti decem et octo patriarchæ vere ipsius

D

(*Psal.* LXXV, 3); ita plane reddita a Chaldæo, Aquila, Theodotione, Symmacho, Hieronymo, cæterisque interpretibus, unos si excipias Septuaginta, et qui eos sequitur, Vulgatæ editionis interpretem, qui reponunt: *Factus est in pace locus ejus*. Hac ipsa plane in urbe primo Salem, deinde Jebus, postremo rursus Salem et Hierusalem dicta regnasse Melchisedechum plerique omnes interpretum et Patrum, Josephus, Irenæus, Hippolytus, Theophilus, et Eustathius Antiochenus, uterque Eusebius Cæsariensis et Emissenus, Apollinaris, Procopius tradunt; nimirum ex Moyse, qui Melchisedech regem Salem perspicue appellat (*Gen.* XIV, 18). Nulla enim alia præter Hierusalem in sacris libris urbs Salem occurrit; nam Salim, cujus mentio fit (*Judith* IV, 4; *Jeremiæ* XLVIII, 5; *Joan.* III, 23), nonnisi aut immutatis veterum Hebræorum lectionibus et Chaldæi interpretis, aut posthabita veterum codicum fide idem ac Salem reputari potest: Salem vero (*Gen.*

XXXIII, 17), Samaritanus et Chaldæus appellativum nomen, non proprium efferunt, quomodo etiam statuit D. Hieronymus in *Quæst. Hebraicis*, ubi præterea Salem Melchisedechi eamdem prorsus cum Hierusalem agnoscit, ut non ex sua, sed ex Sichemitarum sui temporis sententia in *Epist. ad Evagrium*, vel si mavis Evangelium locutum fuisse arguijure possit. Quod eadem in epistola asserebat de situ Salem remotiori, quam ut commode Abrahæ revertenti de via in occursum prodiretur, leve quidem est; cum imo Regi Sodomorum, qui aderat una in itinere cum Melchisedech, etiam longius fuerit procedendum.

(17) Hanc trecentorum decem et octo Patrum, qui profligato in Nicæna synodo Ario catholicam fidem vindicarunt, cum Abrahamo victore reduce cum Lot, hostibus trecentorum decem et octo vernarum ope fusis, comparationem valde quondam in Ecclesia a sanctis Patribus celebratam ostendunt

domestici et gentiles apostolicis armis instructi, in urbe Nicæa hæreses effugarunt. Vide aptam interpretationem. Tunc Melchisedech panem et vinum protulit redeuntibus ex bello in solamen et refectionem; ita et Christus pontifex magnus ob id ipsum revertentibus ex spirituali bello sanctificatum panem et vinum præbet dicens: *Accipite, et comedite ex eo omnes*[a]. Et rursus dedit Abraham decimas exuviarum sacerdoti Dei; ita et illius fidei æmuli decimas offerunt Christo. Quinque etenim sensus dupliciter dicati, nempe spiritaliter et proprie, decimæ quædam sunt delibatæ ex universa natura nostra ab alienigenis in captivitatem tracta secundum prædictam historiam. Num per istiusmodi exposita animadvertis, quomodo multus est sermo, et difficilis interpretationis, quemadmodum dixit divus Paulus apostolus? Ne igitur typos veritatem appelles, neque audiens Melchisedech sine patre et sine matre, quod genealogia ejus descripta non exstet, velis eum existimare filium Dei naturalem. An non in Melchisedech historia recognoscis, quæ divina Scriptura loquitur de typis, de Lot Abrami nepote et de regibus, nomina hominum et locorum, Melchisedech nimirum et urbem Salem aperte declarans? Nihil horum per se incarnationem Domini præ se fert; si enim naturam præ se ferunt nomina, non amplius interpretatio; si autem interpretationem, non amplius natura. Et quomodo multus foret hujusmodi sermo et difficilis interpreta-

[a] Matth. xxvi, 26.

A ἀποστολικῶς ὁπλισάμενοι ἐτροπώσαντο τὰς αἱρέσεις. Ἴδε ἑρμηνείαν προσφυῆ. Τότε ὁ Μελχισεδὲκ ἐξήνεγκεν ἄρτον καὶ οἶνον, εἰς (18) ἀνάπαυσιν τοῖς ἀναστρέφουσιν ἀπὸ τοῦ πολέμου. Οὕτω καὶ ὁ Χριστὸς, ὁ μέγας ἀρχιερεὺς, τοῖς ἐκ τοῦ νοεροῦ πολέμου πρὸς αὐτὸν ἀναστρέφουσι δίδωσιν ἄρτον καὶ οἶνον ἡγιασμένον, λέγων· *Λάβετε, φάγετε ἐξ αὐτοῦ πάντες.* Καὶ πάλιν δίδωσι δεκάτας Ἀβραὰμ ἀπὸ τῶν ἀκροθινίων τῷ ἱερεῖ τοῦ Θεοῦ· καὶ οἱ ἐφάμιλλοι τῆς ἐκείνου πίστεως προσφέρουσι τῷ Χριστῷ τὰ ἀκροθίνια. Αἱ γὰρ πέντε αἰσθήσεις, διττῶς (19) ἀνατεθεῖσαι αὐτῷ, νοερῶς λέγω καὶ ἰδικῶς, δεκάται τινές εἰσι τῶν μορίων τῆς φύσεως ἡμῶν, τῆς ποτε αἰχμαλωτευθείσης ὑπὸ τῶν ἀλλοφύλων κατὰ τὴν προειρημένην ἱστορίαν. Ἆρα διὰ τῶν εἰρημένων ἐνόησας, πῶς πολύς ἐστιν ὁ λόγος καὶ δυσερμήνευτος, καθὼς προείρηκεν ὁ ἅγιος Παῦλος ἀπόστολος; Μὴ οὖν τοὺς τύπους λέγε ἀλήθειαν, μηδὲ ἀκούσας ἀπάτορα, καὶ ἀμήτορα διὰ τὸ ἀγενεαλόγητον, λογίζου διὰ τοῦτο Υἱὸν Θεοῦ φύσει. Ἢ οὐκ ἀνέγνως ὅσα διηγεῖται ἡ θεία Γραφὴ ἐν τῇ κατ' αὐτὸν ἱστορίᾳ περὶ τῶν τύπων, περὶ τοῦ Λὼτ τοῦ ἀδελφιδοῦ Ἀβραὰμ, περὶ τῶνδε βασιλέων, τὰ ὀνόματα καὶ τῶν ἀνθρώπων ἅμα καὶ τῶν τόπων, καὶ τὸν Μελχισεδὲκ, καὶ τὴν πόλιν Σαλὴμ φανερῶς δηλώσασα; Οὐδὲν δὲ τούτων περὶ τῆς σαρκώσεως τοῦ Κυρίου αὐτολύτως ἑρμηνεύεται. Εἰ γὰρ φύσις τὰ ὀνόματά εἰσιν, οὐκέτι ἑρμηνεία· εἰ δὲ ἑρμηνεία, οὐκέτι φύσις. Πῶς οὖν πολὺς ὁ λόγος καὶ δυσερμήνευτος; Ἀλλὰ γνῶθι τὸ γεγραμμένον, ὅτι

B

C

sermo *De Melchisedech* inter opera sancti Athanasii editus; sanctus Ambrosius *De fide ad Gratianum* l. I, cap. 1, Liberius pontifex in *Epistola ad Orientales*, et hic S. Marcus monachus. Nicænos autem Patres patriarchas appellat, ut illo ævo loquebantur, nullis adhuc in Oriente Ecclesiis præcipuo patriarchali titulo insignibus factis: quod cognoscimus in Gregorio Nazianzeno orat. 40, 41, et 71, et Nysseno orat. *De Magno episcopo*; hinc iterum infra, episcopos S. Pater patriarchas nuncupat. Prodit denique ex hoc loco novum testimonium ab ultima antiquitate pro asserendo numero Nicænorum Patrum, et coarguendo vitio lectionis Eusebianæ contra Valesium in *Vita Constantini*.

(18) In refectionem utique sacram, non profanam, qualem videlicet summus pontifex Jesus Christus præbet revertentibus ex bello spirituali Nicænis Patribus; aliter enim potiore sui parte concidet comparatio. Quanquam fatendum est S. Marcum typicum quidem Melchisedechi sacerdotium, et sacrificium satis exaggerate explicare: at verum ejusdem Melchisedech sacrificium panis ac vini valde jejune ac obscure innuere, aut etiam prorsus dissimulare. Recolenti tamen attentius totius disceptationis genus, et argumentorum seriem venit in mentem suspicari, de quo doctorum virorum judicium sit, S. Patrem consulto id agere, quippe quod ei res sit cum adversariis, qui typum in Christo, archetypum constituant in Melchisedech, quem ipsa divinæ dignitate personæ, non sacrificio, et tanquam sacerdotem, humanum genus redemisse aiebant, propterea quod non haberent ostendere victimam, facile id ipsum ad illum ut pote summum etiam vere sacerdotem astruendum arrepturi, si eis sacrificii, panis ac vini veritas ostentetur, ideo quæ nudi typi sunt unice expromit S. Pater; quæ autem veritatem continent, licet typica et ipsa sint, ne archetypa contendantur ab adversariis, per dissimulationem prudens mittit, tanquam causæ quam agit, minus opportuna. Etiam D. Paulus de sacramento altaris, de quo maxime grandis fuisset sermo, nullam mentionem facit in exponendo Melchisedechiano vaticinio, quod eam videlicet propositum epistolæ argumentum non postularet. Ob hanc prorsus causam supra, cum non semel locus incidisset extollendi sacerdotium Melchisedechi supra sacerdotium Abrahami ex illo D. Pauli elogio: *Videte qualis hic cui*, etc., totum illud in Abrahami modestiam et humilitatem, quam in Melchisedechi sacerdotii præstantiam satius duxit rejicere: ita et paulo infra parum abest quin Abel et Jacob magis vere sacerdotes fuisse quam Melchisedech ratiocinetur, et prorsus ratiocinetur ex persuasione adversariorum, quod nempe illi immolatione sacrificaverint, non vero Melchisedech, sed tantummodo appellatus sacerdos fuerit, typi et vaticinii gratia; illico tamen mutat dictum, clamatque totum illud discrimen sibi invito ab adversariorum importunitate extortum fuisse, et diserte profitetur se Melchisedech æque atque Abel et Jacob sacerdotem, hoc est peracto sacrificio insignem in Domino credere.

(19) Videtur hic duplicare sensus ex duplici ministerio et obsequio, quod animo exhibent cum in iis quæ ad mores spectant, tum in iis quæ spectant ad fidem, exsequendis, quomodo duplicat etiam S. Ambrosius in *Exposit. Evangel. secundum Lucam* l. VIII, ad illa: *Ecce mna tua decem mnas acquisivit. Denique*, ait, *ex una decem mnas alius fecit, alius quinque. Fortasse iste moralia habet, quia quinque sunt corporis sensus, ille decem duplicia, id est, mystica legis et moralia probitatis.*

ταῦτα τύποι συνέβαινον ἐκείνοις γέγραπται δὲ εἰς A νουθεσίαν ἡμετέραν, εἰς οὓς τὰ τέλη τῶν αἰώνων κατήντησε.

tionis? Verum reputa quod scriptum est, quod videlicet hæc illis typi causa contigerunt; scripta autem fuerunt ad institutionem nostram, in quos fines sæculorum reciderunt [9].

Θ'. Καὶ τοῦτο δὲ ἀναγκαῖόν ἐστι πυθέσθαι παρ' αὐτῶν· Πῶς ὁ Θεὸς Λόγος μὴ ἔχων τότε σάρκα ἱεράτευσεν; ὑπὲρ τίνος δὲ καὶ ἱεράτευσεν; Εἰ ὑπὲρ τοῦ κόσμου λέγεις, καὶ ποῦ ἔστι τὸ θῦμα; χωρὶς γὰρ αἱματοχυσίας ἤκουσας, ὅτι οὐ γίνεται ἄφεσις· τίνες δέ εἰσι καὶ οἱ τῆς ἱερωσύνης κήρυκές τε καὶ μάρτυρες; Εἰ δὲ λέγουσιν, ὅτι αὐτὸς μέν ἐστι, τύπος δὲ ἐγένετο τῶν μελλόντων· οὐκοῦν ὁ ἄσαρκος τοῦ σαρκωθησομένου τύπος εὑρίσκεται; μᾶλλον δὲ αὐτὸς ἑαυτοῦ τύπος ἐγένετο; Ὅπου δὲ αὐτὸς πάρεστιν, οὐ λέγεται τύπος, ἀλλ' ἀλήθεια. Εἰ δὲ τότε ἀλήθεια, ἐπὶ B τῆς σαρκώσεως τί ἐροῦμεν; πῶς δὲ ἡ Γραφὴ λέγει, ὅτι ἑτέραις γενεαῖς τὸ μυστήριον τοῦτο οὐκ ἐγνωρίσθη, ὡς νῦν ἀπεκαλύφθη τοῖς ἁγίοις ἀποστόλοις, καὶ προφήταις; τότε δὲ οὔτε προφῆται ἐδόησαν περὶ τούτου, οὔτε ἀπόστολοι. Ἀλλὰ τί πάλιν λέγουσιν; Εἰ μὴ ἦν Θεὸς, πῶς ἦν ἱερεὺς πρὸ νόμου; Ἡμεῖς δὲ πρὸς αὐτούς· Ἱερωσύνη λέγεται διὰ τὸ θύειν τῷ Θεῷ θυσίας ἄνθρωπον ἔνσαρκον· χωρὶς δὲ σαρκὸς ἱερεὺς οὐκ ὀνομάζεται. Ὥσπερ οὖν ἔθυτε τῷ Θεῷ Ἄβελ πρὸ νόμου, καὶ διὰ τοῦτο ἀποδέδεικται ἱερεὺς, καὶ ὥσπερ ἔθυσεν αὐτῷ Ἰακὼβ, καὶ ἀποδέδεικται ἱερεύς· ὡς οὗτοι πάντες ἔθυσαν πρὸ τοῦ νόμου, οὕτω καὶ ὁ Μελχισεδὲκ πρὸ τοῦ νόμου ἦν ἱερεύς. Ἀλλά φασι· Τούτους ἱερεῖς οὐκ εἶπεν ἡ θεία Γραφή. Ἡ μὲν θεία Γραφὴ οὐ περιττολογεῖ. C καθὼς παραζητεῖτε ὑμεῖς. Εἰ δὲ ὅλως ζητεῖτε τὴν διαφορὰν τοῦ πράγματος, ὁ Μελχισεδὲκ οὐκ (20) ἔθυσεν, ἀλλὰ μόνον ὠνομάσθη. Βεβαιότεροι οὖν εἰσιν οὗτοι θύσαντες, ἢ γὰρ ἐκεῖνος ὀνομασθεὶς, ἐπειδὴ τὸ θύειν ἱερωσύνης ἐστὶ μᾶλλον, ἢ γὰρ τὸ χρηματίζειν. Τὴν τοιαύτην μὲν διαφορὰν τῇ ἐκείνων ἀκαιρολογίᾳ παρεθήκαμεν· ἡμεῖς δὲ ἐν Κυρίῳ κἀκεῖνον κἀκείνους ὁμοίως ἱερεῖς ἔχομεν τοῦ Θεοῦ.

IX. Illud præterea ab ipsis requirendum est: Quomodo Deus Verbum non adhuc carne indutus sacerdotium gessit? Si pro mundo ais, quæro ubi adest victima? Audisti enim, quod sine sanguinis effusione non fit remissio [10]. Quinam porro adsunt sacrificii præcones et testes? Si dicant, quod ipsemet est victima, et est etiam typus futurorum; num igitur qui sine carne est, typus exsistit ejus qui carnem induturus erat, imo ipse suimet ipsius typus exstitit? Sed ubi quis ipsemet adest, non dicitur typus, sed veritas. Si autem tunc veritas affuit, quid dicemus de incarnatione? Quomodo autem dicit Scriptura, quod mysterium hoc non cognitum fuit aliis generationibus, quod nunc revelatum est apostolis et prophetis [11]? tunc autem neque prophetæ neque apostoli prædicaverunt. Aiunt vero rursus, Quomodo erat sacerdos ante legem, si non erat Deus? Nos autem contra ad illos: Sacerdotium dicitur quod homo carnem gestans Deo sacrificia offerat; qui carnis expers fuerit non dicitur sacerdos. Quemadmodum sacrificavit Deo Abel ante legem, sicque apparuit sacerdos: et quemadmodum ipsi sacrificavit et Jacob, et sic apparuit sacerdos; quemadmodum hi omnes ante legem sacrificaverunt, eodem modo et Melchisedech ante legem sacerdos exstitit. Nusquam vero, inquiunt, hos sacerdotes esse divina Scriptura pronuntiat. Verum divina Scriptura non adeo multis verbis eloquitur, ut vos morose requiritis. Si autem quæritis hujusce rei discrimen, Melchisedech non sacrificavit, sed tantummodo nuncupatus sacerdos fuit. Hi igitur, qui sacrificaverunt, longe verius sacerdotes exstiterunt quam ille, qui nomine tenus nuncupatus sacerdos fuit; quandoquidem sacerdotii magis est sacrificare quam vaticinium edere. Hoc autem discrimen reddidimus ad illorum importunitatem, nos vero in Domino illum æque atque illos sacerdotem Dei reputamus.

Ι'. Θαυμάζω δὲ, πῶς οὐκ ἤκουσαν τοῦ μακαρίου Πέτρου σαφῶς περὶ αὐτῶν βοῶντος, καὶ λέγοντος, ὅτι Ἔσονται ψευδοδιδάσκαλοι, οἵτινες παρεισάξουσιν αἱρέσεις ἀπωλείας. Προσφυῶς δὲ εἴρηκε τὸ *παρεισάξουσι*· καιροσκοποῦσι γὰρ ὄντως, καὶ καθ' ὃ ἂν D εὕρωσι τοὺς παρατυγχάνοντας, κατὰ τὸ αὐτὸ καὶ τὰς ἀποκρίσεις ποιοῦνται· ποτὲ μὲν γὰρ αὐτὸν λέγουσιν φανερῶς Θεὸν, ποτὲ δὲ πανούργως ὁμολογοῦσιν, ὅτι ἡμεῖς αὐτὸν ἱερέα τοῦ Θεοῦ ὀνομάζομεν, καθὼς καὶ ἡ θεία Γραφή. Εἰ ὅλως τῇ θείᾳ Γραφῇ πιστεύουσιν, εἴπωσι πάντα κατὰ τὴν Γραφήν. Πρῶτον ἡ Γραφὴ Θεὸν αὐτὸν οὐ λέγει, μήτε ἐκεῖνοι λεγέτωσαν· ὁμολογείτωσαν δὲ καὶ τοῦτο, ὅτι *Ἀφωμοιωμένος ἐστὶ τῷ Υἱῷ τοῦ Θεοῦ*, οὐ φύσει Υἱὸς, καὶ ὅτι *Ἑρμηνευόμενός* ἐστι *βασιλεὺς δικαιοσύνης*, οὐ φύσει, καὶ ὅτι *Ἐφ' ὃν λέγεται ταῦτα, φυλῆς ἑτέρας μετέσχηκε*· καὶ μὴ περικοπὴν ἀμ-

X. Miror interim, quomodo non advertant beatum Petrum perspicue de ipsis clamare et dicere, quod exsistent doctores mendaces, qui sectas perditionis introducent [12]. Vere dixit *introducent*; nam isti anxie observant occasiones seducendi, et quatenus affectos ad eam sententiam comperiunt, cum illis congredientes eatenus et responsa effingunt: aliquando ipsum aperte Deum asserunt, aliquando callide fatentur, quod nos ipsum sacerdotem nuncupamus, quemadmodum dicit divina Scriptura. Si omnino divinæ Scripturæ credunt, omnia secundum divinam Scripturam pronuntient. Primum quidem divina Scriptura Deum ipsum non dicit; neque illi dicant; confiteantur etiam illud, quod *assimilatus est Filio Dei* [13], non vero natura Filius Dei est; et quod *interpretatione*, non natura, est *rex justitiæ* [14], et quod, *de quo hæc enuntiantur, alterius tribus*

[9] I Cor. x, 11. [10] Hebr. IX, 22. [11] Ephes. III, 5. [12] II Petr. II, 1. [13] Hebr. VII, 3. [14] ibid. 2.

(20) Vide notam 18.

consors fuit [15]; neque ambigue loquentem textum excerpant, ut subdola recitatione vulgus persuadeant, et simplicibus laqueum tendant. Nos quidem præcipuo Domini præcepto merito cogimur abductos per fraudem in errorem, veritate proposita revocare. Illi vero, si quos persentiant veritate agnita erroris per ignorantiam suscepti pertæsos, probabilibus in speciem et facile fucum facientibus argumentis, captant continuo vociferantes : quin etsi natura Melchisedech Deus non exsistat, minime peccamus hominem licet, Deum reputantes; scriptum est enim : *Ego dixi : Dii estis, et filii Excelsi omnes* [16]; neque advertunt, quod isthæc persuasio dupliciter concepta falsam eorum fidem evincit. Nam hoc modo Dominum æqualem omnibus hominibus existimant, non etiam ut vere est, Salvatorem, Deum ac Dominum, et ad creaturam loco Creatoris adorandam nos adducunt. Quoniam igitur serpentium more sese revolventes, retinent eos qui volunt ab ipsis aufugere, necesse est nos quoque ex illo præcepto : *Estote prudentes sicut serpentes* [17], ut imitemur illorum vafritiem, et versatilibus sententiis istas illorum circumvolutiones resolvamus, et dicamus, quod, etiamsi Deus exsistat Melchisedech, nihil peccamus hominem ipsum habentes, et nuncupantes. Scriptum est autem, quod non est aliud nomen, in quo oporteat nos salvos fieri, præter Dominum nostrum Jesum Christum [18], *qui est plenitudo ejus, qui omnia ubique replet* [19] Audiant Apostolum commonefacientem, ut neque Evangelii alterius prædicatores recipiamus : *Nam si is qui venit*, ait, *alium Christum prædicat quem non prædicavimus, aut alium Spiritum accipitis quem non accepistis, aut aliud Evangelium quod non recepistis, recte pateremini* [20]. Si igitur hic obsignat Evangelii prædicationem, quid patientur deinde qui hæreses introducunt, aut qui credunt ipsis? At quid illi adversus nos dicunt? Quomodo igitur non omnes docent in ecclesiis, quemadmodum et tu hic hodie doces? Sciant porro quod omnes, qui docent, tradita ab apostolis tanquam certo tradita certo affirmant, nullusque ita nova venditat commenta tanquam nunquam tradita. Quod si quis per imprudentiam deceptus deprehensus fuerit, omnino commonitus

A φιρρεπῆ ἐκλέγωστιν, ὡς καὶ πείθειν ὑποκρίσει τοὺς πολλοὺς, καὶ παγιδεύειν τοὺς νηπιωτέρους. Ἡμεῖς μὲν οὖν ἐντολὴν τοιαύτην κατὰ τάξιν λαβόντες παρὰ Κυρίου, τοὺς δι' ἄγνοιαν πλανωμένους πείθειν (21) ἀναγκαζόμεθα· ἐκεῖνοι δὲ, ὅταν ἴδωσι τοὺς ὑπ' αὐτῶν ἠπατημένους μετανοῆσαι θέλοντας, εὐληπτοτέραις αὐτοὺς πιθανολογίαις ἐπικρατοῦσιν, οὕτως ἀεὶ λέγοντες· Εἰ καὶ οὐκ ἔστι φύσει Θεὸς ὁ Μελχισεδὲκ, οὐδὲν ἡμαρτήσαμεν ἄνθρωπον θεοποιήσαντες· γέγραπται γάρ· *Ἐγὼ εἶπα· Θεοὶ ἐστε, καὶ υἱοὶ Ὑψίστου πάντες*· οὐκ εἰδότες, ὅτι ἡ τοιαύτη διχόνοια ἀβέβαιον τὴν εἰς Χριστὸν πίστιν ἀποδείκνυσι σαφῶς, ἂν οὕτως τὸν Κύριον πάντων ἀνθρώπων ἴσον ἡγήσωνται, καὶ οὐκέτι ὡς ἔστι, Σωτῆρα, καὶ Θεὸν, καὶ Δεσπότην, καὶ λατρεύειν τῇ κτίσει παρὰ τὸν κτίσαντα παρασκευάζει. Ἐπειδὴ οὖν ὄφεως δίκην ἀντειλισσόμενοι σφίγγουσι τοὺς ἀποδρᾶν αὐτῶν βουλομένους, ἀνάγκη καὶ ἡμᾶς ἐντολὴν ἔχοντας τὸ, *Γίνεσθε φρόνιμοι ὡσεὶ ὄφεις*, μιμήσασθαι τὴν ἐκείνων κακουργίαν, καὶ τοῖς ἀγχιστρόφοις νοήμασι ἐκλύειν αὐτῶν τὰς τοιαύτας περιελίττας, λέγοντες, ὅτι κἂν ἔστι Θεὸς ὁ Μελχισεδὲκ, οὐδὲν ἁμαρτήσαιμεν ἐν τούτῳ ἄνθρωπον αὐτὸν ἔχοντες καὶ ὀνομάζοντες· γέγραπται γὰρ, ὅτι οὐκ ἔστιν ὄνομα ἕτερον ὑπὸ τὸν οὐρανὸν, ἐν ᾧ δεῖ σωθῆναι πάντας ἡμᾶς, ἀλλὰ Κύριος Ἰησοῦς Χριστὸς, *Τὸ πλήρωμα τοῦ πάντα ἐν πᾶσι πληρουμένου*. Ἀκουέτωσαν τοῦ Ἀποστόλου παραγγέλλοντος, μηδὲ τοῦ Εὐαγγελίου δευτεροκήρυκας παραδέχεσθαι. *Εἰ μὲν γὰρ ὁ ἐρχόμενος*, φησὶν, *ἄλλον Ἰησοῦν κηρύσσει, ὃν οὐκ ἐκηρύξαμεν, ἢ Πνεῦμα ἕτερον λαμβάνετε, ὃ οὐκ ἐλάβετε, ἢ Εὐαγγέλιον ἕτερον, ὃ οὐκ ἐδέξασθε, καλῶς ἀνείχεσθε.* Εἰ οὖν οὗτος τὰ τοῦ Εὐαγγελίου σφραγίζει, τί πείσονται λοιπὸν οἱ τὰς αἱρέσεις παρεισάγοντες, ἢ οἱ πιστεύοντες αὐτοῖς; Ἀλλὰ τί φασι πρὸς ἡμᾶς; Πῶς οὐ πάντες διδάσκουσιν ἐν ταῖς ἐκκλησίαις, καθάπερ καὶ σὺ ὧδε σήμερον; Γνώτωσαν δὲ, ὅτι πάντες οἱ διδάσκοντες τὰ τῶν ἀποστόλων, ὡς βέβαια βεβαιοῦσιν, οὐδεὶς δέ πω καινοτομεῖ ὡς μηδέπω κεκηρυγμένα· εἰ δὲ καί ποτέ τις πλανηθεὶς ἀκουσίως φωραθῇ, πάντως ἢ ἐπιτιμηθεὶς ἐπιστρέφει, ἢ τὸ ψεῦδος αἱρετισάμενος, μετὰ τῶν ἔξω λογισθήσεται, ὅπερ εἶκὸς καὶ ἐν τούτοις παθεῖν. Καὶ ἐν τούτῳ δὲ ἔστι δοκιμάσαι τὴν ἀφροσύνην

[15] Hebr. VII, 13. [16] Psal. LXXXI, 6. [17] Matth. X, 16. [18] Act. IV, 12. [19] Ephes. I, 23. [20] II Cor. XI, 4.

(21) Præclarum est quod legimus in lib. XVIII *Apophthegmatum sanctorum Patrum* num. 4, exemplum dexteritatis S. Cyrilli Alexandrini adhibitæ in revocando monacho quodam admirandæ sanctitatis ob simplicitatem æque admirandam doctrinis Melchisedechitarum decepto : *Abbas Daniel narravit de alio sene magno, qui inferiores partes Ægypti habitabat, quia diceret per simplicitatem, quod Melchisedech ipse est Filius Dei. Hoc autem indicatum est S. M. Cyrillo Alexandrino, et misit ad eum. Sciens autem quia signifer esset ille senex, et quidquid peteret a Deo revelabatur ei, et quia simpliciter diceret hoc verbum, usus est hujusmodi ratione dicens : Abba, rogo te, quia in cogitatione mea est, quod Melchisedech ipse sit Filius Dei, et rursus alia mea cogitatio dicit, quod non sit, et sacerdos summus fuerit Dei. Quoniam ergo ego ita hæsito de hoc, idcirco misi ad te, ut depreceris Deum, quatenus revelare tibi dignetur de hoc quid veritas habeat. Senex autem de conversatione sua præsumens cum fiducia dixit : Da mihi per tres dies inducias, et ego deprecor Deum, et renuntio tibi quidquid fuerit revelatum de hoc. Intrans ergo in cellam suam deprecabatur Deum de verbo hoc, et veniens post tres dies dixit S. M. Cyrillo : Homo est Melchisedech. Archiepiscopus autem respondit ei : Quomodo constat apud te, abba? Et ille dixit ei : Deus ostendit mihi omnes patriarchas, ita ut singuli eorum coram me transirent ab Adam usque ad Melchisedech, et angelus assistens mihi dixit : Ecce iste est Melchisedech; et ideo, archiepiscope, certus esto quia sic est. Abiens autem senex prædicabat per semetipsum, quia homo est Melchisedech; et gavisus est magnifice S. Cyrillus.*

αὐτῶν, ὡς πάσης αἱρέσεως πονηρότεροι τυγχάνουσιν. Ἀφορισθέντες γὰρ ὑπὸ τῶν ἁγίων ἐπισκόπων καὶ ἀναθεματισθέντες, ὅπου ἀγνοοῦνται καὶ κοινωνοῦσι λάθρα, καὶ συνάγονται, τουτέστιν ὃ προειρήκαμεν, ὅτι καὶ τὸ μυστήριον τοῦ Χριστοῦ καὶ τὴν οἰκονομίαν ἀτιμάζουσιν. Οὐ μόνον δὲ τοῦτο, ἀλλ' εἰ καί ποτε διὰ τῆς ἐπιπλάστου εὐλαβείας αὐτῶν δυνηθῶσι παρ' ἐπισκόποις, ἢ περιοδευτικῆς (22) δεχθῆναι, εὐθὺς τοὺς ὄντως πιστοὺς καὶ ὀρθοδόξους διαβάλλουσι λαθραίως ὡς κακόφρονας, καὶ μισεῖσθαι ἢ διώκεσθαι παρασκευάζουσιν. Ἀλλ' ὁ ἐπιστάμενος τοὺς λογισμοὺς τῶν ἀνθρώπων, περιτρέπει αὐτῶν τὴν πανουργίαν· καὶ φανεροποιήσας αὐτοὺς, εἰς βόθρον, ὃν εἰργάσαντο, παραχωρεῖ ἐμπεσεῖν, κατὰ τὸ γεγραμμένον.

A aut errorem corrigit aut illum voluntate retinens, cum iis qui foris sunt computabitur; quod æquum est etiam in istis fieri. In eo autem suam illi insipientiam ostendunt, in quo cæterorum hæreticorum nequiores sunt. Ejecti enim a sanctis episcopis, et communione pulsi, ubi minus noti sint, furtim communicant, et sacris intersunt. Hoc nimirum est, quod in principio dixeramus, quod Christi mysterium et œconomiam parvi pendunt. Neque hoc tantummodo, sed et si quando ab episcopis aut visitatoribus simulatione pietatis impetrent ut recipiantur, continuo fideles et orthodoxos tanquam male sentientes clam exagitant, et odiis et vexationibus insectari conantur. Sed qui hominum cogitationes perspicit, dolosa eorum consilia disturbat, et manifestos reddens, ipsos in foveam quam fecerunt ruere permittit, ut scriptum est [21].

B

ΙΑ'. Ὅμως ἀφέντες αὐτῶν τὰς λαθραίας τοῦ κακοῦ συνεισφορὰς, τοῦ προκειμένου γενώμεθα, τελείως αὐτῶν διελέγξαντες τὴν κακοπιστίαν. Τὸ γὰρ ὄνομα ἐκεῖνο προφῆται οὐ προεκήρυξαν, ἀπόστολοι οὐκ ἐδίδαξαν, μάρτυρες οὐχ ὡμολόγησαν, οὐδεὶς τῶν πατριαρχῶν, ὡς Θεὸν αὐτὸν ἐφανέρωσεν, οὐδεὶς τῶν ἁγίων Πατέρων συνέγραψε. Διὸ ἀνάνηψον (23), ὦ ἄνθρωπε, καὶ γνῶθι, ὅτι σε ὁ διάβολος περισσῶς φρονεῖν ἐποίησεν, ἵνα τὴν ὑπερηφανίαν ἐκείνου θελήματι νοσήσας, λοιπὸν καὶ τῷ πτώματι αὐτοῦ συγκαταπέσῃς. Πῶς γὰρ οὐ θελήματι; ὅτι τοσοῦτον ἔχων νέφος μαρτύρων εἰς βεβαίωσιν τῆς ἀληθοῦς πίστεως, ἠρετίσω καὶ ὡμολόγησας, ὃ οὐδεὶς αὐτῶν ὡμολόγησεν. Εἰ γὰρ χωρὶς ἐκείνης τῆς γνώσεως καὶ τῆς ὁμολογίας ἐκεῖνοι πάντες ἐσώθησαν, σώθητι καὶ σὺ κατὰ μίμησιν ἐκείνων, καὶ εἰπὲ, κατὰ τὸν ἅγιον Παῦλον, ὅτι *Οὐδὲν ἕτερον* (24) *ἔκρινα εἰδέναι, εἰ μὴ Ἰησοῦν Χριστὸν, καὶ τοῦτον ἐσταυρωμένον*. Εἰ δὲ ἐκτὸς τοιαύτης ὁμολογίας ἑαυτῷ λογίζῃ μὴ δύνα-

XI. Sed furtivos eorum inferendi exitii conatus mittamus, et propositum urgentes pergamus omnino perversam eorum fidem evincere. Nomen illud non prophetæ antea enuntiarunt, non docuerunt apostoli, non confessi martyres sunt; nemo patriarcharum ut Deum ipsum declaravit, nemo patrum conscripsit. Quamobrem, heus! tu resipisce, et cognosce, quod diabolus te ad sentiendum supra modum impulit, ut superbiæ æque ac ille morbo voluntate propria contracto, consimili deinde cum illo ruina collabaris. Quomodo enim non voluntate, quando tantam testium nubem in conspectu habens [22] qui veram fidem confirment, elegisti nihilominus, et confessus es, quod ipsorum nemo confessus fuit? Si igitur illi extra hanc fidem et confessionem positi salutem adepti sunt; et tu ad illorum exemplum salvus esse satage, et dic secundum divum Paulum, quod, *Nihil aliud judicavi scire nisi Jesum Christum, et hunc crucifixum* [23].

C

[21] Psal. VII, 16. [22] Hebr. XII, 1. [23] I Cor. II, 2.

(22) Licet rara admodum περιοδευτῶν mentio in veterum libris deprehendatur, ipsorum tamen munus nomen ipsum magna ex parte declarat. Eximios illos in ordine clericali exstitisse indicant acta concilii Chalcedonensis, act. 4, ubi Alexander et Valentinus presbyteri, et insuper periodeutæ, quasi auctiores eo nomine et honestiores nuncupantur; et arguit etiam Cabassutius in not. ad can. 56 Laodic. et ex Græca lege Justiniani ad Atarbium præfect. c. *De episcopis et cl.* ubi proxime post chorepiscopos ante sacerdotes recensentur : eximios quoque potestate exstitisse ex dicto can. Laodic. arguit Thomassinus, qui *De discipl. eccl.* p. I, l. II, c. 1, n. 3, et p. II, l. III, c. 7, n. 9, chorepiscopis illos coæquat, quod magnopere probare videtur hic locus, qui patefacit delegatum illis fuisse judicium episcoporum proprium de recipiendis in communionem hominibus alienis, ignotis et litteris formatis minime instructis. Et apud Syros celebre periodeutarum officium antiquitus exstitisse in *Vita S. Jacobi Sarugiensis episc.* Syriace scripta ab anonymo, cod. Vatic. XV legimus. De hodiernis vero apud Græcos et Syrios periodeutis cum Goarius *ad Euchologium*, tum et illustrissimus Assemanus *Biblioth. Or.* tom. IV, *Diss. de Syr. et Nestor.* §. 8, n. 4 et seqq.

(23) Nullus dubito quin hic S. Pater aggrediatur alioqui genitorem suum, in quem cum Melchisedechitis sentientem nihilominus quam in illos stylum acuisse S. Marcum Photius memoriæ traditum reliquit. Profecto illud ὦ ἄνθρωπε, *o homo*, videtur esse compellantis hominem notum, et tantum non de nomine inclamantis.

D

(24) Commodum huic loco suppetit eximium monasticæ sapientiæ exemplum ex ms. cod. ita inscripto : Τῶν συλλογῶν τοῦ ἁγίου Πατρὸς ἡμῶν Παύλου, βιβλ. δ', id est *Excerptorum a S. Patre nostro* Paulo lib. IV, ubi sequens fragmentum sumptum ἐν τῷ Γεροντικῷ, id est in libro in quo gesta seniorum enarrantur, legitur : Συνήχθησάν ποτε οἱ Πατέρες τῆς Σκήτεως ἰδεῖν περὶ τοῦ Μελχισεδέχ, καὶ ἐπελάθοντο καλέσαι τὸν ἀββᾶν Κόπριν. Ὕστερον δὲ καλέσαντες αὐτὸν ἠρώτων περὶ τούτου. Ὁ δὲ τύψας τὸ στόμα αὐτοῦ ἐπὶ τρεῖς εἶπεν· « Οὐαί σοι, Κόπρι! οὐαί σοι, Κόπρι! οὐαί σοι, Κόπρι! ὅτι ἃ ἐνετείλατό σοι ὁ Θεὸς, ἐγκατέλειπες· καὶ ἃ οὐ ζητεῖ παρὰ σοῦ, ἐρευνᾷς. » Καὶ ἀκούσαντες οἱ ἀδελφοὶ ταῦτα ἔφυγον εἰς τὰ κελλία αὐτῶν. Latine : *Convenerunt quondam Patres Scileos, ut disquirerent de Melchisedech; et fugit eos vocare abbatem Koprin; vocantes autem postmodum rogarunt sententiam dicere. Tum ille suum ter manu os feriens, « Væ tibi, Kopri, inquit, væ tibi, Kopri, væ tibi, Kopri, quia, quæ tibi præcepit Deus, negligis; ea vero quæ abs te nequaquam ille deposcit, inquirere satagis. » His auditis fratres in suas quisque cellas continuo se receperunt.*

Quod si extra hanc confessionem positos ipse tecum reputes salutem assequi non posse, jam et illud statuis apud te, sanctos omnes salutem minime assecutos. Licet vero id homines veritus verbo non proferas; quod tamen re ipsa consequitur id ipsum proclamat majori strepitu quam vox tua ederet. Vides in quæ blasphemiarum et absurdorum monstra impegeris propter istam tuam perversam fidem? Perversam autem, imo nullam satius dixerim. Cognosce, si lubet : Melchisedech signa non fecit, præcepta non protulit, minas non edixit, pro nobis non mortuus est, neque Spiritu sancti illapsu nos donavit. Quapropter nescio quid idoneum habeas prædem ostendere fidei in illum tuæ. Si dices quod omnia hæc carne pro nobis assumpta ille præstitit; jam vero etiam atque etiam amplius te insanæ fidei reum prodis. Quibus enim in rebus verbo aut opere se nobis Dominus patefecit, in iis etiam ut fides haberetur præcepit. Dixit enim Scriptura, quod apparuit Abrahamo, et quidem in sermone mandans ipsi præcepta, et prædicens futura, et promittens bona in terra Chaldæorum, et ad quercum Mambre, et in aliis plurimis sermonibus et rebus; at profecto nunquam neque Melchisedech, neque per Melchisedech Scriptura demonstravit. Ideo inanis fides tua, et incomperta sententia, et insana omnino isthæc tua Dei cognitio. Itaque cum orthodoxa fides multis testimoniis declarata sit; qui aliorsum respexerint, et sive bene, sive male Melchisedech appellent, sive naturalem Filium Dei, aperte se Judæos profitentur, quoniam Jesus Christus ex Maria genitus ipse est Filius Dei viventis, nihilque ipsi deest, quamobrem aliunde quæramus plenitudinem : in ipso enim dignata est inhabitare plenitudo Deitatis corporaliter; et sumus in ipso omnes repleti[11], qui credimus sermonibus ipsius ut Filii Dei, beneplacito, virtute et gratia Dei Patris et Filii et sancti Spiritus. Ipsi sit gloria et potestas et imperium nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

[11] Coloss. II, 9, 10.

A σθαι σωθῆναι, δῆλον, ὅτι καὶ πάντας τοὺς ἁγίους ὡς μὴ σωθέντας ἔχεις παρὰ σεαυτῷ, εἰ καὶ στόματι μὴ λέγεις ἀνθρώπους ὑποκρινόμενος, ἀλλ' ὅμως μεῖζον τῆς σῆς φωνῆς βοᾷ ἡ ἀκολουθία τοῦ πράγματος. Βλέπεις πόσαις βλασφημίαις, καὶ πόσοις κακοῖς περιπέπτωκας διὰ τὴν τοιαύτην σου κακοπιστίαν, μᾶλλον δὲ παντελῆ ἀπιστίαν; Τὸ δὲ πῶς, μάθε· Σημεῖα Μελχισεδὲκ οὐκ ἐποίησεν, ἐντολὰς οὐκ ἔθετο, ἀπειλὰς οὐχ ὡρίσατο, ὑπὲρ ἡμῶν οὐκ ἀπέθανεν, Πνεύματος ἁγίου μετοχὴν οὐκ ἐδωρήσατο. Ἀγνοῶ λοιπὸν τίνα τῆς εἰς ἐκεῖνον πίστεως ἐχέγγυον ἔχεις πληροφορίαν. Εἰ δὲ λέγεις, Ταῦτα πάντα σαρκωθεὶς παρέσχεν ἡμῖν, πλέον ἑαυτὸν ὑπόδικον τῆς κακοπιστίας ἐλέγχεις. Ἐν οἷς γὰρ ἡμῖν ἑαυτὸν διὰ ῥημάτων καὶ πραγμάτων ἐφανέρωσεν ὁ Κύριος, ἐν τούτοις καὶ
B πιστεύειν ἐνετείλατο· εἶπε γὰρ ἡ Γραφή, ὅτι ὤφθη τῷ Ἀβραὰμ ἐν φωνῇ ἐντελλόμενος αὐτῷ ἐντολὰς, καὶ προλέγων τὰ ἐσόμενα, καὶ ἐπαγγελλόμενος εὐεργεσίας ἐν γῇ Χαλδαίων, καὶ πρὸς τῇ δρυῖ τῇ Μαμβρῇ, καὶ ἐν ἑτέροις δὲ πλείστοις λόγοις, καὶ πράγμασιν, οὐδαμῶς δὲ ἀδήλως, οὔτε Μελχισεδὲκ, οὔτε διὰ Μελχισεδὲκ ἡ Γραφὴ δεδήλωκε. Τούτου χάριν ἀνυπόστατός σου ἡ πίστις, ἄδηλον τὸ φρόνημα, ματαία ἡ τοιαύτη θεογνωσία. Διὰ τοῦτο τῆς ὀρθοδόξου πίστεως διὰ πολλῶν μαρτύρων φανερωθείσης, ὅσοι ἂν βλέπωσιν ἑτέρωθι, καὶ εὐλόγως καὶ ἀλόγως τὸν Μελχισεδὲκ ὀνομάζουσιν, ἢ φύσει Υἱὸν Θεοῦ, φανερῶς Ἰουδαΐζουσι· διότι Ἰησοῦς Χριστὸς ὁ ἐκ Μαρίας γεννηθεὶς, αὐτός ἐστιν ὁ Υἱὸς τοῦ Θεοῦ τοῦ ζῶντος, καὶ
C οὐδὲν αὐτῷ λείπει, ἵνα πάλιν ζητήσωμεν ἀλλαχοῦ τὸ πλήρωμα· ἐν αὐτῷ γὰρ εὐδόκησε κατοικῆσαι πᾶν τὸ πλήρωμα τῆς Θεότητος σωματικῶς, καὶ ἐσμὲν ἐν αὐτῷ πεπληρωμένοι πάντες, οἱ πιστεύοντες τοῖς λόγοις αὐτοῦ ὡς Υἱοῦ Θεοῦ, εὐδοκίᾳ, καὶ δυνάμει, καὶ χάριτι τοῦ Θεοῦ Πατρὸς, καὶ τοῦ Υἱοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος. Αὐτῷ ἡ δόξα, καὶ τὸ κράτος, καὶ ἡ βασιλεία, νῦν, καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

MONITUM IN SEQUENTEM DIADOCHI HOMILIAM.

(Mai. *Spicil. Rom.* IV, XLIII.)

Diadochus, Photices in Epiro episcopus, tum asceticis quæ exstant claruit, tum etiam generoso discipulo Victore Vitensi, qui ipsius hortatu Vandalicæ in Africa persecutionis scripsit Historiam magistrumque hoc præconio in proœmio ornavit : « Eruditus a tanto pontifice, totoque laudis genere prædicando beato Diadocho, cujus ut astra lucentia exstant quam plurima catholici dogmatis monimenta dictorum. » Hæc porro brevis *De ascensione Domini* homilia, quam ex Vat. codice 455 deprompsimus, nota fuit Lucæ Holstenio, ut ex ejus epistola patet (ed. Boissonadii p. 209-210), quanquam eam, ut alias aliorum auctorum paratas homilias, occupationibus et mox obitu, quominus typis committeret, prohibitus Holstenius est. Nos igitur hanc homiliam utpote prorsus genuinam, et sub fine etiam dogmaticam, antequam forte casu aliquo pereat, in publico Ecclesiæ thesauro deponendam censuimus.

ΔΙΑΔΟΧΟΥ ΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΦΩΤΙΚΗΣ

ΤΗΣ ΗΠΕΙΡΟΥ

ΕΙΣ ΤΗΝ ΑΝΑΛΗΨΙΝ ΤΟΥ ΚΥΡΙΟΥ ΗΜΩΝ ΙΗΣΟΥ ΧΡΙΣΤΟΥ ΛΟΓΟΣ

—

DIADOCHI EPISCOPI PHOTICES

IN EPIRO

SERMO DE ASCENSIONE D. N. JESU CHRISTI.

—

Α'. Φέρε μοι νῦν τοὺς Ἰουδαϊκοὺς ἱερεῖς, ὥρα γὰρ ἐπινικίων λόγων· φέρε ὧδε ἐκκλησιαστὰ καὶ Χριστοῦ κήρυξ λέγε, καὶ ζωγράφει τῇ σῇ δυνατῶς ἀληθείᾳ· πῶς μὲν ἐκεῖνοι τὸ ἀργύριον τῆς αὐτῶν κακοβουλίας ἐπὶ τοὺς στρατιώτας κατέβαλον, ψεύδει τὴν ἀπερίβλεπτον νομίζοντες καλύπτειν ἀλήθειαν· πῶς δὲ νῦν οἱ τοῦ Χριστοῦ λειτουργοὶ τὸν ἐκ νεκρῶν τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ ἀναστάντα, καὶ ἀναβάντα εἰς τοὺς οὐρανούς, ἀπεκδεχόμεθα Κύριον, Σωτῆρα τοῦτον ἀπαύστως καυχώμενοι, ὃν οὐρανοὶ μὲν ἐδέξαντο, θεοπρεπεῖ αὐτοῖς ἐπιστάντι θαύματι· γῆ δὲ βαστάξαι, ὡς ὑπὸ τῆς αὐτοῦ θελήσεως βασταζομένη, ὑπομένειν οὐκ ἴσχυεν· ὃν νεφέλη μὲν ὑπέλαβεν φωτὸς, ἐμφανῶς τὸ σχῆμα πληρώσασα τῆς προφητείας· ἄγγελοι δὲ τοῖς ὕμνοις ἄχρι τῶν πατρικῶν ἀπεκατέστησαν θρόνων, *Κύριος τῶν δυνάμεων, αὐτός ἐστιν ὁ βασιλεὺς τῆς δόξης*, ἀπαύστως βοῶντες· οὕτινος ὁ ψαλμῳδὸς τὴν ἀπὸ γῆς εἰς οὐρανὸν ἐπάνοδον ἐν τῷ ἁγίῳ προθεωρῶν Πνεύματι, *Ἀνέβη ὁ Θεὸς ἐν ἀλαλαγμῷ, Κύριος ἐν φωνῇ σάλπιγγος*, ἔψαλλεν. Προέβλεπεν γὰρ καὶ τὴν τῶν ἁγίων Εὐαγγελίων ὁ θεσπέσιος φθόγγος.

Β'. Οἱ δὲ πατέρα τὸν πιστότατον Ἀβραὰμ καυχώμενοι, ἐγηγέρθαι τὸν πάντων ἡμῶν Σωτῆρα οὐ θέλουσιν ἐκ νεκρῶν, ἀνυποστάτῳ φήμῃ καθ' ἑκάστην οἱ δεῖλαιοι νομίζοντες τὸ κάλλος τῆς τοσαύτης μολύνειν ἀληθείας (Διεφημίσθη γὰρ, φησὶν, παρὰ Ἰουδαίοις ὁ λόγος οὗτος ἄχρι τῆς σήμερον)· ἤντινα δαίμονες μὲν ἐπέγνωσαν· οἱ δὲ τὰς ἐντολὰς τοῦ Θεοῦ ὑποδεδέχθαι ὁμολογήσαντες, οὔτε ἄχρι λόγου τιμῆσαι προαιροῦνται· καὶ ταῦτα τοῦ Προφήτου λέγοντος· *Κύριε, ὁ Κύριος ἡμῶν, ὡς θαυμαστὸν τὸ ὄνομά σου ἐν πάσῃ τῇ γῇ! ὅτι ἐπήρθη ἡ μεγαλοπρέπειά σου ὑπεράνω τῶν οὐρανῶν*· καὶ πάλιν· *Ὑψώθητι ἐπὶ τοὺς οὐρανοὺς, ὁ Θεὸς, καὶ ἐπὶ πᾶσαν τὴν γῆν ἡ δόξα σου.* Ἅπερ οὔτε πῶς οἱ τῆς κακίας σοφισταὶ διαστρέψαι εὑρήσουσιν, κἂν ὅπως τὸ ψεῦδος τοῦ πατρὸς αὐτῶν φιλοσοφήσωσιν· ὁ γὰρ ἐπαρθεὶς καὶ ὑψωθεὶς ἐπάνω τῶν οὐρανῶν, Κύριος πάντως, ὅτι πρῶτον καταβὰς ἐπὶ τῆς γῆς, ἀναβέβηκεν εἰς τοὺς οὐρα-

I. Nunc vos appello, Judaici sacerdotes, nunc hora est victoriam canendi: adesdum, concionator et Christi præco, eloquere, et tua potenter veracitate mihi rem describe: quomodo scilicet illi pecuniam malo consilio militibus distribuerunt, dum manifestam se putant mendacio tegere veritatem: quomodo nunc nos Christi famuli ipsum tertia die resurgentem, et in cœlos ascendentem, agnoscimus Dominum, et sine pausa lætantes gratulamur: quem cœli non sine divino prodigio ascendentem receperunt; terra autem, utpote ab ejus voluntate supportata, jam portare non poterat; quem nubes lucida sustulit, prophetiæ typum manifeste complens; quem angeli usque ad paternum thronum hymnis comitati sunt, ipsum *virtutum Dominum et Regem gloriæ* [35] continue acclamantes. Hujus de terra in cœlo reditum Psalmista in sancto Spiritu prævidens, sic psallebat: *Ascendit Deus in jubilo, Dominus in voce tubæ* [36]. Nimirum sanctorum quoque Evangeliorum divinus vir canticum præsentiebat.

II. Sed enim hi qui se fidelissimum Abrahamum habere patrem gloriantur, negant nostrum omnium Servatorem de mortuis surrexisse, falsaque fama putant hi infelices tantæ veritatis decus posse corrumpere. Diffamatus est enim, ait evangelista, apud Judæos sermo iste usque ad hodiernam diem: verumtamen fama hæc dæmonibus quidem nota erat; sed eam illi qui mandata Dei revereri se fatentur, nulla fide respectuve dignantur; etiamsi Propheta dixerit: *Domine, Dominus noster, quam admirabile est nomen tuum in universa terra! quoniam elevata est magnificentia tua supra cœlos* [37]. Et rursus: *Exaltare supra cœlos, Deus, et super omnem terram gloria tua* [38]. Hæc nunquam hi malitiosi sapientes subvertere poterunt, quamvis patris sui mendacia sectentur: etenim qui elatus est supra cœlos, Dominus omnino est qui cum antea se in terram demiserit, postea in cœlum se

[35] Psal. XXIII, 10. [36] Psal. XLVI, 6. [37] Psal. VIII, 2, 3. [38] Psal. LVI, 6.

sustulit. Quamobrem alibi prædixit Propheta clamans : *Domine, inclina cœlos et descende ; tange montes, et fumigabunt ; fulgura fulgurationem, et disperges eos* [29]. Hæc vero aiebat, potestatum infernalium cladem annuntians iis qui adhuc in umbra mortis sedebant [30] : quam reapse patravisse cladem, ex Domini sepultura ac resurrectione aflatim persuademur. Namque alio loco rursus Psalmistam dicentem audimus : *Ascendens in altum, captivam duxit captivitatem, dedit dona hominibus* [31]. De mortis enim captivitate per suam resurrectionem eripiens humanum genus unigenitus Filius Dei, ascendensque supra cœlos, justitiæ studiosos (est enim Rex gloriæ) armis instruxit, rationalibus loricis eos quotidie communiens qui secum sub signis humilitatis militant : quippe ipsum decebat ex ore infantium et lactentium perficere laudem [32], et eos in perpetuum reprobare qui semet perfectos gloriabundi putabant. Vere enim pietatis sigillum, humilitas est : idcirco illi propterea quod non crediderint, fore ut secundum prophetiam post resurrectionem Christi, in lumine viventium versemur, vesaniæ suæ fructum retulerunt.

III. Nos autem, fratres, Psalmistæ rursus verba consideremus, ut et denuo intellectus oculis videamus ascendentem in nube supra cœlos Dominum : namque apostolorum quidem testimonium sponte adhuc reticere mihi ratio suasit, ne apud insanos videar utili mihi argumento inniti, cum tamen omnis sermo apostolicus a prophetica veritate testimonium accipiat : apostolorum quippe sermones nihil aliud sunt, quam propheticorum oraculorum proles. Quæ enim prophetæ de Domini incarnatione per prævisionem innuerunt, ea apostoli eodem Spiritu sancto instincti, præsenti cognitione tenentes enarraverunt. Siquidem, uti dictum est [33], appropinquantibus annis cognosceris, et præsente jam tempore demonstraberis. Rursus ergo dicamus : *Domine Dominus noster, quam admirabile est nomen tuum in universa terra ! quoniam exaltata est magnificentia tua supra cœlos*, ut perspicue cognoscamus, quod Domini incarnatio, ejusdemque e terra in cœlos reditus, cujus hodie commemorationem celebramus, Dei notitia mundum replevit. Nam quandiu in terra fuit, humiliter nimis de magnitudine ejus gloriæ multi sentiebant ; sed postquam manifeste in cœlum rediit, omni, ut decuit, Patris voluntate completa, admiratione simul et rei cognitione repleta est terra, cum ascendentem seu assumptum omnium Dominum videret. Elevatus est enim, sive sublimis super omnes cœlos exaltatus secundum prophetiam quatenus homo ; ascendit autem quatenus Deus. Dicit enim Scriptura : *Ascendit Deus in jubilo, Dominus in voce tubæ.*

IV. Neque vero his verbis Propheta uteretur,

νούς. Διόπερ ἀλλαχοῦ προανεφώνησεν ὁ Προφήτης λέγων· *Κύριε, κλῖνον οὐρανούς, καὶ κατάβηθι· ἅψαι τῶν ὀρέων, καὶ καπνισθήσονται· ἀστραψον ἀστραπὴν, καὶ σκορπιεῖς αὐτούς.* Τοῦτο δὲ ἔλεγεν τῶν τοῦ ᾅδου δυνάμεων τὴν συντριβὴν προευαγγελιζόμενος τοῖς ὑπὸ τὴν σκιὰν ἔτι τοῦ θανάτου καθημένοις· ἥντινα ἐνεργεῖσθαι ἐκ τῆς τοῦ Κυρίου ταφῆς καὶ ἀναστάσεως διὰ πολλῶν πεπληροφορήμεθα. Διόπερ ἐν ἑτέρῳ πάλιν κεφαλαίῳ τὸν Ψαλμῳδὸν ἔχομεν λέγοντα· *Ἀναβὰς εἰς ὕψος, ἠχμαλώτευσεν αἰχμαλωσίαν, ἔδωκεν δώματα ἐν ἀνθρώποις.* Ἐκ γὰρ τῆς αἰχμαλωσίας τοῦ θανάτου διὰ τῆς ἑαυτοῦ ἀναστάσεως λαβὼν τὴν ἀνθρωπότητα ὁ μονογενὴς Υἱὸς τοῦ Θεοῦ, καὶ ἀνελθὼν ὑπεράνω τῶν οὐρανῶν, ὅπλα τοῖς θέλουσιν δικαιοσύνην (βασιλεὺς γάρ ἐστι δόξης) ἠὐτρεπίσατο, λογικοῖς θώραξι τοὺς παρ' αὐτοῦ ἐν σφραγῖδι ταπεινοφροσύνης στρατολογουμένους καθ' ἡμέραν ἀσφαλιζόμενος· ἔπρεπεν γὰρ αὐτὸν ἐκ στόματος νηπίων καὶ θηλαζόντων καταρτίσασθαι αἶνον, τοὺς τῇ οἰήσει τελεῖσθαι νομίζοντας ἀποδοκιμάσαι εἰς τέλος. Σφραγὶς γὰρ ὄντως εὐσεβείας, ταπείνωσις· διόπερ ἐκεῖνοι μὲν ἀπειθοῦντες τὸ κατασκηνῶσαι κατὰ τὴν προφητείαν διὰ τῆς ἀναστάσεως τοῦ Χριστοῦ ἐν τῷ φωτὶ τῶν ζώντων, τῆς ἑαυτῶν κομιοῦνται ἀνοίας τοὺς καρπούς.

Γ'. Ἡμεῖς δὲ τὰ τοῦ Ψαλμῳδοῦ καὶ πάλιν, ἀδελφοὶ, φιλοσοφήσωμεν ῥήματα, ἵνα ἴδωμεν καὶ πάλιν τοῖς ὀφθαλμοῖς τοῦ λόγου τὸν ἐπὶ νεφέλης εἰς οὐρανοὺς ἀναβάντα Κύριον· τὴν γὰρ τῶν ἀποστόλων μαρτυρίαν τέως σιωπᾷν με προτρέπεται ὁ λόγος, ἵνα μὴ δόξω παρὰ τοῖς ἄφροσιν ἐμαυτῷ συνηγορεῖν, ὁπότε πᾶς ἀποστολικὸς λόγος, ὑπὸ τῆς προφητικῆς μαρτυρεῖται ἀληθείας· γεννήματα γὰρ ὄντες οἱ αὐτῶν λόγοι γνωρίζονται τῶν προφητικῶν ῥήσεων. Ἃ γὰρ οἱ προφῆται κατὰ πρόγνωσιν περὶ τῆς ἐνανθρωπήσεως τοῦ Κυρίου ἠν[ο]ίξαντο, οἱ ἀπόστολοι ταῦτα κατ' ἐπίγνωσιν ὑπὸ τοῦ αὐτοῦ ἐμπνευσθέντες ἁγίου Πνεύματος διετράνωσαν. Ἐν τῷ ἐγγίζειν γὰρ, φησὶν, τὸ ἔτη ἐπιγνωσθήσῃ, ἐν τῷ παρεῖναι τὸν καιρὸν ἀναδειχθήσῃ. Εἴπωμεν οὖν πάλιν· *Κύριος, ὁ Κύριος ἡμῶν, ὡς θαυμαστὸν τὸ ὄνομά σου ἐν πάσῃ τῇ γῇ! ὅτι ἐπήρθη ἡ μεγαλοπρέπειά σου ὑπεράνω τῶν οὐρανῶν*, ἵνα γνῶμεν σαφῶς, ὅτι ἡ ἐνανθρώπησις τοῦ Κυρίου, καὶ ἡ ἀπὸ γῆς αὐτοῦ εἰς οὐρανοὺς ἐπάνοδος, ἧστινος τὴν μνήμην σήμερον ἑορτάζομεν Θεοῦ γνώσεως τὸν κόσμον ἐπλήρωσεν. Ἕως μὲν γάρ που ἦν ἐπὶ τῆς γῆς, μικρὰ περὶ τοῦ μεγαλείου τῆς αὐτοῦ δόξης οἱ πολλοὶ ὑπελάμβανον· ἐπειδὴ δὲ ἐμφανῶς ἀνῆλθεν εἰς τοὺς οὐρανοὺς, πᾶσαν τὴν τοῦ Πατρὸς, ὡς ἔπρεπεν, ἀποπληρώσας βούλησιν, θαύματος ἡ πᾶσα καὶ γνώσεως ἐπληρώθη αἴτησις, ἀναβαίνοντα ἤτοι ἀναλαμβανόμενον τὸν τῶν ὅλων Κύριον θεωροῦσα. Ἐπήρθη μὲν, ἤτοι ὑψώθη ὑπεράνω πάντων τῶν οὐρανῶν, κατὰ τὴν προφητείαν, ὡς ἄνθρωπος· ἀνέβη δὲ ὡς Θεός· Ἀνέβη γὰρ, φησὶν, *ὁ Θεὸς ἐν ἀλαλαγμῷ, Κύριος ἐν φωνῇ σάλπιγγος.*

Δ'. Οὐκ ἂν δὲ τούτοις ὁ Προφήτης ἐχρήσατο τοῖς

[29] Psal. CXLIII, 5 6. [30] Luc. I, 79. [31] Psal. LXVII, 19. [32] Psal. VIII, 3 ; Matth. XXI, 16. [33] Habac. III, 2.

ῥήμασιν, εἰ μὴ τὴν κάθοδον αὐτοῦ ἦν προθεωρήσας A τοῖς ὀφθαλμοῖς ἁπλανῶς τῆς προγνώσεως. Ποῦ γὰρ ἦν ἀκόλουθον εἰπεῖν αὐτὸν, *Ὑψώθητι ἐπὶ τοὺς οὐρανοὺς, ὁ Θεός, καὶ ἐπὶ πᾶσαν τὴν γῆν ἡ δόξα σου;* ἢ πάλιν· *Ἀνέβη ὁ Θεὸς ἐν ἀλαλαγμῷ*, εἰ μὴ καὶ τὴν κατάβασιν αὐτοῦ καὶ τὴν ἀνάβασιν ἦν θεωρήσας ὁ θεολόγος τῇ προγνώσει τοῦ Πνεύματος; Διὰ τοῦτο μὲν, ὡς προέφην, ποῦ μὲν αὐτὸν ἐπαρθέντα λέγει, ποῦ δὲ ἀναβάντα, ἵνα Θεὸν καὶ ἄνθρωπον τὸν αὐτὸν εἶναι πιστεύσωμεν ἐν μιᾷ ὑποστάσει. Διὰ μὲν γὰρ θεότητα ἀνέβη· διὰ δὲ τὸ σῶμα ἐπῆρθαι λέγεται, τουτέστιν ἀνειλῆφθαι. Οὐκοῦν διὰ πάντων δεῖ νοεῖν, ὅτι ὁ κατελθὼν αὐτός ἐστιν καὶ ὁ ἀνελθὼν ὑπεράνω πάντων τῶν οὐρανῶν, ἵνα πάντα τῆς α᾽ τοῦ πληρώσῃ χρηστότητος, [καὶ] τοὺς ἀποστόλους αὐτοῦ πρῶτον ἐκ τῶν παθῶν τῆς ἁμαρτίας διὰ τῆς τοῦ ἁγίου Πνεύματος B καθόδου ῥυσάμενος, εἰς τέλος ὑψώσῃ. Τί γάρ φησιν *Ὑψώθητι ἐπὶ τοὺς οὐρανοὺς, ὁ Θεὸς, καὶ ἐπὶ πᾶσαν τὴν γῆν ἡ δόξα σου, ὅπως ἂν ῥυσθῶσιν οἱ ἀγαπητοί σου.* Ἀγαπητοὶ γὰρ ὄντως εἰσὶ τοῦ Κυρίου κατὰ πρῶτον λόγον, οἱ τὸ αὐτοῦ πάθος διὰ πάντων κοινωνήσαντες, καὶ αὐτόπται καὶ κήρυκες γενόμενοι τῆς αὐτοῦ μεγαλειότητος.

Ε᾽. Ὥστε ἕνα μὲν καὶ τὸν αὐτὸν οἱ προφῆται ἐκήρυττον Κύριον· τῆς δὲ σαρκώσεως αὐτοῦ τὸ σχῆμα εἰς μίαν, ὥς τινες εἰσηγοῦνται, οὐ συνέχεαν φύσιν· ἀλλὰ τὰ μὲν τῇ θεότητι αὐτοῦ διαφέροντα ῥήματα θεοπρεπῶς ἔλεγον, τὰ δὲ τῷ σώματι αὐτοῦ ἀνθρωποπρεπῶς, ἵνα διδάξωσι σαφῶς, ὅτι ὁ ἀναβὰς, ἤτοι ὁ ἐπαρθεὶς ἐπὶ τοὺς οὐρανοὺς Κύριος, ὃ C μὲν ἔστιν, ἐκ τοῦ Πατρός ὑπάρχει· ὃ δὲ γέγονεν ἐκ τῆς Παρθένου, μένει ἄνθρωπος, εἰς ὢν ἐν εἴδει, καὶ εἷς ἐν ὑποστάσει. Ὁ γὰρ ἀσώματος, ἑαυτὸν τῇ προσλήψει τῆς σαρκὸς εἰδοποιήσας, ἐμφανῶς ἀνέβη διὰ τοῦτο, ὅθεν ἀφανῶς καταβὰς ἐσαρκώθη. Διόπερ ἀνελήφθη μὲν ἐν δόξῃ, ἐπιστεύθη δὲ ἐν δυνάμει, προσδοκᾶται δὲ ἐν φόβῳ, τὴν νεφέλην πάλιν προσδοκώμενος σχεῖν τὴν προφητικὴν εἰς τὴν ἑαυτοῦ κάθοδον ὑπηρέτην. Καὶ ἐκ τότε νεφέλην αὐτοῦ ὑπηρετήσασθαι οἱ προφῆται προεῖπον, ἵνα σωματώδης τις καὶ ἐλαφρὴ οὐσία τὸν σεσωματωμένον φανείῃ πάλιν βαστάζουσα Κύριον. Βαστάζει μὲν γὰρ ἐν τῇ αὐτοῦ βουλήσει, ὡς ἔφην, τὰ σύμπαντα ὡς Θεός· ὑπὸ δὲ τῆς νεφέλης βασταχθήσεται ὡς καὶ ἄνθρωπος, ἵνα μήτε τότε τοὺς νόμους ἧς προσέλαβεν ἀρνήσηται ὁ D φιλόψυχος φύσεως.

Ϛ᾽. Διόπερ καὶ τοὺς ἁγίους ἐν νεφέλαις ἁρπαχθήσεσθαι προσεδίδαξεν ἡμᾶς ὁ θεσπέσιος Παῦλος, ὅταν ἔρχηται ἐπὶ νεφέλης ὁ ἐλθεῖν προσδοκώμενος Κύριος. Ὁ γὰρ ἁρμόττει τῷ σαρκωθέντι Θεῷ διὰ τὸ σῶμα, τοῦτο καὶ τοῖς θεωθησομένοις διὰ τὸν πλοῦτον τῆς χάριτος αὐτοῦ, θεοὺς τοὺς ἀνθρώπους ποιῆσαι φιλοτιμησαμένου Θεοῦ. Μηδεὶς οὖν ὑπολαμβανέτω τὴν πυκνότητα τῆς ἀνθρώπου φύσεως, ἥνπερ οὐσιωδῶς κοινωνήσας ὁ ἅγιος τοῦ Θεοῦ Λόγος ἐγνώρισται, ἐκ τῶν μαρμαρυγῶν τῆς θείας αὐτοῦ καὶ ἐνδόξου οὐσίας, ἀδελφοὶ, ἡλλοιῶσθαι τὴν τῶν ἑκατέρων ἐν αὐτῷ ἀχωρίστως ἀληθειαν φύσεων. Οὐ γὰρ ἵνα τὸ ἑαυτοῦ

nisi simul reditum ejus prævisionis indubiæ oculo ante vidisset. Quomodo enim consentaneum erat ab eo dici, *Exaltare supra cœlos, Deus, et super universam terram, gloria tua?* Aut rursus: *Ascendit Deus in jubilo;* nisi descensum simul et ascensum theologus Propheta spiritu prævidisset? Ea propter, ut dixi, modo eum elevatum Scriptura dicit, modo ascendentem, ut Deum nimirum et hominem in unica ipsum esse credamus persona. Nam deitate quidem ascendit, corpore autem in altum ferri dicitur, id est, assumi. Ex his igitur omnibus cognoscere oportet, eumdem esse et qui descendit, et qui ascendit super omnes cœlos, ut omnia bonitate sua repleret[34], atque in primis apostolos suos, de peccati passionibus per sancti Spiritus immissionem liberatos, in perfectam sublimitatem extolleret. Secus enim, cur dixisset: *Exaltare supra cœlos, Deus, et super universam terram, gloria tua*[35], *ut liberentur dilecti tui*[36]. Vere enim, ut antea dictum est, sunt dilecti a Domino hi qui et passionis ejus in cunctis fuere participes, et ejusdem magnalia oculati testes prædicaverunt.

V. Igitur unum eumdemque prophetæ prædicaverunt Dominum, et incarnatam ejus formam nequaquam, ut nonnulli obtrudunt, in unam naturam confuderunt; sed quæ ejus divinitati locutiones congruebant, eas magnifice protulerunt; quæ vero corpori, eas humano modulo moderati sunt: quod natura sua est, a Patre est; quod ex Virgine est factum, homo manet, in unica tamen forma unaque persona subsistens. Nam qui incorporeus, carne assumpta, induit sibi figuram, is nimirum cum hac visibiliter ascendit unde invisibiliter antea ad induendam sibi carnem descenderat. Itaque assumptus est gloriose, creditur ei ob miracula, exspectatur cum timore, donec iterum propheticam nubem descensus sui vehiculum habeat: nam et illo tempore nubem habiturum ministram prophetæ prædixerunt, nempe ut corporea simul levisque substantia, corporatum rursus Dominum gestet. Omnia quidem voluntate sua portat uti Deus, portabitur autem ut homo, ut ne leges quidem videatur ejus naturæ negligere, quam animarum nostrarum causa adoptavit.

VI. Quare etiam sanctos in nubibus abreptum iri jam docuit divinus Paulus[37], cum venerit, inquiens, in nubibus qui venturus exspectatur Dominus. Nam quod Deo incarnato propter corpus convenit, id deificatis quoque nobis fieri congruet, propter divitias gratiæ ejus, quoniam homines deificare per suam benignitatem Deus vult. Nemo igitur, fratres, existimet, densam hominis naturam, quam substantialiter sanctum Dei Verbum sibi univisse videmus, nemo, inquam, existimet, radiis divinæ ejus gloriosæque substantiæ immutatam esse, quominus vere subsistant inseparabiles duæ naturæ. Non enim, ut

[34] Ephes. IV, 10. [35] Psal. LVI, 6. [36] Psal. LIX, 7. [37] I Thess. IV, 16.

phantasticam figuram sibi efficeret, incarnatus est gloriosus Deus, sed ut malum habitum a serpente diabolo in homine seminatum, participatione sua in perpetuum aboleret. Habitum ergo, non naturam, incarnatio Verbi immutavit, ut pravitatis memoriam exuamus, Dei autem charitate vestiamur : non sane ut mutemur in id quod non eramus, sed ut secundum illud quod fuimus, cum gloria renovemur. Ipsi igitur gloria et potentia, qui de cœlo invisibiliter descendit, illucque manifeste ascendit, qui est ante sæcula, et nunc, et in perpetuum. Amen.

A πλάσμα φαντάσῃ. ἐσαρκώθη ὁ ἔνδοξος, ἀλλ' ἵνα τὴν ἐνσπαρεῖσαν ἐν αὐτῷ ἕξιν ἐκ τοῦ ὄφεως τῇ ἑαυτοῦ κοινωνίᾳ ἀναλώσῃ εἰς τέλος. Ὥστε ἕξιν, οὐ γὰρ φύσιν, ἤλλαξεν ἡ σάρκωσις τοῦ Λόγου, ἵνα τὴν μὲν μνήμην ἐκδυσώμεθα τοῦ κακοῦ, τὴν δὲ ἀγάπην ἐνδυσώμεθα τοῦ Θεοῦ· οὐκ εἰς ὅπερ μὴ ἦμεν ἀλλασσόμενοι, ἀλλ' εἰς ὅπερ ἦμεν τῇ ἀλλαγῇ μετὰ δόξης ἀναχαινιζόμενοι. Αὐτῷ τοίνυν ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος τῷ κατελθόντι ἐξ οὐρανῶν ἀφανῶς, ἀνελθόντι δὲ εἰς οὐρανοὺς ἐμφανῶς, τῷ πρὸ τῶν αἰώνων καὶ νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας. Ἀμήν.

MONITUM

IN SEQUENTEM MARCI DIADOCHI SERMONEM CONTRA ARIANOS.

(Galland., *Veterum Patrum Biblioth.*, t. V, Proleg., p. xxiv.)

I. Quis fuerit Marcus iste Diadochus, eruditi viri disquirunt, neque una est eorum sententia. Censet Wetstenius (*a*) sub hoc nomine aliquem significari ex episcopis Alexandrinis *Marci* evangelistæ *successoribus;* eodem sensu quo de Athanasio in ejus Encomio legitur : Ἐπὶ τὸν Μάρκου θρόνον ἀνάγεται, οὐχ ἧττον τῆς εὐσεβείας ἢ προεδρίας διάδοχος. Minus belle enimvero, ut videtur : sive spectes, scriptorem hunc ecclesiasticum non τὸν Μάρκου διάδοχον, sed τὸν Μάρκον Διάδοχον appellari ; sive attendas, plures recenseri Marcos in serie præsulum Alexandrinorum; sive denique intelligas, inter aliarum sedium episcopos simpliciter *Diadochi* nomine nonnullos inscribi. Neque porro melioris notæ fuerit altera ejusdem eruditi viri conjectura, qua ductus opinatur eumdem fuisse beatum Marcum nostrum cum eo, qui μακάριος Διάδοχος ὁ Φωτικῆς sancto Maximo memoratur (*b*). Hic enim neque Marci prænomine notatur, neque adversus Arianos stylum uspiam strinxisse agnoscitur ; qui nimirum medio sæculo v clarus, ut suo loco dicturi sumus, varia scripserit ascetica, sanctis Patribus contra Monophysitas et Monothelitas laudata. Contra vero auctor de quo loquimur, sæculo iv currente floruisse merito existimatur, dum scilicet in Ecclesia turbas ciebant Ariani.

II. Rectius itaque conjecisse videntur viri docti, qui beatum Patrem nostrum, unum ex iis duobus B Marcis Ægypti episcopis fuisse opinantur, quorum alter Philarum, alter Zygrorum Ecclesias rexisse feruntur : quippe primum ab Arianis in exsilium pulsi, teste Athanasio (*c*), deinceps autem, e vivis sublato Constantio, ab exsilio revocati sub Juliano apostata, synodo Alexandrinæ anno 362 coactæ interfuere, ut idem scribit Athanasius (*d*). Alios quidem Marcos duos Ægypti episcopos comperimus (*e*), ab Alexandro episcopo Alexandrino ordinatos ; quorum ille in superiorem Oasim, hic autem Ammoniacam fuit deportatus : ex quibus unum alterumve si malis ipsum esse nostrum Marcum Diadochum, haud equidem repugnaverim : licet sententia de duobus Marcis prioribus magis placeat.

III. Verum, quicunque demum fuerit Marcus Diadochus de quo hic sermo, exstat ejus nomine C inscriptus *Sermo contra Arianos*, quem superiore sæculo desinente in lucem extulit ex insigni ms. codice bibliothecæ Basiliensis sancti Athanasii opera complectente, Joannes Rodolphus Wetstenius ad calcem Origeniani operis *De oratione*. Missa porro Wetsteniana versione, aliam adjecimus quam ad textus amussim accuratius elaboratam nobis præter exspectationem exhibuit V. C. Joannes Baptista Galliciollius, Græce et Hebraice doctus ; cujus candidæ humanitati ac benivolentiæ plurimum nos debere palam, et lubenter quidem, profitemur.

(*a*) Wetst. Proleg. ad N. T. Gr. cap. vii, p. 70 edit. in-fol.

(*b*) Maxim. *Disput. cum Pyrrh.* opp. tom. II, p. 168.

(*c*) Athan. *Apolog. pro fuga sua* § 7 Opp. tom. I, pag. 324.

(*d*) Id. *Tom. ad Antioch.* tom. I, part. II, pagg 770, 776.

(*e*) Id. *Hist. Arian. ad monach.* § lxxii, pag. 387

ΤΟΥ ΜΑΚΑΡΙΟΥ ΜΑΡΚΟΥ

ΤΟΥ ΔΙΑΔΟΧΟΥ

ΚΑΤΑ ΑΡΕΙΑΝΩΝ ΛΟΓΟΣ.

—

BEATI MARCI DIADOCHI

SERMO CONTRA ARIANOS

Interprete Joanne Baptista Gallicciolli.

—

Α'. Ἐν ἀρχῇ ἦν ὁ Λόγος· καὶ ὁ Λόγος ἦν πρὸς τὸν Θεόν· καὶ Θεὸς ἦν ὁ Λόγος. Ἀρχῆς χρείττονα τὸν Λόγον ὁ θεολόγος λέγει· καὶ οἱ τὴν Ἀρείου μελετῶντες μανίαν, λέγουσιν· Ἦν ποτε ὅτε οὐκ ἦν. Ἦν τὸ φῶς ἀληθινὸν, ὁ εὐαγγελιστὴς βοᾷ· καὶ τὸν ἀΐδιον ἥττονα τῶν οἰκείων ἐννοιῶν οἱ καταγέλαστοι εἶναι φαντάζονται. Ὑπερεκπίπτειν γὰρ τὰς θεομάχους αὐτῶν ἐνθυμήσεις τῆς τοῦ θείου Λόγου ζωῆς δι' ὑπερβολὴν οἰήσεως ὑπολαμβάνουσιν. Εἰ δὲ Θεοῦ ζωὴ ὑπὸ ἀνθρωπίνης φθάνεται διανοίας, τῆς ἐκείνων μόνης κἂν εἴη τοῦτο κρίνειν ἀλογίας· πῶς δὲ καὶ προσκυνοῦσι τὸν ὑπὸ ἀνθρωπίνων, ὡς νομίζουσι, καταλαμβανόμενον λογισμῶν; ἢ πῶς αἰτοῦσι ζωὴν, καὶ τοῦτο αἰώνιον, τὸν ἀρξάμενον, ὡς ὑπονοοῦσι, τοῦ ζῆν, ἀγνοοῦντες, ὡς ἔοικεν, ὅτι ἀεννάου μόνον ἐστὶ ζωῆς φιλοτιμεῖσθαι ζωήν. *Οἶδα γὰρ*, φησὶν ὁ θεσπέσιος Ἰὼβ, *ὅτι ἀέναός ἐστιν ὁ ἐκλύειν με μέλλων*. Ζωὴ γὰρ ἀρχὴν ἔχουσα, κἂν πέλαγός τι ἔχῃ ἄῤῥητον τὴν οὐσίαν, ζωὴν δωρεῖσθαι ἢ ποιεῖν οὐ δύναται. Καὶ τοῦτο ἐκ φανερῶν καὶ πᾶσιν ἡμῖν ἐγνωσμένων πραγμάτων πιστωσόμεθα. Τὸ μὲν γὰρ ἀεννάῳ πλούτῳ προχεόμενον ὕδωρ, καὶ χώρας καὶ πόλεις πολλάκις ὅλας ἄρδει μένον ἀεὶ πλούσιον· τὸ δὲ κατά τινα σύστασιν αὐξανόμενον, εἰς ἑαυτὸ μὲν πλουτεῖ καὶ τοῦτο πενιχρῶς, χώρᾳ δὲ ἢ πόλει ἐξ ἑαυτοῦ μεταδιδόναι οὐ δεδύνηται· οὐ γὰρ εὐπορεῖ ἐκείνων τῶν πολυόλβων καὶ φιλοδώρων φλεβῶν, ἵν' ἔχοι ἀφειδῶς ὅπερ ἔχει διδόναι. Ἀλλ' ἐκεῖνοι μὲν ἄφρονες· ἐγὼ δὲ λέγω, μᾶλλον δὲ ἡ καλὴ ἀλήθεια, πᾶσαν ἐνθύμησιν τῇ τοῦ Θεοῦ Λόγου ἠττᾶσθαι ζωῇ. Ὡς γὰρ τὸ ἄναρχον τοῦ Πατρὸς ἀκατάληπτον, οὕτως καὶ ἡ ζωὴ τοῦ Υἱοῦ ἀνεξιχνίαστος. Διόπερ ὃν τρόπον τὸ, *Ἐγώ εἰμι ὁ ὤν*, ἀπιλελυμέναις μόνον ἐννοίαις θαυμάζεται· οὕτως καὶ τὸ, *Ἦν*, ἐν ἀκαταλήπτῳ τῇ δόξῃ πιστεύεται· ὡς ἐπάνω πάσης γνώσεως ἐνδιαιτωμένου τοῦ Υἱοῦ σὺν τῷ Πατρί. Τὰ γὰρ χερουβὶμ, ἤτοι σεραφὶμ, ἐφ'

A

B

C

I. *In principio erat Verbum, et Verbum erat apud Deum, et Deus erat Verbum*[1]. Initio superius esse Verbum theologus asserit: at qui Arii sectantur delirium, dicunt: fuit aliquando cum non erat. *Erat lux vera*, evangelista clamat[2]: at sempiternus qui est, inferiorem suis cognitionibus esse ridiculi isti imaginantur: potiores enim divini Verbi vita impias cogitationes suas superba opinione arbitrantur. Quod si Dei vitam humana assequitur intelligentia, quamvis solius id sit sentire illorum insaniæ; quomodo ergo adorant illum, qui humanis, ut putant, comprehenditur cogitationibus? aut quomodo desiderant vitam, et quidem æternam, illum ipsum qui vivere cœpit, ut existimant, nescientes profecto, quod sempiternæ duntaxat sit proprium vitæ, vitam largiri? *Novi enim*, ait divinus Job[3], *quia sempiternus sit, qui me liberaturus est*. Vita enim cui sit principium, quamvis essentiam habeat ut pelagus ineffabilem, vitam tamen dare vel efficere nequaquam potest. Et hoc ex manifestis omnibusque nobis cognitis rebus comprobabimus. Quæ enim indefecienti copia effunditur aqua, et agros et urbes sæpe integras rigat, manens jugiter dives: at illa quæ per quemdam confluxum accrescit, in se ipsa quidem ditescit modice, agris vero de suo impertiri non valet; neque enim abundat illis felicibus et liberalibus venis, ut habeat quod copiose suppeditare queat. Sed illi quidem insani sunt: ego autem dico, atque adeo ipsamet præclara veritas, cogitationem omnem vita Verbi Dei inferiorem esse. Quemadmodum enim quod Pater principio careat, comprehendi non potest: sic et Filii vita investigari nequit. Quocirca ut illud, *Ego sum qui sum*[4], purgatis tantummodo mentibus admirationi est; sic illud, *Erat*, in incomprehensibili opinione creditur: eo quod ultra omnem cognitionem positus sit Filius cum Patre.

[1] Joan. I, 1. [2] ibid. 9. [3] Job XIX, 25. [4] Exod. III, 14.

Nam cherubim sive seraphim, quibus magnifica gloria a sanctis prophetis insidere perhibetur, altitudo ac latitudo ignitæ cognitionis interpretantur : quare et oculis ea undique divinæ litteræ figurant. Unde ipse divinus Joannes in ea quæ sibi ostensa est revelatione, ex ipso Domino quæ ad hoc spectant per revelationis angelum manifestius cognoscens, sic scribit : *Ego sum α et ω, dicit Dominus Deus, qui sum, et qui eram, et qui venturus, Omnipotens* [5]; sic, propterea quod et *Qui sum*, et *Qui eram*, una et indivisa creduntur cogitatione. Fieri ergo nullo modo potest, ad eos loquor qui ultra cherubinorum oculos temere elevantur, ut Christi vita imaginatione comprehendatur, quamvis infinita quædam excurrentia sæcula sibimet quis fingens animo, ex hac præconcepta arce venari se putet illud *Eram*, et *Erat* Verbi. Comprehendi etenim nullatenus possunt oratione et cogitatione, nedum ab hominibus sed neque a supernis omnibus potestatibus, quarum mens tota esse essentia creditur. Idem de *Qui sum* judicium esto.

II. Si quis autem vellet, hoc ipsum quod Pater initio careat Filii principium cogitare, nihil id prohibeat. Fons enim est vivus Pater semper viventis Filii. Neque enim aliquando quidem Deus non erat Pater, aliquando autem evasit Pater; sed cum sit absque initio Deus, nullo initio est etiam Pater. Quamobrem in eo quod initio careat Pater, oportet intelligere et Filii vitam. Fulgor enim paterni luminis, generatio est principio carentis veri luminis. Neque enim qui omniscius et solus potens est, absque sapientia aut virtute exstitit unquam. Vel rursus, lumen illud beatum sine fulgore exstitit unquam. Sin aliquando, juxta ipsos, paternum lumen sine fulgore fuit; non amplius Pater est lumen, secundum istorum absurditatem. Lumen enim fulgoris expers, lumen nullatenus dici queat. Qui enim possit? Istud autem illorum prorsus opinio vult, creatum fulgorem gloriam ferre increati luminis. Aut quæ prorsus necessitas fulgentissimæ illi ac beatæ gloriæ splendoris fuerit? Vel quomodo rursum dictus fertur *splendor gloriæ* Filius ab Apostolo [6], si quidem peculiare quodpiam principium essentiæ habeat? Quomodo autem omnino potuit cogitationes videre, et scrutari corda ac renes, si non erat natura Deus? Cui porro non est manifestum, splendorem semper esse lumen? Et quomodo audebit quis asserere, verum lumen non esse natura Deum? Quemadmodum enim verus Deus, Pater scilicet, lumen esse intelligitur verum; sic etiam verum lumen, Filius nempe, Deus esse intelligitur verus. Nec enim est quidpiam vero lumine æstimabilius : neque Deo vero quidpiam æquale est, nisi verus ejus gloriæ splendor. Increatum igitur, quod verum : quapropter etiam eo quod incomparabile est, verum appellatur. At quod creatum est, nequaquam verum est : siquidem illud quidem erat,

[5] Apoc. 1, 8. [6] Hebr. 1, 3.

(1) *Πιστεύοντι*. Forte πιστεύονται.

A ὧν ἡ μεγαλοπρεπὴς δόξα ὑπὸ τῶν ἁγίων προφητῶν καθῆσθαι μαρτυρεῖται, *ὕψος καὶ πλάτος ἐμπύρου γνώσεως* ἑρμηνεύεται· καὶδὴ καὶ ὀφθαλμοῖς αὐτὰ ἡ θεία πανταχόθεν διασχηματίζει Γραφή. Ὅθεν αὐτὸς ὁ θεσπέσιος Ἰωάννης, ἐν τῇ δειχθείσῃ αὐτῷ Ἀποκαλύψει, ἐξ αὐτοῦ Κυρίου τὰ περὶ τούτου διὰ τοῦ τῆς ἀποκαλύψεως ἀγγέλου σαφέστερον γνοὺς, οὕτως γράφει· *Ἐγώ εἰμι τὸ ἄλφα καὶ τὸ ὦμέγα, λέγει Κύριος ὁ Θεὸς, ὁ ὢν καὶ ὁ ἦν καὶ ὁ ἐρχόμενος, ὁ Παντοκράτωρ.* Οὕτως ὅτι καὶ τὸ *Ὁ ὢν* καὶ τὸ *Ὁ ἦν*, μιᾷ καὶ ἀδιαιρέτῳ πιστεύοντι (1) ἐννοίᾳ. Ἀδύνατον οὖν, ἀδύνατον, πρὸς τοὺς ἐπάνω τῶν χερουβὶμ ὀφθαλμῶν ὑψουμένους τῇ προπετείᾳ λέγω, τὴν τοῦ Χριστοῦ καταλαβεῖν τῇ φαντασίᾳ ζωὴν· κἂν μυρίους τινὰς πλανωμένους αἰῶνας παρὰ τῇ ἑαυτοῦ τις ἀνα-
B τυπῶν διανοίᾳ, ἀπὸ τοῦ φαντασθέντος ὕψους θηρᾶν νομίζει τὸ *Ἦν*, καὶ *Ἦν* τοῦ Λόγου. Ἀθήρατον γὰρ ἅπαξ τὸ *Ἦν* καὶ λόγῳ καὶ ἐννοίᾳ, οὐ μόνον ἀνθρώποις, ἀλλὰ καὶ ταῖς ὑπερκοσμίοις πάσαις δυνάμεσιν, ὧν νοῦς ἡ πᾶσα εἶναι οὐσία πιστεύεται. Ὃν τρόπον καὶ τὸ *Ὤν*.

Β'. Εἰ δέ τις θέλοι τὸ τοῦ Πατρὸς ἄναρχον ἀρχὴν ἐννοεῖν τοῦ Υἱοῦ, οὐδὲν τὸ κωλύον. Πηγὴ γὰρ ἐστι ζῶσα ὁ Πατὴρ, τοῦ ἀεὶ ζῶντος Υἱοῦ. Οὐ γὰρ ποτὲ μὲν ὁ Θεὸς οὐκ ἦν πατὴρ, ποτὲ δὲ γέγονε πατήρ· ἀλλ' ἄναρχος ὢν Θεὸς, ἀνάρχως ἐστὶ καὶ πατήρ. Διόπερ ἐν τῷ ἀνάρχῳ τοῦ Πατρὸς δεῖ ἐννοεῖν καὶ τὴν τοῦ Υἱοῦ ζωήν. Ἡ γὰρ ἔκλαμψις τοῦ Πατρικοῦ φωτὸς, γέννησίς ἐστιν ἀνάρχου τοῦ ἀληθινοῦ φωτός.
C Οὔτε γὰρ ὁ πάνσοφος καὶ μόνος δυνάστης ἐκτὸς ἦν σοφίας ἢ δυνάμεώς ποτε· ἢ πάλιν τὸ φῶς ἐκεῖνο τὸ μακάριον ἐκτὸς ἦν τοῦ ἀπαυγάσματος πώποτε. Εἰ δέ ποτε κατ' αὐτοὺς ἦν τὸ Πατρικὸν φῶς ἐκτὸς ἀπαυγάσματος, οὐκέτι οὔτε ὁ Πατὴρ ἐστι φῶς κατὰ τὴν ἀλογίαν ἐκείνων. Φῶς γὰρ ἄμοιρον ἀπαυγάσματος οὐκ ἂν λέγοιτο φῶς. Πῶς γὰρ καὶ ἐδύνατο; Τοῦτο γὰρ αὐτῶν πάντως ἡ ὑπόνοια θέλει, γεννητὸν ἀπαύγασμα φέρειν τὴν δόξαν τοῦ ἀγεννήτου φωτός. Ἤ τίς ὅλως χρεία τῇ ὑπερλάμπρῳ ἐκείνῃ καὶ μακαρίᾳ δόξῃ γένηται τοῦ ἀπαυγάσματος; Ἢ πῶς πάλιν εἴρητο *ἀπαύγασμα δόξης* ὁ Υἱὸς ὑπὸ τοῦ Ἀποστόλου, εἴπερ ἰδιάζουσάν τινα ἀρχὴν οὐσίας εἶχε; Πῶς δὲ ὅλως ἠδύνατο λογισμοὺς καθορᾶν, καὶ ἐτάζειν καρδίας καὶ νεφροὺς, εἰ μὴ ἦν φύσει Θεός; Τίνι δὲ
D οὐ δῆλον, ὅτι ἀεὶ τὸ ἀπαύγασμα φῶς; Πῶς δὲ καὶ τολμήσει τις εἰπεῖν, τὸ ἀληθινὸν φῶς μὴ εἶναι φύσει Θεόν; Ὡς γὰρ ὁ ἀληθινὸς Θεὸς, τουτέστιν ὁ Πατὴρ, φῶς εἶναι νοεῖται ἀληθινόν· οὕτως καὶ τὸ ἀληθινὸν φῶς, τουτέστιν ὁ Υἱὸς, Θεὸς νοεῖται εἶναι ἀληθινός. Οὔτε γὰρ φωτὸς ἀληθινοῦ τι τιμιώτερον, οὔτε Θεοῦ τι ἴσον ἀληθινοῦ, εἰ μὴ τὸ ἀληθινὸν τῆς αὐτοῦ δόξης ἀπαύγασμα. Ἀγέννητον οὖν τὸ ἀληθινόν· διὸ καὶ ὡς ἀπαράβλητον ὄν, ἀληθινὸν λέγεται. Τὸ δὲ γενητὸν, οὐκ ἀληθινόν· ἐπειδὴ τὸ μὲν ἦν, τὸ δὲ οὐκ ἦν πρὶν ἐγένετο. Διόπερ ἐκεῖνο μὲν ἀπαθὲς, τῷ τῇ δόξῃ τὰ πάντα ἐπισκοπεῖν· ἀληθινὸν γάρ ἐστι· τοῦτο δὲ τὸ φαινόμενον, ὡς ὁρῶμεν, ἑαυτῷ πάσχει τὸ φαί-

νειν· ὑπὸ γὰρ τῆς φύσεως τῆς ἑαυτοῦ νικᾶται. Ἀμέλει αὐτὸς ὁ μακάριος εὐαγγελιστὴς Ἰωάννης, καὶ Υἱὸν ἀληθινὸν τὸν Λόγον, καὶ Θεὸν ἀληθινὸν, καὶ ζωὴν αἰώνιον ἐν τῇ ἑαυτοῦ εἶναι λέγει Ἐπιστολῇ· διδάσκων ἡμᾶς σαφῶς, ὅτι τὸ φῶς ἀληθινὸν Θεός ἐστιν ἀληθινός. Διόπερ καὶ ἐν τοῖς κόλποις αὐτὸν ἀϊδίως εἶναι λέγει τοῦ Πατρός. Οὐ γὰρ ἂν ποιητὸν υἱὸν ὁ ἀμερὴς καὶ ὅλος φῶς Θεὸς ἐν τοῖς ἑαυτοῦ εἶχεν ἀφράστοις κόλποις φέρειν. Καὶ τούτου πάλιν μάρτυς ὁ Ψαλμῳδὸς ἱκανός· λέγει γὰρ, ἐκ τοῦ προσώπου τοῦ Πατρὸς λογοποιούμενος, οὕτως· *Μετὰ σοῦ ἡ ἀρχὴ ἐν ἡμέρᾳ τῆς δυνάμεώς σου, ἐν ταῖς λαμπρότησι τῶν ἁγίων σου· ἐκ γαστρὸς πρὸ ἑωσφόρου ἐγέννησά σε. Ὤμοσε Κύριος, καὶ οὐ μεταμεληθήσεται· σὺ ἱερεὺς εἰς τὸν αἰῶνα κατὰ τὴν τάξιν Μελχισεδέκ.* Τὸ δὲ, *πρὸ ἑωσφόρου*, ἀλληγορούμενόν ἐστι ῥῆμα. Οὐ γὰρ ὁ πάντων κτίστης μετὰ τὴν οὐρανοῦ καὶ γῆς ποίησιν ἐγεννήθη. Οὐδὲν δὲ ἕτερον δηλοῖ, ἢ ὅτι ἀκατάληπτός ἐστι τῷ παντὶ καὶ ἀκατανόητος ἡ τοῦ Υἱοῦ γέννησις. Ὃν γὰρ τρόπον οὐδεὶς δύναται πρὸ τῆς ἀνατολῆς τοῦ ἑωσφόρου, ὁράσει καταλαβεῖν τὴν τοῦ ἡλιακοῦ φωτὸς ἔλλαμψιν, κἂν ἐφ' οἷου ἂν ὑψηλοτάτου ἀνέλθῃ ὄρους· οὕτως οὔτε τὴν τοῦ Πατρικοῦ φωτὸς δύναταί τις ἐμφάνειαν καταλαβεῖν ὀφθαλμοῖς τοῦ νοὸς, κἂν ἐπάνω πάντων τῶν αἰώνων τῇ φαντασίᾳ τῆς ἐννοίας ἀνέλθῃ, διὰ τὸ ἐν ἀκαταλήπτῳ εἶναι τὴν πάγκρυφον ἐκείνην ἀλήθειαν. Ἔστιν οὖν τὸ, *πρὸ ἑωσφόρου*, ἀντὶ τοῦ *πρὸ γνώσεως*· γνώσεως γὰρ ὁ ἀστὴρ τῆς ἡμέρας. Διόπερ οὕτος πάλιν ὁ Ψαλμῳδὸς, τὸ *πρὸ ἑωσφόρου*, ἐν ἑτέρῳ ψαλμῷ ἑρμηνεύων, λέγει· *Πρὸ τοῦ ἡλίου διαμένει τὸ ὄνομα αὐτοῦ.* Ὁ δὲ πρὸ τοῦ ἡλίου διαμένων ἀκατάληπτός ἐστιν ἅπαξ καὶ λόγῳ καὶ ἐπινοίᾳ· ἐπειδὴ γὰρ ἦν ἀχρόνως, κρείττων ἐστὶ καὶ νοός. Οὐ γὰρ γενητῷ υἱῷ, ὁ πάντα δίκαιος Θεὸς καὶ Πατὴρ πάντων ἡμῶν, ὑπερουράνιον ἐκεῖνον, ἁγιόν τε καὶ ἄφατον κόσμον, καὶ τὴν καθ' ἡμᾶς πᾶσαν οἰκουμένην, εἰς κληρονομίαν ἔδωκεν· ἀλλὰ Υἱῷ αὐτοῦ ἀληθινῷ, δι' οὗ καὶ τὰ πάντα ἐποίησεν εἰς κληρονομίαν αὐτοῦ· ἵνα τῶν λογικῶν αὐτοῦ πάντων κτισμάτων, ὡς Λόγος Θεοῦ ὑπάρχων καὶ Υἱὸς, βασιλεύῃ. Πρὸς ὃν καὶ εἴρηκεν ὁ ὅλος ἀγαθὸς καὶ ὅλος πόθος Πατήρ· *Κάθου ἐκ δεξιῶν μου, ἕως ἂν θῶ τοὺς ἐχθρούς σου ὑποπόδιον τῶν ποδῶν σου.* Ξένος γὰρ ἦν τῇ σαρκὶ ὁ Υἱὸς, ὅτε ἀνελήφθη ἐξ ἡμῶν εἰς τοὺς οὐρανοὺς, ὅπου οὐκ ἦν ξένος ποτὲ τῇ τοῦ Πατρὸς φύσει. Διόπερ ὅλως τὸ, *Κάθου ἐκ δεξιῶν μου*, παρὰ τοῦ Θεοῦ Πατρὸς πρὸς τὸν ἀεὶ ὄντα μετ' αὐτοῦ εἴρηται Θεὸν Λόγον. Οὐ γὰρ πρὸς ἑτεροούσιον ἂν εἶπεν Υἱὸν ὁ εἰρηκὼς, *Τὴν δόξαν μου ἑτέρῳ οὐ δώσω*, Πατήρ, ἐκεῖνο τὸ ῥῆμα φυσικῆς ὅλον ὑπάρχον γνώρισμα σχέσεως· ὅπερ, οἶμαι, οὔτε οἱ Ἑλλήνων ποτὲ θεοπλάσται φαντασθῆναι ἐτόλμησαν. Ἐπεὶ εἰπάτωσάν μοι, τίς ἡ χρεία, οἱ νομίζοντες ἑαυτοὺς Χριστιανοὺς εἶναι, καὶ οὐκ εἰσὶ, γενητοῦ Θεοῦ τῷ ἀγενήτῳ Θεῷ; Εἰ μὲν γὰρ θεϊκῆς ἀρετῆς ἐλίπετο ὁ Θεὸς, ἵνα ὄργανον δυναστείας ἑαυτῷ ἐποίησε, τοῦ

A sed hoc non erat antequam fieret. Ideoque illud passioni non est obnoxium, mente omnia procurans; verum est enim: hoc autem apparens, ut cernimus, sibi ipsi apparentiam patitur; ab ipsa enim sui natura vincitur. Certe ipse beatus evangelista Joannes, Verbum et Filium verum, et Deum verum, et Vitam æternam esse in sua asserit Epistola [7]: edocens nos manifeste, quod lumen verum sit Deus verus. Quamobrem etiam in sinu ipsum semper esse Patris dicit [8]. Non enim factitium filium is, qui individuus ac totus lumen est Deus, in suo debuisset ineffabili sinu gestare. Et hujus rei iterum testis est Psalmista idoneus; ait enim, ex persona Patris verba faciens: *Tecum principium in die virtutis tuæ in splendoribus sanctorum tuorum: ex utero ante luciferum genui te. Juravit Dominus, et non pœnitebit eum: tu es sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech* [9]. Illud *ante luciferum*, allegoricum verbum est. Neque enim universorum creator, factis jam cœlis et terra, genitus est. Nihil vero aliud innuit, nisi incomprehensibilem prorsus esse et inexcogitabilem Filii generationem. Quemadmodum enim nullus potest ante ortum luciferi, obtutu cernere solaris luminis fulgorem; tametsi supra quantumvis excelsum ascendat montem: sic neque paterni luminis potest quis splendorem comprehendere oculis mentis, tametsi ultra universa sæcula mentis imaginatione transcendat; propterea quod incomprehensibilis est occultissima illa veritas. Positum est igitur illud *ante luciferum* pro *ante cognitionem*: ea enim est stella cognitionis diei. Quare idem rursus Psalmista illud *ante luciferum* in alio Psalmo interpretatus, ait: *Ante solem permanet nomen ejus* [10]. Qui vero ante solem permanet, incomprehensibilis est prorsus et oratione et cogitatione: quoniam enim sine tempore erat, etiam mente ipsa superior est. Non enim factitio filio justissimus Deus ac Pater omnium nostrum, supercœlestem illum, sanctumque et ineffabilem mundum; nostrum item universum orbem, in hæreditatem dedit; sed Filio ejus vero, per quem etiam universa fecit in hæreditatem ejus, ut rationabilibus ejus omnibus creaturis, utpote Verbum Dei exsistens et Filius, imperaret. Ad quem etiam dixit optimus studiosissimusque Pater: *Sede a dextris meis, donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum* [11]. Hospes enim erat propter carnem Filius, quando assumptus est hinc in cœlum, ubi hospes non fuit unquam propter Patris naturam. Idcirco omnino illud, *Sede a dextris meis*, a Deo Patre ad semper exsistentem secum dicitur Deum Verbum. Neque enim ad alterius substantiæ Filium dixisset inquiens Pater, *Gloriam meam alteri non dabo* [12], vocabulum illud, quod omnino nota est naturalis habitudinis, quodque, ut opinor, neque ex gentibus olim qui idola fingebant, imaginari ausi sunt. Et sane dicant mihi qui arbitran-

[7] I Joan. v, 20. [8] Joan. i, 18. [9] Psal. CIX, 3, 4. [10] Psal. LXXI, 17. [11] Psal. CIX, 1. [12] Isa. XLVIII, 11.

tur se Christianos esse, neque tamen sunt; quæ necessitas fuerit factiii Dei, Deo qui factus non sit? Si quidem enim divina virtute caruit Deus ut instrumentum potentiæ sibi effecerit; ubinam est perfectio ejus? Quod si redundantis boni desiderio tenebatur, quænam hujus necessitas fuerit, dicant mihi, Deo qui nec affectionibus subest, nec indigentiæ? An omnino opus erat, secundum illorum vecordiam, ut qualemcunque demum Filium haberet verus Deus, tantum ut diceretur Pater? Pudet me referre stultitiam eorum, qui se quidem Christianos dictitant, ethnici tamen erroris mortiferis sunt imbuti commentis.

A τὸ τέλειον αὐτοῦ; Εἰ δὲ περιττοῦ καλοῦ ἐπεθύμησε, τίς ἡ χρεία τούτου, εἰπάτωσάν μοι, τῷ ἀπαθεῖ καὶ ἀπροσδεεῖ Θεῷ; Ἢ πάντως ἔδει, κατὰ τὴν ἐκείνων ἀφροσύνην, οἱονδήποτε υἱὸν ἔχειν τὸν ἀληθινὸν Θεόν, ἵνα μόνον λέγοιτο Πατήρ; Αἰσχύνομαι λέγων τὴν ἄνοιαν τῶν Χριστιανοὺς μὲν ἑαυτοὺς λεγόντων εἶναι, τῆς Ἑλληνικῆς δὲ πλάνης τὰ θανατηφόρα παιδευομένων μελετήματα.

III. Sed non erat, aiunt, qui genitus est, antequam ipse gigneretur. Ego verum rursum dico, illum eatenus fuisse, quatenus erat qui Pater est : ut pote qui splendor erat gloriæ paterni luminis. B Quamobrem etiam superiorem scio omni causa esse Christi generationem. Nec enim concupiscens Deus paternam dignitatem, genuit Filium, sed sicut fuit semper Deus, sic fuit semper etiam Pater gloriæ. Quocirca, non propterea quod minime assequitur humana cogitatio ejus generationem, ideo quis debet audere attemperare suis cogitationibus eum qui sempiternus est : quandoquidem istud etiam de ipso Pater sentire, facile aliquis stultorum audebit. Impossibile est enim ut quis, tametsi quantumvis elevetur imaginatione mentis, Dei vitam sibi animo fingat. Quomodo enim is qui finita constat natura, infinitam Dei vitam cogitare animo poterit? Sed quousque quidem valet, imaginatione audet : ad terminos vero propriarum cogitationum ubi C pervenerit, ex principio aliquo impuro ipsammet etiam Patris ingenerabilitatem imaginatur, ob mentis inopiam. Et hæc quidem eorum sapientes ex figuris quibusdam syllogisticis comminiscentes disserunt.

Γ. Ἀλλ' οὐκ ἦν, φησὶν, ὁ γεννηθεὶς πρὶν αὐτὸν γεννηθῆναι. Ἐγὼ δὲ πάλιν λέγω, ὅτι τοσοῦτον ἦν, ὅσον ἦν ὁ ὢν Πατήρ· ὡς ἀπαύγασμα ἦν τῆς δόξης τοῦ φωτὸς τοῦ Πατρικοῦ. Ὅθεν καὶ καλλίονα οἶδα πάσης B αἰτίας οὖσαν τὴν γέννησιν τοῦ Χριστοῦ. Οὐ γὰρ ἐπιθυμήσας ὁ Θεὸς τοῦ πατρικοῦ ἀξιώματος ἐγέννησε τὸν Υἱόν· ἀλλ' ὡς ἦν ἀεὶ Θεὸς, οὕτως ἦν ἀεὶ καὶ Πατὴρ τῆς δόξης. Ὥστε οὐκ ἐπειδὴ οὐ φθάνει ἀνθρωπεία ἐνθύμησις τὴν αὐτοῦ γέννησιν, τούτῳ τις ὀφείλει τῶν ἑαυτοῦ ἐνθυμήσεων ἐγγὺς τολμᾷν φέρειν τὸν ἄϊδιον· ἐπεὶ τοῦτο καὶ περὶ αὐτοῦ τοῦ Πατρὸς διανοεῖσθαί τις τάχα τῶν ἀφρόνων τολμήσει. Ἀδύνατον γάρ τινα, κἂν ὅπως ἂν ἐπαρθείη τῇ φαντασίᾳ τοῦ νοὸς, Θεοῦ φαντασιωθῆναι ζωήν. Πῶς γὰρ ὁ ἐν μεμετρημένῃ πεπλασμένος οὐσίᾳ τὴν ἀμέτρητον τοῦ Θεοῦ ζωὴν ἐνθυμηθῆναι δυνήσεται; Ἀλλὰ μέχρι μὲν ποῦ δύναται, τολμᾷ τῇ φαντασίᾳ· εἰς δὲ τοὺς ὅρους τῶν οἰκείων ἐνθυμήσεων καταπίπτων, κατ' ἀρχήν τινα μετέωρον, καὶ αὐτὴν τὴν ἀγεννησίαν τοῦ Πατρὸς C φαντάζεται, διὰ πενίαν νοός. Καὶ ταῦτα μὲν οὖν οἱ παρ' αὐτοῖς σοφοὶ ἐκ σχημάτων τινῶν συλλογιστικῶν μηχανώμενοι διαλέγονται.

IV. Alii autem, ac propemodum omnes, illud : *Dominus creavit me principium viarum ejus* [13], ad eversionem veritatis jugiter allegantes, non erubescunt. Ego autem et hanc orationem fidam mei patronam in Deo adjiciam : etsi cum proverbialis sit oratio, obliquo quodam intuitu unum mihi comprobet sensum. Creatus est enim is, qui est increatus, carnis assumptione, ab approbante Patre; pro nobis factus homo, ut reconciliaretur quidem homo Deo; Deus autem inciperet deinceps venire D ac manere penes hominem. Homo enim re vera factus est Dei locus, pariete intergerino simultatis dissoluto per incarnationem Verbi Dei. Itaque ipse Dominus in Evangeliis, interpretatus nobis hujus orationis vim atque veritatem, ait : *Ego sum via, et veritas, et vita* [14]. Veritas quippe, qui ante omnes colles generatur, utpote Verbum; hoc est, efficaci motione ceu sapientia ex Sapiente procedit, ut vivo Verbo in vitam non exstantia vocentur a vivo Deo. Sapientia enim sapientis, Verbum est et vita Dei, qui solus exstat. Itaque etiam omnia per ipsum, ut credimus, ad exstantiam vocata sunt.

Δ. Οἱ δὲ ἄλλοι, καὶ σχεδὸν πάντες, τὸ, *Κύριος ἔκτισέ με ἀρχὴν ὁδῶν αὐτοῦ*, παρ' ἀνατροπὴν τῆς ἀληθείας ἀεὶ προσφέροντες, οὐκ αἰσχύνονται. Ἐγὼ δὲ καὶ τοῦτον τὸν λόγον πιστὸν ἐμαυτοῦ συνήγορον ἐν Θεῷ προστήσομαι· εἰ καὶ παροιμιώδης ὢν ὁ λόγος, λοξῷ τινι βλέμματι τὸ ἑαυτοῦ μοι διαλέγεται φρόνημα. Ἐκτίσθη γὰρ ὁ ἄκτιστος τῇ προσλήψει τῆς σαρκὸς ὑπὸ τῆς εὐδοκίας τοῦ Πατρὸς, δι' ἡμᾶς γενόμενος ἄνθρωπος, ἵνα καταλλαγῇ μὲν ἄνθρωπος τῷ Θεῷ, Θεὸς δὲ ἄρξηται ἐκ τούτου ἔρχεσθαι καὶ μένειν πρὸς ἄνθρωπον. Χωρίον γὰρ ὄντως γέγονεν ὁ ἄνθρωπος τοῦ Θεοῦ, τοῦ μεσοφράγματος τῆς ἔχθρας λυθέντος διὰ τῆς σαρκώσεως τοῦ Λόγου τοῦ Θεοῦ. Διόπερ αὐτὸς ὁ Κύριος, ἐν τοῖς Εὐαγγελίοις, ἑρμηνεύων ἡμῖν τὴν τούτου τοῦ λόγου δύναμίν τε καὶ ἀλήθειαν, λέγει· *Ἐγώ εἰμι ἡ ὁδὸς, καὶ ἡ ἀλήθεια, καὶ ἡ ζωή*. Ἀλήθεια, ἐπειδὴ πρὸ πάντων βουνῶν γεννᾶται, ὡς Λόγος, τουτέστι δημιουργῷ κινήσει, ὡς σοφία ἐκ σοφοῦ προέρχεται· ἵνα τῷ ζῶντι Λόγῳ εἰς ζωὴν τὰ οὐκ ὄντα κληθῇ ὑπὸ τοῦ ζῶντος Θεοῦ. Ἡ γὰρ σοφία τοῦ σοφοῦ, Λόγος ἐστὶ καὶ ζωὴ τοῦ μόνον ὄντος Θεοῦ. Διὸ δὴ καὶ πάντα δι' αὐτοῦ, ὡς πεπείσμεθα,

[13] Prov. VIII, 22. [14] Joan. XIV, 6.

εἰς τὸ εἶναι κέκληται. Ἐκάλεσε γὰρ *Ὁ ὢν τὰ οὐκ* A
ὄντα διὰ *Τοῦ ὄντος*· ἵνα φανῇ δι' αὐτοῦ τὰ μὴ ὄντα. Ὁδὸς δὲ, διὰ τὸ ἐκ τῆς αὐτοῦ, ὡς ἔφην, σαρκώσεως φοιτᾷν τε τὸν Πατέρα εἰς ἄνθρωπον, καὶ ἄνθρωπον προσεγγίζειν τῷ Πατρί. *Οὐδεὶς γὰρ ἔρχεται πρὸς τὸν Πατέρα, εἰ μὴ δι' ἐμοῦ.* Διὸ πάλιν λέγει· *Ἐάν τις ἀγαπᾷ με, τὸν λόγον μου τηρήσει· καὶ ὁ Πατὴρ ἀγαπήσει αὐτόν· καὶ πρὸς αὐτὸν ἐλευσόμεθα, καὶ μονὴν παρ' αὐτῷ ποιησόμεθα.* Ὥστε τὸ, *Κύριος ἔκτισέ με*, τῇ σαρκώσει τοῦ Λόγου, ὅς ἐστι σοφία καὶ δύναμις τοῦ Θεοῦ, διαφέρει· ὃ γὰρ ἔμελλε σαρκωθεὶς ἐπιδεικτικῶς λέγειν, τοῦτο προεῖπεν οἷα παρὼν ὡς Θεός. Ὃν τρόπον καὶ περὶ τῆς διαρπαγῆς τῶν ἱματίων αὐτοῦ φαίνεται διὰ τοῦ Προφήτου ὁ μόνος δυνάστης καὶ μόνος ἀψευδὴς προειρηκὼς Κύριος· *Διεμερίσαντο τὰ ἱμάτιά μου ἑαυτοῖς, καὶ ἐπὶ τὸν ἱματισμόν μου ἔβαλον κλῆρον*· τὸ μέλλον γίνεσθαι, οὐ μὴν δὲ γενόμενον, πάλιν εἰπὼν ὁ ἀληθινός· οὐδὲν γὰρ πόρρω διὰ ὑπερβολὴν τρανότητος τῶν ὀφθαλμῶν τοῦ Λόγου· ἐπειδὴ καὶ τῶν ὁτεδήποτε ἐσομένων, ἐγγὺς ἄγαν ὁ Θεός. *Θεὸς* B
γὰρ, φησὶν, *ἐγγίζων ἐγώ εἰμι, λέγει Κύριος.* Διόπερ ὑπομνῆσαι ἡμᾶς τῆς παροιμιώδους ἐκείνης, ὡς εἶπον, ῥήσεως βουληθεὶς ὁ ἀπλάνητος· *Ἐγώ εἰμι ἡ ὁδός*, τουτέστιν ἡ ὑπὸ Σολομῶνος ῥηθεῖσα, σαφῶς ἑαυτὸν ἐπιδεικνύων ἔφη. Διὰ τοῦτο δὲ καὶ ὁ ἀπόστολος Πέτρος ἐν ταῖς κοιναῖς αὐτῶν Πράξεσι φαίνεται λέγων· *Ἀσφαλῶς οὖν γινωσκέτω πᾶς οἶκος Ἰσραὴλ, ὅτι καὶ Κύριον αὐτὸν καὶ Χριστὸν ὁ Θεὸς ἐποίησε, τοῦτον τὸν Ἰησοῦν ὃν ὑμεῖς* C
ἐσταυρώσατε. Χριστὸν μὲν γὰρ αὐτὸν ἐποίησεν ὁ Πατὴρ, νοητῇ χρίσει χρίσας, διὰ τὴν πρόσληψιν τῆς σαρκός· οὐχ ὡς αὐτοῦ εἰς προκοπὴν ἁγιασθῆναι ὀφείλοντος, ἀλλ' ἵνα διὰ τῆς αὐτοῦ μακαρίας μεσιτείας εἰς ἡμᾶς κατασκηνώσαν τὸ ἅγιον Πνεῦμα τῆς υἱοθεσίας, υἱοὺς ἡμᾶς ποιήσῃ τῆς χάριτος τοῦ Πατρός. Κύριον δὲ, ἐπειδὴ τὴν κατὰ πάντων αὐτῷ ἔδωκεν, ὡς Υἱῷ μονογενεῖ, κυρίαν· ὡς δι' αὐτοῦ πάντων ἡμῶν ῥυσθέντων ἐκ τῆς κακίας τῆς φθορᾶς. Ὁ οὖν ὢν τῇ φύσει Κύριος ἐδείχθη ὢν τῶν ἁπάντων Κύριος, ὅτε φανερὸν αὐτὸν διὰ τῆς ἐνανθρωπήσεως ποιήσας τῇ αὐτοῦ κληρονομίᾳ, ἔλεγεν ὁ Πατήρ· *Αἴτησαι γὰρ, φησὶ, παρ' ἐμοῦ, καὶ δώσω σοι ἔθνη τὴν κληρονομίαν σου, καὶ τὴν κατάσχεσίν σου* D
τὰ πέρατα τῆς γῆς.

Ε'. Ἀλλὰ καὶ λέγουσι πάλιν, ὅτι ὁ εἰρηκὼς, *Ὁ Πατήρ μου μείζων μου ἐστὶν*, οὐ δύναται εἶναι ἴσος· ὅσπερ ἑαυτὸν ὡμολόγησεν ἡττᾶσθαι τῷ Πατρί. Μείζονα δὲ ἐγὼ οὔτε δυνάμει οὔτε τῇ δόξῃ πέπεισμαι εἶναι ἐκ τῶν θείων Γραφῶν τοῦ Υἱοῦ τὸν Πατέρα, ἢ μόνον ὅτι τὸ τοῦ Πατρὸς πρῶτον διὰ τὴν ἀκολουθίαν τῆς φύσεως ὄνομα λαμβάνει. Διόπερ καὶ ὅλως ἐκείνῳ τῷ λόγῳ ὁ εὐγνώμων ἐκεῖνος καὶ ἀληθινὸς καὶ ὅλος γλυκύτης Υἱὸς χρησάμενος φαίνεται. Κεφαλὴ γὰρ τοῦ Υἱοῦ, τουτέστι τοῦ Λόγου, ὁ Πατὴρ ὁ πάνσοφος, οὐκ ἐν πλεονασμῷ τιμῆς ἢ δόξης, ἀλλ'

Vocavit enim *Exstans* non exstantia per *Exstantem*, ut constarent per ipsum non exstantia. Via autem, propterea quod ex illius, ut dixi, incarnatione, veniat Pater ad hominem, et homo appropinquet Deo : *Nemo enim venit ad Patrem, nisi per me* [15]. Ac proinde rursum ait : *Si quis diligit me, sermonem meum servabit; et Pater diliget eum; et ad eum veniemus, et mansionem apud eum faciemus* [16]. Ita ut illud, *Dominus creavit me*, ad incarnationem Verbi, quod est sapientia et virtus Dei, pertineat : quod enim, carne jam assumpta, demonstrando dicturus erat, hoc prædixit tanquam præsens, utpote Deus. Quemadmodum et de direptione vestimentorum suorum videtur per Prophetam prædixisse, qui solus potens ac solus verax est, Dominus : *Diviserunt sibi vestimenta mea, et super vestem meam miserunt sortem* [17]. Quod futurum erat ut fieret, non autem factum fuerat, repetito dicens ipsemet qui verax est. Nihil enim remotum ab oculis Verbi, propter exquisitissimam aciem : siquidem etiam eas res quæ quandoque futuræ sunt, admodum proxime attingit Deus : *Deus* enim, ait, *vicinus ego sum, dicit Dominus* [18]. Quare admonere nos proverbialis illius, ut dicebam, locutionis volens is qui erroris est nescius : *Ego sum via*, inquit : hoc est, ea quæ a Salomone dicta fuerant, manifeste se ipsum demonstrans. Quamobrem etiam apostolus Petrus in communibus eorum Actibus cernitur dicens : *Certo igitur cognoscat universa domus Israel, quoniam et Dominum ipsummet atque Christum Deus fecit hunc Jesum, quem vos crucifixistis* [19]. Christum quidem enim illum fecit Pater, unctione quæ mente concipi debeat, ungens per carnis assumptionem : non quasi ipse opus haberet ut ad profectum sanctificaretur, sed ut propter ejus beatam mediationem, in nobis habitans sanctus Spiritus adoptionis, filios nos efficeret paternæ gratiæ. Dominum autem, quoniam supra omnes ipsi dedit, ceu Filio unigenito, dominationem, omnibus scilicet nobis per ipsum liberatis a malo corruptionis. Qui igitur erat natura Dominus, constitutus est omnium Dominus, quando manifestum illum per incarnationem efficiens sua hæreditate Pater, inquit : *Postula* enim, dixit, *a me, et dabo tibi gentes hæreditatem tuam, et possessionem tuam terminos terræ* [20].

V. At enim dixerunt eum qui dixit : *Pater meus major me est* [21], non posse esse æqualem : quippe qui se ipsum confessus sit inferiorem Patre. Majorem autem ego neque virtute neque gloria, persuasus sum ex divinis Litteris Filio esse Patrem, sed tantum quoniam Patris primo propter ordinem naturæ nomen usurpat. Quocirca etiam illa locutione benignus ille atque verax, totusque dulcedo Filius usus cernitur. Caput enim Filii, Verbi scilicet, sapientissimus Pater, non in excessu honoris et gloriæ, sed in hypostasi paternitatis, secundum

[15] Joan. XIV, 6. [16] ibid. 23. [17] Psal. XXI, 19 [18] Jer. XXIII, 23. [19] Act. II, 36. [20] Psal. II, 8. [21] Joan. XIV, 28.

quam exstat et ipsum. Est enim radix veri Verbi, Pater nempe, qui est verus Deus. *Radicem* etenim, inquit Job, *Verbi ejus inveniemus* [22] : hoc est, de sinu Patris esse Verbum cognoscemus. Radix enim re vera Verbi sinus Dei est naturaliter, quo Verbum radicatum est. Nec quis sic insaniat, aut unquam suspicetur, quod fuerit aliquando cum sapiens Pater Verbum (*non habebat*), sive quod paternum illud et fulgentissimum lumen absque splendore fuerit aliquando. Quam rem nobis indicare manifestissime volens ipse Dominus, in Evangeliis dicit : *Qui vidit me, vidit Patrem* [23]. In splendore enim omnino luminis cognoscitur claritas. Et rursum : *Non credis quoniam ego in Patre, et Pater in me est* [24]? Dicit autem etiam de indivulsa sui in Patre inexsistentia : *Ego et Pater unum sumus* [25]. Neque enim creato Verbo omnipotens Deus uti maluisset. Caruisset enim ipse sic ante generationem eo, quod habet propter ipsum.

VI. Et hæ quidem, atque his similes sunt nostræ vindiciæ. Adversarii autem veritatis iterum ex evangelicis vocibus excipientes dicunt, nescire Filium futuram judicii diem vel horam, sed Patrem tantummodo [26]; ideoque non esse illum ex substantia Patris. Ego autem dico, imo vero sana ratio, quod idcirco istud dixit is, qui omnia habet quæ Patris sunt in magnificentia honoris (cujus re vera recordatus est qui re vera Filius est Patris, veluti cum dicit : *Nemo bonus nisi solus Deus* [27]; et : *Non est meum dare, sed quibus paratum est a Patre* [28]), ut cognoscamus nos manifeste, quoniam non tanquam ex propria potestate hoc definiens scire se asserit, sed quoniam in Patris voluntate aut conscientia novit hoc etiam ipse : Verbum est enim ejus, et sapientia, et splendor. Quocirca et inseparabilis est, quemadmodum natura et voluntate, etiam prædestinationibus, a Patre : *Ego* enim, inquit, *et Pater unum sumus* [29]. Eum etenim qui in inseparabili est proprietate jugiter in sinu Patris, nemo sane dixerit aliter scire quæ Pater novit, nisi quatenus una voluntas est unaque cognitio in Sapiente, et in sapientia Sapientis. Quare et cuncta quæ sunt Filii, operatur Pater, tanquam in Filio, qui vult semper quæcunque vult Pater. Dedit porro ei potestatem judicii faciendi, tanquam hominis Filio : *Et potestatem*, inquit, *dedit ei judicium facere, quia Filius hominis est* [30]. Quomodo et rursus ait : *Data est mihi omnis potestas in cœlo et in terra* [31]. Data est habenti; ut et Patris veritas appareret, et Filii bonitas agnosceretur. Quoniam accipiens per incarnationem quod habet per-communitatem naturæ cum Patre, primam causam liberalitatis nos salvantis non recusavit, Patris scilicet charitatem. Quam tantopere per Filii sui bonitatem in nos effudit, ut participes homines

ἐν ὑποστάσει πατρότητος, καθ' ἣν ἔστι καὶ αὐτός. Ἐπειδὴ ῥίζα τοῦ ἀληθινοῦ Λόγου, τουτέστιν ὁ Πατήρ, ὅπερ ἐστὶν ὁ ἀληθινὸς Θεός. *Καὶ ῥίζαν* γὰρ, φησὶ, *Λόγου, ὁ Ἰὼβ, εὑρήσομεν αὐτοῦ* · τουτέστιν ἐκ τῶν κόλπων τοῦ Πατρὸς εἶναι τὸν Λόγον γνωσόμεθα. Ῥίζα γὰρ ὄντως τοῦ Λόγου, ὁ κόλπος τοῦ Θεοῦ φυσικῶς, ᾧ ὁ Λόγος ἐῤῥίζωται. Μηδὲ γάρ τις οὕτως μανείεν, ἢ ποτε ὑπολάβοιεν, ὅτι ἦν ποτε ὅτε ὁ σοφὸς Πατὴρ τὸν Λόγον, ἢ ὅτι τὸ Πατρικὸν ἐκεῖνο καὶ ὑπέρλαμπρον φῶς ἐκτὸς ἦν ἀπαυγάσματός ποτε. Ὅπερ ἡμῖν σημῆναι σαφέστατα αὐτὸς βουληθεὶς ὁ Κύριος ἐν τοῖς Εὐαγγελίοις λέγει · *Ὁ ἑωρακὼς ἐμὲ, ἑώρακε τὸν Πατέρα* · ἐν γὰρ τῷ ἀπαυγάσματι πάντως ἡ τοῦ φωτὸς γνωρίζεται λαμπρότης. Καὶ πάλιν · *Οὐ πιστεύεις, ὅτι ἐγὼ ἐν τῷ Πατρὶ, καὶ ὁ Πατὴρ ἐν ἐμοί ἐστι;* Λέγει δὲ καὶ περὶ τοῦ ἀδιαιρέτως αὐτὸν εἶναι ἐν τῷ Πατρί · *Ἐγὼ καὶ ὁ Πατὴρ ἕν ἐσμεν.* Οὐ γὰρ κτιστῷ Λόγῳ ὁ παντοκράτωρ ἂν εἵλετο χρήσασθαι Θεός · ἐπεὶ ἔλιπεν αὐτῷ κατὰ τοῦτο πρὸ τῆς γενέσεως, ὅπερ ἔχει δι' αὐτόν.

ϛ'. Καὶ τὰ μὲν οὖν ἡμέτερα δικαιώματα, ταῦτα καὶ τὰ τούτοις ὅμοια. Οἱ δὲ ἐχθροὶ τῆς ἀληθείας πάλιν ἐκ τῶν εὐαγγελικῶν φωνῶν ἐπιλαμβανόμενοι λέγουσι, μὴ εἰδέναι τὸν Υἱὸν τὴν ἐσομένην τῆς κρίσεως ἡμέραν ἢ ὥραν, εἰ μὴ μόνον τὸν Πατέρα · καὶ διὰ τοῦτο μὴ εἶναι αὐτὸν ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ Πατρός. Ἐγὼ δὲ λέγω, μᾶλλον δὲ ὁ ὑγιαίνων λόγος, ὅτι διὰ τοῦτο τὸν Πατέρα μόνον εἰδέναι τοῦτο λέγει ὁ πάντα ἔχων τὰ τοῦ Πατρὸς ἐν μεγαλοσύνῃ τιμῆς (ἧς ὄντως μεμνημένος, ὁ ὄντως Υἱὸς τοῦ Πατρός · ὡς ὅταν λέγῃ · *Οὐδεὶς ἀγαθὸς, εἰ μὴ εἷς ὁ Θεός* · καὶ, *Οὐκ ἔστιν ἐμὸν δοῦναι · ἀλλ' οἷς ἡτοίμασται παρὰ τοῦ Πατρός*), ἵνα γινώσκωμεν ἡμεῖς σαφῶς, ὅτι οὐχ ὥσπερ ἐκ τῆς οἰκείας αὐθεντίας τοῦτο ὁρίσας εἰδέναι ἐπαγγέλλεται, ἀλλ' ὅτι ἐν τῇ τοῦ Πατρὸς βουλήσει, ἤτοι εἰδήσει, οἶδε τοῦτο καὶ αὐτός · Λόγος γὰρ αὐτοῦ ἐστι καὶ σοφία καὶ ἀπαύγασμα. Διόπερ καὶ ἀχώριστός ἐστιν ὡς τῇ φύσει καὶ τοῖς θελήμασι, καὶ τοῖς προορισμοῖς τοῦ Πατρός. *Ἐγὼ* γὰρ, φησὶ, *καὶ ὁ Πατὴρ ἕν ἐσμεν.* Τὸν γὰρ ἐν ἀδιαιρέτῳ τῇ ἰδιότητι ὄντα ἀῖδίως ἐν τοῖς κόλποις τοῦ Πατρὸς, οὐκ ἄν τις ἄλλως εἴποι εἰδέναι ἅπερ οἶδεν ὁ Πατήρ · ὅτι δὴ μία θέλησίς ἐστι καὶ μία γνῶσις εἷς τε τὸν Σοφὸν καὶ τὴν σοφίαν τοῦ Σοφοῦ. Διὸ καὶ πάντα τὰ τοῦ Υἱοῦ ἐνεργεῖ ὁ Πατὴρ ὡς ἐν Υἱῷ, θέλων ἀεὶ πάνθ' ὅσα θέλει ὁ Πατήρ. Δέδωκε καὶ αὐτῷ ἐξουσίαν κρίσιν ποιεῖν, ὡς Υἱῷ ἀνθρώπου · *Καὶ ἐξουσίαν* γὰρ, φησὶν, *ἔδωκεν αὐτῷ κρίσιν ποιεῖν · ὅτι Υἱὸς ἀνθρώπου ἐστί.* Καθὸ καὶ πάλιν λέγει · *Ἐδόθη μοι πᾶσα ἐξουσία ἐν οὐρανῷ καὶ ἐπὶ γῆς.* Ἐδόθη τῷ ἔχοντι, ἵνα καὶ τοῦ Πατρὸς ἡ ἀλήθεια φαίνοιτο, καὶ τοῦ Υἱοῦ ἡ εὐγνωμοσύνη γνωρίζοιτο · ὅτι λαβὼν διὰ τὴν σάρκωσιν ὅπερ ἔχει διὰ τὸ κοινὸν τῆς φύσεως σὺν τῷ Πατρὶ, τὸ πρῶτον αἴτιον τῆς ἡμᾶς σωζούσης φιλοτιμίας οὐκ ἠρνήσατο, τουτέστι τοῦ Πατρὸς τὴν ἀγάπην· ἥντινα τοσοῦτον διὰ τῆς τοῦ Υἱοῦ αὐτοῦ ἀγαθότητος εἰς ἡμᾶς ἐξέχεεν, ὥστε κοινωνοὺς ἀνθρώπους (ὢ τοῦ τηλικούτου καλοῦ!) τῆς

[22] Job XIX, 28. [23] Joan. XIV, 9. [24] ibid. 10. [25] Joan. X, 30. [26] Marc. XIII, 32. [27] Marc. X, 10. [28] Matth. XX, 23. [29] Joan. X, 30. [30] Joan. V, 27. [31] Matth. XXVIII, 18.

ἀπαραβλήτου ἐκείνης καὶ ἀμιάντου γενέσθαι δύνασθαι φύσεως.

Ζ'. Ἀλλὰ λέγουσι πάλιν οἱ δεινοὶ τῆς ἀγνωσίας συνήγοροι, ὅτι οὕτω κατὰ πάντα ἥττων ἐστὶν ὁ Υἱὸς τοῦ Πατρὸς, ὡς καὶ ὑποταγήσεσθαι αὐτὸν τῷ Σωτῆρι (2) τὸν Ἀπόστολον εἰρηκέναι. Καλῶς. Τίς οὖν ἡ αἰτία τοῦ ἄχρι νῦν αὐτὸν μὴ ὑποτετάχθαι, εἰ ὅλως μέλλει ὑποτάσσεσθαι; Εἰ μὲν γὰρ ἥττων ἦν τῇ οὐσίᾳ τοῦ Πατρὸς, τούτῳ αὐτῷ ἦν ὑποτεταγμένος ἐξ ἀρχῆς τῷ Πατρί· εἰ δὲ ἕως μὲν νῦν οὐχ ὑποτέτακται, ὑποταγήσεται δὲ, τί τὸ αἴτιον ἄρα ἢ τῆς νῦν αὐτοῦ ἐλευθερίας, ἢ τῆς τότε δουλείας, ὅτε δεῖ τὴν πᾶσαν ἐλευθερωθῆναι κτίσιν ἐπὶ δόξῃ τοῦ Θεοῦ; Μανία δεινή. Εἰ γὰρ ἄνθρωπος μὲν μέλλει ἐξομοιοῦσθαι Θεῷ, καὶ κοινωνὸς τῆς θείας γενέσθαι φύσεως ἐν ἐλευθερίᾳ τοῦ Πνεύματος· ὁ δὲ Υἱὸς τότε μέλλει ὑποτάσσεσθαι τῷ Πατρὶ, μεθ' οὗ πάντα πεποίηκε· τί ἄν τις περὶ τούτου λογιῆται (3); Ἔρημα ἅπαντα, κατ' αὐτοὺς, λογικῶν ἀποδείξεων. Ἐγὼ δὲ λέγω, ὑποταγὴν εἶναι τοῦ Υἱοῦ, τὸ ἐμὲ, τουτέστι τὸ αὐτοῦ μέλος, ἐν προσώπῳ Χριστοῦ ὑποταγῆναι τῷ Θεῷ· ὅπερ ἐστὶ κολληθῆναι τῇ ἀγάπῃ τοῦ Πατρὸς, καὶ ἄλλο μηδὲν θέλειν, ἢ ἃ θέλει ὁ Θεός· *Τὰ πάντα ἐν πᾶσιν ἵνα ᾖ ὁ Θεός*. Διόπερ καὶ τὸν ψαλμῳδὸν ἔχομεν λέγοντα· *Οὐχὶ τῷ Θεῷ ὑποταγήσεται ἡ ψυχή μου; παρ' αὐτῷ γὰρ τὸ σωτήριόν μου.* Ἑνώσει γὰρ πάντως ὁ Υἱὸς ὡς μεσίτης ἐν τῇ ἑαυτοῦ σαρκὶ τὸν υἱὸν τῆς μεσιτείας· ἐμὲ, πάλιν λέγω, τῷ Πατρί· ἵνα τελείως πληρώσῃ τὸ σχῆμα τῆς καταλλαγῆς. Κεφαλὴ γὰρ τῆς πάσης υἱότητος, ὁ φυσικὸς Υἱὸς τοῦ Πατρός. Διὸ καὶ ἐν αὐτῷ ὁμιλοῦμαι ἐγώ· διὰ τοῦτο γὰρ καὶ ἱερεὺς ἢ μετὰ τὴν κρίσιν ἐνώπιον τοῦ Πατρός· ὑπὲρ δὲ τῆς αὐτοῦ καταρτισθείσης υἱοθεσίας, υἱοπρεπῶς μὲν διὰ τὴν φύσιν, ἀρχιερατικῶς δὲ διὰ τὴν μεσιτείαν, προσάγων εὐχαριστήρια τῷ Πατρί· *Ἀπαγγελῶ* γὰρ, φησὶ, *τὸ ὄνομά σου τοῖς ἀδελφοῖς μου· ἐν μέσῳ Ἐκκλησίας ὑμνήσω σε.* Ἅπερ ὁ Ἀπόστολος προθεασάμενος τῷ Πνεύματι, *Τότε καὶ αὐτὸς ὁ Υἱὸς ὑποταγήσεται*, ἔφη, *τῷ ὑποτάξαντι αὐτῷ τὰ πάντα· ἵνα ᾖ ὁ Θεὸς τὰ πάντα ἐν πᾶσιν.* Ὅπως ἂν γνῶμεν σαφῶς ἐξ ἑνὸς αἰτίου, τουτέστιν ἐκ τῆς τοῦ Πατρὸς εἶναι τὰ πάντα ἀληθείας· *Ὅ τε γὰρ ἁγιάζων*, φησὶ, *καὶ οἱ ἁγιαζόμενοι ἐξ ἑνὸς πάντες.* Ὅθεν γινώσκομεν, ὅτι ἀγέννητος μὲν Υἱός· ἁγιάζει γάρ· γεννητοὶ δὲ ἡμεῖς· ἁγιαζόμεθα γάρ. Διόπερ ὁ μὲν Υἱὸς υἱοπρεπῶς μὲν καὶ ἀρχιερατικῶς ὑπὲρ ἡμῶν, ὡς ἔφην, δοξάσει τὸν Πατέρα· προσάγων ἡμᾶς αὐτῷ τὴν κληρονομίαν ἑαυτοῦ· ὅπερ ἐστὶ παραδοῦναι τὴν βασιλείαν τῷ Θεῷ καὶ Πατρὶ, ὡς ὢν ἐκ τῆς αὐτοῦ μακαρίας φύσεως· πατρικαῖς προσρήσεσιν ὑπὸ τοῦ Πατρὸς ἀντιδοξαζόμενος· *Παρὰ σοῦ* γὰρ, φησὶ, *ὁ ἔπαινός μου ἐν Ἐκκλησίᾳ μεγάλῃ λέγει.* Ἐκκλησίαν δὲ μεγάλην, τὴν ἐσομένην τῶν τε ἁγίων ἀγγέλων καὶ τῶν δικαίων ὁμήγυριν· ἡμῖν δὲ ὡς δούλοις ἐλευθερωθεῖσι πρέπει, ἵνα τὴν αὐτοῦ με-

(proh immensam bonitatem!) incomparabilis illius et incontaminatæ esse potuerint naturæ.

VII. Sed iterum dicunt isti vehementes ignorantiæ patroni, quod eousque per omnia inferior est Filius Patre, ut Apostolus de Salvatore dixerit, ipsum subjectum iri [33]. Optime. At quænam causa est, quod adhucdum ipse subjectus non sit, si omnino subjiciendus est? Si enim inferior erat Patre quoad essentiam, hoc ipso subjiciebatur Patri a principio: sin vero hactenus nequaquam subjectus est, subjicietur autem; quæ causa est ergo vel præsentis ejus libertatis, vel futuræ tunc servitutis, cum oporteat universam liberari creaturam in Dei gloria [33]? Furor est, furor. Si enim hominem quidem assimilari oportet Deo, foreque participem divinæ naturæ [34] in libertate Spiritus; Filiusne tunc subjiciendus est Patri, quocum universa operatus est? Quid aliquis possit de hac re cogitare? Carent omnia, secundum istos, rationabili demonstratione. Ego autem dico, subjectionem esse Filii, quod egomet, membrum scilicet ejus, in persona Christi subjicior Deo: videlicet agglutinor charitati Patris, nihilque aliud volo quam quæ vult Deus, ut *Omnia in omnibus sit Deus* [35]. Quapropter et Psalmistam habemus dicentem: *Nonne Deo subjecta erit anima mea? apud ipsum enim salutare meum* [36]. Uniet enim omnino Filius, quippe mediator, in sua carne filium mediationis; me, iterum dico, Patri; ut perfecte adimpleat formam reconciliationis. Caput est enim totius filiationis Filius naturalis Patris. Idcirco etiam in illo conversor ego: propter hoc enim etiam sacerdos fuerit post judicium coram Patre. Ob suam autem perfectam adoptionem, ut Filium quidem decebat, propter naturam, ut pontificem vero, propter mediationem, offerens gratiarum actiones Patri: *Annuntiabo*, inquit, *nomen tuum fratribus meis: in medio Ecclesiæ laudabo te* [37]. Quæ Apostolus ante contemplatus spiritu: *Tunc et ipse Filius subjicietur*, inquit, *ei qui subjecit sibi universa; ut sit Deus omnia in omnibus* [38]. Quo manifeste cognoscamus, ex unica causa, videlicet Patris veritate, constare omnia: *Qui enim sanctificat*, inquit, *et qui sanctificantur, ex uno omnes* [39]. Hinc cognoscimus quod infectus quidem sit Filius, quia sanctificat; nos vero facti, quia sanctificamur. Quare Filius quidem, qua Filium ac pontificem decet, pro nobis, sicut dicebam, glorificabit Patrem, adducens nos ad illum hæreditatem illius (quod est *tradere regnum Deo et Patri* [40]), quippe qui exsistit ex illius beata natura: paternis allocutionibus a Patre vicissim glorificatus: *A te* enim, inquit, *laus mea in Ecclesia magna* [41]. Dicit vero Ecclesiam magnam eum, qui futurus erat cum ex angelis sanctis, tum ex justis, cœtus communis. Nobis

[33] I Cor. xv, 28. [34] Rom. viii, 21. [35] II Petr. i, 4. [36] I Cor. xv, 28. [37] Psal. lxi, 2. [38] Psal. xxi, 23. [39] I Cor. xv, 28. [40] Hebr. ii, 11. [41] I Cor. xv, 24. [42] Psal. xxxiv, 18.

(2) Σωτῆρι. Leg. Πατρί. Forte scriptum erat πρὶ pro πατρί

(3) Λογιῆται· Λογιεῖται.

autem veluti servis in libertatem assertis convenit, ut ejus magnificentissimam indesinenter laudemus bonitatem : eum qui sacerdotii sui divinitus bona largitur cum Spiritu æquali gloria celebrantes, quemadmodum nunc et in sæcula.

VIII. Et sane quidnam in animo versant ii, qui nolunt hoc modo subjectionem intelligere? Si enim non amplius sessurum Filium cum Deo supponunt, delirant etiam atque etiam. Qui enim fieri potest, ut ille qui aliquando cum Patre consedit (nolunt enim omnino dicere, eum qui semper considet, pauperculis sunt enim admodum cogitationibus) in novitate beatorum illorum sæculorum hujusmodi careat honore? Quod si regni abdicationem importare contendunt istam subjectionem : hoc pacto injustitiæ postulant Deum, quod illum qui sic perfecte ejus voluntatem omnem implevit, inferiorem eo quem ipse habet, honore effecturus est; cum oporteret ipsum, etsi æqualis Patri non esset, quomodo suspicantur, æternis honoribus dignari, quippe qui omnia adimpleverit ad mentem Patris. Atque apud homines quidem, qui regno dignus habetur, regnat quandiu vivit. At illi semper vivens Dei Verbum, non amplius regnaturum contendunt : et quidem quando regno ipsius subjecta erant omnia ; per hoc quod damnentur quidem impii ab ipso in ignem æternum, regnent autem cum illo qui diligunt eum, in lumine æterno ; hoc est, exsultent in regno ejus in omnia sæcula, tanquam quibus per illius potentiam omnia subjecta fuerint. Sicut enim in persona Christi adoptio subjicietur Patri ; sic per Christi virtutem subjicientur omnia iis qui sunt Christi, ut *sit Deus omnia in omnibus* [42]. Divulgato igitur Patre per gratiam sancti Filii ejus sanctique Spiritus in omnes sanctos, una voluntas de cætero erit Dei et hominum. Quem regnare usque dum ponat inimicos ejus sub pedibus ejus [43], Apostolus ait, ut paucis comprehendam (quid enim irrationabilium hominum prolixius stultitiam persequar?) : qui non ad tempus regnum illius, quomodo arbitrantur hi, definierit esse, sed quoniam post adimpletum judicium hominum, ac postquam reddiderit unicuique secundum opera sua, pontificalem deinceps formam regni gloriabundus ostendet (quamobrem et pontificem illum vocat futurorum bonorum [44]), non amplius quidem judicans, explevit enim judicium, sed paterna bona hæreditati suæ tanquam pontifex suppeditans in æternum. Quoniam regni quidem proprium est judicare, pontificatus vero, propriis jucundari bonis eos, qui ignem per puritatem superarunt judicii. Regnat enim tanquam Filius, sed amat ut Pater : *Ecce* enim inquit, *ego et filii, quos mihi dedit Deus* [45]. Sacerdotio autem fungitur ut Christus ; charitatem in charitate sacerdotali administratione exercens utpote Verbum. Itaque nequaquam tunc

A γαλοπρεπῆ ἀκαταπαύστως ὑμνήσωμεν ἀγαθότητα· τὰ τῆς ἱερωσύνης αὐτοῦ θεοπρεπῶς δωρούμενον ἀγαθὰ σὺν τῷ Πνεύματι ὑμνοῦντες ἰσοδόξως, ὡς καὶ νῦν εἰς αἰῶνας.

Η'. Ἐπεὶ τί ἄρα ἐννοοῦσιν οἱ μὴ θέλοντες οὕτω τὴν ὑποταγὴν ἐννοεῖν; Εἰ γὰρ μηκέτι συγκαθήσεσθαι τὸν Υἱὸν ὑπολαμβάνουσι τῷ Θεῷ, λῆρον μέγαν ληροῦσι. Πῶς γὰρ ἐνδέχεται τὸν ἅπαξ συγκαθεσθέντα τῷ Πατρὶ (οὐ θέλουσι γὰρ πάντως εἰπεῖν τὸν ἀΐδιως συγκαθεζόμενον· ἐπειδὴ μεγάλως πένονται ταῖς ἐννοίαις) εἰς τὴν τῶν αἰώνων ἐκείνων τῶν μακαρίων καινότητα τῆς τοιαύτης ὀτερηθῆναι τιμῆς; Εἰ δὲ βασιλείας ἀπόθεσιν τὴν ὑποταγὴν εἶναι νομίζουσι, οὕτως ἀδικίας κατηγοροῦσι τοῦ Θεοῦ· ὅτι τὸν πᾶσαν B αὐτοῦ τὴν βουλὴν οὕτω τελείως πληρώσαντα, ἧττονα ἧς ἔχει τιμῆς μέλλει ποιεῖν· ὅτε δεῖ αὐτὸν, εἴπερ μὴ ἦν ἴσος, ὡς ὑπονοοῦσι, τῷ Πατρὶ, αἰωνίων τιμῶν ἀξιωθῆναι, ὡς πάντα κατὰ τὸν νοῦν πληρώσαντα τοῦ Πατρός. Καὶ παρὰ μὲν ἀνθρώποις, ὁ τῆς βασιλείας ἀξιούμενος, τὸν ἅπαντα αὐτοῦ χρόνον βασιλεύει· ἐκεῖνοι δὲ, τὸν ἀεὶ ζῶντα τοῦ Θεοῦ Λόγον μηκέτι βασιλεύειν (4) ἀποφαίνονται· καὶ τοῦτο, ὅτε τῇ αὐτοῦ βασιλείᾳ ὑποταγῇ τὰ σύμπαντα· εἰς τὸ κριθῆναι μὲν ὑπ' αὐτοῦ τοὺς ἀσεβεῖς ἐν πυρὶ αἰωνίῳ, συμβασιλεῦσαι δὲ αὐτῷ τοὺς ἀγαπῶντας αὐτὸν ἐν φωτὶ ἀΐδίῳ· τουτέστιν, ἐναγαλλιασθῆναι τῇ αὐτοῦ βασιλείᾳ εἰς πάντας τοὺς αἰῶνας, ὡς διὰ τῆς αὐτοῦ δυνάμεως ὑποταγέντων αὐτοῖς πάντων. Ὃν γὰρ τρόπον ἐν προσώπῳ Χριστοῦ ὑποταγήσεται ἡ υἱοθεσία C τῷ Πατρὶ, οὕτως διὰ τῆς δυνάμεως τοῦ Χριστοῦ ὑποταγήσεται τὰ πάντα τοῖς τοῦ Χριστοῦ, *Ἵνα ᾖ ὁ Θεὸς τὰ πάντα ἐν πᾶσιν*. Ἐφαπλωθέντος γὰρ λοιπὸν τοῦ Πατρὸς διὰ τῆς χάριτος τοῦ ἁγίου αὐτοῦ Παιδὸς καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος εἰς πάντας τοὺς ἁγίους, μία θέλησις λοιπὸν ἔσται Θεοῦ τε καὶ αἰώνων (5)· ὄντινα βασιλεύειν ἄχρις οὗ ἂν θῇ τοὺς ἐχθροὺς αὐτοῦ ὑπὸ τοὺς πόδας αὐτοῦ, ὁ Ἀπόστολος ἔφη, ἵνα συντόμως εἴπω (τί γάρ μοι τὰς τῶν ἀλογίστων ἐπὶ πολὺ διεξιέναι ἀνοίας;)· ὃς οὐ πρὸς καιρὸν αὐτοῦ τὴν βασιλείαν, ὡς ἐκεῖνοι ὑπολαμβάνουσιν, ὁρισάμενος εἶναι, ἀλλ' ὅτι μετὰ τὸ πληρῶσαι τὴν κρίσιν αὐτῶν, καὶ ἀποδοῦναι ἑκάστῳ κατὰ τὰ ἔργα αὐτοῦ, ἀρχιερατικὸν λοιπὸν τὸ σχῆμα τῆς βασιλείας ἐνδείξεται· διὸ καὶ ἀρχιερέα αὐτὸν λέγει τῶν D μελλόντων ἀγαθῶν· οὐκέτι μὲν κρίνων (πεπλήρωκε γὰρ τὴν κρίσιν), ἀλλὰ τὰ πατρῷα ἀγαθὰ τῇ αὐτοῦ κληρονομίᾳ, ὡς ἀρχιερεὺς χορηγῶν αἰωνίως. Ἐπειδὴ βασιλείας μὲν ἴδιον τὸ κρῖναι, ἀρχιερωσύνης δὲ, τὸ ἰδίοις εὐφραίνειν ἀγαθοῖς, τοὺς τὸ πῦρ δι' ἁγνείαν ὑπερβάντας τῆς κρίσεως. Βασιλεύει μὲν γὰρ ὡς Υἱὸς, στέργεται δὲ ὡς Πατήρ· *Ἰδοὺ* γὰρ, φησὶν, *ἐγὼ καὶ τὰ παιδία, ἃ μοι ἔδωκεν ὁ Θεός*· ἱερεύει δὲ ὡς Χριστὸς, τὴν ἀγάπην ἐν ἀγάπῃ ἱερεύων ὡς Λόγος. Ὥστε οὐ τότε ὁ Πατὴρ ἐν ἀγνωσίᾳ βασιλεύσει ὁ τῶν αἰώνων βασιλεύς. *Αὐτῷ* γὰρ, φησὶν ὁ Δανιὴλ, *ἐδόθη ἡ ἀρχὴ, καὶ ἡ τιμὴ, καὶ ἡ βασιλεία, καὶ πάντες*

[42] I Cor. xv, 28. [43] ibid. 25. [44] Hebr. ix, 11. [45] Isa. viii, 18.

(4) *Βασιλεύειν*. Forte βασιλεύσειν.
(5) *Αἰώνων*. Legendum videtur ἀνθρώπων. Scriptum forte fuerit $\overline{\text{ανων}}$.

οἱ λαοὶ, φυλαὶ, γλῶσσαι δουλεύσουσιν αὐτῷ. Ἡ ἐξουσία αὐτοῦ, ἐξουσία αἰώνιος, ἥτις οὐ διαφθαρήσεται. Ἀλλ' ὡς τότε κρίνει, ἵνα ὑποταγέντων αὐτῷ πάντων διὰ τῆς κρίσεως, καὶ αὐτοῦ τοῦ θανάτου διὰ τῆς πάντων ἀναβιώσεως ἀναλωθέντος (Ἔσχατος γὰρ, φησὶν, ἐχθρὸς καταργεῖται ὁ θάνατος), ἅγιόν τινα καὶ πολύδοξον κόσμον καταρτίσῃ τῷ Πατρὶ, πάθους μὲν παντὸς ἄμοιρον, δόξῃ δὲ ἀγάπης ἀπαύστως ἐχόμενον.

Pater, sæculorum rex, in ignoratione regnabit: *Ipsi* enim, inquit Daniel, *datum est imperium, et honor, et regnum : universique populi, tribus, linguæ servient ei. Potestas ejus, potestas æterna quæ non corrumpetur* [46]. Sed sic tunc judicat, ut subjectis sibi omnibus per judicium, ipsaque morte per omnium resurrectionem consumpta : *Novissimus enim* inquit, *inimicus destruetur, mors* [47] : sanctum quemdam atque gloriosissimum mundum Patri coagmentet, passionis quidem omnis expertem, gloria autem charitatis indesinenter compactum.

Θ'. Μὴ οὖν ἀθετείσθω παρὰ τῶν ἀσεβῶν ὁ ἀγαθὸς ἡμῶν Θεὸς Ἰησοῦς Χριστὸς, ὁ καὶ πασῶν τῶν ἐν οὐρανοῖς δυνάμεων Κύριος, ὁ βασιλεὺς ὁ αἰώνιος, τὸ ἀπαύγασμα τῆς δόξης, ὁ ἀψευδὴς χαρακτὴρ τῆς τοῦ Πατρὸς ὑποστάσεως, ὁ τῶν τοῦ Πατρὸς διανοημάτων ἀδιαίρετος κοινωνὸς, ὁ ἐκ τοῦ ὄντος ὢν καὶ ἐν τῷ ὄντι ὤν, ὁ καλὸς ἀγελάρχης πασῶν αὐτοῦ τῶν λογικῶν ἀγελῶν, ὁ πασῶν τῶν νοερῶν φύσεων σοφώτατος ἁρμονεύς· ὁ τῆς Μεγάλης βουλῆς γενόμενος ἄγγελος, ἵνα καὶ ἀνθρώποις ποτὲ βατὸν ποιήσῃ τὸ αἰθέριον κάλλος· ὁ τὴν ἀνθρωπίνην φύσιν ὡς θώρακά τινα ἐνδυσάμενος εὐπρεπῆ, ἵνα ἀγάπῃ τρώσῃ τὸν τοῦ μίσους εὑρετήν· ὁ ταῦτα θέλων ἀεὶ, ἅπερ ὁ Πατὴρ θέλει. Ἐπὶ μὲν γὰρ ἄλλων τις εὑρήσει τι τὸν Πατέρα διανοούμενον καὶ τὸν Υἱὸν ἑτέρως· ἐπειδὴ ἡ τομὴ τῆς φύσεως διάφορα ἡμᾶς παρασκευάζει φέρειν ἐνθυμήματα· ὁ δὲ, ἐπειδὴ μένει ἀδιαιρέτως ἐν τοῖς κόλποις τοῦ Πατρὸς, ταῦτα πάντως καὶ θέλει καὶ ποιεῖ, ἅπερ ὁ Πατὴρ θέλει. Οὐ γὰρ στενώτερός ἐστι τῶν τοῦ Πατρὸς διανοημάτων, ἵνα ψεύδηται τῇ ἐνεργείᾳ τὰς τοῦ Πατρὸς βουλήσεις, ἢ ὅλως μὴ δύναιτο ποιεῖν ἅπερ ὁ Πατὴρ ποιεῖ· ἀλλ' ὢν Θεὸς ἐκ Θεοῦ, πάνθ' ὅσα θέλει ὁ Πατὴρ, πάντως θέλει· διὸ καὶ δύναται ἅπερ ὁ Πατὴρ δύναται. Ὥσπερ γὰρ ὁ Πατὴρ, φησὶν, ἐγείρει τοὺς νεκροὺς καὶ ζωοποιεῖ, οὕτως καὶ ὁ Υἱὸς οὓς θέλει ζωοποιεῖ. Θέλει δὲ ὅσα καὶ ὁ Πατὴρ βούλεται. Λόγου γὰρ πάντως ἴδιον τὸ τὴν βούλησιν θέλειν τοῦ οὗπέρ ἐστι Λόγος. Τὰ αὐτὰ δὲ καὶ περὶ τοῦ ἁγίου καὶ προσκυνητοῦ διαλογίζεσθαι Πνεύματος. Καὶ γὰρ αὐτοτέλειόν ἐστι καὶ παντοδύναμον, καὶ πάσης συνέσεώς τε καὶ ζωῆς δωρητικὸν, ὡς ἐν τῇ δόξῃ ὑπάρχον τοῦ Πατρὸς καὶ τοῦ Υἱοῦ. Πνεῦμα γὰρ καὶ αὐτὸς ὁ νῦν ἐν μορφῇ Λόγος, καὶ τὸ Πνεῦμα πάνσοφον· ἐπειδὴ σοφώτατον Πνεῦμα. Ἡ πηγὴ τούτων, ὁ Πατήρ. Διὸ δὴ καὶ αὐτοσέβαστόν τέ ἐστι καὶ προσκυνητὸν, καὶ Κύριον· ὡς ἐκ τῆς τοῦ Κυρίου καὶ Πατρὸς δόξης ἐκπορευόμενον, καὶ ἐν μιᾷ δόξῃ τῷ Πατρὶ καὶ τῷ Υἱῷ συνδοξαζόμενόν τε καὶ συμπροσκυνούμενον, καὶ νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

IX. Nequaquam igitur exauctoretur ab impiis optimus Deus noster Jesus Christus, qui est etiam omnium cœlestium potestatum Dominus, qui rex est æternus, splendor gloriæ, genuinus character substantiæ Patris, paternarum cogitationum particeps indivulsus, ex exstante exstans, et in exstante exstans, Pastor bonus omnium suorum rationabilium gregum, spiritualium naturarum omnium sapientissimus moderator; magni consilii effectus Angelus, ut etiam hominibus aliquando accessibilem redderet æthereum pulchritudinem; qui humanam naturam veluti thoracem quemdam elegantissimum induit, ut charitate vulneraret odii auctorem; qui eadem vult semper, quæ Pater vult. In aliis rebus quidem inveniat quis patrem aliter cogitantem atque filius : siquidem naturæ sectio diversas nos efficit gerere cogitationes : hic autem quoniam indivulse manet in sinu Patris, eadem omnino et vult et facit quæ Pater vult. Neque enim angustioribus est, quam Pater, cogitationibus, ut aberret operatione a Patris consiliis, vel prorsus nequeat facere quæ Pater facit. Sed cum sit Deus de Deo, quæcunque Pater vult, omnino vult : quare etiam potest, quæcunque Pater potest : *Quemadmodum* enim, inquit, *Pater resuscitat mortuos et vivificat, sic et Filius quos vult vivificat* [48]. Vult autem quæcunque Pater desiderat. Etenim Verbi usquequaque proprium est id velle, quod vult is cujus est Verbum. Eadem etiam de sancto et adorabili cogitanda sunt Spiritu. Etenim per se perfectus est et omnipotens, omnisque intellectus atque vitæ largitor, utpote qui in gloria est Patris et Filii. Spiritus etenim, est etiam Verbum, quod nunc formam habet, et quidem Spiritus omniscius : nam sapientissima res est Spiritus. Fons horum est Pater. Idcirco etiam per se venerabilis est, et adorabilis, et Dominus : utpote qui ex Domini et Patris gloria procedit, et in una gloria cum Patre et Filio simul adoratur et conglorificatur, et nunc, et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

[46] Dan. VII, 14. [47] I Cor. XV, 26. [48] Joan. V, 21

AD LECTOREM DE SEQUENTI OPUSCULO

(*Biblioth. PP. Lugdun.*, V, 884.)

Quo tempore vixerit sanctus Diadochus, adhuc quærimus. Fuisse tamen ex numero veterum Patrum testis est sanctus Maximus confessor, qui Heraclio imperatore, et Honorio pontifice adversus Monothelitas certavit et scripsit. Is enim in Responsis de obscurioribus locis Scripturæ, *ad Thalassium, sancti hujus auctoris meminit, et hujus libri caput centesimum,* De igne purgatorio *citat, et interpretatur, id quod auctoritatem Diadochi non parum commendat. Appellat præterea patrem Diadochum honoris, ut mihi quidem videtur, et reverentiæ gratia. Meminit deinde Photius in* Bibliotheca *sua, id est, in libris a se lectis, his verbis quæ nos ad verbum interpretati sumus : « Legi librum centum capitibus comprehensum cum decem definitionibus vice proœmii : prima fidei*, Cogitatio de Deo expers omnis passionis ; *secunda spei*, Peregrinatio mentis ad ea, quæ sperantur; *tertia patientiæ*, Cernere oculis mentis Deum invisibilem, perinde ut si esset visibilis, atque ita perdurare ; *quarta non avari*, Ita velle non habere, ut alius vult habere ; *quinta scientiæ*, Se ipsum nescire extra se positum in Deo ; *sexta humilitatis*, Continua oblivio suorum recte factorum ; *septima vacuitatis iræ*, Vehemens desiderium non irascendi ; *octava castimoniæ*, Sensus semper Deo adhærescens ; *nona charitatis*, Valde eos diligere, a quibus injuriam quis patitur ; *decima perfectæ immutationis*, Reputare acerbitatem mortis, gaudium in Dei oblectatione. *His definitionibus subjecta sunt capita centum. Est autem hic liber iis compositus, qui se ad perfectionem exercent, et iis, qui ipsis actionibus perficientibus exercitati sunt, scientia enim per experientiam percepta facile verbis docetur. Auctor vero, ut inscriptio ipsius libri testatur, Diadochus est, episcopus Photices, quæ est in vetere Epiro. »* Hactenus Photius Constantinopolitanus.

Reperi in alio exemplari hanc inscriptionem, quæ potest esse vice περιοχῆς *argumentum et propositum explicantis.* Sermones judicii, et discretionis spiritualis Diadochi, episcopi Photices Epiri, de cogitatione, et scientia, quomodo ad perfectionem vitæ, duce Deo, pervenire oporteat, ut quisque nostrum secundum figuram evangelicæ parabolæ fructum feramus.

DIADOCHI EPISCOPI PHOTICES

IN VETERE EPIRO ILLYRICI,

CAPITA CENTUM DE PERFECTIONE SPIRITUALI

Francisco Turriano Societatis Jesu interprete.

CAPUT I.

De tribus virtutibus, quæ tanquam duces debent antecedere contemplationem mentis spiritualem.

Omnem spiritualem contemplationem, fratres, antecedant, tanquam duces, fides, spes, charitas, sed magis charitas : fides enim, et spes, docent contemnere ea quæ videntur ; charitas vero animam cum ipsis illis Dei virtutibus copulat, pervestigans sensu quodam mentis eum, qui videri non potest.

CAPUT II.

Quomodo, et quando homo efficiatur bonus.

Solus Deus est natura bonus : homo autem studio bonorum morum efficitur bonus ; dum mutatur in id boni quod ex seipso non est, per eum qui vi sua bonus est, tunc scilicet, cum anima studio virtutis tantum Deo adhæret, quantum pro viribus operando adhærere vult ; ait enim Dominus : *Estote boni et misericordes, sicut Pater vester cœlestis*[1].

[1] Luc. VI, 36.

CAPUT III.

De peccato, quomodo et quando, incipiat esse.

Malum nec est in natura, nec est quisquam natura malus : Deus enim non fecit malum. Quando autem in desiderio cordis aliquis format id quod non exsistit re ipsa, tunc incipit esse, quatenus vult, qui id facit. Oportet igitur studio recordationis Dei et omnis operis boni, negligere habitum mali : plus enim potest natura boni, quam habitus mali, quandoquidem illud quidem est, hoc vero non est, nisi cum agitur tantum.

CAPUT IV.

Quando, et quomodo assequamur, ut simus ad similitudinem Dei.

Omnes homines sumus ad imaginem Dei, illud autem ad similitudinem illorum tantum est, qui per multam charitatem, libertatem suam Deo in servitutem addixerunt. Quando enim non sumus nostri, tunc similes sumus ei qui nos sibi per charitatem

reconciliavit, quod nemo assequetur, nisi persuaserit animæ suæ non admirari levem vitæ hujus gloriam.

CAPUT V.

Quomodo faciendum sit, ut voluntas ad bonum tantum sit prompta.

Liberi arbitrii potestas est voluntas animæ rationalis, quæ prompte movetur quo velit : cui quidem tunc suadebimus, ut ad bonum tantum prompta sit, cum memoriam mali cogitationibus consumpserimus.

CAPUT VI.

Quid sit lumen veræ scientiæ, et quid usus hujus luminis in mente efficiat.

Lumen veræ cognitionis est discernere sine lapsu rectum a pravo. : quod quidem cum fit, tunc via justitiæ, quæ ad Deum solem justitiæ mentem ducit, ultra in infinitam scientiæ illuminationem illam ipsam mentem introducit, tanquam quærentem jam deinceps cum fiducia charitatem. Quare oportet, justitiam ab iis qui illam contumelia afficere audent, indignatione non irata eripere : zelus enim pietatis, non habendo quemquam odio, sed arguendo ostenditur.

CAPUT VII.

Quid efficiat sermo spiritualis, et quod exercitatio charitatis afferat facultatem et copiam ad loquendum de Deo.

Sermo spiritualis sensum mentis explet ; operatio enim charitatis a Deo fertur, quamobrem non torquetur mens nostra tunc tractatione rerum divinarum. Non enim illo tempore inopiam, quæ sollicitudinem affert, patitur : quippe quæ tantum se contemplationibus dilatat, quantum operatio charitatis vult. Quare pulchra res est, exspectare semper fide per exercitationem charitatis, lumen dicendi. Nihil enim egentius illa mente, quæ de Deo extra Deum philosophatur.

CAPUT VIII.

Quomodo accedendum sit ad loquendum de divinis rebus.

Nec oportet non illuminatum intendere mentem spiritualibus contemplationibus, neque copioso lumine benignitate Spiritus sancti repletum, statim ad loquendum accedere. Ubi enim est inopia, ea affert ignorantiam : ubi copia, non sinit loqui. Tunc enim anima, charitate Dei velut ebria, expetit per silentium contemplatione gloriæ Domini perfrui. Quamobrem opus est, observata mediocritate illuminationis, ad loquendum de divinis rebus devenire : hæc enim mensura formam quamdam sermonis gloriosi præbet; copiosa vero illuminatio fidem nutrit loquentis in fide, ut qui docet, primus fructum scientiæ gustet per charitatem. *Laborantem* enim, inquit, *agricolam primum oportet de fructibus percipere.*

CAPUT IX.

De charismate cognitionis et charismate sapientiæ, quomodo utrumque illuminet, et quomodo utrumque acquiratur[1].

Unius quidem Spiritus sancti sunt charismata, sapientia et cognitio, sicut cætera omnia divina charismata ; propriam vero, ut singula alia, habent operationem. Quamobrem aliis sermonem sapientiæ, aliis sermonem scientiæ, sive cognitionis, secundum eumdem Spiritum, tribui testatur Apostolus[2], cognitio enim experimento copulat hominem cum Deo, non excitando animam ad loquendum de rebus. Ex quo fit, ut aliqui ex iis, qui vitam solitariam in] studio virtutis degunt, illuminentur quidem ab ipsa cognitione in sensu ; ad sermones vero de rebus divinis non accedunt. Sapientia vero, si cui metu Dei, quod rarum est, tribuatur, ipsas cognitionis operationes manifestat ; quandoquidem cognitio quidem operatione, sapientia vero sermone solet illuminare. Verum cognitionem quidem oratio affert, et quies multa in vacuitate perfecta sollicitudinis; sapientiam vero exercitatio sanctarum Scripturarum non ambitiosa, et in primis gratia largientis Dei.

CAPUT X.

Quid curandum, cum irascibilis movetur adversus passiones; et quid faciendum, ne passiones per orationem, vel per eleemosynam sedatæ superbiam gignant.

Quando ea pars animæ irascitur, quæ adversus passiones movetur, scire oportet tempus esse silentii, est enim tempus luctæ ; cum vero viderit quis ipsius animæ motus inconstantes, vel per orationem, vel per eleemosynam sedari, afficiatur amore et studio Scripturarum, alas mentis vinculo humilitatis firmans. Nemo enim, nisi sese valde submittat, et se pro nihilo ducat, poterit de amplitudine Dei narrare.

CAPUT XI.

Cur sapientia spiritualis non sit ambitiosa ; sapientia vero hujus mundi sit ; et unde exsistat hæc proprietas sapientiæ spiritualis.

Spiritualis sermo semper animam a cupiditate inanis gloriæ custodit ; dum enim sensu luminis omnes partes ejus juvat, facit, ut non opus ei sit honore hominum. Quocirca semper mentem ab imaginationibus vacuam servat, quippe cum totam ad amandum Deum vertat. Sermo vero sapientiæ hujus mundi semper ad inanem gloriam hominem invitat : etenim quia non potest eum experimento sensus juvare, amorem laudis alumnis suis largitur, tanquam ab ambitiosis hominibus fictus et formatus. Quamobrem qualitatem hanc sermonis divini absque errore dignoscemus, si silentio curis vacuo, tempora, quæ ad loquendum non sunt constituta, in memoria Dei fervida consumpserimus.

[1] II Tim. II, 6. [2] I Cor. XII, 7 sqq.

CAPUT XII.

De dilectione sui, et amore Dei, et quid sit proprium amantis Deum, et quid diligentis se.

Qui se diligit, Deum amare non potest ; qui vero se non diligit propter excellentiores divitias amoris in Deum, hic Deum amat. Ex quo fit, ut hic neque suam unquam gloriam quærat, sed potius gloriam Dei. Qui enim se diligit, gloriam suam quærit ; qui autem Deum diligit, gloriam auctoris sui amat. Est enim animæ sentientis, ac Deum amantis proprium, gloriam quidem Dei semper quærere, in omnibus mandatis quæ facit ; sua vero submissione delectari, quod Deum quidem propter ejus magnificentiam deceat gloria, hominem vero submissio, ut per eam familiares Deo efficiamur : quod cum et nos fecerimus lætantes gloria Domini, exemplo Joannis Baptistæ, incipiemus dicere sine intermissione nulla : Illum oportet crescere, nos autem minui [4].

CAPUT XIII.

Quomodo contingat aliquando, ut aliquis videatur sibi non diligere Deum, ut vellet, cum tamen tunc maxime diligat, et unde hoc proveniat.

Novi ego quemdam, qui tametsi lugeret, quod non, ut vellet, Deum amaret, tamen ita Deum amabat, ut ejus anima hujusmodi desiderio vehementi continenter teneretur ; ita ut Deus quidem gloria afficeretur in eo, ipse vero esset quasi nihil. Qui talis est, neque cum verbis laudatur, sed agnoscit quid sit : siquidem præ nimio humilitatis desiderio dignitatem suam non cogitat, cum alioqui ministret quidem Deo, ut lex præscribit sacerdotibus, ob studium tamen diligendi Deum obrepit ei oblivio dignitatis suæ occultanti in profunda erga Deum charitate per spiritum humilitatis gloriationem de dignitate sua, ut jam sibi cogitatione sua inutilis quidam puer omni tempore videatur, quasi a dignitate sua alienus, præ humilitatis desiderio : quod quidem et nos facere oportet, et omnem honorem atque gloriam fugere, propter excellentes divitias amoris erga Deum, qui vere nos amavit

CAPUT XIV.

De eo, qui sensu cordis Deum diligit, et quomodo iste ad exstaticum amorem veniat, jam totus extra amicitiam sui positus.

Qui in sensu cordis Deum amat, hic est ab eo cognitus ; quantam enim quis Dei charitatem in sensu animæ capit, tanta eum amat. Quocirca qui sic est, illuminationem cognitionis vehementer amat, quousque ipsum sensum ossium sentiat, factus jam sui nesciens, imo totus a charitate immutatus. Qui talis vero est, adest ille quidem, et non adest in vita : adhuc enim in corpore suo versans, peregrinatur propter charitatem perpetua quadam animæ ad Deum profectione ; incenso enim deinceps corde vehementer charitatis igne, ut quadam desiderii facula agglutinatus est Deo, tanquam totus extra amicitiam sui positus, propter charitatem Dei, *sive enim* (inquit [5]) *excedimus, Deo, sive sobrii sumus, vobis.*

CAPUT XV.

Quando incipiat aliquis diligere proximum ; et quare amicitia secundum carnem cito dissolvatur ; amicitia vero spiritualis, minime.

Cum cœperit quis sentire copiose charitatem Dei, tunc incipit sensu spiritus proximum quoque amare. Hæc enim est charitas, de qua omnes Scripturæ sanctæ disserunt ; amicitia namque secundum carnem, non alligatur sensu spiritus, perfacile prava quapiam occasione inventa, dissolvitur. Idcirco quamvis contingat irritatio aliqua in anima, in qua Deus operatur, non solvitur vinculum charitatis. Inflammans enim rursus seipsam calore charitatis Dei, statim ad virtutem revocatur, et cum magno gaudio charitatem proximi quærit, tametsi magnam contumeliam aut damnum acceperit ; asperitatem enim contentionis dulcedine Dei consumit.

CAPUT XVI.

De amore erga Deum in sensu cordis, quomodo acquiratur ; et de perfecta charitate, sine timore Dei purgante ; et de altera charitate non perfecta, conjuncta cum timore purgante.

Nemo potest in sensu cordis Deum amare, nisi prius toto corde eum timeat ; timore enim Dei efficitur, ut anima pura et mollis effecta, ad exercendam charitatem se applicet ; nunquam vero aliquis ejusmodi metum Dei, qui dictus est, capiet, nisi extra omnes vitæ hujus sollicitudines positus fuerit. Cum enim quietem, et multam curarum vacuitatem mens ceperit, tunc metus Dei sollicitat eam, et purgat multo cum sensu, ejiciens omne terrenum et crassum, ut sic illam ad amandum valde bonitatem Dei adducat. Quare metus quidem cum mediocri charitate eorum est, qui adhuc purgantur ; perfecta vero charitas eorum, qui jam purgati sunt, in quibus non est amplius timor. *Perfecta* enim *charitas foras expellit timorem* [6]. Utrumque vero est justorum tantum, qui operatione Spiritus sancti virtutes operantur. Idcirco interdum quidem dicit Scriptura divina : *Timete Dominum, omnes sancti ejus* [7] : interdum vero : *Diligite Dominum, omnes sancti ejus* [8], ut plane intelligamus, esse quidem metum Dei cum mediocri charitate, eorum justorum, ut dictum est, qui adhuc purgantur ; perfectam vero charitatem, eorum, qui purgati sunt, in quibus non est amplius de illo timore cogitatio, sed potius ardor, et agglutinatio continua animæ ad Deum per operationem Spiritus sancti, sicut scriptum est : *Adhæsit anima mea post te ; me autem susccpit dextera tua* [9].

CAPUT XVII

Quomodo anima ægrota, per metum Dei incipiat curari, et paulatim ad perfectam sanitatem per charitatem perduci.

Sicut vulnera quæ corpori accidunt, postquam

[4] Joan. III, 30. [5] II Cor. V, 13. [6] I Joan. IV, 18. [7] Psal. XXXIII, 10. [8] Psal. XXX, 24. [9] Psal. LXII, 9.

squalida, et sine curatione relicta sunt, medicinam, si a medicis adhibeatur, non sentiunt; purgata vero sentiunt vim medicamenti, et celeriter sanantur; sic anima quandiu expers curationis est, et lepra voluptatis tota operta, metum Dei non potest sentire : quamvis ei tribunal Dei horribile et præpotens perpetuo denuntietur. Postquam vero magna attentione purgari cœperit, tunc sentit veluti remedium quoddam vitæ, Dei metum, qui eam arguendo sanat, tanquam igne quodam sine dolore. Unde paulatim deinceps purgata ad perfectam purgationem evadit, tantum crescente charitate, quantum decrescit metus, ut sic ad perfectam charitatem perveniat, in qua non est timor, ut dictum est; sed potius omnis indolentia, quam gloria Dei operatur. Sit igitur vobis summa gloriatio, continua, et perennis : et primum quidem timor Dei, deinde vero charitas, plenitudo legis perfectionis in Christo.

CAPUT XVIII.

Quomodo anima, quandiu est curis mundi involuta, non possit Deum amare, neque quod sui officii est erga eum recte dijudicare.

Anima quæ nondum curis mundi soluta ac libera est, neque Deum legitime amabit, neque diabolum digne exsecrabitur : est enim sollicitudine vitæ hujus molesto prorsus tegumento involuta. Unde eorum mens, qui tales sunt, tribunal suum agnoscere non potest, ut apud se sine errore, suffragia judicii exploret. Est igitur omnibus modis utilis secessus.

CAPUT XIX.

Quæ sint propria animæ puræ.

Animæ puræ propria sunt sermo non invidus, zelus malitiæ expers, et continuus amor in Dominum gloriæ. Tunc enim mens lances suas perfecte moderatur ac temperat, rationi suæ tanquam in purissimo et incorruptissimo judicio assistens.

CAPUT XX.

Quod necessario ad fidem opera, et ad opera adjungenda sit fides.

Fides sine operibus, et opera sine fide eodem modo improbabuntur : oportet enim fideles fidem acta ostendentem Domino offerre. Nec enim patri nostro Abraham in justitiam fides reputata esset, nisi fructum ejus filium suum obtulisset.

CAPUT XXI.

Qualis sit fides sine operibus, et qualis per dilectionem operata.

Qui Deum amat, et legitime credit, idem opera fidei sancte perficit; qui vero tantum credit, et non amat, idem neque fidem ipsam, quam habet, videtur habere. Levi enim mente credit in quo pondus gloriæ charitatis non operatur. Fides ergo in actione per charitatem posita, magnitudo virtutum est.

CAPUT XXII.

De non scrutando curiose profundum fidei.

Profundum fidei si scrutemur, turbulentum quidem est; tranquillum vero, si animo contemplemur; non enim patitur profundum fidei, quod est aqua oblivionis, ut curiosis cogitationibus illud contemplemur. Simplicitate ergo intelligentiæ in aquis ejus navigamus, ut sic ad portum voluntatis Dei perveniamus.

CAPUT XXIII.

Quando mens non possit sentire sensu cordis, sive gustu animæ odorem cœlestium bonorum, licet id vehementer desideret.

Nemo potest, vel diligere, vel credere legitime, si se ipse sui accusatorem habeat. Cum enim conscientia nostra seipsam arguendo conturbat, non sinitur odorem cœlestium bonorum sentire; sed potius in ambiguum statim distrahitur, ita ut propter antegressam experientiam fidei ferventer quidem id appetat, assequi tamen in sensu cordis per charitatem propter crebros, ut dixi, morsus, et accusationes conscientiæ non possit. Cæterum ubi nos ipsi fervidiore oratione et attentione purgaverimus, cum majori in Deo experientia optatum adipiscemur.

CAPUT XXIV.

De duplici sensu corporis et mentis, et quomodo sensus mentis excitandus sit ad gustandum cœlestia.

Sicut ad ea quæ nobis pulchra videntur, sensus corporis nos quodammodo per vim incitant, sic ad ea bona, quæ non cadunt sub aspectum, sensus mentis nos solet deducere, quando divinam bonitatem degustarit. Unumquodque enim sibi cognatum et congenium omnino appetit : anima quidem, ut corporis expers, cœlestia bona; corpus vero, ut e terra, terrenas voluptates. Ad experientiam igitur sensus materiæ et concretionis expertis sine errore veniemus si materiam corporis laboribus attenuaverimus.

CAPUT XXV.

De uno sensu animæ secundum operationem in statu innocentiæ, et divisione post peccatum, et de sensu supplici animæ a Spiritu sancto.

Ipsa sanctæ nostræ cognitionis operatio edocet unum quidem esse sensum animæ naturalem ac rationalem, qui in duas postea operationes propter peccatum Adæ divisus est; alterum vero simplicem, qui scilicet a Spiritu sancto ipsi animæ advenit, quem nemo potest cognoscere, nisi ii tantum, qui se a voluptatibus vitæ hujus propter spem futurorum bonorum libenter expediunt, et omnem appetitum sensus corporei per temperantiam marcescere faciunt. In his enim mens, quia per vacuitatem sollicitudinis integra sanitate movetur, divinam bonitatem, quæ inexplicabilis est, sentire potest, et suum gaudium cum corpore secundum mensuram sui profectus communicare, ratione quadam amatoriæ confessionis interminata exsultans. *In ipso* enim, inquit, *speravit cor meum et adjutus sum, et refloruit caro mea, ex voluntate mea confitebor ei*[10]. Lætitia enim qua tunc anima et corpus afficitur, admonitio quædam certa est vitæ immortalis.

[10] Psal. XXVII, 7.

CAPUT XXVI.

Quomodo oporteat perturbationibus carere. ad discernendas cogitationes, et utrum a Deo sint missæ, an a dæmone.

Oportet eos qui certant, animum semper extra perturbationum fluctus conservare, ut mens cogitationes incurrentes discernens, bonas quidem, et a Deo missas, in penu memoriæ recondat; malas vero et dæmoniacas ex apothecis naturæ ejiciat. Mare enim cum tranquillum est, usque ad fundum est piscatoribus perspicuum, ita ut tunc nihil fere ibi piscium eos lateat; cum vero ventis agitatur, tegit tempestate turbidâ, quæ in placida tranquillitate largiter facit perspici. Ex quo fit, ut ars eorum qui piscatorios dolos machinantur, otiosa sit: quod quidem menti, quæ in contemplatione versatur, evenire solet, tunc maxime, cum fundum ejus ira injusta turbatum est.

CAPUT XXVII.

Cur pauci sint, qui peccata sua perfecte agnoscant et quid faciendum sit, ut hoc facere possimus.

Paucissimorum est, lapsus suos perfecte cognoscere eorum, quorum mentibus nunquam excidit memoria Dei. Quemadmodum enim nostri corporis oculi, cum sani sunt, cuncta possunt cernere, etiam culices in aere volitantes; cum vero turbati sunt, aut humore quodam suffuso septi, si quid in eorum aspectum incurrat grande, hoc tenuiter cernunt: minuta vero non sentiunt; sic anima, si ardorem ex cupiditate mundi collectum studiose restrinxerit, etiam valde parva errata pro gravissimis ducens, lacrymas multas, cum multa gratiarum actione continenter Deo offert. *Justi* enim, inquit, *confitebuntur nomini tuo* [11]. Contra vero si perseveret in cupiditate mundi, cum quid est ad cædem pertinens, aut aliud quid magno dignum supplicio, sentit illa quidem sensim, alia vero errata ne significari quidem sibi vult, imo sæpenumero in virtutibus ea ducit, et pro eorum defensione non pudet miseram oratione uti vehementi.

CAPUT XXVIII.

Quomodo Spiritus sanctus animam purget, et quid faciendum sit, ut hoc facere possimus.

Solummodo Spiritus sancti est purgare mentem: nisi enim ingrediatur fortis ille, et diripiat latronem, nunquam præda eripietur. Oportet igitur in omnibus pace animæ Spiritum sanctum recreare, vel lucernam cognitionis semper apud nos lucentem habeamus: ipsa enim in penetrali mentis semper splendente, non solum illi amarulenti et tenebricosi dæmonum appulsus patefiunt, sed etiam magnopere languescunt, ab illo sancto et glorioso lumine deprehensi. Idcirco Apostolus ait: *Spiritum nolite exstinguere* [12], id est, ne per maleficia, et pravas cogitationes Spiritum sanctum tristitia afficiatis, ne suo illo splendore vos desinat protegere. Nec enim æternum illud et vivificum Spiritus sancti exstinguitur, quin potius illius tristitia, hoc est aversio, mentem sine lumine cognitionis obscuram et caligine circumfusam relinquit.

CAPUT XXIX.

De uno sensu mentis ante peccatum, et divisione ejus propter peccatum, et quando appetitus irrationalis cum rationali conjungatur, et consentiat.

Unum, ut dixi, sensum esse naturalem animæ, quinque vero sensus plane differre totidem usibus atque muneribus partium corporis, sanctus et benignus Spiritus Dei nos docet. Mens tamen propter peccatum inobedientiæ in totidem ipsius animæ motus distrahitur; quocirca una quidem pars animæ ad passiones se adjungit, unde, quæ sunt vitæ jucunda cum voluptate percipit; altera vero rationis ac intelligentiæ motu, sæpenumero delectatur: cum continentes sumus, expetit. Si igitur veniamus ad habitum contemnendi ea quæ mundo sunt pulchra, poterimus etiam appetitum animæ terrenum cum ejusdem appetitu compote rationis conjungere, communicatione Spiritus sancti in nobis hoc dispensante: nisi enim hæc divina bonitas efficienter penetralia animæ nostræ splendore illustraverit, non poterimus individuo, id est, toto sensu bonum degustare.

CAPUT XXX.

Quomodo et quando sensu mentis discernantur consolationes veræ a falsis.

Sensus mentis est gustus perfectus, quo res discernuntur. Quemadmodum enim gustu, qui est sensus corporis, bona a malis sine errore, cum recte valemus, discernentes ea quæ sunt suavia, appetimus: sic mens nostra, cum cœperit integra sanitate, et in multa curarum vacuitate moveri, potest etiam divinam consolationem affatim sentire, et a contraria nunquam rapi. Ut enim corpus cum terreni cibi suavitatem gustat, experientiam sensus habet ab errore liberam, sic mens cum supra prudentiam carnis gloriatur, sentire potest sine errore Spiritus sancti consolationem. *Gustate* enim, inquit, *et videte quoniam suavis est Dominus* [13], memoriamque habere gustus sine oblivione per operationem charitatis ad probandum potiora, ut Apostolus ait: *Et hoc oro, ut charitas vestra magis abundet in scientia, et omni sensu, ut probetis potiora* [14].

CAPUT XXXI.

De falsa consolatione Satanæ per quietem somni immissa, et quomodo mens, per memoriam ferventem nominis Jesu, eam discutit et Satanam fugat.

Cum mens nostra consolationem Spiritus sancti sentire cœperit, tunc Satanas animam quodam sensu simulatæ voluptatis consolatur per nocturnam quietem, quando levissimum somnum et brevissimum capit. Si igitur tunc mens ita parata reperiatur, ut nomen Domini Jesu ferventi memoria retineat, et hoc sancto et glorioso nomine, tanquam armis adversus dolos ejus usa fuerit, recedit quidem diabolus fallax, sed postea ad bellum per

[11] Psal. CXXXIX, 14. [12] I Thess. V, 19. [13] Psal. XXXIII, 9. [14] Philipp. I, 9, 10.

se cum anima gerendum accenditur. Ex quo rursus fit, ut mens perfecte jam fallacias dæmonis agnoscens, magis proficiat in experientia discretionis.

CAPUT XXXII.

De bona consolatione animæ, quomodo tum per vigiliam, tum per quietem somni exsistat, et quomodo per falsam consolationem nitatur diabolus fallere animam in somno.

Bona consolatio aut per vigiliam exsistit, aut etiam per visum in somno, cum quis daturus se quieti, in fervida Dei memoria cum charitate ejus veluti conglutinatus est; fallax vero consolatio semper, ut dixi, se infundit in levem somnum pugilis cum mediocri Dei memoria : illa enim vera consolatio, utpote a Deo proficiscens, aperte animas spiritualium pugilum cum multa eorum lætitia hortari vult ad charitatem; hæc vero falsa, quia vento quodam fallaciæ solet animam afflare, nititur subripere per somnum experientiam ipsius sensus mentis, memoriam Dei integre conservantis. Si igitur, ut dixi, reperiatur illic mens bene memor Domini Jesu, dissipat quidem illam auram inimici, quæ suavis esse falso apparebat, moveturque exsultatione ad pugnandum cum eo, tanquam habeat deinceps post gratiam velut secunda arma ipsam de experientia gloriationem.

CAPUT XXXIII.

Quomodo vera lætitia Spiritus sancti a falsa dæmonis dignoscatur et quando diabolus aggreditur decipere per falsam consolationem.

Si anima certa motione, et non animo facta ad charitatem Dei inflammetur, quasi volens etiam trahere corpus ad profundum illius charitatis, sive per vigiliam, sive, quemadmodum dixi, cum somnum capit, in quo divina gratia operatur, nihilque omnino aliud tunc cogitet, quam hoc solum, ad quod excitata est, scire esse operationem Spiritus sancti. Tota enim affecta illa inexplicabili dulcedine, nihil aliud potest tunc cogitare, quoniam lætitia quadam vehementi perfunditur. Si autem ullam prorsus dubitationem, aut fœdam aliquam cogitationem mens in illa gratiæ operatione concipiat, quamvis sancto nomine Jesu usa sit ad propulsandum malum, et non magis ad amorem tantum Dei incendendum, sciendum est, consolationem illam falsa specie lætitiæ a fallace dæmone proficisci; lætitia vero illa est insulsa, et non intima, quippe ab inimico proficiscens, qui animam vult adulterare. Cum enim viderit mentem experientia sui sensus studiose gloriari, tunc quibusdam, ut dixi, consolationibus, quæ bonæ videantur, animam consolatur, ut ab illa molli et humida dulcedine relaxatam, lateat concubitus fraudulentus diaboli. Hinc igitur cognoscemus spiritum veritatis, et spiritum fallaciæ. Nemo enim potest divinam gustare suavitatem, aut amarum dæmonis sensu experiri, nisi sibi persuaserit gratiam quidem Dei in profundo mentis habitare; malos vero dæmones circum fundum cordis commorari; quod quidem vellent dæmones, ut nunquam apud homines crederetur, ne cum mens hoc perfecte cognosceret, recordatione Dei se adversus eos armaret.

CAPUT XXXIV.

De duplici charitate, naturali et spirituali, et de utriusque conditione.

Alia est naturalis charitas animæ, et alia quæ ex sancto Spiritu proficiscitur; illa enim cum volumus, nostra motione moderate cietur. Quamobrem facile a dæmonibus diripitur, nisi propositum voluntatis nostræ vi teneamus. Hæc vero a Spiritu sancto profecta tam vehementer animam ad charitatem Dei inflammat, ut omnes partes animæ inexplicabili suavitate divini amoris, in infinita quadam simplicitate affectionis glutinentur. Tunc enim mens, tanquam gravidata spirituali operatione, fontem quemdam charitatis et gaudii profert.

CAPUT XXXV.

De gratia Dei, quomodo sola omnes animi motus turbidos tranquillet.

Sicut mare, cum turbatur, oleo infuso cedit natura sua tempestas, lenitate olei procellam exstinguente : sic anima nostra, cum lenitur gratia Spiritus sancti, jucunde tranquillatur; cum gaudio enim cedit victa ipsius gratia, sicut ille sanctus ait : *Verumtamen Deo subjecta esto, anima mea* [15], victa, inquam, Spiritus sancti gratia, quæ ipsam animam inexplicabilis suavitatis umbraculo tegit : idcirco quamvis sæpe eam dæmones tunc irritent, manet tamen expers iræ, et plena gaudii : cui enim gratia advenerit, in eo permanet, si ex metu Dei animam suam sine ulla intermissione jucunditate afficiat; iis enim, qui in vita spirituali certant, speciem quamdam castimoniæ affert timor Domini : *Timor* enim *Domini*, inquit, *castus permanet in sæculum sæculi* [16].

CAPUT XXXVI.

Quomodo anima, et quando possit sentire gloriam Dei, et de fallacia diaboli ostendentis lumen, vel aliquid splendoris simile.

Nemo, cum sensum mentis audit, speret videre oculis gloriam Dei; sentire enim eum dicimus quodam gustu qui dici non potest, divinæ consolationis, cum quis animam purgaverit, non autem, quod appareat ei aliquid eorum quæ sub aspectum cadunt, si quidem nunc per fidem, et non per speciem ambulamus, sicut ait beatus Paulus [17]. Si cui igitur eorum, qui certant, vel lumen, vel figura quæpiam ad similitudinem ignis appareat, ne amplectatur hujusmodi visum : est enim fallacia inimici manifesta : quæ quidem res multos fefellit, qui propter ignorantiam a via veritatis deflexerunt. Nos autem scimus quod quandiu sumus in hac mortali vita, aliquid cœlestium miraculorum ejus videre aspectu corporis non possumus.

[15] Psal. LXI, 6. [16] Psal. XVIII, 10. [17] II Cor. V, 7.

CAPUT XXXVII.

De somniis a Deo missis, et a dæmone, et de eorum differentia.

Visa, quæ per somnum bonitate Dei objiciuntur animæ, sunt animæ sanæ certi quodammodo nuntii et indices. Quocirca neque ex alia in aliam formam mutantur, neque sensum terrent, neque uno impetu ridentibus aut mœrentibus objiciuntur, sed potius cum omni lenitate accedunt ad animam, quam spiritualis lætitiæ dulcedine perfundunt. Unde postquam corpus a somno excitatum est, magno cum desiderio illam somnii lætitiam anima requirit. In visis vero a dæmonibus per quietem objectis per omnia contra evenit; nec enim in eadem figura manent; neque figuram, neque formam quietam multo tempore ostendunt. Quod enim dæmones ex proposito voluntatis non habent, sed ex sua solum fallacia mutuantur, non possunt diu eo contenti esse; quin potius grandia loquuntur, et plurima minantur, sæpenumero in se species militum induentes: aliquando etiam occinunt animæ cum clamore. Unde mens eos agnoscens, cum pura est, videtur sibi excitare corpus a somno, et quandoque etiam lætari, quod eorum dolos possit intelligere. Quamobrem in ipso somnio, dum eos arguit, magna ira commovetur. Accidit vero aliquando, ut bona etiam somnia non afferant animæ lætitiam, sed potius dolorem quemdam dulcissimum, et lacrymas omnis doloris expertes. Hoc autem in his fieri solet, qui habent magnos progressus in humilitate.

CAPUT XXXVIII.

De virtute non credendi ullis somniis.

Diximus, sicut ab iis qui experti sunt, audivimus, bonorum et malorum somniorum (differentiam, satis nobis sit pro magna virtute habere, ut nullis omnino per somnum visis credamus. Somnia enim nihil aliud sunt, ut plurimum, quam simulacra cogitationum errantium, aut rursus, ut dixi, dæmonum ludificationes; demum quamvis a Deo quandoque missum sit visum, neque admittamus, tamen non irascetur nobis ob hanc causam, ille summe misericors; scit enim hoc a nobis fieri propter fallaces insidias dæmonum: atque hæc quidem est, quam diximus, perfecta somniorum distinctio. Contingit vero ut ex subreptione quadam sensum fugiente (quod nemo, ut arbitror, qui effugiat, reperiatur), anima fœdetur, amisso vestigio perfecte discernendi, et fide somniis non bonis tanquam bonis adhibita.

CAPUT XXXIX.

Exemplum ad intelligendum, quomodo nemini exprobret Deus, quod somnio ab eo misso non credat.

Sit igitur vobis exemplum hujus rei famulus, quem reversus dominus noctu, post longam peregrinationem, ante vestibulum domus evocet, cui famulus nullo modo aperire velit: metuit enim ne se similitudo vocis fallat, et rerum, quas dominus commisit, proditorem faciat; cui quidem non est iratus dominus postera die, quin potius multis laudibus ab eo dignatus est, quod vocem domini, fallaciam existimavit, dum nihil ex bonis domini perdere voluit.

CAPUT XL.

Quando anima possit lumen, quod in se habet, videre; et quando se Satanas transfiguret in angelum lucis; et quid potissimum in vita monastica studendum sit, ut quamvis in mundo simus peregrinemur a mundo.

Non est dubitandum, quin mens, cum cœperit divinum lumen in ea operari, tota fiat perspicua, ita ut lumen id, quod in se habet, abunde videat. Hoc vero tunc fit, cum potestas animæ dominatur in perturbationes. Quod autem quidquid menti in figura apparet, sive lumen, sive ignis sit, ex callido artificio inimici proficiscitur, docet nos divinus Paulus, cum ait transfigurari eum in angelum lucis [18]. Non igitur oportet, ut hac spe ullus monasticam vitam capessat, ne hic inveniat Satanas animam facilem ad rapiendum eam ad se, sed ut solummodo tales evadamus, qui in omni statu et plenitudine cordis Deum amemus: quod quidem est amare ex toto corde, et ex tota anima, et ex tota mente [19]. In quo enim hoc gratia Dei operatur, peregrinatur a mundo, quamvis in mundo sit.

CAPUT XLI.

De obedientia, quomodo sit maxima virtutum, et janua charitatis, et vias cæterarum virtutum demonstret.

Obedientiam esse omnium virtutum introducentium principem, exploratum est; repudiat enim arrogantiam, parit autem nobis humilitatem. Unde janua atque aditus charitatis in Deum efficitur iis qui libenter eam amplectuntur. Hanc cum Adam abjecisset, decidit in profundum tartarum: hanc cum amasset Dominus causa redemptionis, usque ad crucem Patri obedivit: idque cum nulla ex parte infra illius amplitudinem esset, ut cum crimen humanæ inobedientiæ sua obedientia diluisset, eos, qui obedientes essent, ad beatam et immortalem vitam reduceret. Primum igitur hujus virtutis curam habere oportet eos, qui studium certandi cum superbia diaboli suscipiunt: hæc enim deinceps progressa, omnes vias virtutum nobis sine ullo errore demonstrabit.

CAPUT XLII.

Quomodo oporteat continentiam esse in omnibus, ita ut non solum virtutes corporis comparandæ sint, sed virtutes, quæ hominem interiorem purgent.

Commune est omnium virtutum continentiæ cognomentum, oportet igitur certantem in omnibus rebus se continere. Sicut enim quocunque demum membro hominis, vel minutissimo adempto, totum corpus, quamvis sit parva pars quæ desit toti figuræ, informe efficitur; sic qui vel unam virtutem neglexerit, universum continentiæ decorum dissolvit ac delet nesciens. Oportet igitur non so-

[18] II Cor. xi, 14. [19] Luc. x, 27.

lum virtutes corporis studiose excolere, sed eas etiam quæ hominem interiorem purgare possunt. Quid enim profuerit virginitatem corporis servare, si anima a dæmone inobedientiæ præside adulteratur? Aut quomodo coronabitur, qui se a gulæ vitio et omni corporis cupiditate continuerit, superbiam tamen et studium gloriæ declinare non studuerit, neque brevem laborem toleraverit? idque cum a justitiæ lance rependendum sit lumen justitiæ iis qui opera justitiæ in spiritu humilitatis fecerunt.

CAPUT XLIII.

De utilitate et modo servandi continentiam in victu.

Sic igitur oportet in omnes cupiditates ejus partis animæ, quæ ratione caret, odium exercere eos qui spiritualiter certant, ut in habitum illud vertant. Continentiam vero in victu ita oportet servare, ut nemo aliquid cibi detestetur, hoc enim exsecrabile est, et dæmonis inventum. Non enim a cibis tanquam malis abstinemus, absit! sed ut a copioso et inutili victu nos refrenantes, partes corporis effervescentes moderate castigemus; deinde, ut ex eo, quod nobis superat, pauperibus quantum sufficiat, dispensetur, in quo quidem sincera charitas cernitur.

CAPUT XLIV.

Quomodo effici possit ut ciborum jucunditas, et cæteræ voluptates libenter respuantur.

Vesci omnibus cum gratiarum actione, quæ ad vescendum et bibendum adhibentur, non pugnat cum regula scientiæ: *Omnia enim*, inquit, *erant valde bona* [99]. Abstinere autem libenter a suavi et a multo cibo, maximæ discretionis et scientiæ est, tametsi, quæ in hac vita jucunda et dulcia sunt, nunquam possimus jucunde respuere, nisi Dei dulcedinem in omni sensu cordis ac omni plenitudine ejus degustemus.

CAPUT XLV.

De nimia continentia victus fugienda propter firmitatem corporis, qua opus sit ad certamen spirituale.

Ut corpus multo cibo onustum, languidam et segnem efficit mentem, sic nimia continentia victus debilitatum facit, ut ea pars animæ, quæ in contemplatione versatur, in mœstitia sit, et in fastidio sermonis. Oportet igitur ad motiones corporis cibos etiam accommodare, ut, dum corpus valet, quantum conveniat castigetur; dum vero non valet, moderate leniatur. Nec enim infirmo corpore esse debet, qui certat, sed ita firmo, ut sustinendo certamini par esse possit, ut anima etiam laboribus corporis convenienter purgari queat.

CAPUT XLVI.

De ratione victus soliti temperanda, sine vitio vanæ gloriæ aut incontinentiæ, per moderatam indulgentiam ad adventum fratrum, aut aliorum hospitum.

Cum inanis gloria adversus nos tumescit, nacta ad vitii sui excusationem adventum fratrum aut aliorum hospitum, quicunque illi sint, recte fiat, si rationem soliti victus aliquantulum temperemus. Sic enim dæmonem infectis rebus, imo de suo irrito conatu dolentem dimittemus, ac legem charitatis cordati implebimus, et mysterium continentiæ sine ostentatione per illam moderatam indulgentiam servabimus.

CAPUT XLVII.

De jejunio et cæteris virtutibus corporalibus, quomodo sint instrumenta quædam, quæ per se sola non habeant gloriam apud Deum, nisi referantur ad finem, qui est pietas.

Habet quidem per se gloriam jejunium, sed non apud Deum; est enim instrumentum, quod ad temperantiam componit eos qui volunt. Non oportet igitur eo gloriari, qui Christianæ religionis pugiles sumus, sed solum in fide Dei finem propositi nostri exspectare: nec enim cujuscunque artis periti de artificio quod profitentur, ex instrumentis gloriantur, quin potius quisque eorum formam suscepti operis exspectat, ut inde perfectum illud et absolutum artis suæ demonstret.

CAPUT XLVIII.

De utilitate temperati victus ad fructum spiritualem animæ.

Sicut terra si moderate sit irrigata, semen sparsum, quod excipit, cum multa fertilitate effundit; multis vero imbribus madefacta spinas tantum et tribulos fert: sic terra cordis, si moderato utamur victu, semina sibi innata atque insita pura edit; et illa quæ sunt ab Spiritu sancto seminata, cum multa viriditate et ubertate fructuum profert; sin vero potu madeat, ex omnibus cogitationibus suis spinas et tribulos procreat.

CAPUT XLIX.

De intemperantia victus, quomodo ad libidinem provocet; et de remedio et ejus ratione.

Cum mens nostra in fluctu largi potus natat, non solum libidinose intuetur simulacra quæ per somnum dæmones figurant, sed in se ipsa quasdam formas pulchras fingens, visis suis tanquam quibusdam adamatis utitur ardenter. Tepefactis enim fervore vini illis partibus corporis, quæ ad generandum datæ sunt, necesse est omnino ut mens sibi umbram libidinis cum voluptate repræsentet. Opus ergo est, ut moderatione victus utentes, incommodum, quod ex redundantia proficiscitur, vitemus. Cum enim mens voluptatem qua ad pingendum peccatum illecta succendatur non habet, tota manet sine imaginationibus, et judicium forte ac virile.

CAPUT L.

De luxuria misti potus, et quantopere ea quæ cum vino miscentur, fugienda sint ab iis qui volunt esse spirituales.

Omnia poculenta arte facta quæ eorum artifices propomata, quasi antepocula vocant, quod multitudinem ciborum ad ventrem deducant, declinare oportet eos qui partes corporis turgescentes cohibere volunt: non solum enim eorum qualitas cor-

[99] Gen. I, 31.

poribus pusillum nocet, sed ipsa eorum perversa temperatio conscientiam, quæ est sedes Dei, percutit. Quid enim in natura vini desideratur, ut variis condimentis permistis, vini firmitudo mollitie frangenda sit?

CAPUT LI.

Quid Dominus docere voluerit, bibendo in cruce acetum ex spongia circumposita hyssopo.

Dominus noster, idemque vitæ sanctæ magister Jesus Christus acetum in Passione ab iis qui diabolo ministrabant, porrectum bibit, ut perspicuam normam, quemadmodum in sacro certamine animo affecti esse debeamus, ut mihi videtur, relinqueret. Non enim, inquit, oportet jucundis potionibus aut cibis uti eos qui adversus peccatum dimicant, imo acerbitatem pugnæ toleranter sustinere. Adjunctum vero est in illa contumelia hyssopum ad spongiam, ut forma nostræ purgationis exemplo perfecte repræsentaretur. Illud enim acre proprium est certaminis; vis vero tergendi, perfectionis.

CAPUT LII.

De balneatione fugienda spiritualibus, et quare.

Conferre se ad balneum, nemo peccatum, aut a ratione alienum esse dixerit; propter continentiam tamen ab eo se abstinere, et virile et maxime temperantis esse dico. Nec enim illa voluptaria lavatio corpus nostrum emolliet, nec veniet in mentem illius turpis nuditatis Adam, ut de illius foliis ad tegendam secundam nuditatem turpitudinis solliciti simus, ii præsertim, qui paulo ante ab hujus vitæ corruptione per castitatem corporis nostri exsilientes, cum pulchritudine temperantiæ copulati esse debemus.

CAPUT LIII.

Quare opus sit in cœnobiis vocare medicum ad curationem morbi; et quid faciendum sit iis qui solitariam in eremo degunt vitam.

Medicos vocare cum non valemus, nihil prohibet. Etenim quia erat aliquando experimento humano colligenda ars medicinæ, idcirco prius exstiterunt medicamenta ac remedia. Verum non oportet spem sanationis in illis collocare, sed potius in vero Salvatore, et medico nostro Jesu Christo. Hæc vero illis, qui in cœnobiis et civitatibus propositum continentiæ excolunt, dico, tum quia propter circumstantias, quæ accidunt, non possunt sine ulla intermissione fidem per charitatem operari; tum etiam, ne in cupiditatem inanis gloriæ, et in tentationem diaboli incidant. Ex quorum numero nonnulli se non egere medicis coram multis profitentur; at si quis vitam anachoreticam, id est ab oculis hominum remotam in locis desertis, inter duos aut tres unius moris fratres degit, quibuscunque ille morbis conflictetur, applicet se in fide ad Dominum, qui sanat omnem morbum et omnem languorem. Habent enim post Dominum, satis magnum solatium ægritudinum, ipsam solitudinem. Unde neque ab exercitatione fidei unquam vacat iste, eo maxime, quo non reperiat ibi locum ostentandi virtutem tolerantiæ, pulchro usus tanquam velo, solitudine: idcirco Dominus *habitare facit unius moris in domo*[91].

CAPUT LIV.

Quid indicet ferre moleste morbum, et quid rursus non ferre moleste.

Cum morbos corporis moleste ferimus, scire oportet adhuc cupiditates corporis in anima dominari: ex quo fit, ut desiderio corporalis indulgentiæ nolit a bonis vitæ hujus recedere: quin potius magnum negotium esse putat, non posse propter morbos frui iis, quæ in vita sunt pulchra. Rursus vero si angores ægritudinum animo grato excipiat, argumentum est, non procul ab indolentia, id est, a vacuitate turbidarum affectionum abesse: unde et mortem, tanquam occasionem vitæ verioris tunc magno cum gaudio exspectat.

CAPUT LV.

Quid faciendum sit, ut non delectetur anima usura hujus lucis, sed potius desideret a corpore separari.

Nunquam cupiet anima a corpore separari, nisi ita affecta sit, ut nulla hujus aeris quem spiramus, voluptate capiatur. Omnes enim sensus corporis adversantur fidei, siquidem sensus sunt præsentium, fides vero bonorum tantum futurorum copiam et magnificentiam promittit. Quocirca opus est pugilem spiritualem, neque arbores pulchris diffusas ramis ad opacandum, neque elegantes ædes, neque consuetudinem cognatorum unquam cogitare: neque de gloria, et celebritate honorum, si ita accidat, meminisse, sed potius uti quidem necessariis cum gratiarum actione; vitam vero hanc existimare viam quamdam peregrinam, et omni oblectatione carnis vacuam. Sic enim mentem nostram in arctum cogentes, totam ipsam ad vestigia æternæ viæ convertemus.

CAPUT LVI.

Quomodo uti sensibus corporis immoderate, faciat difficilem memoriam Dei, et mandatorum ejus; et quomodo cavendum sit hoc malum.

Quod aspectus, et gustus, et reliqui sensus memoriam cordis distrahunt, cum ipsis immoderate usi sumus, Eva hoc nobis prima confitetur: tantisper enim dum illa libenter ad arborem interdictam non aspexit, memoriam divini jussi studiose retinebat. Quamobrem veluti alis divini amoris tegebatur, unde nuditatem suam ignorabat. Postquam vero lignum libenti animo vidit, ac valde cupide fructum ejus attrectavit, et cum vehementi gustavit voluptate, continuo ad complexum corporis delinita est, adjungens se libidini ut nuda, totamque suam cupiditatem ad fruendum præsentibus tradidit, postquam Adamum cum peccato suo propter fructum aspectu jucundum miscuit, ex quo factum est, ut deinceps mens humana Dei, aut mandatorum

[91] Psal. LXVII, 7.

ejus difficile meminisse posset. Degamus igitur nos in hac vita fallace, semper in profundum cordis nostri cum perpetua Dei memoria, tanquam oculis capti intuentes; profecto enim ad spirituale studium virtutis pertinet, adimere semper alas desiderio earum rerum, quas videmus, quod nos Job ille experientissimus docet, cum ait : *Si secutum est cor meum oculum meum* [33]. Quæ res summæ continentiæ est index.

CAPUT LVII.

Quomodo, qui ambulat spiritu, nescit desideria carnis; ac frustra dæmon ejus castitatem tentet.

Qui versatur semper in corde suo, absens prorsus a jucundis rebus vitæ hujus peregrinatur; qui enim ambulat spiritu, non potest desideria carnis nosse : quandoquidem jam deinceps in arce virtutum suas ambulationes conficit, utiturque iis ipsis virtutibus, veluti janitricibus castimoniæ, quæ est instar civitatis parvæ; ex quo fit, ut in hoc irritæ sint machinæ dæmonum, quamvis usque ad fenestras naturæ tela vulgaris amoris pertingant.

CAPUT LVIII.

De acedia, quæ solet aliquando post repudiatas voluptates corporis contingere, qualis sit, et quomodo expellenda.

Cum cœperit anima nostra non amplius ea quæ pulchra et jucunda sunt, concupiscere, tunc eam desidiosa quædam mens ut plurimum subit, quæ neque officio sermonis eam sinit libenter servire; neque expeditum desiderium futurorum bonorum ei relinquit : imò et hanc caducam vitam ceu valde inutilem habet, ut non habentem opus virtutis dignum : ipsamque cognitionem pro nihilo ducit, tanquam aliis quoque multis tributa sit; aut nihil perfectum nobis significare promittat. Hanc autem tepiditatis et torporis ægritudinem fugiemus, si menti nostræ valde angustos meatus definiemus, ut solum Dei memor sit : hac enim solummodo ratione ad suum reversa fervorem, poterit rursus ab illa per segnitiem distractione sine dolore removeri.

CAPUT LIX.

Quomodo mens reddi possit certa de studio et diligentia sua in spirituali certamine per memoriam continuam et ferventem nominis Jesu in profundo cordis.

Cum omnes mentis exitus memoria Dei occluserimus, omnibus modis a nobis requirit ipsa mens opus ex quo diligentiam suam plene nosse debeat. Oportet igitur tradere ei illud solum : *Domine Jesu Christe*, ad integram et solidam propositi tractationem. *Nemo* enim, inquit, *dicit, Domine Jesu, nisi in Spiritu sancto* [34]. Verum ita arcte verbum istud in intimo suo recessu omni tempore contempletur, ut ad nullas imaginationes adduci possit. Quicunque enim sanctum et gloriosum nomen hoc in profundo cordis continenter meditantur, hi etiam lumen mentis suæ semper videre possunt. Cum enim arcta sollicitudine illud in mente retinetur, sordes quæ in anima apparent, cum multo sensu exurit, *Deus enim, inquit, ignis consumens est* [35]. Unde animam deinceps ad amorem gloriæ suæ vehementer incitat Dominus. Illud enim gloriosum et optabilissimum nomen, si diutius in memoria mentis cum fervore cordis habeatur, habitum plane bonitatem ejus amandi in nobis, nullo impedimento obsistente, gignit. Hæc est enim pretiosa margarita, quam qui omnem substantiam suam vendiderit, comparare potest, et lætitiam majorem, quam dici possit, de inventione habere [36].

CAPUT LX.

De duplici gaudio, inchoante et perficiente, et usu utriusque et de lacrymis mediis inter utrumque.

Aliud est gaudium inchoans, et aliud perficiens : illud quidem non est imaginationibus vacuum; hoc vero vim habet humilitatis : his autem interjecta est tristitia Deo amica, et lacrymæ sine dolore. Etenim quia in multitudine sapientiæ multitudo, inquit, cognitionis, et qui addit cognitionem, addit dolorem [37]. Idcirco opus est, ut primum quidem gaudio inchoante ad certamen spirituale anima provocetur; deinde, ut a varietate Spiritus sancti arguatur, et probetur, tum in iis, quæ prave egit, tum in iis quæ adhuc agit : in redargutionibus enim, inquit, *super iniquitate corripuisti hominem, et tabescere fecisti sicut aranеam animam ejus* [37]: ut cum divina reprehensio tanquam in ardenti fornace animam probarit, tunc operationem gaudii sine imaginationibus cum fervida Christi memoria capiat.

CAPUT LXI.

Quomodo mens, cum perturbata est, non potest Dei meminisse, et quæ sit causa; et quomodo mens, cum est a passionibus libera, solertia sua utens, et gratia Dei adjuvante, cito oblivionem Dei expellit, et recordatur Domini Jesu; et quomodo contingat toto jam affectu ad memoriam Dei, et charitatem excitari.

Cum anima ira commovetur, aut offusa est ei caligo ex crapula, aut gravi angore afficitur, non potest mens, tametsi ipsa anima vim ei quodammodo adhibeat, memoriam Domini retinere; quin potius tota mens vehementia perturbationum obscurata, a suo sensu ob hanc causam prorsus alienatur, quamobrem non potest desiderium sigillum suum imprimere, ut mens sine oblivione speciem meditationis ferat, durescente memoria ejus propter feritatem perturbationum; sin autem extra perturbationes posita sit, ta-

[33] Job XXXI, 7. [34] I Cor. XII, 3. [35] Deut. IV, 24; Hebr. XII, 29. [36] Matth. XIII, 46. [37] Eccle. I, 18. [37] Psal. XXXVIII, 12.

metsi paulisper oblivio illud promptum animi subripiat, tamen cito mens, solertia sua utens, ferventer illam salutarem, et maxime expetendam prædam apprehendit; habet enim tunc ipsam gratiam una cum anima meditantem, et clamantem, *Domine Jesu;* sicut mater puerulum suum docet, et cum eo meditatur paternum nomen, donec ad habitum ejus nominis eum perducat; et infans puer pro aliquo alio pueri sermone clare patrem etiam dormiens appellat: idcirco ait Apostolus: *Similiter autem Spiritus adjuvat infirmitatem nostram: quid enim oremus, quomodo oportet, nescimus, sed ipse Spiritus interpellat pro nobis gemitibus inenarrabilibus* [28]. Etenim quia ad capiendam virtutis orandi perfectionem parvuli sumus, omnino auxilio ejus indigemus, ut cum ejus dulcedo major, quam dici potest, omnes cogitationes commisceat, et suavitate perfundat, toto cum affectu ad memoriam Dei et charitatem excitemur: quamobrem cum in ipso, ut idem Paulus ait, Deum Patrem inclamamus, ab ipso componimur ad vocandum sine intermissione: *Abba, Pater* [29].

CAPUT LXII.

De ira, quomodo, et quando ea utendum; et quomodo utiliter a Deo data sit; et quid Dominus docere voluerit quando infremuit spiritu in morte Lazari; et quomodo sit Eliæ, et currui ejus igneo similis qui propter ardorem pietatis ira utitur sedata.

Ira plus quam aliæ passiones perturbare et confundere animam solet, aliquando vero magnopere utilis est: cum enim contra eos, qui aliquid inique aut flagitiose, quodcunque illud sit, committunt, ea sedate utimur, ut aut salvi fiant aut pudore afficiantur, tunc mansuetudinem ei adjungimus: eodem enim tendimus, quo justitia et bonitas Dei spectant; imo sæpe, cum graviter peccato irati sumus, illud femineum quod in ira inest, virile facimus. Quod autem in ipsum spiritum interitus frementes, cum in magno mœrore et luctu sumus, supra ipsam mortis gloriationem efferimur, non est dubitandum; quod quidem ut nos doceret Dominus, animam Lazari reddidit corpori postquam bis in spiritu infremuisset in mortem, seque conturbasset [30]: cum alioqui omnia voluntate sola sine ulla conturbatione, quæcunque vult, efficiat. Ut jam, mea quidem sententia, ira moderata magis tanquam telum naturæ nostræ ab auctore nostro tributa sit. Quo si Eva contra serpentem usa fuisset, nunquam ab illa falsa voluptate delinita esset. Unde, ut mihi videtur, qui propter studium et ardorem pietatis ira utitur sedate, probatior in lance remunerationum reperietur præ eo qui nullo modo propter mentis immobilitatem ira movetur: hic enim aurigam sensuum hominis inexcitatum habere plane cernitur; ille vero semper in equis virtutis, certandi studio fervens, vehitur inter medias dæmonum copias, quadrigam continentiæ in timore Dei omni tempore exercens, quam quidem currum Israel apud Scripturam, cum Elias ille in sublime sublatus est, dictam esse legimus [31]: siquidem Judæis primum, de quatuor virtutibus excellenter locutum esse Deum videmus. Idcirco totus, et in curru ignis sublatus est ille tantus ac tam admirandus sapientiæ alumnus, tanquam equis, ut mihi videtur, suis usus virtutibus in Domino, qui illum in aura spiritus ignis rapuit.

[28] Rom. VIII, 26. [29] ibid. 15. [30] Joan. XI, 33 sqq.

(1) Caute lege hoc et sequens caput; nam sanissima est theologorum doctrina quæ habet, licere Christiano in judicio rerum ablatarum restitutionem, et injuriarum compensationem repetere, servatis debitis circumstantiis, ut ob justitiam, non privato amore vindictæ, odio, etc., id faciat, tametsi

CAPUT LXIII.

Quomodo spiritualis non debeat, neque aliis litem intendere, neque sua in judicio recuperare (1).

Qui particeps sanctæ cognitionis factus est, et dulcedinem Dei degustavit, neque litigare debet, neque ulli litem intendere, tametsi vestitum, quo indutus est, alius detrahat: justitiam enim magistratuum hujus sæculi justitia Dei omnibus modis superat, et antecellit. Imo nihil illa est ad justitiam Dei; quæ enim distantia inter eos, qui Dei et hujus sæculi discipuli et alumni sunt, si horum jus cum justitia Dei collatum non cernitur imperfectum, ita ut alterum dicatur humanum jus, alterum divina justitia? Sic igitur et Dominus noster Jesus Christus: *Cum malediceretur, non maledicebat, cum pateretur, non minabatur* [32]: quinimo passus est cum silentio detrahi sibi amictum; et ut, quod plus est, dicam, pro salute maleficorum Patrem precabatur. [33] Homines vero hujus sæculi non prius litigare desinunt, quam cum quæstu interdum res ab iis a quibus in judicium vocati sunt, recuperent, præsertim cum ante debitum usuras ferunt, ita ut jus sæpe initium magnæ injuriæ sit.

CAPUT LXIV

De iis, qui causam litigandi excusant, dicentes, non licere dare locum iis qui res nostras nobis ad nostrum victum et pauperum necessarias diripere volunt; et quomodo præstet orationi et custodiæ cordis operam dare, et injuriam suam judicio alterius sæculi reservare.

Audivi pios quosdam dicere, non licere dare locum quibuscunque diripiendi ea, quæ ad nos alendos, vel ad pauperes recreandos habemus, præsertim si qui hoc committunt Christiani sunt, ne, dum toleranter ferimus, iis, qui nos injuria afficiunt, occasionem peccandi præbeamus. Hoc

[31] IV Reg. II, 11. [32] I Petr. II, 23. [33] Luc. XXIII, 34.

cujusdam excellentis perfectionis et consilii evangelici sit, nullum ob quamcunque privatam injuriam in jus apud judicem vocare. Ad hanc normam reducenda est tota hæc Diadochi disputatio de non litigando, si veram et non erroneam cupimus.

vero nihil aliud est, quam per simulationem sua magis quam se amare. O excusationem a ratione alienam! Si enim, derelicta oratione et custodia cordis, adversus eos, qui me vexare, et diripere volunt, paulatim incipiam causas dicere, et ad tribunalium vestibula assiduus esse, liquet jam, pluris me facere recuperata per judicium, quam salutem meam, ne dicam, quam ipsum mandatum salutare. Quomodo enim omnino sequar, quo Evangelium jubet [34], non repetere, si quis mea tollat, sed potius læto animo sufferre, et sicut Apostolus ait [35], cum gaudio suscipere direptionem bonorum meorum, quando neque qui in judicio disceptavit, et quæ voluit recuperavit, violentum illum usurpatorem peccato liberat? si quidem non possunt præscribere æterna Dei judicia, quæ in terra exercentur : has enim leges satis implet reus, apud quas contingit ei causam suam defendere. Quare præclara res est perpeti violentiam eorum qui volunt injuriam facere, et preces pro eis adhibere, ut per pœnitentiam, non autem per restitutionem eorum quæ diripuerunt, de crimine direptionis absolvantur. Hoc enim justitia Domini postulat, ut eum, qui rapuit, non quæ rapuit, recuperantes, eumdem per pœnitentiam liberemus.

CAPUT LXV.

De præstantia et utilitate vendendi omnia, et tribuendi ea pauperibus; et quomodo virtus humilitatis magis quam reliquæ virtutes, tanquam mater indulgentissima hujusmodi paupertatem foveat et recreet.

Res apta, et omnino utilis est, post cognitam viam pietatis in Deum, vendere statim omnia bona nostra, et pecuniam redactam, secundum mandatum Domini [36] dispensare, ac non potius per simulationem obediendi mandatis Dei, monitum salutare non audire. Hinc enim sequetur primum quidem optima vacuitas sollicitudinis, tum deinceps secura, et ab insidiis tuta paupertas, quæ altiora cogitat, quam de illa injuria, aut lite; idque quia non amplius habet materiam, quæ ignem avaritiæ inflammet. Fovebit autem nos tunc magis quam reliquæ virtutes, humilitas, quæ sinu suo et complexu nudos recreabit, sicut mater puerum suum gremio exceptum fovet, cum is puerili simplicitate ductus vestitum suum exuit, et procul abjecit, magis tunc nuditate, ut omnis malitiæ expers, quam varietate vestitus lætus. *Custodit* enim, inquit, *parvulos Dominus; humiliatus sum, et liberasti me* [37].

CAPUT LXVI.

De iis qui dicunt : Unde fiet eleemosyna pauperibus, qui quotidie nostris bonis alebantur, si omnia semel vendiderimus? et de humilitate, quam parit nihil jam habere ad largiendum pauperibus; et quomodo quod non potest comparari per eleemosynam, comparabitur copiosius per orationem, et tolerantiam, atque humilitatem, et quomodo qui bona sua reliquerunt, hi præparant se ad recipiendum charisma scientiæ Verbi Dei ut possint divitias regni Dei prædicare.

Sane quidem secundum id quod habemus, non autem secundum id quod non habemus [38] reposcet a nobis Dominus rationem eleemosynæ. Si ergo quod diu poteram largiri, tempore propter metum Dei benigne dispertio, de qua re amplius, cum nihil habeam accusabor? Sed dicet aliquis, Unde igitur misericordia tribuetur iis pauperibus, qui solebant nostris mediocribus bonis paulatim gubernari? Discat iste non exprobrare Deo per occasionem avaritiæ suæ : non enim deerit Deo facultas suos quos fecit, gubernandi, ut a principio gubernavit; nec enim priusquam hic aut ille ad tribuendam eleemosynam excitati essent, cibus aut vestitus pauperibus deerat. Præclara ergo res est, statim percepta cognitione melioris status, bene largiendo abjicere temeritatem gloriandi ex divitiis, odio habentem cupiditates, quod est, animam suam odisse; ut jam non amplius largitione opum lætantes, nos ipsos nihili faciamus, tanquam nihil boni agentes: dum enim divitiis affluimus, mirifice iis largiendis delectamur, si tamen virtute utimur, tanquam hilariter jussui Dei servientes; postquam vero bona omnia exhausta sunt, infinitus tunc subit dolor, et submissio, quasi nihil justitia dignum agamus. Ex quo fit, ut ad se anima cum multa submissione redeat, ut quod non potest quotidie per eleemosynam sibi comparare, hoc per laboriosam orationem, et per tolerantiam, atque humilitatem possit : *Pauper* enim, inquit, *et inops laudabunt nomen Domini* [39]; nec enim charisma theologiæ, id est, tractationis verbi Dei, ulli a Deo præparatur, nisi se ipse ita præpararit, ut propter gloriam Evangelii Christi omnium bonorum suorum relinquat possessionem, ut in paupertate Deo amica divitias Evangelii regni Dei prædicet : hoc enim perspicue significavit, qui dixit : *Parasti in bonitate tua pauperi, Deus*, et subjungit : *Dominus dabit verbum evangelizantibus virtute multa* [40].

CAPUT LXVII.

De charismate theologiæ, et quot, et quanta bona ex ea proficiscuntur.

Omnia dona Dei sunt valde bona, et omnium bonorum causa, sed nullum ita nostrum cor inflammat, et illud ad amandum bonitatem ejus excitat, ut donum theologiæ; cum enim sit fetus matutinus gratiæ Dei, prima etiam dona largitur animæ : primum enim facit, ut libenter ac jucunde omnes vitæ hujus amicitias contemnamus, ut qui pro cupiditatibus fluxis divitias verbi Dei majores, quam dici potest, habemus. Deinde mentem nostram igne naturam mutante collustrat : unde consortem ministrantium spirituum eam facit. Hanc igitur virtutem, fratres charissimi, idonee ad hoc præparati concupiscamus, quæ pulcherrima est, quæ omnia contemplatur, quæ omni sollicitudine vacuum facit,

[34] Matth. v, 40. [35] II Cor. xi, 20. [36] Matth. xix, 21. [37] Psal. cxiv, 6. [38] II Cor. viii, 12. [39] Psal. lxxv, 21. [40] Psal. lxvii, 11, 12.

quæ fulgore arcani luminis plena est, et mentem verbis Dei alit, et quæ Deo Verbo (ne multa dicam) animam rationis participem per sanctos prophetas ad inseparabilem cum eo conjunctionem despondit, ut apud homines (o rem admiratione dignam!) hæc divina pronuba voces, quibus similes Deo efficeremur, et theologici sermones diserte canerentur, aptaret.

CAPUT LXVIII.

Quæ sit causa, cur mens nostra difficilis sit ad orationem, facilis vero et prompta ad divinarum rerum contemplationes; et de utilitate orationis, ad proficiendum in contemplatione.

Mens nostra, ut plurimum difficilis est ad orationem propter angustam et contractam virtutem orandi, ad theologiam vero se dat libenter propter latitudinem et laxitatem res divinas contemplandi. Ut igitur non faciamus ei liberum ut multa loqui libeat, nec immoderate exsultare permittamus, quamplurimum in oratione, et psalmorum cantu, et sanctarum Scripturarum lectione occupemur, neque commentationes virorum disertorum negligamus, quorum fides ex sermone dignoscatur. Non enim, cum hoc fit, locus datur, ut mens nostra verba propria cum verbis gratiæ misceat, aut ab inani gloria trahatur per nimiam exsultationem ac loquacitatem distracta: imo et ipso contemplationis tempore mentem extra omnem phantasiam custodiemus, ac cunctas fere cogitationes, quæ ad excitandas lacrymas valent, hinc ei comparabimus; illis enim quietis temporibus recreata mens et ipsa orationis dulcedine maxime delinita, non solum illis quæ diximus, vitiis liberatur, sed etiam vires adhuc renovat, quas celeriter ac sine labore ad divina contemplanda intendat, simulque in contemplatione ea discernendi, multa submissione proficiat. Illud tamen advertendum est, esse quidem orationem supra omnem latitudinem; sed hæc illorum est, qui in omni sensu et plenitudine divina gratia impleti sunt.

CAPUT LXIX.

Quomodo gratia in principio cum magna voluptate spirituali soleat animam illuminare; processu vero certaminis spiritualis non ita, ut videamur derelicti, et quæ utilitas inde instat, et quomodo iis qui adhuc sunt parvuli in certamine spirituali, nimius dolor et nimium gaudium noceat.

Solet principio gratia lumine suo in multo sensu animam collustrare; processu vero certaminis sæpe mysteria sua clam in anima divina contemplanti, operatur, ut nos tunc quidem lætos in vestigia divinarum rerum, quas contemplamur, immittat, velut ex ignorantia ad cognitionem vocatos; in medio vero certaminis cognitionem nostram ab inanis gloriæ cupiditate liberam servet. Oportet igitur dolere quidem moderate, quasi nos derelictos, quo submissiores simus ac magis gloriæ Domini subjecti; lætari vero opportune spe bona exsultantes. Ut enim nimius dolor animam in desperationem et diffidentiam projicit, sic nimia lætitia ad elationem provocat: de iis loquor qui sunt adhuc pueri sensu; inter illuminationem enim et derelictionem interjecta est experientia, inter dolorem vero et lætitiam spes: *Exspectans* enim, inquit, *exspectavi Dominum, et intendit mihi* [41]; et rursus: *Secundum multitudinem dolorum meorum in corde meo, consolationes tuæ lætificaverunt animam meam* [42].

CAPUT LXX.

De loquacitate, quomodo animam distrahat, et memoria sui privet; et quæ causa ejus et quam præclara res sit silentium.

Sicut janua balnei, si crebro aperiatur, cito calorem ejus extrudit, sic anima cum multa loqui vult, quamvis valde pulchra sint omnia, memoriam sui per vocale ostium distrahit, ac disturbat. Ex quo fit, ut tempestivis et opportunis cogitationibus deinceps privetur: ipsum vero concursum cogitationum quodammodo tumultuose quibusvis proferat, quia non habeat deinceps Spiritum sanctum, qui animam ejus a visis extrinsecus oblatis servet; bonum enim, utpote ab omni tumultu et imaginatione alienum, verbositatem fugit. Præclara ergo res est silentium, nihilque aliud quam mater sapientissimorum cogitatuum.

CAPUT LXXI.

Quomodo, cum quis ea quæ mundi sunt, incipit repudiare, tunc incipiant passiones esse ei molestæ, et inter eas potissimum ira et odium; et quomodo melius sit flere duritiam iniquorum, quam odio eos prosequi, quamvis odio digni sint.

Multas esse perturbationes, quæ principio animam in contemplatione rerum divinarum versantem molestia afficiunt, ipse sermo scientiæ nos docet: maxime vero omnium molestæ sunt ira et malevolentia: hoc autem animæ non tam propter dæmones, quam propter progressus suos accidit; dum enim cum voluntate mundo consentit, quamvis cernat jura quomodocunque conculcari, neque movetur, neque perturbatur. Siquidem dum suis ducitur cupiditatibus, non habet justitiæ Dei rationem; postquam vero cœperit passiones superare, non patitur jam tum propter contemptum rerum præsentium, tum propter charitatem, ut videat ne per somnium quidem legem Dei violari, quin potius irascitur maleficis, quoad videat contumeliosos in virtutem justitiæ, dignitatem justitiæ pie defendere. Idcirco igitur iniquos quidem odio habet, justos vero diligit; tunc enim oculus animæ prorsus non rapitur errore, cum anima suum tegumentum, id est corpus, ad multam tenuitatem per continentiam redegit; sed multo præstantius est duritiam et stuporem cordis istorum deflere, quam eosdem odio prosequi: etsi enim malevolentia digni sunt, tamen ratio non vult animam, quæ Dei charitate teneatur, malevolentia turbari et impediri, cum in ea anima quæ odium habet, cognitio non operetur.

[41] Psal. xxxix, 2. [42] Psal. xciii, 19.

CAPUT LXXII.

De charismate sapientiæ, et de charismate scientiæ, sive cognitionis : et quomodo secunda virtus plus valeat ad exstirpandas passiones, quam prior; et quare non reperiatur plene utraque in singulis.

Theologus, id est rerum divinarum contemplator eloquiis Dei delinitus et inflammatus, animo applicat se in illa laxitate ac latitudine opportuna contemplationum ad moderandas aliquantum passiones. *Eloquia* enim *Domini*, ait, *eloquia casta; argentum igne examinatum, purgatum terræ* [43]. Qui vero cognitioni deditus est, experientia cognitionum secundum operationem confirmatus, superior passionibus exsistit; assequetur autem theologus experientiam virtutis cognitionis, si se submisse gerat. Et rursus qui studio cognitionis tenetur, assequetur item virtutem contemplationis, si eam partem animæ, quæ ad discernendum data est, habeat non errantem. Non enim cuivis contingit habere ex toto hæc duo charismata, idque ut dum uterque admiratur, et laudat quo alter abundat, humilitas cum zelo justitiæ in ambobus redundet. Idcirco ait Apostolus : *Alii per Spiritum datur sermo sapientiæ, alii autem sermo scientiæ* (sive cognitionis) *secundum eumdem Spiritum* [44].

CAPUT LXXIII.

De oratione vocali, et in corde, cui contingat libentius orare voce; et cui rursus libentius in corde, et de simulacro lætitiæ, quod sequitur orationem vocalem, et de lacrymis, quæ sequi solent orationem cordis, et post lacrymas quædam voluptas animi; et quæ sit causa, et quomodo opus sit paulo majore voce psalmos canere, cum animus graviter languet.

Cum anima est in affluentia suorum fructuum naturalium, majore etiam voce psalmos canit, magisque vult orare voce. Cum vero Spiritus sanctus in ea operatur, tunc cum omni laxamento ac dulcedine canit, et orat in corde tantum. Sed cum illo priore modo affecta est, sequitur inde, ut videatur sibi gaudere ; cum autem posteriore, sequuntur lacrymæ spirituales, ac postea voluptas quædam animi tacita, et silentii amica : memoria enim dum propter temperationem vocis manet fervida, facit, ut quosdam blandos et lacrymantes cogitatus cor ferat. Unde videre sane est, semina orationis cum lacrymis propter spem metendi gaudium in terra cordis spargi. Cæterum, cum multa mœstitia gravamur, oportet nos paulo grandiore voce psalmos canere, edentes sonos animæ, lætitia spei, donec gravis illa caligo aura concentus discutiatur.

CAPUT LXXIV.

De ardore spirituali animæ, et quid inter charitatem naturalem et spiritualem intersit.

Cum anima noscit seipsam, ex se etiam fervorem quemdam et pudorem Deo amicum affert, siquidem non confusa sollicitudinibus vitæ hujus, amorem quemdam pacis parit, quo Deum pacis quæriit, tametsi celeriter ab hoc distrahitur, vel sensibus prodentibus, et vel etiam natura bonum suum propter inopiam cito consumente : unde sapientes gentilium, A quod per virtutem se assequi existimabant, hoc, ut oportebat, non habebant, quia scilicet eorum mens a perenni et vera sapientia non agebatur. Fervor vero, quem Spiritus sanctus cordi affert, primum quidem totus ad pacem spectat, constansque est atque omnes animæ partes ad desiderium Dei invitat, et extra cor non excitatur, imo per ipsum ad charitatem quamdam immensam et gaudium totum hominem exhilarat. Oportet igitur ardorem illum agnoscere, ad eumque pervenire; charitas namque naturalis index est naturæ propter virtutem quodammodo benevalentis, nunquam tamen facere potest mentem bonam ad comparandam vacuitatem passionum, ut potest charitas spiritualis.

CAPUT LXXV.

B *Quando et quomodo gratia Spiritus sancti servet animam puram et liberam a nebulis passionum; et quando item et quomodo spiritus erroris tegat eam nubibus peccatorum.*

Sicut aer iste nobis circumfusus, flante aquilone, propter naturam ejus tenuem et serenantem, purus permanet; contra vero, flante austro, totus veluti densatur a natura venti hujus nebulosa, qui ex suis regionibus ac locis ratione cujusdam cognationis nubes per totum orbem inducit : sic anima, cum afflatu veri et sancti Spiritus cietur, tota extra nebulas dæmonis posita est; rursus vero, cum ab spiritu erroris vehementer inflatur, tota nubibus peccati obtegitur. Oportet igitur, ut totis viribus propositum nostrum ad vivificam et pugnantem C Spiritus sancti auram semper convertamus, id est ad spiritum, quem propheta Ezechiel venientem ab aquilone in lumine cognitionis vidit [45]. Ut ea potissimum animæ nostræ pars, quæ in contemplatione versatur, in serenitate perseveret; ut divina sine errore contemplemur, cernentes ea quæ sunt luminis in aere veri luminis, hoc enim est lumen veræ cognitionis.

CAPUT LXXVI.

Quomodo ante baptismum spiritus veritatis operetur in anima, et quomodo spiritus erroris : quomodo item isti duo spiritus operentur post baptismum.

Nonnulli existimarunt gratiam pariter et peccatum, id est Spiritum veritatis, et spiritum erroris in mente ejus qui baptizatus est, occultari. Unde D alter, inquiunt, mentem ad virtutes hortatur et provocat, alter ad contraria. Ego vero tum ex divinis Scripturis, tum ex ipso sensu mentis comprehensum habeo, ante baptismum quidem hortari extrinsecus gratiam ad meliora, ac Satanam in imo cordis delitescere dantem operam, ut omnes vias mentis, quæ ad dexteram tendunt, obstruat; ex ipsa vero hora, qua regeneramur, dæmon quidem foris est, gratia vero intus. Unde comperimus, sicut olim error dominatus est in animam, sic in eam post baptismum dominari veritatem. Exercet quidem postea Satanas vim suam in anima, sicut antea, et sæpenumero pejus, non tamen tanquam adsit una cum charitate, absit! sed, quod dulcedi-

[43] Psal. xi, 7. [44] I Cor. xii, 8 sqq. [45] Ezech. i, 4.

nem voluptatum, quæ a ratione alienæ sunt, tanquam fumum quemdam in mentem per liquorem corporis infundat; hoc autem permissu Dei efficitur, ut homo, per tempestatem et ignem probationis trajectus, sic ad fruendum, si velit, summo bono perveniat : *Transivimus*, inquit, *per ignem et aquam, et eduxisti nos in refrigerium* [46].

CAPUT LXXVII.

Quomodo et quando incipiat gratia Dei declarare bonitatem suam animæ; et quare tunc permittat Deus, ut plus molestiæ exhibeant ei dæmones; et quam magna inde utilitas exsistat.

Gratia, ut dixi, ex ipso puncto temporis quo baptizamur, in ipsa ima sede mentis occulitur, præsentiam suam sensui celans; postquam vero toto quis animo Deum amare cœperit, tunc inexplicabili quadam ratione per sensum mentis partem bonorum suorum cum anima communicat. Unde qui prorsus vult tute hoc quod invenit tenere, facile capitur desiderio relinquendi libentissime omnium bonorum vitæ hujus possessionem, ut agrum nimirum comparet, in quo thesaurum vitæ abditum reperit [47]. Cum enim cunctas quis vitæ hujus opes dimiserit, tunc locum, in quo gratia Dei recondita est, adipiscitur. Secundum enim proportionem progressus animæ donum Dei bonitatem suam menti patefacit : tametsi permittat Deus dæmonibus, ut plus tunc turbatum animæ faciant, scilicet, ut congruenter eam doceat, rectum a pravo discernere, efficiatque quando purgatur magis submissam, propter multam verecundiam turpitudinis ex cogitationibus appulsu dæmonum excitatis.

CAPUT LXXVIII.

Quatenus homo ad imaginem Dei factus sit, et quid effectum per peccatum Adæ, et quid rursus per baptismum, et quare non possint simul habitare in homine duo spiritus, alter bonus, et alter malus, sicut nonnulli opinati sunt; quare post baptismum reticta est duplex voluntas, et impugnatio dæmonis.

Sumus ad imaginem Dei [48], secundum notionem animæ ad mentem pertinentem; corpus enim tanquam domicilium animæ est. Igitur quia peccato Adæ non solum lineæ formæ animæ sordidæ sunt, sed corpus quoque nostrum sub interitum cecidit, idcirco sanctum Dei Verbum carnem assumpsit, donavitque nobis, utpote Deus, aquam salutarem per baptismum suum ad regenerationem : per aquam enim operatione vivifici Spiritus regeneramur, quo confestim anima et corpore mundamur, si modo toto animo effecti, ad Deum accedimus, Spiritu quidem sancto in nobis habitante, peccato vero ab eo expulso; non enim fieri potest, cum sit una et simplex animæ forma, ut duæ ibi personæ adsint, ut quorumdam opinio fuit; gratia namque Dei per baptismum infinito quodam amore ad lineas formæ, quæ ad imaginem Dei facta est, aptata in pignus similitudinis, ubi potest esse locus dæmoni, cum nulla sit luci cum tenebris communitas [49]? Qui igitur in sacro certamine cursores sumus, credimus multiformem illum serpentem per lavacrum incorruptibile ex penetralibus mentis ejici, neque vero mirari debemus, cur post baptismum turpia cum honestis cogitamus : sanctus enim baptismus maculam quidem peccati ex nobis delet; illam vero voluntatem nostram duplicem non mutat nunc; neque dæmones, ne nos impugnent, prohibet, aut ne verbis utantur ad decipiendum, scilicet, ut quod in illo naturali statu positi non custodivimus, acceptis armis justitiæ, virtute Dei custodiamus.

CAPUT LXXIX.

Quando in profundo cordis, id est in mente ipsa habitet gratia Dei, et quomodo ibi nihil possit dæmon operari, et quomodo et per quas partes operantur dæmones in anima, et quomodo mens nostra condelectetur legi spiritus, et de gaudio spiritali, unde et quando exsistat.

Satanas, ut dixi, ab anima per sanctum baptismum excluditur; permittitur tamen ei ob eas quas dixi causas operari in ea per corpus; gratia Dei in profundo animæ, id est in ipsa mente habitat. *Omnis* namque *gloria filiæ Regis ab intus*, ut ait Propheta [50], dæmonibus inaspectabilis. Quocirca desiderium Dei ex ipso, quasi profundo cordis veluti scaturire sentimus, quando Dei ferventer recordamur; mali vero spiritus in sensus corporis deinceps insiliunt, ibique delitescunt, in iis operantes, cum est carnis opportunitas, qui sunt adhuc anima puerili. Ad hunc igitur modum mens nostra, secundum Apostolum, semper legi spiritus condelectatur [51] : ipsi vero sensus corporis blanditiis et illecebris voluptatum capi volunt. Unde gratia quidem in iis qui processus in cognitione faciunt, per sensum mentis delectationem gignit, ita ut mirabili eos gaudio exsultare faciat. Dæmones vero cum nos rursus viderint cursum pietatis negligenter currentes, animam per sensus corporis captivam ducunt, violenter illam quidem interfectores illi ad ea quæ renuit provocantes.

CAPUT LXXX.

Quomodo in cordibus fidelium non possint simul insidere spiritus gratiæ, et spiritus peccati, ut quidam opinati sunt, male interpretantes illud Joannis evangelistæ, Et tenebræ eam non comprehenderunt; *et quomodo hoc Paulus interpretatus sit in Epist. ad Philipp.* III, 12.

Qui aiunt duas personas, spiritum scilicet gratiæ, et spiritum peccati in cordibus fidelium simul insidere, ex eo quod evangelista dixit : *Et lux in tenebris lucet, et tenebræ eam non comprehenderunt* [52], opinionem suam probare volunt, dicentes non inquinari divinum splendorem spiritus mali congressu, quomodocunque divinum in anima lumen ad tenebras dæmonis propius accedat. Ipsis tamen Evangelii verbis a sanctis Scripturis dissentire probantur. Quia enim Verbum Dei voluit, ut verum lumen suum per carnem suam hominibus appareret, incenso in nobis ob nimiam ejus benevolentiam lumine cognitionis, prudentia vero mundi consilium Dei

[46] Psal. LXV, 11. [47] Matth. XIII, 44. [48] Gen. I, 26, 22. [49] II Cor. VI, 14. [50] Psal. XLIV, 14. [51] Rom. VII, 22. [52] Joan. I, 5.

non comprehendit : siquidem prudentia carnis inimica Dei est [53] : ob hanc causam usus est Joannes hujusmodi verbo, atque paucis interjectis, subjungit evangelista : *Erat lux vera, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum*, id est, est dux viæ ostendendæ, ac vitam præstat : *in mundo erat, et mundus per ipsum factus est, et mundus eum non cognovit ; in propria venit, et sui eum non receperunt ; quotquot autem receperunt eum, dedit eis potestatem filios Dei fieri, iis qui credunt in nomine ejus* [54]. Ait autem apostolus Paulus interpretans illud, *non comprehenderunt : — Non quod acceperim jam, aut jam perfectus sim, persequor autem, ut comprehendam, in quo et comprehensus sum a Christo Jesu* [55]. Itaque non dicit evangelista, non comprehendisse Satanam verum lumen ; ab initio enim alienus est ab eo, siquidem non lucet in ipso : sed potius homines ipsos, qui audiebant quidem potentias et mirabilia Filii Dei, sed propter erroris tenebras cordi offusas, ad lumen cognitionis ejus accedere nolebant, merito verbo illo vituperat.

CAPUT LXXXI.

De duplici genere malorum spirituum, partim cum anima, partim cum corpore luctantium ; et quomodo tentent, cum anima est extra gratiam Dei, et quomodo, cum non est ; et quomodo utrisque resistendum ; et de tentatione, quando tentat dæmon suggerendo, ut naturam humanam contemnamus, quia sit mortalis ; et quomodo sit tunc occurrendum.

Duo esse veluti genera malorum spirituum docet nos spiritualis cognitio. Alii enim sunt tanquam subtiliores, alii crassiores. Subtiliores igitur animam oppugnant, crassiores vero quibusdam sordidis cogitationibus carnem ducere captivam soliti sunt : quamobrem dæmones qui cum anima luctantur, et qui cum corpore, sibi ipsi sunt adversarii, tametsi par utrisque studium ac propositum nocendi hominibus. Cum ergo non habitat gratia in homine, tunc in profundo cordis instar quidem serpentis delitescunt, non sinentes omnino animam ad cupiditatem boni aspicere. Cum vero gratia in mente est abdita, tunc tanquam nubes quædam caliginosæ deinceps per partes cordis in passiones peccati discurrunt induti varias formas distractionum, ut memoriam mentis distrahentes, illam ipsam mentem ab usu et familiaritate gratiæ divellant. Quando igitur a dæmonibus, qui animæ sunt infesti, ad passiones animæ inflammamur, ac potissimum quidem ad elationem quæ est omnium malorum parens, si interitum corporis cogitamus, inflatos esse, et gloriæ cupidos magnopere nos pudet ; idem autem facere oportet, cum dæmones, quibus cum corpore luctatio est, eo nos præparant, ut cor nostrum in turpia desideria effervescat ; hæc enim recordatio mortis potest omnes varietates malorum spirituum per memoriam Dei frustrare. Quod si dæmones isti subtiliores, qui animas impugnant, nobis de hac cogitatione mortis, ut naturam humanam infinito despectui habeamus, suadeant, quasi propter carnem intereuntem nullius pretii aut honoris sit : hoc enim facere solent, cum quis eos hujusmodi cogitatione mortalitatis torquere vult ; restat, ut cœlestis regni decus et gloriam cogitemus, acerbitatem et tenebras judicii interim non negligentes, ut altero levitatem cordis nostri premamus, altero tristitiam nostram consolemur.

CAPUT LXXXII.

Quomodo, quandiu est aliquis in gratia Dei, non potest diabolus esse in corde ejus ; quomodo, et ubi hoc doceat Paulus ; et quomodo pugnet diabolus cum iis qui sunt in gratia Dei ; et quomodo cum iis qui sunt extra gratiam ; et quomodo, qui perfecte pugnet cum diabolo, non potest diabolus carnem ejus ad voluptatis illecebras pellicere, ut Paulum et similes.

Docuit nos Deus in Evangelio, quemadmodum cum reversus Satanas reperit domum suam scopis mundatam et vacantem, id est, reperit cor infrugiferum, tunc accipit septem alios spiritus, et ingreditur in eam, latetque intus efficiens novissima hominis illius pejora prioribus [56]. Unde advertendum est, quandiu in nobis est Spiritus sanctus, non posse Satanam ingressum in profundo animæ residere, imo et Paulus aperte docet nos hujus contemplationis intelligentiam ; contemplatus enim hujus quæstionis genus, ex scientia quidem certandi hunc sermonem profert, *Condelector*, inquit, *legi Dei, secundum hominem interiorem. Video autem aliam legem in corpore meo repugnantem legi mentis meæ, et captivantem me in lege peccati, quæ est in membris meis* [57] ; ex perfectione vero illum : *Nihil igitur damnationis in Christo Jesu : lex enim spiritus vitæ liberavit me a lege peccati et mortis* [58]. Dicit præterea in alio loco, ut rursus doceat nos, ex corpore oppugnari a Satana animam Spiritus sancti participem : *State igitur succincti lumbos vestros in veritate, et induti loricam justitiæ, calceati pedes in præparationem Evangelii pacis, in omnibus sumentes scutum fidei, in quo possitis omnia tela nequissimi ignea exstinguere ; et galeam salutis assumite ; et gladium spiritus, quod est verbum Dei* [59]. Aliud est, captivam duci, aliud luctari : illud significat, per vim abduci ; hoc æquis viribus certare. Unde Apostolus diabolum ait animas Christum in se ipsis ferentes, cum igneis telis invadere. Ut enim qui non potest eum, cum quo certat, prehendere, jaculis omnino utitur adversus eum, ut possit pugnantem eminus pennis telorum venari ; sic Satanas, quia non potest propter præsentiam charitatis occultari, sicut prius, in mente luctantium, volitat deinceps super humorem, ac latitat in corpore, ut facilitate ejus animam lactet et pelliceat : quocirca oportet moderate eum extenuare, ne mens per humorem ejus ad illecebras voluptatum labatur. Credendum enim est Apostolo [60], in mente

[53] Rom. VIII, 7. [54] Joan. I, 9-12. [55] Philipp. III, 12. [56] Matth. XII, 44-45 ; II Petr. II, 20. [57] Rom. VII, 22, 23. [58] Rom. VIII, 1, 2. [59] Ephes. VI, 14-17. [60] Rom. VII, 22.

quidem eorum qui in certamine sunt, divinum lumen operari, ex quo fiat, ut legi Dei serviat eaque delectetur. Caro enim pravis applaudit, suaque facilitate admittit spiritus : quæ causa est, ut ad famulandum nequitiæ eorum aliquando trahatur. Ex quo maxime apparet non esse mentem commune Dei et diaboli domicilium : alioqui quomodo illud diceret : *Mente quidem servio legi Dei, carne vero legi peccati* [61], nisi mens mea cum omni libertate in pugna contra dæmones staret bonitati gratiæ serviens, corpus vero suavem odorem voluptatum a ratione abhorrentium admitteret? quia ut dixi, sinuntur mali et fallaces dæmones in corpore eorum qui certant absconditi esse (*Scio enim*, inquit, *quod non habitat in me, id est, in carne mea bonum* [62]), in iis scilicet qui medio quodam certamine peccato resistunt; non enim hoc Apostolus de se dicit, cum mente quidem pugnam dæmones committere; carnem vero, ut ad illecebras voluptatum blandis consolationibus emolliant ac dissolvant, eosdem conari; permittuntur enim judicio versari in profundo corporis etiam in iis qui robuste adversus peccatum dimicant, quia sit semper experienda et periclitanda libertas humanæ voluntatis. At si quis queat adhuc vivens mori per labores, totus deinceps domus Spiritus sancti fit; hic enim priusquam moriatur, surrexit, qualis Paulus, et quicunque perfecte cum peccato certarunt et certant.

CAPUT LXXXIII.

Quomodo, et unde cor malas cogitationes gignat, et quare cogitationes etiam a diabolo nobis suggestæ, ex corde exire dicantur in Evangelio.

Cogitationes quidem tum bonas, tum non bonas gignit ex se cor, non quidem quod malas cogitationes naturaliter ferat, sed quod propter primam illam fallaciam tanquam habitum quemdam memoriæ ejus, quod non est bonum, semel ceperit, plurimas vero, easdemque malas cogitationes ex amarulentia dæmonum concipit; universas vero ex cordibus nostris proficisci sentimus : ex quo factum est, ut nonnulli existimarent, peccatum esse in anima pariter cum gratia : atque idcirco Dominum dixisse, quæ ex ore exeunt, ex corde exire, et illa hominem inquinare : *Ex corde enim*, inquit, *exeunt cogitationes malæ* [63]. Sed ignorant isti, quemadmodum mens nostra, quæ sensu quodam subtilissimo utitur, illarum cogitationum operationem, quas mali spiritus ei suggerunt, quasi per carnem sibi vindicat, corporis facilitate magis ad hoc, nescio quomodo, animam per concretionem trahente. Si quidem semper anima assentationes et blanditias fallaciæ immoderate amat, ob hanc causam cogitationes a dæmonibus seminatæ ex corde videntur prodire; eas autem nostras revera ipsi facimus, quoties illis delectari volumus. Quod quidem cum Dominus reprehenderet, ut Scriptura ipsa divina declarat, iis verbis, quæ supra cap. 82 recitavimus, usa est Qui enim cogitationibus, quas improbitas Satanæ subjicit animæ delectatur, earumque memoriam cordi suo veluti inscribit, non est dubium, quin eas ipsas ex mente sua, veluti fructus effundat.

CAPUT LXXXIV.

Quomodo non possint esse simul in corde hominis gratia Dei et diabolus, et de exemplo ad hoc declarandum et intelligendum.

Ait Dominus in Evangelio, non posse fortem domo sua ejici, nisi fortior ejiciat, postquam eum alligaverit et diripuerit [64]. Quomodo igitur poterit cum tanto ejectus dedecore, rursus ingredi, et una cum vero versari domino domi suæ quandiu vult requiescenti? nunquam enim rex, cum tyrannum aliquem devicerit, qui adversarius suus aliquando fuerit, in regia secum adesse cogitabit : quin potius statim jugulabit, aut certe militibus suis alligatum tradet, ut diuturnum supplicium de eo sumant, eumque miserrima morte afficiant.

CAPUT LXXXV.

Unde accidat quod simul honesta et turpia quandoque cogitamus; et quando, ac cur gratia præsentiam suam menti celet; et quid tunc faciendum sit; et quomodo inter cæteras omnes virtutes nihil possidere maxime conciliet gratiam Dei ad amandum eum vehementer; et cur aliquando etiam is qui magnos progressus in virtute fecit, permittatur potestati dæmonis, relicta ejus mente sine lumine.

Si quis, quia honesta simul et turpia cogitamus, Spiritum sanctum et diabolum in mente habitare eo tempore arbitratur, intelligat id accidere, quia nondum gustavimus, neque vidimus, quam bonus Dominus [65]. Primum enim, ut superius dixi, celat gratia præsentiam suam in baptizatis, exspectans propositum animæ; cum vero se quis ex toto ad Dominum converterit, tunc sensu quodam inexplicabili declarat se adesse præsentem in corde; ac rursus motionem animæ exspectat, permittit tamen tela dæmonis usque ad profundum sensum pertingere, ut fervidiore proposito, ac submisso animo affectus Deum quærat. Si ergo incipiat deinceps in observatione mandatorum progredi, ac Dominum Jesum sine intermissione imploret, tunc ignis sanctæ gratiæ sensus etiam cordis exteriores depascit, zizania humanæ terræ plene exurendo; ex quo fit, ut procul ab illis locis insidiæ dæmonis abscedant, illam partem animæ quæ passionibus commovetur, sensim ac leniter deinceps stimulantes. Cum vero qui certat, virtutes omnes, tanquam nodo connectit, ac maxima omnium virtutum, nihil penitus possidendi, tunc totam ipsius naturam profundiore quodam sensu gratia collustrat circumfovens deinceps ad amandum Deum vehementer, quocirca tunc extra sensus corporis ignei dæmonum arcus exstinguuntur : aura enim Spiritus sancti, quæ ad flatus pacis cor movet, tela igniferi dæmonis in aerem allata exstinguit; permittit tamen aliquando Deus malitiæ dæmonis eum etiam, qui hos progres-

[61] Rom. VII, 25. [62] ibid. 18. [63] Matth. XV, 19. [64] Matth. XII, 29. [65] Psal. XXXIII, 9.

sus fecit, relicta tunc mente ejus sine lumine : ne scilicet potestas voluntatis nostræ liberæ, vinculo gratiæ sit prorsus alligata ; non solum quia luctando peccatum vincitur, sed etiam quia debet homo adhuc ad spiritualem experientiam proficere : quod enim in eo, qui eruditur, perfectum existimatur, si cum divitiis erudientis Dei comparetur, imperfectum est in magnificentia charitatis, quam eis processu laborum totam quis scalam ostensam Jacob possit ascendere [66].

CAPUT LXXXVI.

Rursus quomodo gratia Dei non possit una cum diabolo habitare in mente hominis, et de duplici decessione gratiæ Dei, secundum eruditionem, et secundum aversionem ; et quare gratia Dei se aliquando abscondat menti ; et de exemplo familiari ad id ostendendum.

Dominus est qui ait, Satanam veluti fulgur e cœlo cecidisse [67], ut in angelorum domicilium deformis ille non aspiciat. Quomodo ergo qui vel communione bonorum ministrorum non est habitus dignus, una cum Deo in mente hominis habitare potest ? At dicent fieri hoc secundum decessionem. Sed nihil amplius proficiunt : decedere enim Deum ad erudiendum, non privat animam divino lumine. Sæpe enim gratia, ut jam dixi, præsentiam solum suam menti celat, ut acerbitate et molestia dæmonum animam veluti impellat, ut cum omni metu ac magna submissione auxilium Dei quærat, malitiam inimici sui paulatim agnoscens, quemadmodum si mater pueruluni suum lactentem et leges sugendi detrectantem paulisper ab ulnis suis repelleret, ut perterritus a quibusdam deformibus hominibus circumstantibus, aut bestiis qualibuscunque, ad sinus matris cum magno timore et lacrymis revertatur ; illa vero decessio gratiæ, quæ per aversionem Dei fit, animam, quæ Deum habere non vult, dæmonibus velut vinctam tradit. At nos non sumus filii subtractionis [68]. Avertat Deus ! Sed credimus esse nos filios gratiæ Dei legitimos, qui parvis ejus decessionibus et crebris consolationibus tanquam lacte alimur, ut per bonitatem ejus in viros perfectos et mensuram ætatis plenitudinis Christi evadamus [69].

CAPUT LXXXVII.

Decedere gratiam Dei ad eruditionem, quid boni afferat homini ; et rursus quid mali decedere secundum aversionem ; et quid in utraque decessione faciendum nobis sit ; et quare aliquando gratia Dei auxilium suum in anima celet dæmonibus.

Decessio gratiæ ad erudiendum, affert quidem animæ multum doloris ac submissionis, et desperationem moderatam, ut ea pars animæ, quæ studio gloriæ et admirationis capitur, decenter se submittat ; continuo tamen affert cordi timorem Dei, et lacrymas confessionis, ac vehemens desiderium optimi silentii. Decessio vero per aversionem Dei facta animam repleri sinit desperatione simul et diffidentia atque ira et elatione. Quare oportet, cum utramque decessionem experientia didicerimus, ut utriusque earum modus requirit, ad Deum accedere ; in altera quidem gratias cum defensione agere debemus, quod privatione consolationis intemperantiam voluntatis nostræ castigarit, ut nos tanquam bonus pater virtutis et vitii differentiam doceret ; in hac vero perpetuam peccatorum confessionem, et omni tempore lacrymas ac majorem secessionem adhibere oportet, ut sic Deum accessione laborum ad respicienda, sicut antea, corda nostra flectere possimus. Advertendum tamen est, quod cum ipse Satanas per se pugnam cum anima committit, in decessione, inquam, gratiæ, quæ fit ad erudiendum, subducit quidem seipsam, ut dixi, gratia, quodam tamen ignoto et occulto auxilio animam adjuvat, ut inimicis ejus ostendat animæ esse victoriam.

CAPUT LXXXVIII.

Quomodo Spiritus sanctus principio gratiam suam operetur in inchoantibus vitam spiritualem, et de exemplo naturali ad hoc intelligendum : et unde factum sit, ut mens etiam nolens eodem tempore honesta et turpia cogitet ; et qui sint qui spiritualia tantum cogitant, et quomodo id contingat.

Quemadmodum cum quis hiberno tempore alicubi sub aperto cœlo mane se totum ad orientem vertit, priores quidem partes omnes corporis a sole calescunt, posteriores vero omnes sunt expertes caloris, quia non sol supra caput ejus, sic evenit iis qui sunt in initio spiritualis operationis, scilicet cor eorum teporem divinæ gratiæ ex parte admittit. Unde fructus tunc spiritualium cogitationum incipit mens effundere, partes vero cordis patentes, secundum carnem sapiunt, quod nondum intimo sensu omnia cordis membra lumine sanctæ gratiæ illustrentur. Quod quidem nonnulli cum non intelligerent, duas personas tanquam sibi inter se adversarias in mente certantium esse cogitaverunt ; sic igitur accidit, ut anima honesta, et non honesta eodem puncto temporis cogitet ; sicut homo, cujus exemplum supra posuimus, eodem temporis spatio friget et tepescit. Ex quo enim mens nostra in duplicem cognitionem delapsa est, necesse habet, ut eodem momento, quamvis nolens, honesta et turpia cogitata ferat, ii præsertim qui ad subtilitatem discernendi veniunt. Semper enim ut mens properat aliquid honesti considerare, continuo subit recordatio mali, quod sit memoria mentis nostræ propter peccatum Adæ non obedientis in duplicem quamdam divisa cogitationem. Si igitur mandata Dei zelo perficere incipiamus, deinceps gratia Dei omnes sensus nostros in sensu quodam profundo illuminans cogitatus quidem nostros veluti comburit ; cor vero in pace quadam amicitiæ firmæ ac constantis dulcedine perfundit, facitque ut spiritualia, et non jam quæ secundum carnem sunt, mente agitemus, hoc vero iis frequentissime contingit, qui ad perfectionem proxime accedunt qui memoriam Dei perpetuam in corde habent.

[66] Gen. XXVIII, 12. [67] Luc. X, 18. [68] Hebr. X, 39. [69] Ephes. IV, 13.

CAPUT LXXXIX.

Quando, et quomodo faciat Dei gratia, ut imago Dei, ad quam facti sumus, splendeat in nobis; quando item faciat, ac quomodo, ut sit nobis similitudo Dei, et de exemplo pictoris ad intelligendum utrumque, et quomodo sine illuminatione dilectionis Dei, quam Spiritus sanctus operatur, nemo possit habere similitudinem Dei, quamvis habeat cæteras omnes virtutes, quas naturaliter habere possit.

Duo nobis bona per baptismum regenerationis sancta gratia comparat, quorum alterum alteri infinito intervallo antecellit: sed illud quidem statim largitur, renovat enim nos in ipsa aqua, et cunctas animæ lineas, id est quod ad imaginem Dei, omnibus rugis peccati nostri detractis, splendescere facit: hoc vero, id est quod est ad similitudinem Dei, non statim largitur, sed exspectat potius, ut illud, nobis adjutoribus, operetur. Cum igitur cœperit mens multo sensu suavitatem Dei gustare, scire nos oportet, tunc gratiam incipere veluti depingere in imagine similitudinem. Ut enim pictores primum quidem uno colore figuram hominis depingunt, postea vero colorem colori paulatim imponentes, speciem similis picturæ usque ad capillum salvam retinent, sic gratia Dei primo quidem quod erat ad imaginem Dei factum, in eum statum, qui erat, cum factus est homo, per baptismum concinnat et aptat; cum autem videt nos toto animo pulchritudinem similitudinis concupiscere, stareque in sua officina nudos, ac nullius admiratione rei captos, tunc virtutem virtuti addens, instar florum, speciemque animæ a claritate in claritatem transferens, formam similitudinis Dei ei adhibet, ita ut sensus quidem declaret, formari in nobis illud quod est ad similitudinem; perfectionem vero similitudinis ex illuminatione cognoscemus: mens namque proficiendo mensura quadam et rhythmica temperatione arcana, per sensum virtutes universas recipit. Spiritualem vero charitatem nemo comparare potest, nisi a Spiritu sancto plenissime illuminetur: nisi enim mens similitudinem Dei per divinum lumen perfecte recipiat, cæteras fere virtutes habere quidem potest, perfectæ vero charitatis adhuc expers remanet. Siquidem cum similitudinem virtutis Dei accipit, quatenus homo fieri potest similis Deo, tunc fert similitudinem divinæ charitatis. Ut enim in iis tabulis quæ ad similitudinem aliarum pictæ sunt, totum illud floridum colorum, qui sunt additi imagini, similitudinem picturæ per omnia servat et retinet usque ad imitationem etiam subridentis, sic in iis quos divina gratia ad similitudinem Dei depingit, illuminatio charitatis addita declarat eum, qui ad imaginem Dei factus est, esse ex omni parte similitudine Dei decoratum; non enim potest alia virtus vacuitatem passionum ipsi animæ acquirere, nisi sola charitas: *Plenitudo namque legis dilectio est* [70]. Quamobrem renovatur quidem homo noster interior de die in diem in gustu charitatis: impletur vero, cum hæc perficitur.

CAPUT XC.

De sensu et experientia divinæ dulcedinis in initio proficiendi spiritualiter, unde exsistat, et quomodo; et cur postea abscondatur nobis hujusmodi dulcedo, et unde exsistat difficultas diligendi Deum cum gustu et in sensu cordis; et quomodo contendendum sit ad ejusmodi gustum charitatis Dei; et quibus contingat perfectio charitatis in hac vita, et perfectus gustus ejus.

Igitur Spiritus sanctus initio progressus spiritualis, si virtutem Dei fervide amamus, annuit animæ, ut dulcedinem divinam in omni sensu et plenitudine sentiat, quo possit mens sanctorum laborum præmium perfectum notitia exacta cognoscere: hujus vero vivifici muneris magnificentiam et amplitudinem diu deinceps nobis celat, ut quamvis cæteras omnes virtutes operemur, nihil prorsus nos esse existimemus, quia nondum sanctam charitatem tanquam habitu confirmatam habeamus. Sic igitur spiritus odii dæmon plus tunc molestiæ animis pugilum spiritualium exhibet, ita ut eos qui inter se amant, ad odium traducat; et usque ad osculum mortiferum odii actum deferat, ex quo fit, ut plus anima doleat, quod cum charitatem spiritualem alioqui in memoria ferat, non tamen possit in sensu eam adipisci propter vacationem perfectissimorum laborum. Oportet igitur eam omni vi adhibita eatenus exercere, ut ad ejusdem gustum in toto sensu ac plenitudine perveniamus; ejus enim perfectionem nemo mortalium assequi potest præter sanctos eos qui usque ad martyrium et perfectam confessionem provecti sunt. Qui enim hoc adeptus est, totus jam mutatur, ita ut neque cibum facile appetat. Quid enim eorum quæ in mundo sunt expetat, qui divina charitate nutritur et alitur? Idcirco sapientissimus Paulus, amplum illud scientiæ receptaculum, prædicans nobis e sua plenitudine justorum futuras delicias, sic ait: *Non est regnum Dei esca et potus, sed justitia et pax, et gaudium in Spiritu sancto* [71], qui sunt perfectæ charitatis fructus. Quare possunt quidem gustare eam hic frequenter, qui ad perfectionem proficiunt ac progrediuntur; perfecte vero gustare non possunt, nisi prius quod mortale est absorbeatur a vita.

CAPUT XCI.

De quodam, qui tenebatur ardenti desiderio cognoscendi perspicue charitatem Dei, quomodo eam cognoverit Dei munere; et de iis, qui ejusmodi charitatem sensu et gustu cordis experti sunt, quales sint eorum virtutes; et quomodo isti fidem charitate superent; et quomodo hoc Paulus significaverit cum dixit: Nunc autem manent fides, spes, charitas; tria hæc, horum major est charitas [72].

Narravit mihi quidam ex iis qui voluntate quadam insatiabili Dominum diligunt, quemadmodum cum teneretur desiderio charitatem Dei plane et perspicue cognoscendi, hoc ille summe bonus in multo sensu et plenitudine largitus esset, seque eatenus ejusmodi operationem sensisse aiebat, ut

[70] Rom. XIII, 10. [71] Rom. XIV, 17. [72] I Cor. XIII, 13.

anima cum inexplicabili tunc lætitia et charitate desideraret ex corpore excedere, et ad Dominum proficisci, ac genus vitæ hujus caducæ veluti ignorare. Qui igitur hanc charitatem expertus est, tametsi infinitis contumeliis et incommodis ab aliquo afficiatur (accidit enim interdum, ut qui exercendus sit laboribus, hujusmodi malis implicetur), tamen non irascitur ei; sed potius cum eo, qui contumelias et damna intulit, manet copulatus; in eos vero solum incitatur et incenditur, qui in pauperes invadunt, aut in Deum, sicut ait Scriptura, iniquitatem loquuntur [73], aut alio quopiam modo non bene vivunt. Qui enim plus jam Deum, quam se diligit, imo non amplius se diligit, sed Deum solum, non jam honorem suum sectatur, sed magis justitiam ejus honorari cupit, a quo ipse honore immortali honoratus est: idque non parva quadam voluntate expetit; quin potius habet deinceps hujusmodi affectum animi tanquam habitu susceptum propter multam experientiam charitatis Dei. Sciendum præterea est, eum, qui in hujusmodi charitatem a Deo actus est, dum illa operatio charitatis durat, supra fidem consistere, tanquam tenentem jam in sensu cordis per multam charitatem eum, quem fide honorabat. Quod quidem aperte nobis apostolus Paulus significat, cum ait, *nunc autem manent fides, spes, charitas; major autem horum est charitas.* Ut enim dixi, qui Deum copiosa charitate amplectitur, multo major est tunc sua fides, totus in desiderio Dei positus.

A

B

C

CAPUT XCII.

De proprietate mediocris operationis ex cognitione sancta, quomodo afferat nobis magnum dolorem, si quando aliquem offenderimus; et quid faciendum sit tunc, si offensus reconciliari nobis noluerit, aut si procul absens fuerit.

Mediocritas operationis, quam cognitio sancta operatur, non parum dolere nos facit, cum in aliquem irritati, inimicum nobis contumeliis nostris fecimus. Ex quo fit, ut nunquam remittat conscientiæ nostræ morsus, donec in pristinam gratiam contumelia offensum multa excusatione reconciliaverimus. Sed ille est acerbissimus conscientiæ morsus, cum aliquis ex vitæ hujus hominibus immerito nobis irascitur, valde enim nos sollicito et exercito animo esse facit, quod cuiquam ex numero eorum qui de hoc sæculo loquuntur, offensionem attulerimus. Unde vacat tunc a contemplatione mens, quia sermo scientiæ, cum totus sit charitatis, non sinit agitationem mentis ad concipiendas contemplationes diffundi, ac dilatari, nisi prius eum nobis reconciliemus, qui temere nobis iratus est. Quod si noluerit ille, aut rursus procul a nostris locis ubi versamur abest, de reliquo necessitas urget, ut formam vultus ejus in quadam animæ non contracta fusione ad nostrum affectum adjungentes, sic in profundo cordis legem per charitatem impleamus; oportet enim (inquit) facies eorum, qui intempestive irascuntur, sedata cogitatione, in animo suo cernere eos qui cognitionem Dei habere volunt; quod quidem cum actum erit, non solum in theologia, id est, in divinarum rerum tractatione, sine errore mens versabitur, sed ad charitatem Dei cum magna fiducia ascendet, veluti ex secundo gradu ad primum sine impedimento festinans.

D

CAPUT XCIII.

Quare via virtutis incipientibus appareat aspera, et quare medium ejus transeuntibus fiat facilis: et quid faciendum sit incipientibus ad superandum asperitatem, gratia Dei adjuvante.

Via virtutis iis quidem qui veritatem amare incipiunt, aspera et molesta apparet, non quia talis sit, sed quia natura humana statim ab ipso ortu in laxitate voluptatum versatur; iis vero qui medium ejus transire possunt, tota lenis et expedita ostenditur: mali enim mores, honestis moribus usu virtutis facti obedientes, intereunt una cum memoria voluptatum a ratione abhorrentium. Ex quo fit, ut deinceps anima omnes virtutum vias libenter ambulet. Idcirco Dominus cum nos in viam salutis introducit, ait: *Angusta et arcta est via, quæ ducit ad regnum, et pauci sunt qui eam ingrediuntur* [74]. Eis vero, qui multo studio sancta ejus mandata capessere volunt, sic ait: *Jugum enim meum suave est, et onus meum leve* [75]. Oportet igitur principio certationis violenta quadam voluntate sancta Dei mandata perficere, ut cum Dominus propositum nostrum, et laborem, ac voluntatem viderit voluntati suæ gloriosæ libentissime deservire, gratiam suam mittat (*a Domino enim paratur voluntas* [76]), ut magna cum lætitia nullum tempus intermittentes operemur bonum; tunc revera sentiemus Deum esse *qui operatur in nobis velle, et perficere pro bona voluntate* [77].

CAPUT CXIV.

Quomodo opus sit per labores et infirmitates probari, et veluti molliri cor ad imprimendum in eo sigillum similitudinis Dei ex virtutibus ejus; et quæ essent probationes sanctorum per infirmitates, quas Paulus vocat, tempore martyrum; et quæ pro illis successerint tempore pacis Ecclesiarum; et quomodo operandum sit per tolerantiam in tribulationibus testimonium conscientiæ nostræ.

Sicut in cera, nisi multum tepefacta et mollita sit, non potest sigillum imprimi, sic nec in homine sigillum virtutis Dei imprimi potest, nisi ex laboribus et infirmitatibus probetur. Idcirco Dominus beato Paulo dixit: *Sufficit tibi gratia mea, virtus enim in infirmitate perficitur* [78]. Apostolus vero ita gloriatur inquiens: *Libentissime igitur magis gloriavor in infirmitatibus meis, ut habitet in me virtus Christi* [79]; imo et in Proverbiis scriptum est: *Quem diligit Dominus corripit; castigat autem omnem filium, quem recipit* [80]. Atqui infirmitates vocat Apostolus impugnationes inimicorum verbi Dei, quæ tunc et sibi, et sanctis omni-

[73] Psal. LXXIV, 6. [74] Matth. VII, 14. [75] Matth. XI, 30. [76] Prov. VIII, 14. [77] Philipp. II, 13. [78] II Cor. XII, 9. [79] ibid. [80] Prov. III, 12.

bus crebro accidebant, ne, sicut idem Apostolus ait [81], excellentia revelationum extolierentur, sed potius per submissionem in forma perfectionis perseverarent, divinum munus per frequentes contemptus sancte custodientes; nos vero nunc pravas cogitationes, et corporum ægritudines infirmitates appellamus. Illis enim temporibus, quia corpora sanctorum qui cum peccato pugnabant, mortiferis verberibus, et aliis variis tormentis tradebantur, idcirco passionibus, quæ ex peccato profectæ in naturam humanam ingressæ sunt, multo erant superiora; nunc vero quia Ecclesiæ multam per Dominum pacem et tranquillitatem habent, opus est eorum qui certant, corpus quidem frequentium morborum, animas vero malarum cogitationum periclitatione probari: præsertim in quibus cognitio in omni sensu et plenitudine operatur. Ut extra omnem inanem gloriam et extra illud in sublime positi, sigillum, ut dixit, divinæ pulchritudinis in cordibus suis per multam submissionem capere possint; sicut ait sanctus ille Propheta: *Signatum est super nos lumen vultus tui, Domine* [82]. Oportet igitur cum gratiarum actione voluntatem Domini sustinere; tunc enim ista ægritudinum assiduitas, et cum dæmoniacis cogitationibus pugna, vice secundi martyrii habebitur. Qui enim illis temporibus per impios illos magistratus et potestates sanctis martyribus dicebat: Negate Christum, concupiscite vitæ hujus glorias et honores, nunc etiam præsto est ad dicendum semper eadem per seipsum servis Dei. Qui tunc cruciabat corpora justorum et magistros honoris summis contumeliis per ministros voluntatis et consilii diabolici afficiebat, idem nunc confessoribus pietatis, varias passiones cum multis contumeliis et despicationibus infert, ac tunc quidem potissimum, cum afflictis pauperibus totis illis viribus propter gloriam Domini opem ferunt. Idcirco oportet, ut testimonium conscientiæ nostræ in conspectu Dei tute et toleranter operemur: *Exspectans*, inquit, *exspectavi Dominum, et intendit mihi* [83].

CAPUT XCV.

De duplici humilitate, una mediocrium, altera perfectorum; et quomodo illa mediocrium comparetur, et quomodo altera; et de qualitate et de conditione utriusque; et quomodo a priore ad secundam perveniendum sit.

Res est difficilis ad comparandum humilitas: quo enim major est, eo est usus ejus laboriosior. Duobus vero modis ab iis comparatur, qui sunt cognitionis sanctæ participes; cum enim in studio pietatis certat, in medio spiritualis experientiæ est, tunc aut propter imbecillitatem corporis, aut propter eos, qui virtutis studiosis summe malevoli sunt, aut propter pravas cogitationes, modestius ac submissius quodammodo de se sentit. Cum vero mens a sancta gratia in multo sensu et plenitudine illustratur, tunc anima veluti naturalem habet humilitatem: facta enim plenior et quasi pinguior per divinam gratiam, non potest amplius tumore cupiditatis gloriæ efferri, quamvis perpetuo mandata Dei perficiat: quin potius inferiorem se omnibus ducit propter submissionis suæ et divinæ modestiæ communionem: est autem illa quidem humilitas ut plurimum in dolore et mœstitia: hæc vero in lætitia cum pudore quodam prudentissimo. Quocirca illa quidem iis qui in medio certamine sunt advenit; hæc vero iis mittitur, qui perfectioni appropinquant: ob hanc causam illi quidem sæpenumero secundæ res hujus vitæ exprobrant; altera vero tametsi quis omnia regna mundi ei afferat, neque stupet, neque admiratur, neque prorsus vehementia jacula peccati sentit: tota namque spiritualis facta, honores et glorias ad corpus pertinentes nescit. Opus igitur omnino est, ut qui studium certandi suscipit, cum per illam transierit, ad hanc veniat; nisi enim gratia doloribus ad erudiendum illatis, non cogendo, sed periclitatione probando nostram liberam voluntatem per illam priorem præmoliat, nunquam nobiscum amplitudinem hujus communicabit.

CAPUT XCVI.

Quæ observent dæmones in religiosis ad oppugnandum eos, arripientes inde occasionem; et quomodo sint illa religiosis cavenda et in primis cupiditas gloriæ; et quæ mala ex loquacitate sequantur, et quid contra hoc vitium faciendum.

Qui voluptates vitæ hujus amant, a cogitationibus ad peccata delabuntur; dum enim judicio inconsiderato feruntur, fere omnia, quæ perturbata mente agitant, tum in sermones lege solutos, tum in malefacta conferre cupiunt. Qui vero aggrediuntur monasticam vitam capessere, hi a peccatis ad pravas cogitationes, aut ad mala quædam verba et noxia deveniunt. Hos enim si aut libenter convicium facere, aut de otiosis rebus et intempestivis colloqui, aut sine decentia ridere, aut immoderate irasci, aut vanam et inanem gloriam concupiscere dæmones viderint, tunc una mente et proposito se adversus eos armant: ex cupiditate enim gloriæ in primis occasionem malitiæ suæ arripientes, et per illam, tanquam per fenestram quamdam obscuram ingressi, animas diripiunt. Oportet igitur qui volunt cum multis virtutibus vitam degere, eos neque gloriam appetere, neque cum multis congredi, neque crebro prodire, nec ullis conviciari, quamvis conviciis digni sint, neque multum loqui, quamvis possint omnia pulchre dicere: multus namque sermo mentem immoderate distrahens, non solum otiosam in spirituali exercitatione efficit, sed etiam dæmoni acediæ eam prodit; qui eamdem rursus immoderate relaxans ac dissolvens, dæmonibus iracundiæ et doloris præsidibus tradit. Quare opus est habere animum occupatum in observatione sanctorum mandatorum, et in profunda memoria Jesu

[81] II Cor. XII, 7. [82] Psal. IV, 7. [83] Psal. XXXIX, 2.

Domini gloriæ. Qui enim, inquit, custodit mandatum, non cognoscet verbum malum, id est, ad pravas cogitationes aut ad pravos sermones non delabetur.

CAPUT XCVII.

Quid accidat ei qui incipit purgare cor, et quomodo recordatione Domini Jesu sit cor inflammandum ac purgandum; et quomodo necessarium sit, et quando assequi possimus, ut semper et sine intermissione oremus.

Cum cor ferventi quodam dolore jactus telorum, qui a dæmonibus fiunt, excipit; ita ut videatur sibi, qui oppugnatur, ferre ipsa jacula cum labore, odit anima passiones, ut quæ purgari incipiat: nisi enim de peccandi impudentia vehementer doleat, nunquam poterit bonitate virtutis affatim lætari. Qui igitur vult cor suum purgare, semper illud recordatione Domini Jesu inflammet, in eo solum occupatus, et hoc tantum sine intermissione agens; non enim oportet quandoque quidem orare, quandoque vero non, eos qui volunt tabem suam abjicere, sed potius dare semper operam orationi in custodia mentis, tametsi extra oratorium sint. Ut enim cum quis vult aurum purgare, si paulisper ignem in fornace cessare sinat, facit, ut rursus materia auri, quæ purgatur, durescat: sic qui aliquando memor Dei est, aliquando non est, quod is videtur per orationem comparare, hoc perdit otio. Est autem ejus qui studio virtutis tenetur proprium, id quod est in corde terrenum, recordatione Dei consumere; ut anima, consumpto ad hunc modum paulatim vitio ab igne hujus bonæ recordationis, ad splendorem sibi naturalem cum majore gloria perfecte redeat.

CAPUT XCVIII.

Quid sit, vacuum esse passionibus in hac vita, et de armatura spirituali ad perrumpendum acies dæmonum.

Vacuum esse passionibus, non est non impugnari a dæmonibus, alioqui oportet nos, sicut Apostolus ait, exisse ex hoc mundo [84], sed illud potius, ab illis impugnatum, non expugnari: in bellatores enim ferro armatos, jaciunt hostes sagittas, audiuntque ipsi jactus telorum, imo omnia fere tela in se emissa cernunt, non tamen feriuntur propter armorum, quibus induti sunt, duritiam. Verum illi quidem ferro protecti et custoditi expugnari nequeunt in pugna; nos vero armatura sancti luminis, et galea salutis per omnia opera bona armati, acies dæmonum tenebris circumfusas perrumpemus. Non enim puritatem affert solum, pravas actiones non amplius suscipere, sed studio etiam recte factorum maleficia fortiter repudiare.

CAPUT XCIX.

De duobus dæmonibus post universas fere passiones superatas relictis ad luctandum, altero cum anima, altero cum corpore, et quomodo superandus sit, qui cum anima luctatur per zelum; et quomodo superandus, qui cum corpore pugnat per libidinem; et causa, cur homo post magnos progressus in virtutibus factos, permittatur tentari per libidinem ab hujusmodi dæmone.

Posteaquam universas fere passiones homo Dei vicerit, duo remanent dæmones luctantes cum eo: quorum unus quidem turbas facit animæ, dum ita eam ab amore Dei ad importunum zelum traducit, ut nullum alium absque se Deo placere velit; alter vero corpori, dum illud ad desiderium rei venereæ incendii cujusdam operatione movet. Hoc autem corpori accidit, primum quidem quia hæc voluptas propria est naturæ, utpote ad generandum insita; quamobrem facile corpus superatur; deinde, quia cedit Deus. Cum enim aliquem in numero luctantium multitudine virtutum excellentem esse videt, permittit eum quandoque ab hujusmodi dæmone fœdari, ut existimet se omnibus viventibus vilorem. Profecto vel molestia passionis sequitur recte facta, vel recte facta antecedit, ut vel per anticipationem, vel per subsecutionem passionis anima sibi inutilis quodammodo videatur, quamlibet magnæ alioqui sint virtutes ejus, et recte facta. Sed cum illo quidem multa humilitate et charitate pugnamus; cum hoc vero pugnamus continentia, vacatione iræ, et profunda mortis cogitatione, ut hinc sine ulla intermissione operationem Spiritus sancti sentientes, superiores passionibus in Domino evadamus.

CAPUT C.

Quomodo a religiosis statim confitenda sint Deo peccata, etiam non voluntaria, contra regulam commissa, et quomodo providendum, ne se fallat conscientia, dum existimat satis se confessam, et de metu tempore mortis, si non, ut decet, confessi Deo fuerimus, et quomodo hujusmodi metus adjuvet dæmones in illa hora, et de iis qui fiducia et exsultatione excedunt ex hac vita, et quæ sit causa ejusmodi fiduciæ, et de iis qui cum formidine excedunt.

Quicunque sanctæ cognitionis participes facti sumus, de omnibus etiam involuntariis cogitationibus vanis rationem reposcemur. *Annotasti*, inquit Job, *si quid invitus transgressus sum*, ac merito id quidem. Etiam si quis nunquam memoriam Dei intermiserit, neque studium mandatorum ejus neglexerit, in peccatum voluntarium aut non voluntarium decidet. Oportet igitur offerre Domino statim vehementem confessionem etiam erratorum non voluntariorum, quæ scilicet ad exercitationem regulæ consuetæ pertinent; non enim fieri potest, quin homo humana non committat. Confiteri, inquam, oportet, donec conscientia confitentis in lacrymis charitatis de remissione eorum plene persuasum habeat. *Si enim*, inquit, *confiteamur peccata nostra, fidelis est et justus, ut remittat nobis peccata nostra, et emundet nos ab omni iniquitate* [85]. Oportet autem attendere semper sensum confessionis, ne forte conscientia nostra sibi mentiatur, dum satis se quis confessum esse Deo suspicatur. Siquidem longe majus est judicium Dei conscientia nostra, tametsi

[84] I Cor. v, 10. [85] I Joan. I, 9.

exploratum ei sit plenissime, nihil se sibi conscium esse, ut beatus Apostolus nos docet, cum ait : *Sed neque me ipsum judico; nihil enim mihi conscius sum, sed non in hoc justificatus sum, qui autem me judicat, Dominus est* [86]. Etenim nisi, ut decet, confessi fuerimus, metum quemdam latentem tempore obitus nostri in nobis reperiemus. Quare opus est precari, qui Dominum diligimus, ut simus tunc extra omnem metum ; nam qui tunc in metu erit, per potestates tartareas non libere et fidenter transibit, habent enim illæ veluti adjutorem malitiæ suæ metum ipsum animæ ; at anima, quæ in sua erga Deum charitate hora mortis exsultat, supra omnes acies dæmonum cum angelis pacis sublimius fertur ; est enim anima illa, veluti pennata spirituali charitate, ut quæ integre plenitudinem legis, ipsam scilicet, charitatem [87] secum ferat. Quamobrem in adventu Domini, qui cum hujusmodi fiducia ex hac vita excesserint, cum omnibus sanctis rapientur ; qui vero tempore mortis vel paulisper formidarint, in multitudine omnium aliorum hominum relinquentur, tanquam judicium subeuntes, ut igne judicii examinati, sortes sibi debitas pro ratione factorum a Deo optimo et Rege Jesu Christo recipiant, quoniam ipse est Deus justitiæ, et ipsius sunt in sempiternum divitiæ benignitatis in nos, qui eum diligimus. Amen.

[86] I Cor. IV, 4. [87] Rom. XIII, 10.

MARCI DIACONI

VITA S. PORPHYRII EPISCOPI GAZENSIS.

Interprete Gentiano Hervelo.

(Galland. *Veterum Patrum Biblioth.*, tom. V, p. 239, ex Februarii Bollandiani t. III. — Vide Notitiam in Marcum diaconum, supra, col. 899.)

PROLOGUS.

I. Sanctorum virorum certamina et divinum eorum zelum et desiderium pulchrum est contemplari oculis : dum enim cernuntur, digna evadunt quæ amentur. Afferunt autem non mediocrem quoque utilitatem, quæ de iis fiunt narrationes ab iis qui accurate sciunt, subeuntes animos auditorum. Est visus quidem auditu fidelior ; persuadet vero etiam auditus, si a fide dignis dicantur quæ dicuntur. Atque si rerum quidem utilium esset ejusmodi narratio, ut in eam nihil posset aut negligentia aut malitia, et non veritati falsum insereretur, supervacaneum esset hæc conscribere, cum sufficeret veritas ad ædificationem, quæ semper per successionem inseretur auribus posterorum. Sed quoniam corrumpit ac perdit tempus, seu per oblivionem seu per malitiam atque negligentiam, necessario accessi ad hanc præsentem scriptionem, ne processu temporis oblivioni mandetur hic vir sanctus, sanctus, inquam, Porphyrius. Meminisse enim rerum recte et ex virtute ab eo gestarum, sit iis qui audiunt opem ferens medicamentum.

II. Est vero absurdum, tragicos poetas et alios ejusmodi in rebus ridiculis et anilibus fabulis consumere orationem ; nos autem despicere sanctos viros, et dignos qui mandentur memoriæ, tradi oblivioni. Quas non ergo dabo pœnas, si non scriptis mandem vitam hujus viri pii : vitam, inquam, philosophiæ magistram, ejus qui est æmulatus vitam quæ est in cœlo, et qui bella gessit et decertavit, non solum adversus duces et defensores insani cultus simulacrorum, sed etiam adversus universum populum plenum omni insania ? Meminerat enim eorum, quæ a beato Apostolo dicta sunt : *Accipite armaturam Dei, ut possitis resistere in die terribili, et omnibus confectis stare* [1]. Hac armatura indutus, ad certamina descendit dictus Apostolus. Sed quamvis tales et tantos haberet adversarios, qui Apostolo similem decertationem habuit Porphyrius, ei tamen parem victoriam est assecutus, et in media Gaza erexit tropæum, nempe in sancta Christi ecclesia quæ fuerat ab eo condita. Præbuit autem ei victoriam, non humana natura, sed mens quæ divinam attrahebat gratiam. Nam cum fuisset Christi amator ardentissimus, omnia pati et facere sustinuit. Quam multos bellorum impetus excepit hic ab adversariis ! Quam multas sustinuit conspirationes et subsannationes !

III. Sed quoniam de præclaro viro fieri non potest, ut dicamus omnia quæ sunt et multa et multis videntur incredibilia, pauca exponam quæ memini, cum longo tempore cum eo habitaverim, et ex beata illa et stupenda anima diuturnum fructum perceperim, quæ jam versatur cum angelis. Hunc ergo qui omne genus virtutis est sortitus, quis non jure laudaverit ? Atque scimus quidem, quod hujus

[1] Ephes. VI, 13.

viri virtutem assequi nulla possit oratio : est tamen mihi aggrediendum confidenti ejus sanctis precibus. Conscribam autem illius laudationem, non magnifica et splendida oratione : neque enim verborum facundia solet ornare vitam eorum qui sunt hujusmodi, sed virtus factorum, ipsam quoque magnificam efficit dictionem. Ego itaque confidens sanctis dicti sancti precibus, ad hanc accedo scriptionem, per ipsas a Domino Jesu Christo gratiam petens et opem, ut possim qualicunque occasione narrare sancti viri virtutem. Peto autem ab iis qui hæc scripta legent, ne diffidere velint iis quæ dicuntur. Ipse enim fui spectator viri virtutis, ut qui simul cum eo habitaverim, simul navigaverim, et simul cum eo sim afflictus usque ad ultimum diem ejus ex hac vita decessus. Hinc vero mihi ducatur principium narrationis.

CAPUT I.

S. Porphyrii vita anachoretica et privata in morbis et peregrinationibus.

IV. Gaza est civitas Palæstinæ in confinio Ægypti ; est autem non obscura, sed populo frequens et clara civitas. Illo vero tempore in ea viguit hominum insania in colendis idolis. Hujus accepit sacerdotium, qui a nobis laudatur, Porphyrius : qui patriam quidem habuit cœlestem Hierusalem (nam in eam fuit ascriptus), terrenam autem Thessalonicam. Erat vero ei genus insigne. Divinus eum amor subiit relinquendi patriam et splendorem generis et opes infinitas, et vitam amplectendi monasticam. Cumque navigasset Thessalonicam, venit in Ægyptum (1). Recta autem profectus in Sceten (2) : et paucis post diebus dignatus venerando habitu. Et cum illic esset versatus quinque annos cum sanctis Patribus, alius divinus amor eum subiit adorandi sancta et veneranda Dei loca. Cumque illic fuisset et adorasset, abiens in partes Jordanis, habitavit in spelunca. Cum illic autem esset versatus quinque annos cum multa afflictione, ex magna siccitate et inæqualitate locorum illorum incidit in magnum morbum. Videns vero se adductum in extremum periculum, Dei providentia accersit quemdam ex suis notis, ut eum duceret Hierosolymam. Morbus autem erat scirrus hepatis cum continua febre tenuissima. Hoc ergo morbo invalescente et assidue pungente intestina, et corpore tabescente, ipse non cessabat quotidie obire sancta loca, incurvatus et non valens recto corpore ingredi, sed innitens baculo.

V. Accidit autem illo tempore, ut ego ex Asia navigarem ad adorandum loca veneranda. Cumque in eis essem, diu ibi sum versatus, me alens operando manibus : callebam enim pulchre scribendi artem. Aspiciens vero sanctum continenter vadentem ad Christi Resurrectionem et ad alia oratoria, mirabar, quod in tanta corporis imbecillitate, non dubitaret se sic cruciare. Quodam autem die cum ei occurrissem in gradibus Martyrii (3), quod fuerat conditum a Constantino imperatore, non valenti progredi accurrens, et ei manum meam porrigens, rogavi ipsum, ut ei inniteretur et gradus ascenderet. Ille vero nolebat, dicens : Non est justum, ut ego qui vado ad petendam veniam peccatorum, nitar manui alterius. Sed sine, frater, Deum videre meum laborem, ut ineffabili sua clementia mei quoque misereatur. Ibat ergo, et divina audiebat eloquia, doctoribus aures adhibens, et mysticam mensam semper participans : deinde revertebatur ad suum habitaculum : et quamnam quidem vitam ageret, erat manifestum. Morbum enim adeo contemnebat, ut existimaret ipsum habere morbum in alieno corpore : Dei enim spes ipsum eo levabat.

VI. Hoc ipsum eum solum male habebat et mordebat, quod remansissent facultates, et non convenienter ei, quod dicit Evangelium [a], venditæ essent et distributæ pauperibus. Causa autem hujus impedimenti fuit, quod essent ei fratres pueri, quando excessit e patria. Hoc ergo ægre ferens, petit a me qui jam ei eram familiaris (ei enim ministrabam propter ejus infirmitatem), ut navigarem Thessalonicam, et dividerem facultates cum suis fratribus. Et cum dedisset mihi scriptum mandatum et me Domino commendasset, dimisit præbitis mihi minimis impensis : neque enim opes suppetebant. Tunc cum statim venissem Ascalonem, et navem invenissem, illinc solvi ; et cum spatio tredecim dierum secunda fuisset navigatio, venimus Thessalonicam : et ostenso quod in scriptis habebam mandato, divisi bona cum ejus fratribus. Vendidi autem quæ mihi obtigerant possessiones ter mille aureis. Vestes vero et argentum mecum tuli, et alios mille quadringentos aureos ; et cum omnia collegissem, post tres menses renavigavi. Cum autem spatio duodecim dierum venissem in emporium Ascalonis, et illic jumenta conduxissem et ea onerassem, ascendi in sanctam civitatem. Cum me autem aspexisset vir beatissimus, me est amplexus cum gaudio et lacrymis (potest enim etiam gaudium exprimere lacrymas) ; ego vero ipsum non cognoscebam : habebat enim corpus valde honestum, et faciem rubicundam ; volvebam autem meos

[a] Matth. XIX, 21.

(1) Circa an. 378, cum esset ætatis circit. 25 annorum.

(2) Μονὴ Σκήτιν. Aliis *Scethi*, *Sciti* et *Scitium*. Ptolemæo, *Scitiaca regio* dicitur : de ea egimus ad 17 Januar. ad *Vitam S. Antonii*, pag. 108, n. 3, et alibi sæpius.

(3) Ita a S. Cyrillo Hierosolymitano Catechesi 14. Μαρτύριον etiam appellatur, quod sit testimonium et fidele monumentum resurrectionis Christi : ab aliis *basilica Constantiniana* dicitur. De ejus constructione agit Eusebius in *Vita Constantini* lib. III, cap. 24 et seqq. ; de dedicatione lib. IV, capp. 40, 43 et seqq. De imagine Deiparæ in ea erecta agitur in *Vita S. Mariæ Ægyptiacæ*, in synodo Nicæna II, act. IV, et a S. Joan. Damasceno lib. III *De imaginibus*.

oculos, frequenter ipsum intuens.

VII. Ipse vero cum animadvertisset et subrisisset, placide dixit : Ne mireris, frater Marce, me videns sanum et robustum, sed disce causam sanitatis, et tunc admirere Christi benignitatem ineffabilem, et quemadmodum quæ sunt plane desperata apud homines, facile possunt apud ipsum corrigi. Ego vero rogavi ipsum, ut mihi diceret causam sanitatis, et quemadmodum talem morbum propulsaverit Ille autem mihi respondit : Quadraginta abhinc diebus cum ego essem in vigilia sanctæ dominicæ, me invasit dolor : quem cum non possem ferre, ivi et recubui prope sanctam Calvariam · et cum præ magno dolore essem veluti in ecstasi, video Servatorem clavis affixum in cruce, et unum ex latronibus cum ipso pendentem in alia cruce, et incipio clamare et dicere vocem latronis : *Memento mei, Domine, quando veneris in regnum tuum* [8]. Respondens autem Servator dixit latroni pendenti : Descende de cruce, et serva illum qui recumbit, quomodo tu quoque fuisti servatus. Latro vero descendens de cruce, me complexus fuit et deosculatus, et porrecta dextera, me fecit surgere, dicens : Veni ad Servatorem. Et statim surrexi, et cucurri ad eum ; et video ipsum descendisse de cruce, et mihi dicere : Accipe hoc lignum, et serva. Cumque accepissem et portassem hoc pretiosum lignum, statim ad me redii ab ecstasi ; et ab ea hora nullus dolor mihi fuit amplius, neque apparuit locus morbi.

VIII. Ego autem his auditis valde sum admiratus, et Deum glorificavi ; et de cætero fui in virum magis affectus, et ei inservii diligentius. Revera enim, cum renumerassem Dei servo pecuniam, et cum ei restituissem quæcunque attuleram, mansi apud eum, ei inserviens, et fruens spiritalibus ejus orationibus. Erat profecto nulli reprehensioni affinis, mitissimus, misericors, habens etiam facultatem discernendi divinam Scripturam, et ea dissolvens quæ in ea occurrebant dubia, si ullus alius. Sed neque externæ erat doctrinæ ignarus, respondens et os obstruens hominibus infidelibus, et iis qui non rectam habent fidem : amator pauperum, misericors, promptas habens lacrymas ; senes honorans ut patres, juniores ut fratres, pueros ut filios [9] ; moribus et sermone mitis et humilis, non in simulatione veritatis ; neque enim erat in eo dolus ; moderatissimus, adeo ut pervenerit ad perfectam impatibilitatem ; ab ira alienus, non memor acceptæ injuriæ, non sinens solem occidere supra suam iracundiam [6], mortuas habens omnes animi perturbationes, præter iram quam movebat adversus inimicos fidei.

IX. Cum autem accepisset a me pecunias et alia quæ attuli, et vendidisset vestes, et conflasset plurimum pecuniæ, reliquam omnem pretiosam supellectilem parvo tempore dedit egentibus, non solum in sancta civitate, sed etiam in aliis civitatibus, vicis et monasteriis, et maxime iis quæ erant in Ægypto : erant enim valde egena illic monasteria. Quin etiam hospitibus qui illic versabantur, fuit secundus Abraham. Quamobrem brevissimo tempore distribuit omnes suas facultates, adeo ut ipse egeret alimento quotidiano. Se ipsum ergo dedit arti sutoris coriarii, pelles lavans et consuens, et in omnibus imitans divinum illum Apostolum [5], qui nolebat panem gratis comedere [7] ; et licet posset ex alia manuum operatione sibi victum quærere, in omnibus tamen voluit esse imitator illius præclari viri quem diximus, in afflictionibus, et laboribus, et persecutionibus, et periculis maris, et gentium insurrectionibus [8]. Porro autem ego eum rogabam, ut communem vitam mecum ageret : erat enim mihi ex meo vitæ studio victus redundans copia. Ille vero non sustinuit, dicens : *Nihil intulimus in mundum, neque possumus aliquid efferre* [9] ; et rursus dicebat : *Si quis non operatur, nec comedat* [10]. Ego autem libere apud eum eloquens, dicebam : Cur ergo quando eras dives, non operabaris, nec sinebas ut operarer ? Ille autem mihi respondit : Quod prius operabar, erat multis partibus majus, quam quod nunc operor. Nam hoc nunc quidem alit unum aut duos ; illud autem prius alebat innumerabiles. Non solum vero illam alebat multitudinem, sed etiam spiritale alimentum suppeditabat meæ animæ.

CAPUT II.

S. Porphyrii sacerdotium ; episcopatus Gazensis.

X. Cum hæc ita se haberent, audiisset autem sancti Porphyrii nomen et vitam, qui erat sanctorum locorum sacerdos, Praylius (4), eum accersiit, et invitum ordinavit presbyterum. Quin etiam

[8] Luc. XXIII, 42. [9] I Tim. V, 1, 2. [5] Ephes. IV, 26. [6] Act. XVIII, 3. [7] II Thess. III, 10. [8] II Cor. VI, 4, XI, 26. [9] I Timoth. VI, 7. [10] II Thess. III, 10

(4) *Praylius*, aliis *Praulius* et *Parabylius*, Theophani Πραύλιος, qui eum Hierosolymorum episcopum statuit ab anno Theodosii Junioris XI, Chr. 418. Quomodo ergo potuerit an. 393 ordinare presbyterum sanctum Porphyrium, dubitatur. Quid, si patriarchæ Syncellus persuaserit sancto Porphyrio, et præ animi modestia excusantem adegerit, ut sacros ordines susciperet, et quamvis a patriarcha sit consecratus, ei tamen illa actio attribuatur ? Quid si Praylius fuerit *sanctorum locorum episcopus* (*sacerdos* hic dicitur) aut *chorepiscopus* ? Ita chorepiscopum patriarchæ Antiocheni sæculo V fuisse quemdam Meletium diximus 5 Jan. ad *Vitam sancti Simeonis Stylitæ* pag. 262, num. II. De chorepiscopis Orientalium doctas animadversiones habet Petavius in Epiphanium *De hæresibus* n. 1 ; Baronius ad an. 398, n. 97, de hac Porphyrii ordinatione agens ista scribit : *A Cyrillo* (*licet errore Praylius scribatur*) *ejus Ecclesiæ episcopus sacerdos invitus creatus*. Quæ inde margini tertiæ edit. Surianæ sunt ascripta. Verum e mente Baronii locus saltem ita corrigendus esset : ut *a Joanne*, quem is sancto Cyrillo an. 386 vita functo ante statuerat successisse, diceretur *sacerdos creatus*, quem sub Arcadio imperatore asserit episcopum creatum, quod triennio post contigit. At conjectura de chorepiscopatu Praylii potius ex hoc loco confirmatur.

ei credidit custodiam venerandi ligni crucis. Tunc A cognovimus ea illi evenisse quæ viderat in ecstasi, quando scilicet vidit Dominum in cruce, et cum eo latronem; Dominum autem dicentem : Accipe et serva mihi hoc lignum. Erat vero beatus Porphyrius, quando accepit ordinationem, circiter quadraginta annos natus. Hunc autem honorem adeptus, non mutavit mores priores, sed mansit in illa afflictione exercitationis. Erat vero illi alimentum panis sordidus et olera, idque post occasum solis; aliis autem sanctis diebus hora sexta comedebat, accipiens oleum et caseum et madefacta legumina. Sumebat autem etiam unum poculum vini temperati; idque propterea, quod se male haberent ejus viscera. Hanc vivendi rationem et regulam perpetuo servavit toto tempore vitæ suæ. B

XI. Tribus autem annis postquam fuerat ordinatus, accidit ut episcopus prædictæ civitatis Gazæ e vita excederet. Is erat Æneas, qui minimo tempore gesserat episcopatum : ante Æneam autem Irenion, qui ipse quoque fuit civis angelicarum potestatum, cujus laudes fieri non potest ut scribantur in digressione; sed opus esset opere separato ad hoc, ut conscriberemus Vitam hujus dicti inclyti Irenionis (5). Aliis vero id relinquimus scriptoribus, qui ejus vitam sciunt accurate. Cum dormisset ergo prædictus vir sanctus, congregati qui tunc erant Christiani valde pauci numero, cum suo clero, et consultantes palam, cuinam traderent episcopatum, nihil inefficiebant, cum exorta esset inter eos contentio; cum alium quidem vellent clerici, alium vero laici : erant enim revera inter clericos quidam vitæ honestate ornati. Cum magna ergo esset confusio, et nihil deduceretur ad effectum; tandem visum est, ut quinque clerici et totidem laici viri insignes irent ad pontificem metropolitanum (6), et peterent ab eo episcopum quem ei revelasset Spiritus sanctus.

XII. Pontificatus autem munus tunc obibat Joannes (7), qui ipse quoque erat vir probus et omni virtute ornatus. Cum ergo ad eum accessissent Gazæi, rogarunt ipsum, ut daret eis pontificem, potentem opere et sermone resistere idololatris. Quod cum audiisset, statim indixit jejunium; et post tres dies revelavit ei Dominus de beato Porphyrio : et scribit *Epistolam ad sanctum Praylium episcopum Hierosolymorum* (8) cujus fecimus antea mentionem, ut ad ipsum mitteret beatum Porphyrium, propter quamdam Scripturæ quæstionem quæ erat ab eo solvenda. Erat enim beatus Porphyrius idoneus ad solvendum, quidquid erat difficile divinæ Scripturæ Spiritus sancti. Litteris beati Joannis credens pius Praylius, eum dimisit, jubens ne morare illic plus quam septem dies.

XIII. Cum autem audivisset beatus Porphyrius vim eorum quæ scripta fuerant a sanctissimo Joanne, primum quidem fuit conturbatus, postea vero dixit : Fiat voluntas Dei. Et cum illa vespera me accersiisset, dicit mihi : Frater Marce, eamus et adoremus sancta loca et venerandam crucem. Multum enim est præteriturum temporis, donec sumus ea rursus adoraturi. Ego autem dixi : Cur sic dicis, Pater? Ille vero respondens, dixit : Præterita nocte vidi Servatorem dicentem mihi : Redde depositum, quod apud te deposui. Volo enim te conjungere uxori, humili quidem et abjectæ, sed præditæ bonis moribus. Tu autem accipiens, orna eam, ut obliviscatur prioris suæ mendicitatis. Nam etsi est abjecta et humilis, non est tamen aliena, sed mea soror germana. Tu vero cave, ne habens uxorem et domus curam gerens, ex injustitia aut violentia aut iniquitate congreges; nam et me ad iram provocabis, et eam molestia afficies : hæc enim ei quoque displicent. Sis vero solum bono et prompto animo et omnia tibi suppeditabuntur, unde non exspectas. Hæc mihi significavit Dominus Christus nocte præterita; et timeo ne, dum volo expiare mea peccata, expiem etiam peccata aliorum multorum. Sed tamen Dei voluntati non licet repugnare.

XIV. Hæc cum dixisset, profectus est, et ego cum eo; et cum adorassemus sancta loca et venerandam crucem, isque multum esset precatus et lacrymatus, reposuit in aurea theca venerandam et vivificam crucem : et cum eam tuto clausisset, exiit, et vadens ad beatum Praylium episcopum, tradidit ei claves; et cum accepisset preces, et ab eo fuisset Deo commendatus, est egressus. Cum autem venissemus ad nostrum habitaculum, nos paramus; conductis vero tribus jumentis, et accepto viatico, egressi sumus. Viatica autem erant omnia, quæ domi erant. Eramus vero quinque in via, ipse beatus et ego, et duo agasones, et alius juvenis minister, nomine Barochas; quem quidem invenerat paulo ante beatus abjectum in platea, cum esset in extremo periculo, eumque accepit et collegit : et cum multa in eum expendisset, Dei auxilio eum sanum reddidit. Ab illo ergo tempore manebat apud ipsum, ei mecum serviens. De pio vero Barocha dicam procedente oratione. Illa autem die iter ingressi, sequenti venimus Cæsaream. Per totam autem civitatem dispersum fuit, eum advenisse; erat enim beatus magni nominis, propterea quod amaret pauperes. Profecti vero sumus ad id quod erat illic, hospitium.

XV. Cum autem audivisset beatus Joannes ar-

(5) Colitur S. Irenion 16 Decembr. etiam in *Martyrol. Romano* ascriptus.

(6) Cæsareæ Palæstinæ ad mare Mediterraneum, quæ erat prima metropolitana, illique suberat Gaza.

(7) S. Hieronymus *De eccles. scriptor.* refert episcopos Cæsareæ, cap. 113, Euzoium sub Theodosio seniore pulsum, et Gelasium ejus successorem, cap. 120, cui Joannes successit : post quem fuit Eulogius, qui an. 415 Diospolitanæ synodo præsedit.

(8) Hæc vox postea videtur per quamdam anticipationem adjecta : aut potius ista omissa, *sanctorum locorum*, quæ supra habentur.

chiepiscopus, cursu ad nos accessit. Cumque se invicem salutassent et precati essent, paululum assederunt. Dixit autem ei archiepiscopus : Surge, frater, propter Dominum, et vescere mecum, ut cito surgamus ad vigiliam sanctæ Dominicæ : ingressi enim sumus vespere Sabbato. Beatus vero Porphyrius rogavit eum, ut ei concederet vesperam propter viæ laborem. Dixit autem, se post primum somnum surrecturum ad vigiliam. Cum autem non potuisset persuadere episcopo, surgens beatus, cum eo est profectus, me quoque accepto. Fratrem enim Barocham dimisimus in hospitio prope vestes; et ab eo invitati, cœnavimus. Cum multa autem locuti fuissemus spiritalia, et parum dormiissemus, surreximus ad vigiliam.

XVI. Illa vero nocte accersit beatus Joannes Gazæos, et dicit eis : Parati eritis ad exitum : hodie enim accipietis sacerdotem, virum quem ostendit Dominus. Cum fuisset autem mane (9), rapientes beatum Porphyrium, ordinarunt eum episcopum Gazæ. Multum vero est lacrymatus, nec erat satietas ulla ejus lacrymarum. Dicebat enim se esse indignum tali sacerdotio. Vix tandem autem, cum Gazæi et qui illic Christiani inventi sunt, eum consolati essent, quievit. Cum autem fecissemus sanctum Dominicæ ministerium, rursus invitati sumus ad vescendum cum archiepiscopo.

XVII. Jussit vero nobis quam primum exire : cumque unum alium illic diem egissemus, eximus : dormivimus autem Diospoli (10); et illinc, cum pernoctassemus, sero vespere ingressi sumus Gazam valde lassi et afflicti. Hæc autem fuit causa afflictionis. Prope Gazam pagi sunt in via, qui sunt dediti cultui simulacrorum. Eorum vero incolæ consulto totam viam straverant spinis et vallis, ut non possent aliqui transire. Effuderunt autem cœnum, et aliis male olentibus fumis vaporarunt, ut nos fetore suffocaremur, et veniremus in periculum, ne visum amitteremus. Vix tandem conservati, circa horam nocturnam ingressi sumus civitatem. Hæc vero difficultas ac molestia beato accidit suggestione dæmonis. Sed id non ægre ferebat; existimavit enim diabolum has parasse insidias, quod voluisset justum ab ejus ingressu avertere.

XVIII. Profecti autem sumus ad ædes episcopi quas ædificaverat prius nominatus sanctus Irenion episcopus, simul cum sancta ecclesia quæ vocatur Irenes : eam vero hoc nomen dicunt habere duobus modis. Dicunt enim Gazæi, quando capta fuit civitas ab Alexandro Macedone (11), quodam signo dato illic cessasse bellum; et ab illo tempore vocari locum Irenem, id est, *pacem*. Hunc locum cum invenisset beatus Irenion coli a Gazæis, in eo construxit ecclesiam. Sive ergo propter ea quæ prius dicta sunt, sive propter nomen conditoris, mansit sic appellata usque in hodiernum diem. Illic ergo profecti sumus ad minimas ædes episcopatus, ab eo ædificatas.

CAPUT III.

Pluvia impetrata precibus S. Porphyrii. Barochæ vulnus inflictum.

XIX. Accidit autem, ut in illo anno esset siccitas et defectus pluviæ (12). Cives vero omnes id ascribebant ingressui beati Porphyrii, dicentes : Nobis responsum dedit Marna (13), fore ut Porphyrius esset auctor malorum civitati. Cum autem pergeret Deus non pluere primo mense qui ab eis vocatur Dios (14), dein etiam secundo qui dicitur Epilleos, omnes affligebantur. Congregati autem idololatræ in Marnæo, multa sacrificia et multas preces faciebant ea de causa. Dicebant enim, Marnam esse dominum imbrium : Marnam vero dicunt esse Jovem. Cum autem perseverassent septem dies, hymnos dicentes, et egredientes extra civitatem in locum qui vocatur Orationis, animum despondentes, reversi sunt ad sua opera, nulla re effecta. His sic factis, congregati Christiani cum viris et feminis et pueris, numero ducentis et octoginta, rogarunt sanctum Porphyrium, ut cum eis egrederetur et precaretur ut demitteretur pluvia; jam enim erat fames; eoque magis, quod beati ingressui ascriberent siccitatem.

XX. Persuasus autem sanctus, cum edixisset jejunium, jussit omnes vespere congregari in sancta ecclesia, ut illic vigilias perageremus. Fecimus vero tota nocte triginta preces et totidem genuflexiones, præter choros et lectiones. Cum fuisset autem mane, accepto signo venerandæ crucis quod nos præcedebat, egressi sumus cum hymnis ad antiquam ecclesiam quæ est a parte occidentali civitatis, quam aiunt ædificasse sanctissimum et beatissimum Asclepam episcopum (15), qui multas sustinuit afflictiones pro fide orthodoxa : cujus vita et facta scripta sunt in paradiso deliciarum. Cum ergo fuissemus in dicta ecclesia, illic quoque

(9) Vide *Animadversiones* Alexii Symmachi Mazochii V. C. ad calcem inferius appositas.

(10) *Diospolis*, olim *Lidda*, vel *Lyda*, sepulcro sancti Gregorii nobilis, ut dictum 19 Feb. in *Vita sancti Theotonii* pag. 111, n. 13.

(11) Gazam ab Alexandro Magno captam eversamque referunt Curtius lib. IV, Arrianus lib. III, Josephus lib. XI *Antiq. Judaic.* cap. 8, quod factum censet Salianus tom. V *Histor. eccles. antiqui testamenti*, anno mundi 3722, ante Christum natum 331, Darii regis Persarum VII, Alexandri V.

(12) Ob hiemalem siccitatem timent Palæstini et Ægyptii impendentem sterilitatem. Hinc illa benedictio est apud Isaiam XXXII, 20 : *Beati qui seminatis super omnes aquas, immittentes pedem bovis et asini.*

(13) De *Marna* deo qui Jupiter est, et Marnio vide sis infra cap. 9, not.

(14) Tres primi Gazæorum menses hic referuntur, Δίος, Ἀπελλαῖος, Αὐδηναῖος, Latinis litteris expressi, Dios, aliis Dius, Epilleos, melius Apellæus, et Lydenæus, forsan legendum *Audynæus*. Respondent mensibus Ægyptiacis Hathur a 28 Octobr., Chiac a 27 Novembr. et Tuba a 27 Decembr.

(15) Asclepas, sive Asclepius, sub Constantio imperatore sede Gazensi pulsus, Romam ad Julium papam confugit : quo sedibus pulsi eodem tempore venerant SS. Athanasius et Paulus patriarchæ,

fudimus totidem preces, et illinc egressi, ivimus in sanctum martyrium gloriosi martyris Timothei (16), in quo repositæ sunt etiam aliæ reliquiæ Meuris martyris et Thees, quæ relata est in numerum confessorum. Cumque illic fecissemus totidem preces et genuflexiones, reversi sumus in civitatem factis tribus precibus et tribus genuflexionibus. Cum autem fuissemus circa civitatem, invenimus eam clausam : erat vero hora nona. Idololatræ enim hoc fecerunt, volentes dissipare populum, ne perficeremus supplicationes. Cum autem mansissemus duas horas ante portam, et nemo esset qui aperiret; videns Deus populi patientiam fletusque et ineffabiles lacrymas, maxime sancti viri, motus misericordia, quomodo tempore magni Eliæ prophetæ, movet ventum austrum, et nubibus tegitur cœlum, et incipiunt fieri fulgura et tonitrua, simul atque sol occidisset; et decidit multus imber, ut existimarentur non guttæ, sed grando e cœlo dejici. Nos autem præ magno gaudio propemodum non sensimus : eramus enim invicem complexi.

XXI. Quidam vero gentiles cum aspexissent miracula quæ Deus nobis fecerat, et credidissent, nobis portam aperuerunt, et commisti sunt nobiscum, clamantes : Christus solus Deus : ipse solus vicit. Convenerunt autem nobiscum in sanctam ecclesiam, et illinc beatus eos dimisit in pace, Christi signatos signaculo. Erant vero viri numero centum viginti septem, et feminæ triginta quinque, et infantes quatuordecim ex quibus erant puellæ quinque. Nos autem cum fecissemus perfectam gratiarum actionem, recessimus unusquisque domum cum gaudio et pace. Tanta autem pluvia descendit illa nocte et altero die, ut omnes timerent, ne domus corruerent, ex quibus erant plurimæ constructæ ex lateribus. Pluit vero Dominus noster Jesus Christus assidue, ab octavo Lydenæi usque ad decimum. Est autem apud eos Lydenæus, apud Romanos Januarius. Præcedunt autem quinque diebus eorum menses, Romanos. Undecimo vero die peregimus diem Theophaniorum Domini Jesu Christi (17), cum gaudio laudantes et gratias ei agentes propter omnia quæ nobis fecit ejus benignitas. Accesserunt autem gregi Christi eodem anno, præter illos centum viginti septem alii quoque centum decem. Alii vero idololatræ non cessabant insidiari beato et reliquis Christianis. Quando enim ei præses obtingebat gentilis, eum vel pecuniis corruptum, vel etiam per impiam eorum religionem persuasum, inducebant, ut vexaret Christianos; et ab eo tempore beato Porphyrio non levis eveniebat afflictio. Assidue ergo noctu et diu rogabat benignum et clementem Deum, ut eos ab errore converteret ad suam veritatem.

XXII. Quoniam autem superius memini beati Barochæ, de ipso narrabo reliqua. Habebat is zelum divinum, ut si quis alius : multa enim gravia sustinuit ab idololatris. Cum enim ivisset ipse aliquando in vicum propter canonem ecclesiasticum (18), non procul a civitate (erat autem is qui canonem debebat, idololatra); cum ab eo vero canon exigeretur, isque rem vellet protrahere et differre, et ex eo nata esset inter eos contentio, accersit impius agricola quosdam ejus pagi ei similes, et incipiunt verberare clavis beatum Barocham, et portantes eum semimortuum, projecerunt extra pagum in solitudinem; illic vero jacebat mutus et nullo sensu præditus. Alio autem die, Dei benignitate, transit per illum locum Cornelius diaconus cum aliis duobus Christianis; et cum invenissent pium Barocham, et eum agnovissent, importaruut in civitatem.

XXIII. Cum vero idololatræ eum vidissent portari, arbitrati esse mortuum, conversi sunt in furorem (19), propterea quod existimabant esse abominandum, mortuum ferre in civitatem; et cum eum vi eripuissent ab humeris eorum qui ipsum portabant, incipiunt verberare pium Cornelium diaconum et duos Christianos; et ligato pede beati Barochæ, trahebant eum. Interim autem renuntiant quidam fratres beato episcopo. Is vero conturbatus, me accersit et alios tres fratres qui sunt inventi apud ipsum, et dicit nobis : Confidentes currite, o fratres : est enim tempus martyrii. Postquam autem pervenimus ad locum ubi ligarant beatum, concurrit populus; et alii quidem sanctissimum episcopum afficiebant contumeliis, alii vero videntes ejus tolerantiam, et quod, cum contumeliis afficeretur, non irascebatur, sed rogabat unumquemque dicens, ne sic probris et contumeliis afficerent corpus, quod est obnoxium iisdem affectionibus; sunt nostrarum partium, et in se invicem convertuntur ad plagas usque. Nos autem cum multam vidissemus confusionem, portantes pium Barocham, discessimus in sanctam ecclesiam.

ille Alexandrinus, hic Constantinopolitanus, et episcopi, Marcellus Ancyranus, et Lucius seu Lucianus, Adrianopolitanus. Ita Socrates lib. II *Histor. eccles.*, cap. 11; Sozomenus lib. III, cap. 7. Plerique in sedem suam restituti, interfuerunt concilio Sardicensi an. 347, et Asclepas, adversariorum calumniis perspicue patefactis, est innocens declaratus. Theodoretus lib. II, cap. 8, Sozomenus lib. III, cap. 9, et epistola Julii papæ apud Socratem lib. II, cap. 18.

(16) Videtur Timotheus diaconus in Mauritania ob fidem Christi post diros cruciatus in ignem conjectus indicari, cui ad 19 Decembr. adjunguntur in Martyrologio Romano SS. Meuris et Thea, Gazæ passæ; quod contextus hujus loci confirmat.

(17) Nos jam vulgo festum Epiphaniæ vocamus, quod celebratur VI Januarii.

(18) Annua pensio indicatur : ita infra ait Arcadius imp. *Perdemus canonem in vectigalibus.* Græce in Menæis συντέλειαν.

(19) Consuetum Gazæorum in Christianos furorem describit Sozomenus lib. V, cap. 8, in cæde martyribus illata, et cap. 9 et 11, in persecutione sancti Hilarionis : quod etiam in hujus Vita 21 Octobr. observat sanctus Hieronymus. Plura de eorum crudelitate supra diximus. His majoribus erant hi Gazæi progeniti.

XXIV. Postquam vero vidimus eum adhuc spirantem, ejus curam gessimus. Pro eo autem fundebantur per totam vesperam et noctem intensæ preces : omnes enim fratres convenerant. Sanctus vero episcopus non cessabat lacrymari, et Deum pro ipso rogare : sciebat enim qualis esset divinus ejus zelus. Cum autem vidisset Deus lacrymas sancti pontificis et preces populi (eum enim numerabant secundum Phinees adversus idololatras), acceleravit suam misericordiam; et illa nocte aperit oculos ejus, et incipit loqui, et petere dari sibi potum. Ego autem qui ei assidebam, statim cucurri, ut renuntiarem beato episcopo : præ magno enim gaudio oblitus sum dare ei potum; et mihi id accidit, quod ancillæ tempore beati Petri, quando audita ejus voce, præ gaudio non aperuit ostium, sed eum dimittens, primum annuntiavit iis qui erant domi; tale quid ego quoque sum passus. Cum id autem beatus audivisset episcopus, non fuit victus ab animi affectione, sed perseverabat in precibus. Nos vero cum intellexissemus ejus firmitatem et constantiam, eum mittentes, recessimus ego et pius Cornelius diaconus; assidebat enim mecum beato Barochæ. Postquam autem implevit preces et omnem consequentiam sanctissimus episcopus, ipse quoque nobiscum sedens, interrogavit pium Barocham, quemadmodum id esset passus ab initio. Ipse vero narravit nobis omnia.

XXV. Dum nos autem consultaremus quid esset faciendum, fit mane; et ecce defensor populi cum Irenarchis et duobus primoribus, Timotheo et Epiphanio et aliis multis, venientes incipiunt clamare et tumultuari, dicentes : Cur intulistis mortuum in civitatem, cum patriæ leges hoc prohibeant? Interim autem contumelia quoque afficiebant beatum episcopum. Nos vero cum tumultum audivissemus, egressi sumus; et cum nos vidissent, cœperunt me verberare et pium Cornelium diaconum. Cum autem eos qui erant ex populo, vocassemus in testimonium, sanctissimus episcopus os nobis obstruebat, unumquemque rogans et admonens, ne irascerentur tam inconsiderate. Illi vero impii, quo magis rogabantur, eo magis furebant, et virum sanctum afficiebant contumelia. Cum igitur pergerent tumultuari, confirmatur et corroboratur pius Barochas, et impletur divino zelo, surgitque et arripit fustem, et incipit verberare eos qui incidebant; et eos invadit metus, et incipiunt cadere unus super alium fugientes, eosque est persecutus usque ad id quod tunc erat Marnejum; revertiturque cum magna victoria novus noster Samson, stratis ipse quoque mille alienigenis. Ab illo ergo tempore ipsum timebant idololatræ, et nec ejus quidem nomen audire poterant. Brevi autem post tempore dignati sumus ordine diaconatus, ego et pius Barochas : ego quidem plane indignus qui eum assequerer; ille vero meritissimo jure id assecutus.

CAPUT IV.

Edicto imperatoris templa idolorum clausa. Puerpera ope S. Porphyrii adjuta. Conversio infidelium.

XXVI. Videns autem sanctus Pater noster Porphyrius nefaria quæ quotidie fiebant ab idololatris, statuit me mittere Byzantium, ut peterem ab imperatoribus, ut diruerentur templa simulacrorum; Gazæ enim adhuc maxime celebrabatur, quod vocatur Marneium. Et scriptis litteris ad sanctissimum episcopum Constantinopolitanum cujus laus et gloria memoratur ab omnibus, navigavimus, et spatio viginti dierum eo pervenimus; et redditis litteris beato Joanni (20), ore eum omnia docui. Cum primum autem audivisset, id significavit Eutropio cubicularjo (21), qui tunc erat assiduus apud imperatorem Arcadium. Cumque ei legisset epistolas beati episcopi, et petiisset ab eo ut concurreret cum litteris; acceptis ab eo promissis, exiit, et dixit mihi : Quieto animo esto, o fili. Spero enim in Dominum Christum, quod suam, sicut solet, sit facturus misericordiam. Ego vero non cessabam quotidie eum admonere; ille autem mittebat et instabat Eutropio. Septem vero post diebus pronuntiatur edictum imperatoris, ut clauderentur simulacra Gazæorum civitatis, et ne consulerentur amplius. Traditur autem hic jussus in manus cujusdam Hilarii, hominis subadjubæ magistri (22).

XXVII. Ego vero tribus post diebus egressus sum Byzantio, et spatio decem dierum pervenio in civitatem Gazæorum, septem diebus præveniens Hilarium. Inveni autem sanctissimum Porphyrium ægrotantem. Postquam vero ei tradidi responsum beatissimi Joannis episcopi Constantinopolitani, et id legit, lætitia affectus convaluit a febre. Dicebat autem se in morbum incidisse ex multa afflictione idololatrarum. Septem vero post diebus venit dictus

[11] Act. xi, 14 et seqq.

(20) Chrysostomus, qui anno 398, 26 Febr., consecratus est episcopus : quo etiam anno hæc legatio contigit.

(21) Flavius Eutropius eunuchus, tum cubicularius anno sequente 399, cum Manlio Theodoro consulatum adeptus; sed factione Gaynæ insignibus exutus, Chalcedone securi percussus est. Zosimus lib. v; Socrates lib. vi, cap. 5; Sozomenus lib. viii, cap. 7.

(22) *Subadjubæ*, aut potius *Subadjuvæ*, qui et *Adjutores* nominantur in Notitia imperii, sect. 41 : *Adjutor, Subadjuvæ Adjutoris, Subadjuvæ fabricarum diversarum*, dicuntur etiam *Subadjuvantes*. Baronius an. 389, num. 108, edidit *hominis coadjutoris magistri officiorum;* sed minus recte. Dabantur, et *Adjutor* magistro officiorum, et *Subadjuva Adjutoris*, laboris levandi gratia, qui vel valetudine aliave re impeditis, vel multitudine negotiorum obrutis opem ferrent. Cassiodorus vi *Variarum*, 7, et L. 3 Cod. *De diversis officiis*.

Hilarius, habens duos commentarienses (23) consulatus et multos adjutores ex Azoto et Ascalone et omnes ministros publicos. Statim autem comprehendit tres primores, et accepta ab eis satisdatione, ostendit eis divinum edictum, quod jubebat ut claud**e**rentur idolorum templa Gazæ civitatis, et eversis omnibus quæ erant in eis, simulacris, ea clausit. Marnæ vero simulacrum sivit latenter consuli, pro eo plurimis acceptis pecuniis. Rursus autem faciebant, ut solebant, idololatræ nefaria.

XXVIII. Contigit vero aliud fieri miraculum, quod multos provocavit ut venirent ad cognitionem veritatis. Deus enim, ut qui sit clemens et misericors, scit per occasiones convertere genus hominum ad lucem suam quæ mente percipitur. Fuit autem ejusmodi id quod accidit. Mulier quædam clara in civitate, nomine Ælia, cum esset paritura, incidit in magnum periculum. Fuit autem hæc causa periculi. Fetus ejus non exibat secundum naturam, sed conversus erat ad id quod est præter naturam; et cum unam manum emisisset, non poterat reliquum corpus educi : erat enim obliquum in utero, nec poterant obstetrices id deducere ad id quod est secundum naturam. Cruciabatur vero mulier dolore ineffabili, fetum tunc impellentibus ad enixum doloribus. Fuit autem majus dolorum incrementum, cum successisset primo secundus dies, et similiter tertius dies majorem dolorem attulisset, quam secundus. Creverunt autem dolores usque ad septem dies, semper additamentum malo accipiente. Quin etiam voluerunt medici ejus fetum exsecare : sed cum vidissent ejus virtutem cecidisse, omnem spem plane abjecerunt. Ejus ergo parentes et maritus ejus fleros, cum essent dæmonum dediti superstitioni, pro ea quotidie faciebant sacrificium. Adducebant etiam incantatores et vates, existimantes se ex eis utilitatis aliquid accepturos : sed nihil id proderat.

XXIX. Erat autem ei fidelis nutrix, quæ affecta maxima animi ægritudine, pro ea fundebat preces in ædibus oratoriis. Quodam ergo die ea in ecclesia oranti cum lacrymis, ingressus est sanctus Porphyrius circa horam nonam, et ego quoque cum eo. Videt autem anum tristem, Deum orantem cum lacrymis, stansque eam rogavit causam. Illa vero eum contemplata, procidit ad ejus pedes, rogans eum ut pro ipsa rogaret Christum. Postquam autem cognovit sanctus causam a muliere, ipse quoque est lacrymatus : erat enim summe misericors. Dicit vero nutrici : Audio illam domum esse deditam cultui simulacrorum, et servari posse difficiliter : sed tamen Deus potest omnia. Etenim per occasionem servat eos qui erant perituri. Abi ergo, et congrega omnes cognatos et parentes et maritum, et dic eis : Quoniam est hic optimus medicus qui potest eam curare, si effecerit ut ea evadat hoc periculum, quid ei dabitis? Sunt autem omnino ibi multa pollicituri. Dic vero eis hoc quoque : Si eam curaverit, hoc quoque mihi promittite, quod eum non falletis, nec ibitis ad alium. Fac eos omnes extendere manus ad cœlos, et promittere eos esse facturos omnia quæ sunt polliciti. Et quando hæc fecerint, dic parturienti mulieri coram omnibus : Sanat te Jesus Christus Filius Dei vivi : crede in ipsum, et vives.

XXX. Cum autem audivisset anus, quod beatus dixerit episcopus, isque eam Deo commendasset, cucurrit domum; et cum invenisset omnes flentes et mulierem in extremo periculo, rogavit ejus parentes et maritum, ne angerentur animo. Dixit autem : Me ad vos misit optimus medicus, ut mihi promittatis, quod si ea curetur, ipsum non negabitis. Cum vero audivissent ejus parentes et maritus, dixerunt : Si voluerit omnes nostras facultates accipere, non recusabimus : videamus solum vivam nostram filiam. Dixit autem nutrix : Manus vestras in cœlum extollite, et fidem date vos non esse negaturos medicum. Illi vero alacri animo et cum lacrymis manus extenderunt, dicentes : Toto tempore vitæ nostræ ejus erimus. Quamnam enim consolationem habituri sumus, si ea decedat? Erat enim eis unica, scitaque et elegans moribus, ut alia alia. Cum hoc autem audivisset nutrix, magna voce dixit coram omnibus : Dicit magnus sacerdos Porphyrius : Jesus Christus Filius Dei vivi te curat; crede in eum, et vives. Statim vero mulier cum valde ejulasset, edidit fetum vivum.

XXXI. Omnes autem qui illic sunt inventi, obstupefacti exclamaverunt : Magnus est Deus Christianorum, magnus est sacerdos Porphyrius. Die autem sequenti parentes mulieris et maritus et cognati et omnes necessarii, euntes ad beatum Porphyrium, prociderunt ad ejus pedes, petentes Christi signaculum. Beatus vero cum eos signasset et fecisset catechumenos, dimisit illos in pace, præcipiens eis ut vacarent sanctæ Ecclesiæ : et paulo post cum eos catechesi instituisset, baptizavit etiam infantem cum muliere. Vocavit autem nomen ejus Porphyrium. Qui fuerunt vero illuminati propter occasionem mulieris, erant numero sexaginta quatuor.

CAPUT V.

Iter Constantinopolitanum S. Porphyrii cum archiepiscopo Cæsariensi. Rhodi apud Procopium anachoretam, Constantinopoli apud S. Joannem Chrysostomum et Amantium cubicularium imperatricis gesta.

XXXII. Quo magis autem videbant idololatræ multiplicari Christianos, eo magis efferebantur, et non sinebant eos obire officia civilia : sed eis utebantur tanquam malis famulis. Videns autem rursus beatus Porphyrius magnam injuriam quæ fiebat Christianis, et non ferens, aspiciens vero pro- atque exhibitio demandata erat, uti Acta martyrum testantur.

(23) Inter varia commentariensium genera hi videntur apparitores fuisse, qui judici pro tribunali sedenti sistebant reos, et quibus horum custodia

bris et contumeliis appetitos, proficiscitur Cæsaream ad beatum Joannem archiepiscopum, et rogat eum cum lacrymis, ut præbeat ei quietem. Dicebat enim se non posse amplius pati gravia et absurda quæ fiebant a Gazæis. Beatus autem Joannes cum audivisset, rogabat eum, ut æquo et forti animo pateretur, et retineret episcopatum.

XXXIII. Respondens vero sanctissimus Porphyrius, dixit ei : Te attestor coram Deo qui non est aspectabilis, et spem nostram Jesum Christum, Dominum omnis rei creatæ, et adorandum et vivificum sanctum Spiritum, ne despicias meam petitionem, ne requiratur a nobis interitus animarum innumerabilium. Sed rogo te, Pater, ut mecum naviges ad urbem regiam, ut rogemus imperatores, rege cœlesti annuente, ut evertant templa idolorum. Respondens autem beatus Joannes dixit ei : Fili, justa quidem est petitio, sed non est aptum tempus; jam enim imminet conversio hiemalis. Respondit beatus Porphyrius : Si vult nos Deus esse et Gazæ populum convertere, potest etiam servare in hieme. Tu vero, Pater, ejus fidens clementiæ et misericordiæ, id velis; et iter nobis succedet feliciter. Dicit ei beatus Joannes : Fiat voluntas Christi.

XXXIV. Postquam autem beatus Joannes est ei pollicitus, scribit ad me, ut quam primum venirem Cæsaream, et afferrem mecum tres libros, et quadraginta tres nummos qui ei restabant ex redditu sanctæ ecclesiæ. Ego vero, acceptis litteris, cum sumpsissem libros et nummos, protinus sum egressus; et cum venissem Cæsaream, inveni sanctissimos episcopos paratos ad navigandum; et cum post duos dies solvissemus, navigamus vicesimo tertio mensis... (24); et cum Dei benignitate fuisset nobis secunda navigatio, spatio decem dierum (24*) appulimus ad Rhodum insulam. Erat autem tunc in insula, in aversa ejus parte, quidam monachus, nomine Procopius, qui nunc est relatus in numerum angelorum. Dormiit enim quinque ab hinc annis, cum vixisset vitam nulli culpæ affinem, in jeuniis et vigiliis et summa paupertate. Habebat vero donum quoque prophetiæ et virtutem expellendi dæmones. Cum nos autem, ut dictum est, Rhodum appulissemus, et audivissemus de vita sancti viri, necessarium duximus eum non præterire, sed ejus angelica frui consuetudine; et cum rogavissemus, ubinam haberet monasterium, ad eum profecti sumus, navigantes in cymba, et cum pervenissemus, pulsavimus ostium. Statim autem egressus, per se nobis aperuit, etiamsi haberet apud se alium discipulum.

XXXV. Cum autem aspexisset sanctissimos episcopos, procidens in terram, eos adoravit. Deinde surgens, me quoque est osculatus et pium Eusebium diaconum, quem secum ducebat sanctus Joannes archiepiscopus; et cum nos introduxisset in oratorium, retrocessit, dans priorem locum beatissimis episcopis, dicens : Decet vos, sacerdotes, habere priorem locum, me autem humilem et abjectum, et qui ordinationem non sum assecutus, posteriorem. Tunc cognovimus sanctissimum Procopium esse perspiciendi potestate (25) præditum. Cum enim nos nunquam aspexisset, neque de nobis audivisset, cognovit per Spiritum eos esse episcopos, beatissimos, inquam, Joannem et Porphyrium; et ideo eos affecit honore dicendi preces priori loco. Deinde post preces sedimus; et cum esset nobis locutus multa animæ utilia, rogavit causam susceptæ itineris molestiæ. Beatus vero Porphyrius ei omnia narravit de Gazæis : quantus sit eorum furor in colendis simulacris, et quam multa mala ab eis patiantur Christiani; et quod ea de causa ascendunt, ut rogent imperatores, ut evertantur templa idolorum.

XXXVI. Cum autem audivisset sanctus Procopius anachoreta, dixit : Domine Jesu Christe, converte tuos famulos a fraude diabolica ad fidem illuminatam. Deinde dicit sanctissimis episcopis : Ne sitis anxii animo, o Patres : Deus enim qui novit zelum vestræ fidei, iter vobis diriget, et dabit omnia quæ sunt vobis cordi. Agite ergo, ea vobis dabo monita quæ Deus revelavit meæ humilitati. Primum convenite sanctissimum episcopum Joannem, et cum eo preces ad Deum fundite, et ei rem exponite; et ipse est vobis consulturus ea quæ ipsi revelavit Dominus. Non potest enim loqui in palatio, quoniam ei irascitur imperatrix Eudoxia. Ipse ergo vos commendabit Amantio cubiculario dominæ, viro pio et qui habet in honore sacerdotes; ipse vos introducet ad imperatricem, et quando ad eam ingressi fueritis, vos est benigne exceptura. Exponite ergo ei rem universam, et jubete eam valere, et exite. In secundo autem ad eam ingressu, postquam vos eam hujus rei admonueritis, dicite ei : Speramus in Christum Filium Dei, quod si rei præsenti studueris, est tibi daturus filium masculum. Cum hoc autem audierit, est læta futura; est enim prægnans; et hic est mensis nonus ex quo concepit; et est factura omnia, ut rem vobis reddat effectam, Deo annuente.

XXXVII. Nos autem cum audissemus quod dixerat vir sanctus, et credidissemus iis quæ fuerat locutus, et ipse nos Deo commendasset, egressi sumus; et solventes illo die, navigavimus : et post alios decem dies (26) pervenimus Byzantium : et accepto hospitio, die sequenti ivimus ad sanctissimum archiepiscopum Joannem. Cum vero cognovisset quinam essemus, nos accepit magno honore et observantia. Nos autem rogavit, quanam de causa hunc viæ laborem sustinuimus, et ei nar-

(24) *Peritii*, cujus dies 23 apud Gazæos incidit in 17 Febr. uti apud Ægyptios *Barmahath*. Non autem substituendus *Februarius*, uti ex Baronio ad marginem Surianæ tertiæ editionis factum.

(24*) Die 27 Febr.

(25) Baronius addit *occulti*.

(26) Die 9 Martii ac 10 factum colloquium cum sancto Chrysostomo, die 11 cum Amantio cubiculario.

ravimus; et cum cognovisset, recordatus est nos longo ante tempore hoc rogasse litteris (27); et cum me agnovisset, benigne est complexus. Rogat vero nos, ne angamur animo, sed spem habeamus in Dei misericordia. Dixit autem nobis : Ego quidem non possum loqui cum imperatore; eum enim in me irritavit imperatrix, quoniam eam reprehendi propter possessionem (28), quam cum concupiisset, eripuit. Et mihi quidem non est hoc curæ, quod irascantur. Se ipsos enim læserunt, non me. Nam et si lædant meum corpus, animæ multo magis proderunt : hoc tamen relinquamus Dei misericordiæ. De nostro autem edicto, si videatur Domino, eras accersam eunuchum Amantium, qui est eunuchus imperatricis et multum potest apud eam, et est vere Dei servus; et ei rem exponam, et est magnum studium adhibiturus, Deo annuente. Nos vero, cum ille sic nobis promisisset, et nos Deo commendasset, ivimus in nostrum hospitium.

XXXVIII. Die autem sequenti, ivimus ad sanctum, et invenimus apud eum cubicularium Amantium; rei enim nostræ curam gesserat, et, eo accersito, de re nostra eum docuerat. Postquam autem ingressi sumus et cognovit Amantius nos esse eos de quibus cum ipso fuerat locutus, surgens adoravit sanctissimos episcopos, facie inclinata in terram. Illi vero cum cognovissent quisnam esset, eum sunt complexi et osculati. Porro autem eis quoque jussit sanctissimus episcopus Joannes, ore proprio cubicularium docere de re sua. Sanctissimus autem Porphyrius ei omnia narravit de idololatris, quemadmodum libere et confidenter faciunt res nefarias; et quemadmodum affligunt et vexant Christianos. Ille vero audiens flevit, et impletur zelo divino, et dicit eis : Ne sitis anxii, Patres. Dominus enim Christus est defensurus suam religionem. Orate ergo, vos, et ego loquar cum Augusta, et spero in Deum universorum, fore ut consuetam suam faciat misericordiam. Die autem crastino vos ad eam introducam, et ipsa ore vestro a vobis docebitur, quæ vultis; invenietis vero eam a me prius instructam. Cum hæc autem dixisset, nobis valere jussis recessit. Nos quoque, cum multa spiritalia locuti essemus cum sanctissimo archiepiscopo Joanne, isque nos Deo commendasset, recessimus.

CAPUT VI.

Benignum colloquium S. Porphyrii cum imperatrice. Nativitas Theodosii Junioris.

XXXIX. Die vero (29) sequenti nos accersit cubicularius Amantius per duos decanos, ut iremus in palatium; et surgentes, propere ivimus : invenimus autem ipsum nos exspectantem; qui accepit duos episcopos, et eos introduxit ad Augustam Eudoxiam. Postquam vero eos aspexit, prior salutavit, dicens : Benedicite, Patres. Illi autem eam adoraverunt. Sedebat vero super aureum lectum, et dicit eis : Ignoscite mihi, sacerdotes Christi, propter ventris quæ me premit, necessitatem. Debebam enim in vestibulo occurrere vestræ sanctitati; sed propter Dominum orate pro me, ut quod est in utero, in lucem edam cum Dei benignitate. Sanctissimi autem episcopi, admirati tantam ejus demissionem, dixerunt : Qui benedixit uterum Saræ et Rebeccæ et Elisabeth, benedicat et vivificet id quod est in tuo ventre.

XL. Postquam vero locuti sunt alia quoque verba spiritalia, dicit : Scio cur hunc viæ laborem susceperitis; me enim prius docuit Amantius eunuchus. Quod si vos quoque me vultis docere, jubete, Patres. Jussi autem, docuerunt omnia quæ pertinebant ad idololatras, quemadmodum secure faciebant res impias, et quemadmodum sua potentia opprimebant Christianos, non sinentes eos obire ullum officium publicum, neque sua prædia colere, ex quibus vectigalia publica pendunt imperatoriæ potentiæ. Cum hæc audivisset imperatrix, dixit : Ne sitis anxii, Patres; spero enim in Dominum Christum Filium Dei, fore ut persuadeam imperatori ea facere quæ decent vestram sanctam fidem, et vos hinc dimittat compotes desiderii. Abite ergo et vos reficite; estis enim defatigati; et orate, ut Deus opem ferat meæ petitioni. Cum hæc autem dixisset, jussit afferri pecunias; et cum accepisset circa tres pugillos, dedit sanctissimis episcopis, dicens : Hæc interim accipite ad expensas. Episcopi vero, his acceptis, cum multum ei benedixissent, exierunt. Exeuntes autem, magnam pecuniæ partem distribuerunt decanis qui præerant portis, adeo ut paucæ apud eos remanerent.

XLI. Imperatrix vero, cum imperator esset ad eam ingressus, docuit eum negotium episcoporum; petiit autem, ut everterentur templa Gazæ. Imperator vero cum audiisset, ægre tulit, dicens : Scio illam civitatem esse deditam cultui simulacrorum; sed est in nos grato animo in pensitandis vectigalibus publicis : quæ quidem confert plurima. Si ergo eorum templa repente diruamus, metu ne in fugam conjicient, et perdemus tantum canonem. Sed si videtur, eos particulatim affligamus, idololatris adimentes dignitates et alia civilia officia; et jubeamus templa eorum claudi, et non amplius celebrari. Cum enim afflicti fuerint, ad omnes redacti angustias, agnoscent veritatem. Nam quod exsuperat, si idem sit repentinum, grave est iis qui sunt subjecti. Imperatrix autem cum id audiisset, fuit magno dolore affecta; erat enim acris et fervens in fide. Imperatori vero hoc solum respondit : Dominus est opem laturus servis suis

(27) De zelo sancti Chrysostomi ut idola in Phœnicia dejicerentur, agit Theodoretus lib. v *Hist. eccl.*, cap. 29.

(28) Intelligitur ager seu vinea viduæ Theognosti vi ab imperatrice ablata : de qua re omnes Vitæ sancti Chrysostomi scriptores agunt.

(29) Die 12 Martii.

Christianis, seu nos velimus, seu nolimus. Hæc nobis narravit pius Amantius cubicularius.

XLII. Die autem sequenti (30) accersivit nos Augusta; et cum de more prior salutasset sanctos episcopos, jussit eos sedere. Postquam vero locuti essent multa verba spiritalia, dicit eis : Locuta sum cum imperatore, et aliquantum ægre tulit. Sed ne animo angamini : Deo enim volente, non sum cessatura, donec vobis satisfiat, et egrediamini assecuti vestrum, qui est ex Deo, scopum. Episcopi autem, his auditis, adorarunt. Stimulatus vero sanctus noster Porphyrius, recordatus ejus quod dixerat beatissimus Procopius anachoreta, dixit imperatrici : Labora propter Christum, et ipse pro tuo labore tibi est daturus filium, qui vivet et imperabit, te vidente, et eo fruente multos annos. Cum hoc audivisset imperatrix, repleta est lætitia (31), et ruber evasit ejus vultus, et ei accessit major ea quam habebat, pulchritudo ; ea enim quæ apparent, ostendunt ea quæ latent.

XLIII. Dicit itaque sanctissimis episcopis : Orate, Patres, ut, quomodo dixistis, Deo volente, pariamus masculum ; et si hoc factum fuerit, polliceor vobis me facturam omnia quæ petitis. Quin etiam aliud quoque quod non petiistis, sum factura, Christo annuente ; sanctam enim ecclesiam ædificabo Gazæ in medio civitatis. Abite ergo in pace, et quiescite, assidue pro me rogantes, ut cum Dei benignitate pariam ; et paulo post id implebo. Cum ergo valedixissent episcopi, et eam Deo commendassent, egressi sunt ex palatio. Precabamur autem, ut pareret masculum ; credebamus enim ei quod dixerat sanctus Procopius anachoreta, et ibamus quotidie ad sanctissimum Joannem archiepiscopum, et fruebamur sanctissimis ejus eloquiis dulcioribus super mel et favum [19]. Veniebat vero ad nos Amantius cubicularius, aliquando quidem ferens responsa imperatricis, aliquando autem etiam, ut nos conveniret.

XLIV. Paucis autem post diebus (32) parit imperatrix masculum (33), et imponunt ei nomen Theodosium, quod erat nomen ejus avi Theodosii Hispani, qui imperavit simul cum Gratiano (34). Natus vero Junior Theodosius, fuit in lucem editus in purpura. Unde etiam cum primum fuisset natus, fuit renuntiatus imperator (35). Fuit autem magna lætitia in civitate : et fuerunt quidam missi per civitates qui hæc renuntiarent, donaque et munera erogarent. Domina vero cum primum peperisset, et surrexisset e cella puerperii, misit ad nos Amantium, dicens nobis per ipsum : Ago Christo gratias, quod per vestras sanctas preces Deus mihi donavit filium. Precemini ergo, Patres, illi vitam et mihi humili et abjectæ, ut impleam ea quæ sum vobis pollicita rursus, ipso volente Christo, per sanctas vestras preces.

XLV. Cum autem impleti essent septem dies a puerperio, nos accersit (36), et nobis occurrit in porta cubiculi, portans infantem in purpura. Inclinavit vero caput, dicens : Benedicite, Patres mihi et filio, quem donavit Dominus per sanctas vestras preces. Infantem quoque tradidit, ut ipsum signarent. Sancti autem episcopi et ipsam et infantem signarunt signo crucis ; et cum precati essent, sederunt. Postquam autem ipsi locuti essent multa verba plena compunctione, dixit eis domina : Scitis, Patres, quid de re vestra statui facere? Dominus vero meus Porphyrius respondens, dixit : Quæcunque statuisti, ex Deo statuisti : etenim in hac nocte revelatum fuit meæ humilitati per visionem, me esse Gazæ, et stare in delubro quod illic vocatur Marnium, et tuam pietatem mihi tradere Evangelium, et dicere : Accipe, lege. Ego autem cum aperuissem, inveni locum illum, in quo dicit Dominus Christus Petro : *Tu es Petrus, et super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam : et portæ inferi non prævalebunt adversus eam* [19]. Tu vero, domina, respondens dixisti : Pax tibi, esto fortis et strenuus. Post hæc autem sum excitatus : et ex hoc persuasum habeo, fore, ut Dei Filius tui animi instituto opem ferat. Dic vero nobis, domina, quid statueris.

XLVI. Imperatrix respondens, dixit : Si Christo placuerit, paucis post diebus dignabitur infans

[19] Psal. xviii, 11. [19] Matth. xvi, 18.

(30) Die 13 Martii.

(31) Genuerat Eudoxia imperatrix hactenus tantum filias, nupta Arcadio Augusto v Kal. Maii Olybrio et Probino coss. indict. 8, an. 395. Eorum filiarum prima fuit Flacilla, nata Cæsario et Attico coss. indict. 10, an. 397, die xv Kal. Julias. Secunda fuit sancta Pulcheria, nata xiv Kal. Febr. Theodoro et Eutropio eunucho coss. indict. 12, an. 399. Tertia autem filia Arcadia, nata v Idus Januar. indict. 13, Stilicone et Aureliano coss. an. 400. Quibus successit quarta proles mascula, Theodosius Junior an. 401. Quo dein Theodosio Juniore et Himoride coss. nata iv Idus Februarii Marina, quarta filia an. 403. Quæ exacte referuntur in *Chronico Alexandrino* et in *Chronico* Marcellini. Colitur sancta Pulcheria imperatrix 10 Sept.

(32) Utinam hi *pauci dies* numerati forent! An decem dandi, quibus cum Amantio potissimum actum? *Si pauciores dies* accipi possint, tum citius etiam natus est Theodosius.

(33) Natus videtur Theodosius 23 Martii, sive x Kal. April. eratque Sabbatum ante Dominicam iv Quadragesimæ, *Lætare* modo appellatam. Socrates lib. vi, cap. 6, omissa voce Kalendas, scribit decima Aprilis natum, τοῦ Ἀπριλλίου μηνός. Socratem descripsit auctor *Chronici Alexandrini*, in quo dicitur natus πρὸ δ' Ἰδῶν Ἀπριλλίων, iv Idus Aprilis : cadebat is tunc in feriam iv hebdomadæ sanctæ ante festum Paschæ. Marcellinus in *Chronico* natum ait iii Idus Aprilis. Ergo feria quinta in Cœna Domini. Quæ ex sequentibus refutantur.

(34) Fuit Theodosius Magnus a Gratiano imperator declaratus anno 379, mortuus an. 395, sex annis ante hujus Theodosii nativitatem.

(35) Id est, acclamatus imperator ac purpura tectus. Solemnis inauguratio, si *Chronico Alexandrino* fidendum, facta est ad Hebdomum anno sequenti iv Idus Januar. Indict. 4.

(36) Die 30 Martii, pridie Dominicæ Passionis.

sancto baptismate. Ite ergo, et facite supplicationem et petite in ea quæcunque volueritis; et quando egressus fuerit infans ex venerando baptismate, tradite supplicationem ei qui ipsum portabit; ego autem docebo eum, quid facere oporteat, et spero in Dei Filium, eum rem totam esse dispensaturum e voluntate suæ clementiæ. Nos autem, his promissis ab ea acceptis, cum ei et infanti multum benedixissemus, egressi sumus, et euntes fecimus supplicationem, in charta multa ponentes, non solum eversionem simulacrorum, sed etiam privilegia dari sanctæ Ecclesiæ et Christianis, et præberi redditum : erat enim pauper sancta Ecclesia.

CAPUT VII.

Baptismus Theodosii Junioris. Impetrata idolorum destructio. Varia donata S. Porphyrio munera.

XLVII. Cum autem dies præteriissent, venit dies (37-38), in quo erat illuminandus novus imperator Theodosius : erat vero coronata et ornata universa civitas holoserico et auro et omni ornamento, adeo ut non posset quispiam explicare ornatum civitatis. Quin etiam fluctuantem habitatorum multitudinem licebat intueri variatam multiplici et diverso genere vestium. Non est autem mearum virium dicere splendorem illius ornatus, sed illorum qui sunt in dicendo exercitati ; ego vero transibo ad præsentem veram conscriptionem. Baptizato Juniore Theodosio, et ab ecclesia egresso in palatium, licebat rursus intueri virtutem eorum qui præerant multitudini, et vestem eorum refulgentem : erant enim omnes candidati, ut existimaretur multitudo esse nive repleta. Præcedebant autem patricii, illustres et omnis dignitas cum ordinibus militaribus, omnes portantes cereos, ut putarentur astra cerni in terra. Erat vero prope infantem qui portabatur, ipse quoque imperator Arcadius, vultum habens hilarem et nitidum magis quam ea quam gestabat, purpura. Unus autem ex proceribus portabat puerum in splendida veste. Nos vero admirati sumus, videntes tantam gloriam. Dicit autem nobis sanctus Porphyrius : Si ea quæ paulo post evanescunt, tantam habent gloriam, quanto magis cœlestia quæ sunt parata sanctis, *quæ nec oculus vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis ascenderunt* [14] ? Stetimus autem nos in vestibulo sanctæ ecclesiæ, habentes etiam chartam supplicationis.

XLVIII. Postquam vero fuit egressus a baptismate, exclamavimus dicentes : Rogamus tuam pietatem, chartam quoque porrigentes. Cum autem aspexisset is qui gestabat puerum, et cognoscebat rem nostram (eam enim prius didicerat a domina), jussit chartam ei accipi, et cum accepisset, constitit. Jussit autem fieri silentium, et cum solvisset, legit partem; et cum involvisset, subjecit manum capiti infantis : et cum id inclinasset, clamavit coram omnibus : Jussit ejus potentia ea fieri, quæ sunt in supplicatione. Omnes autem cum aspexissent, sunt admirati ; et adorabant imperatorem, eum beatum pronuntiantes, quod dignus esset habitus qui videret in vita filium imperantem : exsultabat autem audiens. Imperatrici quoque Eudoxiæ fuit annuntiatum, quod factum fuerat propter suum filium. Lætata est autem, et, genibus flexis, Deo egit gratias.

XLIX. Ingresso vero infante in palatium, ei occurrit domina, et eum accepit et osculata est : et eum portans, ipsum quoque salutavit imperatorem, dicens : Beatus es, domine, propter ea quæ viderunt oculi tui in vita tua; et imperator lætabatur audiens. Cum autem imperatrix eum vidisset hilarem, dixit : Si videtur, sciamus quidnam continet supplicatio, ut omnino fiant quæ in ea continentur. Imperator vero jussit legi chartam, et postquam lecta fuit, dixit : Gravis quidem est petitio ; sed gravior est recusatio, quoniam hæc est prima jussio nostri filii. Dicit autem ei domina : Non solum prima jussio, sed etiam in hoc sancto habitu et pietatis gratia supplicatio, et petita a viris sanctis. Vix tandem annuit imperator, cum domina valde ei instaret. Hæc omnia renuntiavit nobis pius Amantius.

L. Die autem sequenti (39) nos accersit imperatrix : et cum de more prior salutasset sanctos episcopos, jussit sedere, et dixit eis : Vestris precibus concessit mihi Deus rem vestram; idque factum fuit ejus auxilio : vidistis autem, quanam via et ratione sum usa. Sed si videtur, crastino die accersam quæstorem, et coram vobis jubebo, ut convenienter ei quod continet supplicatio, fiat rescriptum divinum ex nomine duorum imperatorum; et ut semel dicam, faciat omnia quæ consequuntur. Episcopi autem, his auditis, ei multum benedixerunt et ejus filio et imperatori. Cumque multa alia disseruissent animæ utilia, postquam valedixissent, exierunt. Die vero sequenti (40) arcessit quæstorem et nos. Dicit autem ei : Accipe hanc chartam, et convenienter ei quod in ea continetur, divinum rescriptum manda litteris. Quæstor vero accepta charta, divinum rescriptum dictavit celeriter nobis præsentibus. Ei autem suggessimus, ut duces et consulares et res eorum deputaret ad ferendam nobis opem.

LI. Postquam vero perfectum fuit divinum rescriptum et subscriptum, rogavimus dominam, ut hoc negotium mandaretur alicui viro illustri. Jussit autem Amantio quærere virum bono zelo præditum Christianum, cui hoc negotium deberet committi. Multi enim ex iis qui tunc erant in dignitatibus

[14] I Cor. II, 9.

(37-38) Forsan circa diem 4 Aprilis.
(39) Die 5 Aprilis.
(40) Die 6 April., Sabbato ante Dominicam Palmarum, aut forsan citius hæc omnia contigerunt.

simulate habebant fidem, de quibus sumpsit pœnas divina justitia. Cum enim rescivissent imperatores, eos non recte se habere circa fidem intemeratam, eos privarunt suis dignitatibus, eosque et in corpore punierunt, et multarunt pecuniis : hæc autem facta fuerunt antea. Quocirca jussit Augusta negotium nostrum committi viro orthodoxo. Commissum vero fuit cuidam, nomine Cynegio (41), ex consistorio, qui fuit vir admirabilis et fide fervens. Eo autem accersito, jussit Augusta, ut omnia idola usque ad solum everteret, et igni traderet. Porro ei quoque manu sua dedit pecunias, dicens : Accipe ad sumptus, et nihil capias a sanctissimis episcopis. Cum talia autem mandata accepisset a domina, egressus est promptior et alacrior.

LII. Cum transegissemus vero reliquum hiemis, et fecissemus sanctos dies festos paschales et diem Resurrectionis (42), parabamus nos ad navigandum. Rogavimus autem admirabilem Amantium, ut id significaret dominæ, ut eam juberemus valere. Ille vero cum hoc audiisset, fuit magno dolore affectus, propterea quod nos essemus navigaturi; nos enim tantum dilexit, ut ipse rogaret dominam, ut eum dimitteret ad orandum in sanctis et venerandis locis. Timebat autem domina eum dimittere, ne, si illuc iret, fieret monachus, et ibi maneret. Sciebat siquidem viri vitam : erat enim re vera nulli eulpæ affinis, multas præbens eleemosynas, et perpetuo jejunans, et multos hospitio accipiens et concurrens ad pios usus. Hactenus quidem de pio Amantio. Dominæ vero de nobis significavit, et ingressi sumus ad eam, et dicit sanctissimis episcopis : Quando, Deo volente, navigabitis? Illi autem dixerunt : Propterea sumus ingressi, ut juberemus tuam valere potentiam. Illa autem dixit : Recordamini semper mei et mei filii.

LIII. Jussit vero protinus afferri pecunias. Quæ cum fuissent allatæ, dixit domino meo episcopo Porphyrio : Accipe, Pater, hæc ducenta (43)... et ædifica quam sum pollicita, ecclesiam in medio Gazæ, et significa mihi, si opus habueris pluribus pecuniis, et eas statim mittam. Construe autem xenodochium, ut excipias fratres qui veniunt in tuam civitatem, et tribus diebus eis sumptum præbeas. Dedit autem sanctissimo quoque Joanni aureos mille, et vasa pretiosa utrisque. Ad sumptus vero dedit utrisque ad centum aureos. Obtinuit autem prædictus sanctissimus Joannes episcopus Cæsareæ quæcunque voluit privilegia ratione suæ ecclesiæ. Cumque precati essent, et multum benedixissent dominæ et ejus filio et imperatori, exierunt.

LIV. Rogarunt etiam, ut ingrederentur ad imperatorem. Imperator autem eos interrogavit, an essent omnino expediti, et an Augusta eis aliqua donasset. Ipsi vero dixerunt : Sumus omnino expediti a sospite vestra pietate, et pia vestra conjuge, et a filio vestro quem Deus custodiat; fueruntque multa et magna nobis donata. Statim autem jussit etiam imperator præfectis, eis dare ex publicis vectigalibus Palæstinæ circa viginti libras auri. Dedit autem ipse quoque pro sumptibus circiter unum pugillum, qui inventus est continere circiter nummos quinquaginta. Cum vero ei quoque multum benedixissent, sunt egressi. Egimus autem in civitate alios tres dies, donec accepimus legationem quadraginta librarum; et post tres dies navem ascendentes, navigavimus Gazam, vicesimo tertio Xanthici, qui est apud Romanos octavus decimus Aprilis (44). Præclarissimus vero post nos egressus est Cynegius, usus publico navigio.

CAPUT VIII.

Reditus sancti Porphyrii Gazam. Tempestas cœlitus sedata. Solemnis in urbem introductio.

LV. Pervenimus autem Rhodum spatio quinque dierum; valde vero studebamus ire ad sanctum Procopium anachoretam. Cumque nos valde rogassemus nauclerum, ut nobis concederet tres horas, non concessit, dicens : Non possum ventum invenire tam secundum. Nos autem ei dicebamus : Possunt preces sancti viri nos servare, et dare nobis ventum secundum. Nauclerus autem indignatus, non admisit nostram petitionem. Sed cum aquati fuissemus, solvimus. Valde vero cruciabamur, quod non licuisset nobis eum convenire. Precibus ergo ab eo petimus, ut nobis ignosceret, et pro nobis oraret ut salvi essemus, et effectum redderemus opus quod fuerat nobis commissum.

LVI. Cum ergo Rhodo navigassemus, et duos dies in maris tranquillitate et serenitate felix fuisset nobis navigatio, repente oritur tempestas, ventique, et fulgura, et tonitrua, et in altum tolle-

(41) Baronius ad hunc annum 401, n. 31, arbitratur Cynegium esse, ad quem creatum præfectum prætorio exstant rescripta in Cod. Theod. lib. II, *De usuris*; sed ea data Honorio et Evodio coss. an. 386, et mortuus est hic in consulatu suo an. 388, sepultus apud Apostolos XIV Kal. April. teste Idatio. Potuit hic Cynegius alterius filius, nepos aut consanguineus fuisse.

(42) Pascha Alexandrinum in Græcia et Oriente observatum fuit 14 April., cyclo lunæ III, solis XVIII, litt. Dominic. F. In Canone paschali Victorii annotatur Pascha ad diem XI Kal. Maii, seu XXI Aprilis, quo in Occidente fuit observatum, non in Oriente, ut ex sequentibus constat. Per *festos paschales* hic indicatos intelliguntur Cœna Domini, Parasceve, ac dein Resurrectionis dies.

(43) Baronius opinatur deesse auri librarum pondera. Græci in Menæis ista habent : Κομίζεται παρὰ τῆς Αὐγούστης χρυσοῦ κεντενάρια δύω χάριν κτίσεως ἐκκλησίας, καὶ λόγῳ δαπάνης νομίσματα διακόσια· *Donantur ab Augusta duo centenaria*, id est pondo, *auri, ad ædificandam ecclesiam, et ratione impensarum ducenta numismata*, pro quibus hic *centum aurei* leguntur. Centenarium Romanum æquivalere talento Græco docet Isidorus lib. XVI, cap. 14. Acta autem hæc sunt 15 Aprilis postridie Resurrectionis Domini.

(44) Hic locus dicta præclare confirmat. Incidebat eo anno 18 dies Aprilis in feriam V post Pascha, erantque tres dies post alloquium imperatricis et imperatorum.

bantur fluctus instar montium, et attollebatur navis, ut nos existimaremus eam nubes tangere. Erant autem clamores et lacrymæ et oratio ad Deum; implorabamus quoque preces sancti Procopii anachoretæ. Cumque fuisset vespera, et tempestas non cessaret, permansimus vigilantes totam illam noctem: circa matutinum autem ex multa afflictione parum dormitarunt sanctissimi episcopi; et videt in somnis dominus meus Porphyrius sanctum Procopium anachoretam, dicentem eis: Nauclerum catechismo instituite et obsignate (est enim ex exsecranda hæresi Arii), et efficite, ut ipse anathemate notet Arium et malam ejus fidem; et statim cessabit tanta tempestas. Propterea enim, quod sit ipse ex dicta hæresi, non concessit vobis, ut ad me veniretis. Eum tamen catechesi instituite; est enim rectam doctrinam a vobis accepturus.

LVII. Hæc cum audiisset sanctus noster Porphyrius, fuit excitatus, et nobis accersitis narravit quæ viderat in somnis. Statim vero vocato nauclero, ei diximus: Vis navem tuam esse salvam, et nos omnes, et ante omnia tuam animam? Ille autem dixit: Non est hoc rogandum. Ei vero dixerunt episcopi: Abnega malam tuam fidem, et crede in rectam fidem, et salvus eris tu et navis, et omnes nos. Dicit eis nauclerus: Quoniam videvos habere præscientiam (comprehendistis enim quæ erant in corde meo, cum nemo id vobis renuntiaverit), ecce dico vobis: credo, ut creditis, et abnego hæresim Arii. Rogo autem vos, ut per otium me ex sanctis Scripturis illuminetis in recta fide. Sancti vero episcopi eum acceperunt et obsignarunt, super eum fusis precibus, et eum quoque impertierunt divinis sacramentis (45). Interim autem cessarunt fluctus, et feliciter navigavimus, et cum fuissemus in pelago alios quatuor dies, quinto mane adnavigavimus in maritimam partem Gazæorum, quam vocant Majumam (46).

LVIII. Postquam autem descendimus, nos cognoscentes qui illic erant Christiani, exceperunt cum psalmodia. Similiter vero ex civitate quoque, cum audivissent, occurrerunt nobis, habentes signum venerandæ crucis, et ipsi psallentes. Commisti sunt autem qui erant ex duobus locis, et facti sunt non parvus populus; erant enim plures qui erant ex maritima, propterea quod haberent multos Ægyptios vini mercatores. Idolorum vero cultores videntes ea quæ fiebant, dissecabantur; sed nihil audebant facere, quoniam audiverant, in quanto honore fuissent habiti sanctissimi episcopi apud imperatores, et quod essent evertenda simulacra, et magna angebantur cura et animi ægritudine.

LIX. Postquam autem fuimus ingressi civitatem, in loco qui vocatur Tetramphodos, id est, quadrivium, stabat statua marmorea, et dicebant eam esse Veneris. Erat autem supra aram marmoream: statuæ vero effigies erat nudæ mulieris, quæ habebat aperta tota sua pudenda. Statuam autem in honore habebant omnes cives, maxime vero mulieres, lucernas accendentes, et thure suffientes. Dicebant enim eam in somnis respondere iis, quæ volunt inire matrimonium. Decipiebant autem se invicem mentientes. Sæpe vero jussi a dæmone contrahere matrimonium, tantum abfuit ut id recte eis procederet, ut inter eos fierent divortia, aut male cohabitarent. Hæc cognovimus ab iis qui fuerant aversi ab errore, et veritatem agnoverant.

LX. Quin etiam nonnulli idololatræ, non ferentes calamitates gravium conjugiorum quæ jussi fuerant contrahere a dæmone Venere, succensentes, confessi sunt deceptionem. Tales enim sunt dæmones, ut qui decipiant, et nihil unquam veri dicant. Neque enim possunt aliquid certo præscire: sed ex verisimilibus præ se ferunt se præscire apud eos qui eis serviunt. Quomodo enim possunt verum dicere, qui exciderunt a veritate? Quod si in aliquibus contingit eos divinare, hoc fit ex eo quod evenit: quomodo etiam accidit in hominibus, ut sæpe quædam prædicant futura de re quæ est eventura. Ea ergo quæ ex iis quæ accidunt, successerunt, quod quidem raro fit, admiramur: quæ autem conjectura non assequimur, quod quidem fit assidue, silemus. Hactenus quidem de dæmonibus et de eorum deceptione.

LXI. Cum nos ergo, ut dictum est, navigassemus in civitatem, et venissemus in locum in quo erat dictum simulacrum Veneris; portarent autem Christiani venerandum lignum Christi, hoc est, figuram crucis, videns dæmon qui habitabat in statua, nec videre sustinens signum quod ferebatur, turpiter egressus ex marmore, dejecit ipsam statuam, et confregit eam in multa fragmenta. Accidit vero, ut duo idololatræ starent prope aram in qua stabat statua: et corruens, unius quidem caput fregit in duas partes, alterius autem humerum et brachiale. Stabant enim ambo sanctum populum subsannantes.

LXII. Multi autem ex gentilibus, cum vidissent signum quod factum fuerat, crediderunt; et commisti cum laicis, una cum eis sunt ingressi in sanctam ecclesiam, nomine Irenen. Fuit autem illo die magnum gaudium inter Christianos, tribus de causis: primum quidem, quod sanum recepissent sacerdotem, et qui ea fecerat quæ desiderabant; secundo, quod contriti essent dii gentium, et facti essent tanquam pulvis qui dispergitur ab area æstiva: quin etiam similiter atque ipsi confracti sunt, qui confidebant in eis; tertio autem et maxime,

(45) An sacrosancta Eucharistia Intelligenda? Hanc navigantes fideles solitos secum conferre docet sanctus Ambrosius in laudatione funebri Satyri fratris; sanctus Gregorius cum de Maximiano agit aliique, uti ad hunc locum observat Baronius.

(46) Majuma viginti Gaza distat stadiis, a Juliano Apostata Gazæis subjecta, cum a Constantino imperatore privilegia civitatis ante accepisset ac proprium episcopum, qualis fuit sanctus Zeno cui sacer est 26 Decembris; eratque tunc Constantia appellata.

quod conservatæ sunt animæ quæ errabant, et accesserunt gregi Christi. Cum eos vero obsignasset episcopus, dimisit in pace, jubens ut vacarent sanctis Scripturis : erant vero viri numero triginta duo et septem mulieres. Cum duos autem alios dies fuisset Gazæ Joannes archiepiscopus, profectus est Cæsaream : quem Christiani omnes et sanctus episcopus deduxerunt usque ad duo milliaria.

CAPUT IX.

Templa idolorum eversa Gazæ. Plurimi idololatræ convertuntur a sancto Porphyrio.

LXIII. Post decimum autem diem venit admirandus Cynegius, habens secum consularem et ducem, et magnam manum militarem et civilem. Præsciverunt vero multi ex idololatris, et exierunt e civitate; alii quidem in vicos, alii autem in alias civitates : erant vero complures ex divitibus civitatis. Eorum autem ædes qui fugerant, adnotavit quem diximus, Cynegius. Die autem sequenti, accersitis civibus, præsentibus duce et consulari, aperuit eis litteras imperatorias, quæ jubebant, ut everterentur simulacra et delubra, et igni traderentur. Cum primum vero id audivissent idololatræ, ejularunt magna voce, adeo ut id ægre tulerint magistratus, et in eos cum minis emiserint milites, qui eos virgis et clavis verberabant : Christiani autem cum magno gaudio laudibus prosequebantur imperatores et magistratus.

LXIV. Statim vero cum magistratibus et cohortibus militaribus impetum fecerunt et everterunt delubra. Erant autem in civitate simulacrorum publica templa octo : nempe Solis, et Veneris, et Apollinis, et Proserpinæ, et Hecates, et quod dicebatur Hierion seu *sacerdotum*, et Fortunæ civitatis, quod vocabant Tycheon; et Marnion, quod dicebant esse Critæ generis (47) Jovis; quod existimabant esse gloriosius omnibus templis, quæ sunt ubique. Erant autem alia quoque plurima simulacra in ædibus et pagis, quæ nemo posset numero subjicere. Dæmones enim cum Gazæorum animum ut ductilem apprehendissent, errore impleverunt universam civitatem, et quæ circum circa sita erat, regionem : hoc autem eis accidit ex nimia simplicitate. Quamobrem traducti ad sanctam fidem, fiunt magno zelo incitati Christiani. Hactenus quidem de Gazæis.

LXV. Jussi ergo milites, cum Christianis civitatis et maritima ejus parte impetum fecerunt in simulacra. Et primum cum voluissent evertere simulacra et Marnium, repulsi sunt. Illis enim idoli sacerdotes, cum prius de eo audivissent, portas interioris templi intrinsecus magnis lapidibus obstruxerunt; et cum exportassent in ea quæ dicuntur adyta, quæcunque erant vasa in templo pretiosa : quin etiam ipsa deorum ipsorum animalia illic occultaverunt, et per ipsa adyta fugerunt per alias vias. Dicebant enim dicta adyta habere multas vias in diversa loca. Repulsi ergo, sicut prius dixi, conversi sunt ad alia simulacra : et alia quidem everterunt, alia vero igni tradiderunt. Cum ergo rapuissent omnia quæ in eis erant, vasa pretiosa, sanctus autem Porphyrius anathemati subjecisset in ecclesia quemlibet civem Christianum qui ex delubris aliquid accipit ad lucrum proprium; nullus ex fidelibus civibus aliquid accepit, nisi milites, et qui illic inventi sunt advenæ. Obibant ergo cum laicis ex clero viri pii, et ipse sanctus Porphyrius episcopus, reprimentes eos, ne aliquid acciperent. Fuerunt vero decem dies evertentes templa simulacrorum.

LXVI. Post dictos autem dies consilium ceperunt, quonam modo uterentur Marnio, et quid ei facerent. Alii enim dicebant id debere effodi; alii autem, comburi; alii, locum purificari et sanctificari ad Dei ecclesiam : et erat de ea re magna deliberatio. Tandem sanctus episcopus indixit populo jejunium et orationem, ut eis revelet Dominus, quidnam eos facere oporteat. Cumque illo die jejunassent, et Deum de hac re precati essent, vespere peregerunt sanctam synaxim. Cum perageretur autem, puer circiter septem annos natus, stans cum matre propria, repente exclamavit, dicens : Comburite intus templum usque ad solum. Facta sunt enim in eo multa gravia, et maxime hominum sacrificia. Id vero hoc modo comburite. Afferte picem humidam, sulphur et sevum porcinum, et hæc tria commiscete, et ungite portas æneas, et ignem in eas injicite, et sic totum templum comburetur. Non potest enim aliter fieri. Id autem quod est exterius, sinite cum ambitu : et postquam fuerit combustum, purgantes locum, ædificate illic sanctam ecclesiam. Dicebat autem hoc quoque : Testificor vobis coram Deo, ne fiat aliter. Neque enim ego sum qui loquor, sed Christus qui in me loquitur. Hæc autem dixit lingua Syriaca. Postquam vero audierunt, omnes admirabantur et Deum glorificabant.

LXVII. Venit autem hoc miraculum etiam ad aures sancti episcopi : et cum manus suas ad cœlum extendisset, Deum glorificavit, et dixit : *Gloria tibi, Pater sancte, quoniam abscondisti hæc a doctis et sapientibus, et revelasti ea parvulis* [18]. Jussit autem puer suam quoque matrem, postquam

[18] Matth. xi, 25.

(47) *Cretagenis*, sive e Creta oriundi, *Jovis* legendum. Stephanus de Urbibus, de Gaza agens : Ἔνθεν καὶ τὸ Κρηταίου Διὸς παρ' αὐτοῖς εἶναι, ὃν καὶ καθ' ἡμᾶς ἐκάλουν Μάρνην, ἑρμηνευόμενον Κρηταγενῆ. *Ibidem*, Gazæ scil cet, *apud eos in honore est Jupiter Cretensis, quem ipsi* Gazæi *nobiscum agentes Marnam appellant, atque interpretantur Cretagenem*, sive e Creta oriundum. — Hæc habet Henschenius in commentario prævio de S. Porphyrio. Eamdem emendationem pluribus erudite confirmat Norisius *De epoch. Syro-Mac.* Dissert. v, cap. 3 opp. nov. edit. tom. III, pagg. 518 seq. Quo de loco præterea consulas velim infra Mazochium *Animadv.* in § 19.

dimissa esset ecclesia, inveniri in episcopi ædibus. Separato itaque puero, dixit episcopus mulieri : Adjuro te per Filium Dei vivi, ut dicas, an suggestione tua aut alicujus alterius, te sciente, filius tuus illa est locutus, quæ dixit de Marnio. Mulier autem cum hæc audivisset, dixit : Trado me ipsam terribili et tremendo Christi tribunali, si unquam præscivi aliquid ex iis quæ filius meus hodie est locutus. Sed si videtur tibi, ecce accipe puerum, et cum minis de eo habe quæstionem ; et si dixit alicujus suggestione, metu confitebitur : sin vero nihil aliud dicet, est evidens quod a Spiritu sancto fuit inspiratus. Cum hoc audisset episcopus quod dixerat mulier, et laudavisset, jussit eam paulum secedere, et introduci puerum. Cumque adductus esset puer, dixit ei : Quis tibi suggessit, ut loquereris in ecclesia illa quæ es locutus de Marnio ? Puer autem tacebat. Jussit vero sanctissimus episcopus afferri flagellum, et extendi puerum ad hoc, ut ab eo terreretur. Ille autem tenens flagellum, alta voce clamavit, dicens : Quis tibi dixit, ut loquereris ? dic, ne flagello cædaris. Puer vero stabat mutus, nihil loquens. Tunc nos qui eramus circa ipsum, hæc ei cum minis diximus ; ille autem erat immobilis.

LXVIII. Tandem postquam omnes cessassent, os suum aperiens, dixit puer lingua Græca : Urite templum quod est intus, usque ad solum. Multa enim gravia in eo facta sunt, et maxime hominum sacrificia. Hoc autem modo id urite. Afferte picem humidam, et sulphur, et sevum suillum, et miscete hæc tria, et ungite portas æneas, et ignem eis immittite : et sic templum comburetur. Alias enim non potest fieri. Quod est exterius autem, sinite cum ambitu ; et postquam fuerit combustum, expurgato loco, statuite illic sanctam ecclesiam. Testificor enim vobis coram Deo non posse aliter fieri. Non enim sum qui loquor, sed qui est in me Christus. Admiratus est autem sanctissimus episcopus Porphyrius, et omnes qui cum eo erant, audita pueri libera loquendi fiducia, et quod partite et distincte esset locutus. Accersita vero matre, eam interrogavit an ipsa aut filius ejus sciret linguam Græcam. Illa autem jurejurando affirmabat neque se, neque suum filium scire Græce. Cum hoc rursus audivisset sanctissimus Porphyrius, laudavit Dominum, et afferens tria numismata, ea dedit mulieri. Puer autem, cum vidisset numismata in manu matris suæ, exclamavit, dicens lingua Syriaca : Ne accipias, mater, ne tu quoque auro vendas donum Christi. Rursus autem cum id audivissemus, summe mirati sumus. Mulier vero reddidit tria numismata, dicens episcopo : Ora pro me et filio, et commenda nos Deo. Sanctus autem episcopus eos dimisit in pace.

LXIX. Mane vero congregatis religiosis clericis et Christi amante populo, et præterea admirabili quoque Cynegio et magistratibus, dixit eis, quomodo locutus est puer de Marnio. Cum autem audivissent, mirati sunt ; et communi consensu dixerunt, ut sicut dixerat puer, sic combureretur. Allata ergo pice humida, et sulphure, et sevo suillo, et his tribus mistis, unxerunt portas interiores ; et fusis precibus, ignem admoverunt, et statim universum templum eum arripuit, et fuit exustum. Quotquot autem milites et hospites poterant, rapiebant ex igne quæ inveniebant, seu aurum, seu argentum aut plumbum.

LXX. Erat vero illic quidam ex præfectis militaribus quos vocant tribunos, qui aderat combustioni templi ; erat autem, ut apparebat, Christianus : in occulto vero erat idololatra. Hic ergo cum interesset, et videret conflagrationem et direptionem quæ fiebat a militibus, dissecabatur ; et sub prætextu, quod curaret ut servarent ordines, flagellis crudeliter cædebat quem inveniebat ferentem aliquod spolium. Cum hæc fierent, et ab igne correpti essent parietes, repente lignum ardens incidit in tribunum, et ei duplicem affert mortem. Perfracto enim capite ejus, ussit reliquum corpus : et statim fideles milites et Christi amans populus, scientes eum esse propensum ad simulacra, Deum glorificarunt, et dixerunt illum psalmum, qui dicit : *Quid gloriaris in malitia, potens iniquitate? Tota die injustitiam cogitavit lingua ejus : tanquam novacula acuta fecisti dolum. Dilexisti malitiam magis quam bonitatem ; injustitiam magis quam loqui justitiam. Dilexisti omnia verba submersionis, linguam dolosam. Propterea Deus destruet te in finem, evellet te, et emigrare te faciet ex tabernaculo tuo, et verbum tuum ex terra viventium* [16] ; et quæ deinceps sequuntur in psalmo. Dies vero plurimos perpetuo arsit templum.

LXXI. Postea autem facta est etiam domorum perscrutatio ; erant enim multa simulacra in plurimis atriis : et quæ inveniebantur, partim quidem igni tradebantur, partim autem in cœnum jaciebantur. Inveniebantur libri quoque pleni præstigiis et incantationibus, quos quidem dicebant sacros, ex quibus sua faciebant mysteria et alia nefaria idololatræ. Ipsi quoque eadem passi sunt, quæ dii sui.

LXXII. Accurrebant autem multi ad sanctam fidem, alii quidem metu, alii vero condemnantes priorem suam vivendi rationem. Omnibus vero portas sancta aperiebat Ecclesia. Meminerat enim sanctæ Scripturæ, quæ dicit : *Pulsanti aperietur ; et qui quærit, invenit* [17]. Et rursus : *Sive prætextu, sive veritate Christus annuntiatur* [18]. Dicebant autem quidam ex fidelibus sancto episcopo, non oportere eos accipere qui accedunt propter metum, sed eos qui bono proposito. Sanctus vero episcopus dicebat iis, qui hæc dicebant :

LXXIII. Sunt etiam virtutes, quæ casu et calamitate accidunt hominibus. Quomodo qui servum

[16] Psal LI, 3 seqq. [17] Matth. VII, 8. [18] Philipp. I, 18.

aliquem possidet improbum et ingratum, prius eum admonet, ut sit semper memori et grato animo; postquam autem eum nullo modo videt parere admonitioni, ei de cætero metum infert necessario, plagasque et vincula et alia hujusmodi, non volens eum perdere, sed servare et agnoscere id quod oportet. Talem etiam Deum existimate, qui fert patienter nostrum ingratum animum : sæpe autem suadet quæ sunt nobis utilia, per Scripturas et alios viros sanctos. Nobis vero non parentibus, volens omnino ut bonus et benignus nos possidere, et non repellere, nobis infert suum timorem et disciplinam, nos invitans, ut cum necessitate agnoscamus id quod oportet. Quamobrem dicit Scriptura : *Quando interficiebat ipsos, tunc quærebant eum, et convertebantur, et mane vigilabant ad Deum* [29]. Et rursus dicit propter eos qui resiliunt et jugum a Deo excutiunt : *In camo et freno confringes maxillas eorum, qui non appropinquant ad te* [30]. Oportet ergo, o filii mei, admonere humanitatem per metus et minas et disciplinam. Propterea rursus dicit : *Bonum est, quod humiliasti me, ut discam justificationes tuas* [31]. Hæc autem a me dicta sunt propter eos qui volunt accedere ad nostram sanctam fidem. Nam, etsi dubitantes accesserint, potest eos mollire tempus, Christo annuente. Ut autem aliud quoque vobis renuntiem; si non conspecti fuerint fide digni, ut qui jam fuerint in mali habitu; qui ex eis nascuntur, possunt esse salvi, ut qui cum bono conversentur.

LXXIV. Cum hæc sanctus dixisset Porphyrius, et persuasisset fratribus, accipiebat omnes qui volebant illuminari, catechesi eos instituens multis diebus, non solum ante baptismum, sed etiam postea. Assidue enim docebat verbum, non splendida et magnifica utens oratione, et se volens ostentare, sed simplici utens dictione, et omnia solvens ex Scriptura. Accesserunt ergo illo anno gregi Christi circiter trecenta nomina : et ab illo tempore augmentum accipiebant singulis annis res Christianorum.

CAPUT X.

Nova ecclesia a S. Porphyrio exstructa. Tres pueri in puteum lapsi servantur.

LXXV. Marnio vero omnino exusto et constituta (48) civitate, statuit beatus episcopus cum religioso clero et Christi amante populo, sanctam ecclesiam condere in loco exusto, quomodo ei revelatum fuerat, quando erat Constantinopoli : propter quod etiam acceperat pecunias a religiosissima imperatrice Eudoxia. Dimissis ergo magistratibus et Christi amante populo, retinuit partem auxilii, ne fieret aliqua novitas post eorum exitum. Non propter hoc autem solum, sed etiam, ut opem ferrent ad congregandam materiam ædificii dictæ sanctæ ecclesiæ. Quidam autem consulebant, ut ædificaretur sicut positum fuerat idoli templum. Erat enim formæ rotundæ, circumdatum duabus porticibus, se invicem interius subeuntibus; ejus vero medium erat ad emittendos vapores constitutum, septentrionaleque et extensum in altum. Habebat autem quædam etiam alia quæ decebant simulacra, apta ad exsecranda illa et nefaria quæ fiebant ab idololatris. In hac ergo forma et positura dicebant quidam ædificandam esse sanctam ecclesiam : alii vero contradicebant, dicentes ipsam quoque posituræ memoriam esse delendam. Qui autem hoc dicebant, persuadebant omnibus, ut qui recte dixissent. Dixit vero sanctissimus episcopus : Hoc quoque relinquemus consilio. Interim autem dum repurgatur locus, venit magistrianus, epistolas afferens imperatorias semper memorandæ Eudoxiæ. Continebant vero litteræ salutationem et precum petitionem pro suo marito et filio. Erat autem in alia charta inter litteras descripta forma sanctæ ecclesiæ in figuram crucis, quomodo nunc quoque, Deo volente, cernitur : et continebant litteræ, ut convenienter dictæ figuræ sancta conderetur ecclesia. Lætatus est autem sanctus Porphyrius, cum legisset et vidisset formam descriptam. Sciebat enim hoc quoque factum fuisse ex divina revelatione, et meminit Scripturæ quæ dicit : *Cor regis in manu Dei* [32]. Continebant autem litteræ pretiosas quoque columnas esse mittendas et marmora.

LXXVI. Ejecto autem cinere et ablatis omnibus abominationibus, relicta rudera marmorum Marnii quæ dicebant esse sacra, et in loco inaccesso, maxime mulieribus, ea censuit sanctus episcopus incrustari in platea ante templum, ut conculcarentur non solum a viris, sed etiam a feminis, et canibus, et porcis, et bestiis. Hoc vero idololatris fuit magis molestum quam templi conflagratio. Quamobrem complures ex eis, maxime autem mulieres, usque in hodiernum diem marmora non ascendunt. Brevi autem post tempore edicit jejunium uno die; et cum dimissæ fuissent preces matutinæ, jussit pius episcopus quemlibet virum Christi amantem afferre ligones et rastra et alia hujusmodi instrumenta. Hoc vero vespera prius edixerat, ut omnes mane invenirentur parati; quod etiam factum est.

LXXVII. Congregato autem populo cum dictis instrumentis in sancta ecclesia quæ appellabatur Irene, jussit omnes psallentes simul proficisci in Marnium, quod olim fuerat. Ipse vero sequebatur, portans sanctum Evangelium et circa se habens pium clerum, re vera imitans Christum cum discipulis. Præcedebat autem populum semper memorandus Barochas, venerandæ crucis portans effigiem. Ab utrisque vero partibus populi erant milites, qui relicti fuerant ad continendam in officio civitatem. Euntes autem psallebant, et in versiculorum psalmi intercisione dicebant, *Alleluia*. Erat autem psalmus quem dicebant : *Venite, exsultemus Domino, jubi-*

[29] Psal. LXXVII, 34. [30] Psal. XXXI, 9. [31] Psal. LXVIII, 71. [32] Prov. XXI, 1.

(48) Baronius, *ordinata*.

lemus Deo Salvatori nostro. Præoccupemus faciem ejus in confessione, et in psalmis jubilemus ei. Quoniam Deus magnus Dominus, et rex magnus supra omnem terram, quoniam in manu ejus sunt fines terræ et altitudines montium. Quoniam ipsius est mare, et ipse fecit illud; et aridam formaverunt manus ejus. Venite, adoremus, et procidamus ei, et ploremus coram Domino qui fecit nos, quoniam ipse est Deus noster, et nos populus pascuæ ejus, et oves manus ejus [33]. Dicebant autem alios quoque psalmos, donec ingressi sunt in Marnium.

LXXVIII. Hortatus est autem sanctus Porphyrius episcopus Rufinum quemdam architectum Antiochenum, virum fidelem et scientem, per quem fuit etiam perfectum totum ædificium. Is, accepto gypso, designavit posituram sanctæ ecclesiæ, convenienter formæ quæ missa fuerat ab inprimis pia Augusta Eudoxia. Cumque precatus esset sanctissimus episcopus et genu flexisset, jussit populum fodere. Statim autem omnes uno animo et eadem alacritate fodiebant, clamantes : Christus vicit. Non licebat vero videre differentiam inter virum et mulierem, aut senem aut puerum : sed promptus et alacer animus vires præbebat omnibus. Et alii quidem fodiebant, alii autem terram exportabant; adeo ut paucis diebus fuerint et omnia loca effossa et terra egesta.

LXXIX. Prius itaque præparata materia, et ingentibus lapidibus ex tumulo qui dicitur Aldioma, a parte orientali civitatis, et alia materia, sanctus rursus, congregato Christi amante populo, multisque precibus et psalmodiis dictis in loco, ipse primus se succingens, cœpit portare lapides, et jacere fundamenta. Deinde pii quoque clerici et omnes laici lætantes, et magna voce psallentes; adeo ut audirentur a tribus milliariis ex civitate.

LXXX. Factum est autem illo die magnum miraculum. Sunt putei intra sacrum ambitum, ex quibus est unus ab occidentali parte sanctæ, quæ nunc est, Dei ecclesiæ, non parum profundus. Tres ergo pueri sitientes iverunt ad bibendum, et appropinquantes ori putei, se inclinabant, innitentes ligno quod erat in ore putei, ut solent facere pueri; et, fracto ligno, tres ceciderunt in puteum. Quidam vero qui forte illic aderant, iverunt et renuntiarunt populo quæ facta fuerant. Fuit autem non parvus tumultus, omnibus concurrentibus ad puteum. Cum vero quod factum fuerat, cognovisset sanctissimus episcopus, ipse quoque currens ad locum, jussit fieri silentium. Quo facto, cœpit precari et rogare Deum cum multis lacrymis, ut vivos et illæsos conservaret pueros, et maxime propter idololatras, ne dicant : *Ubi est Deus eorum* [34], in quem sperabant? Et cum fuisset hora una humi inclinatus, et surrexisset, jussit aliquem descendere per funes cadorum, et scrutari pueros. Clamabant enim qui erant ex populo, appellantes pueros : neque erat ullus, qui eos inferne audiret ex puteo.

LXXXI. Cum autem vir ille descendisset, inventi sunt tres pueri, sedentes super magnum lapidem, illæsi et hilares inter se colloquentes. Cum vero vir ille eos aspexisset, valde est admiratus, et Deum glorificavit, et inferne clamans, dixit : Laudate Dominum; vivunt enim tres pueri. Cum autem audivisset sanctus episcopus et populus, lætati sunt; et, demissa magna sporta, jusserunt simul efferri tres pueros : erant enim parvi, ad sex vel septem annos nati. Sporta vero accepta, is qui erat inferius, tres illos ligatos fecit tuto sedere, jubens eis claudere oculos, donec sursum pervenissent, et dicere : Jesu Christe, serva nos. Cumque hoc fecisset, clamavit ut apte funem traherent : et trahentes, dicebant hymnum trium puerorum : *Benedictus es, Domine Deus patrum nostrorum* [35]. Cumque pervenissent, et eos aspexisset sanctissimus episcopus (erat enim is stans in ore putei, et tenebat funem), repletus gaudio et lacrymis, exclamavit, dicens : *Benedicite, omnia opera Domini, Domino* [36], et, *Laudate Dominum* [37]. Postquam autem eos e sporta sustulerunt, scrutati sunt nunquid fracta esset aliqua pars eorum corporis; et nihil inventum est in eis male affectum.

LXXXII. Sed magnum aspeximus miraculum. Inventi sunt enim tres pueri habentes signa crucis tanquam acu infixa. Unus quidem in media fronte; alius autem in summa dextra manu circa digitos; alius vero in humero dextero. Erant autem pulchre expressæ cruces, neque obliquæ, neque incurvæ, sed unius mensuræ, ut apertum esset, eas divina esse signa. Neque enim eis afferebant dolorem, neque eduxerant sanguinem; sed erant impressæ tanquam ex cinnabari (49) : manserunt autem in eis longo tempore ad hoc, ut viderent omnes et admirarentur. Nam multi etiam ex alienigenis, cum vidissent, crediderunt.

LXXXIII. Cum vero ille quoque ascendisset qui propter pueros descenderat, jurejurando affirmabat, dicens : Quando eos immisi in sportam, et rursum ferebantur, videbam circa eos tanquam fulgur, donec pervenissent ad os putei. Fuit autem Christianis illo die lætitia; cultoribus vero simulacrorum dolor et offensio. Ædificium autem procedebat in dies, omnibus prompto et alacri animo operantibus. Neque enim erat, qui ullum sua mercede frustraretur; sed etiam amplius præbebat, se munifice gerens in eos qui operabantur. Dicebat enim justum esse, ut non exsecrationem, sed benedictionem acciperet omne opus ædificii.

[33] Psal. xciv, 1-7. [34] Psal. cxiii, 2. [35] Dan. iii, 52. [36] Ibid., 57. [37] Psal. cxlvi.

(49) Cinnabaris est color quidam ad minia accedens. Legendæ quæstiones quinque Bernardi Cæsii nostri lib. ii *De mineralibus*, cap. 4, sect. 3.

LXXXIV Anno autem sequenti (50) mittit imperatrix columnas, quas erat pollicita : quæ quidem magnæ et admirabiles, numero triginta. Duæ vero vocantur Carystiæ (51) : quæ quidem sunt in sancta ecclesia, lucentes tanquam smaragdi. Cum ii autem adnavigassent qui eas ferebant, rursus apparuit studium promptusque et alacer animus populi Christum amantis. Omnes enim cum audivissent, statim cucurrerunt ad littus, non solum vero viri, sed etiam feminæ et pueri et senes : omnes enim corroborabat fidei desiderium. Et cum currus adduxissent, impositam unamquamque columnam traxerunt et in templi (52) hypæthro eam deposuerunt : et rursus reversi sunt, et aliam attulerunt, donec omnes portarunt. Et de his quidem hactenus.

CAPUT XI.

Mulier Manichæa ob blasphemiam, orante sancto Porphyrio, subita morte punita. Dedicata ecclesia. Eleemosynæ sancti Porphyrii.

LXXXV. Illo autem tempore venit in civitatem mulier quædam Antiochena quæ vocabatur Julia : erat vero ex exsecranda hæresi eorum qui dicuntur Manichæi. Cumque cognovisset aliquos esse recens illuminatos et in sancta fide nondum stabilitos, in eorum irrepens animos, eos corrumpebat per doctrinam suam, oculos perstringentem et incantantem, sed multo magis per pecuniæ erogationem. Qui enim invenit dictam impiam hæresim, non aliter potuit inescare aliquos, nisi datis pecuniis. Eorum enim doctrina, iis quidem qui sapiunt, plena est omni blasphemia et condemnatione, et anilibus fabulis quæ attrahunt mulierculas, et viros pueriles qui levem habent mentem et cogitationem. Ex diversis enim hæresibus et gentilium dogmatibus hanc suam perversam constituerunt opinionem, callide et vafre volentes omnes capere. Deos enim multos dicunt, ut placeant gentilibus. Præterea tempus ortus observant, fatumque et astrologiam asseverant, ut secure peccent; utpote quod non sit in nostra potestate peccare, sed ex fati necessitate.

LXXXVI. Porro autem Christum quoque confitentur. Dicunt enim eum hominem fuisse visione. Etenim ipsi quoque visione dicuntur esse Christiani. Ea enim prætermitto quæ sunt ridicula et digna exsecratione, ne eorum qui hæc legunt, aures impleam molesta auditione et prodigiosis narrationibus. Res enim Philistionis, Sceni et Hesiodi, et aliorum qui dicuntur philosophi commiscentes cum rebus Christianis, suam hæresim constituerunt. Quomodo enim pictor mistionem faciens ex diversis coloribus, efficit existimatione hominem aut bestiam aut aliquid aliud, ad decipiendos eos qui aspiciunt, ut stultis quidem et insipientibus videatur esse verus; iis autem qui sapiunt, umbra et deceptio et humana excogitatio : ita etiam Manichæi ex diversis dogmatibus haurientes, effecerunt improbam suam opinionem; vel potius ex diversis serpentibus virus congregantes et miscentes, lethiferum effecerunt venenum ad hominum animas interimendas. Ut autem prius dictum est, cum illic versaretur pestifera mulier, quidam fallaci illius doctrina sunt seducti.

LXXXVII. Post aliquot vero dies cum id cognovisset a quibusdam fidelibus sanctus Porphyrius, eam accersitam interrogavit, quænam et unde esset, et quamnam haberet opinionem. Illa autem et patriam, et se esse Manichæam, est confessa. Iis vero qui erant apud ipsum, ira motis (erant enim quidam pii), eos rogat beatus, ne irascantur, sed patienter eam admoneant et semel et bis, servans id, quod dictum est a sancto Apostolo [53]. Deinde dicit mulieri : Abstine, o soror, ab hac mala opinione : est enim satanica. Illa autem respondit : Dic, et audi ; et aut persuadebis, aut persuadeberis. Sanctus vero dixit : Para te ad crastinum diem, et veni huc. Illa autem cum valere eum jussisset, est egressa. Beatus autem cum jejunasset, et Christum multum rogasset ut diabolum pudore afficeret, paratus fuit in diem sequentem. Advocavit vero quosdam ex piis clericis et laicis, ad disputationem suam et mulieris.

LXXXVIII. Die autem sequenti accedit mulier, habens secum duos viros et totidem mulieres quæ erant juniores et formosæ ; omnes vero pallidi. Julia autem erat provecta ætate. Ducebatur autem tota eorum disputatio a scriptis et orationibus mundanæ disciplinæ : multo vero magis Juliæ. Erat autem humilis eorum habitus, et modesti mores : et quod dicitur, extrinsecus oves, intrinsecus vero lupi rapaces [54] et venenata animalia. Omnia enim dicunt et faciunt cum simulatione. Deinde jussi sedere, disceptabant et inquirebant. Sanctus autem Porphyrius, ferens sancta Evangelia, cum fecisset signum crucis in ore suo, cœpit eam rogare, ut diceret suam opinionem. Illa vero cœpit. Frater autem Cornelius diaconus qui fuit paulo ante nominatus, sciens notis scribere quibus utuntur in jure, jussus a beatissimo episcopo, notabat omnia quæ dicebantur et opponebantur, me et fratre Barocha admonentibus. Disputationem autem non scripsi in hoc libro, propterea quod sit magna, ut qui velim compendio hoc scriptum mandare litteris ; eam vero in alio libro exposui iis qui volunt scire sapientiam a Deo datam sanctissimo Porphyrio, et aniles fabulas quas effutiit prodigiosa loquens et venefica Julia.

LXXXIX. Quam quidem cito est persecuta di-

[53] Tit. III, 10. [54] Matth. VII, 15.

(50) Anno Christi 402.

(51) *Carystiæ* correximus. Carostiæ legitur apud Lipomanum et Surium. Est autem Carystus Euboeæ insulæ oppidum, varii marmoris ferax, apud Plinium, Strabonem, Euripidem, aliosque memoratum.

(52) Hypæthrum est ædificium quasi sub æthere positum. Vitruvius lib. I, cap. 2.

vina justitia. Postquam enim multa horis plurimis esset fabulata, et consuetas dixisset blasphemias in Dominum et Deum universorum, motus a divino zelo sanctus Porphyrius, videns eum qui omnes fines continet, tam qui cadunt sub aspectum, quam qui non cadunt, blasphemiis et maledictis incessi a muliere in quam operabatur diabolus, et quæ se submittebat illius voluntati, in eam tulit sententiam, dicens : Deus qui facit omnia, qui est solus æternus, neque principium habens nec finem, qui glorificatur in Trinitate, tuam percutiet linguam, et obstruet os tuum ne loquatur blasphema.

XC. Sententiæ autem prolationem consecutum statim fuit supplicium. Cœpit enim tremere Julia et mutari vultu : et manens in ecstasi longum tempus, non loquebatur, sed erat muta et immobilis, habens apertos oculos, et intuentes sanctissimum episcopum. Qui verò cum ea erant, cum aspexissent ea quæ sustinebat, magno timore sunt affecti; eam autem consolabantur, et carmina cantabant ad ejus aures, et non erat vox, nec auditus. Cum longo autem tempore mansisset muta, emisit animam, profecta ad tenebras quas in honore habuerat, eas lucem esse arbitrans, convenienter Scripturæ quæ dicit : *Væ iis qui faciunt id quod est dulce, amarum; et quod est amarum, dulce : qui tenebras ponunt lucem, et lucem tenebras* [30]. Jussit autem sanctus componi ejus corpus et tradi sepulturæ, misertus humanæ naturæ : erat enim summe clemens et misericors.

XCI. Quicunque vero audiverunt id quod factum fuerat, valde sunt admirati : non solum qui erant nostræ fidei, sed etiam alienigenæ. Qui autem cum ea erant, duo viri et mulieres, et quicunque ab ea corrupti fuerant, currentes prociderunt ad pedes beatissimi episcopi, dicentes : Erravimus; et petebant pœnitentiam. Beatus vero fecit omnes subjicere anathemati Manetem, auctorem eorum hæresis : ex quo etiam appellati fuerunt Manichæi; et cum plurimos dies eos instituisset catechesi, adduxit ad sanctam catholicam ecclesiam. Occasione autem illorum, alii quoque ex aliis gentibus pœnitentia ducti, fuerunt illuminati.

XCII. Post tempus autem quinque annorum, perfectum fuit opus sanctæ magnæ ecclesiæ. Appellata vero fuit Eudoxiana, ex nomine in primis piæ imperatricis Eudoxiæ. Peregit autem dedicationem sanctissimus episcopus Porphyrius die resurrectionis sancti Paschatis splendide ac magnifice, non parcens sumptui; sed congregatis omnibus monachis qui erant circiter mille, cum aliis piis clericis et laicis et episcopis, hilariter transegit omnes dies sancti Paschatis : et licebat videre choros angelicos, non solum in ecclesiastica consequentia, sed etiam in horis, quando fiebant. Non solum enim erat mensa sensilis, sed etiam spiritalis. Nam post obsonium dicebatur psalmus, et post potum hymnus. Idolorum autem cultores videntes quæ fiebant, corde tabescebant. Undequaque enim veniebant hospites ad videndam pulchritudinem et magnitudinem dictæ sanctæ ecclesiæ. Dicebatur enim major omnibus ecclesiis, quæ erant illo tempore.

XCIII. Ea de causa quando jecit ab initio fundamenta, reprehendebatur a quibusdam fidelibus, quod eam magnam descripsisset, cum essent pauci Christiani in civitate. Respondens autem sanctissimus Porphyrius, dixit : Ne sit vestra fides parva. Spero enim in Dominum nostrum Jesum Christum Filium Dei, quod sit multiplicaturus gregem suum, et ampliorem faciet hanc domum; ex eo quod non possit capere multitudinem Christianorum. Non est enim humanum dogma Christianorum, ut aspiciatur ad tempus et dissolvatur, sed divinum, et quod accipit incrementum. Hæc et talia semper disserebat beatus Porphyrius fidelibus, non solum in ecclesia, sed etiam in unoquoque loco, illuminans et juvans populum Christi amantem. Post dies autem festi populos dimisit in pace, unumquemque ad suos.

XCIV. Postquam vero condidit et sanctificavit dictam sanctam ecclesiam, constituit, ut daretur unicuique hospiti qui erat in civitate, sumptus unius diei. Suppeditabat autem unicuique mendico, tam peregrino quam civi, quotidie ad sex obolos, præter ea quæ ipse per se præbebat iis qui ad ipsum accedebant, in veste, argento et auro : unicuique præbens convenienter suæ dignitati; neque ullus ex iis qui indigebant, erat expers suorum donorum. In diebus autem jejuniorum sancti festi paschalis, suppeditabat unicuique pauperi ad decem obolos quadraginta diebus. Jussit autem in pio suo testamento, omnino dari dictos decem obolos quadraginta diebus : et assignato redditu ex quo volebat eos dari, in dicto testamento statuit, ut, nisi hæc quotannis suppeditarentur, dictus redditus veniret ad sanctam Cæsareæ ecclesiam. Hæc vero postea facta sunt.

CAPUT XII.

Persecutio gentilium in Christianos et sanctum Porphyrium. Conversio ac vita sanctæ Salaphthæ virginis. Sanctus Porphyrius moritur.

XCV. Idolorum autem cultores quo magis aspiciebant proficere Christianos, eo magis furobant et studebant malis afficere Christianos, et ante omnes, sanctum eorum pastorem Porphyrium. Nam cum aliquando orta esset de prædiis controversia inter œconomum sanctæ ecclesiæ et Sampsychum qui erat primus inter idololatras, videns pius Barochas œconomum affici injuria, eum defendit, et cœpit contumeliis afficere dictum Sampsychum. Cum id autem audivissent reliqui curiales, congregati invaserunt œconomum et pium Barocham. Simul vero cum curialibus ascenderunt etiam multi ex civibus inventa occasione male afficiendi fideles; et ex parva, ut dixerit quispiam, scintilla tantus est ignis accensus, ut omnes Christiani in periculum venirent, ne perirent. Tanto enim furore per

[30] Isa. v, 20.

citi fuerunt idololatræ, ut ipsi gladios et clavas acceperint, et septem homines occiderint, et alios multos sauciaverint.

XCVI. Deinde his non contenti, in ipsum pastorem irruerunt. Quidam autem qui bono lætabantur, præcurrentes, renuntiarunt sanctissimo episcopo incursionem multitudinis. Cum vero audivisset beatus, me accersito, dixit : Fugiamus, frater, et parum occultemur, donec transeat ira Domini : et, ascensis muris, fugimus per tecta. Idololatræ autem, fractis portis domus episcopalis, ingressi sunt : et cum non invenissent sanctum Porphyrium, diripuerunt omnia quæ illic sunt inventa.

XCVII. Ego autem et beatus Porphyrius per tecta fugientes, invenimus puellam circa quatuordecim annos natam : quæ cum sanctum agnovisset episcopum, procidit ad ejus pedes. Beatus autem rogavit eam, quænam esset, et quibus nata parentibus. Puella vero respondens dixit se esse orbam patre et matre, et aviam habere anum, corpore imbecillam : seque operari, et se alere et suam aviam. Rogavit vero eam an esset Christiana. Illa autem rursus dixit se non esse ; sed jam diu ab hinc esse cupere, si sit digna. Clemens autem Porphyrius cum audisset quod dixerat puella, et compunctus esset, lacrymatus est, dicens : Quam propensum est ad bonum genus Gazæorum ! sed adversarius studet impedire bonum eorum animum : quem Dominus percutiet verbo oris sui [31]. Dixit autem puellæ : Affer ad nos huc stoream in hoc tectum, ut hic maneamus, donec sedetur tumultus civitatis : et ne renunties alicui nos hic esse. Illa vero jurejurando affirmavit se ne aviæ quidem suæ indicaturam.

XCVIII. Cum autem per quoddam tectum ascendisset in domum suam, attulit stoream, et eam stravit ; et procidens ad beati viri pedes, rogavit eum, ut vesceretur modicis suis cibis, et ne suam dedignaretur paupertatem : erat enim circa vesperam. Sanctus autem volens fieri imitator magni prophetæ Eliæ [32], dixit puellæ : Festina, filia, et affer, ut Dominus det tibi per me alimentum spirituale et carnale. Illa vero propere descendit, emitque panem et olivas et caséum, et legumen madefactum. Attulit autem omnia, et apposuit nobis, dicens : Accipite, domini mei, et benedicite paupertati meæ. Beatus vero rursus compunctus, flevit, cum prævidisset, quod habitura erat fidem in Christum. Cumque surrexissemus, et preces fudissemus solitas, et sedissemus, comedimus. Ego quidem comedi caseum et bibi vinum ; sanctus autem comedit panem et madefactum legumen, et bibit aquam : et cum dimisissemus puellam ad suam aviam, nos in tecto dormivimus ; erat enim tempus æstatis. Porro autem puellæ quoque nomen interrogavimus. Dixit vero, Salaphtha ; quod interpretatur Græce Irene, id est, *pax*. Diem quoque sequentem transegimus in illo tecto, bona Irene nostri curam gerente prompto et alacri animo.

XCIX. Postquam autem cognovimus esse sedatum tumultum civitatis, noctu ambulavimus ad sanctam ecclesiam. Cumque ascendissemus in ædes episcopales, in iis nihil invenimus, nisi pium Barocham jacentem et adductum in extremum periculum ex plagis ei illatis ab impiis idolorum cultoribus. Post paucos vero dies cum cognovisset proconsul quæ facta fuerant in civitate, vocabatur autem Clarus, mittit commentariensem cum magno auxilio, et conjicit in custodiam eos quos ostenderunt ii qui gerebant res publicas, et adducit Cæsaream : et de aliis quidem sumpsit supplicium, alios vero dimisit cæsos nervis boum ; et non parvo incusso timore, sic sedavit civitatem.

C. Paucis vero post diebus recordatus est sanctus Porphyrius bonæ illius puellæ quæ nos accepit, et eam per me accersit. Illa autem venit currens, habens etiam aliam mulierem quam dicebat esse amitam. Ingressæ vero ad beatum episcopum, prociderunt ad ejus pedes : qui eas benigne accepit, tanquam pater benevolus. Dixit autem puellæ : Re vera, o filia, cupis fieri Christiana ? Illa respondit : Jam tibi dixi, o domine, me jam diu abhinc hoc teneri desiderio, et nunc adduxi testem meam amitam, quæ ipsa quoque tenetur eodem desiderio. Ille autem lætus, ei et ejus aviæ jussit dari quotidie argenti quatuor nummos : ejus autem amitæ dedit unum nummum ; et cum eas signasset signo crucis, dimisit, eis jubens ut vacarent precibus, et per catechesim institutioni catechumenorum. Misit autem ad ejus quoque domum pium Timotheum presbyterum et per catechesim institutorem, et ei jussit signare aviam puellæ. Nam, sicut prius dixi, corpus habebat imbecillum et solutum. Tres autem illæ per catechesim institutæ, paulo post dignatæ sunt venerando baptismo.

CI. Postquam vero sanctum deposuisset habitum sanctus, accersita puella, dixit ei : Vis te viro jungamus legitimo matrimonio ? est enim tibi tempus nubendi. Neque enim nostra Scriptura [33] prohibet honorabiles nuptias. Puella autem cum audiisset, quod vir sanctus dixerat, cœpit flere et dicere : Bone Pater, postquam me conjunxisti viro magno, vis me ab illo disjungere, et dare viro humili et nihili ? Nequaquam hoc feceris, domine mi. Admiratus autem sanctus, dixit ei : Et quis est is, quem tibi conjunxi ? Illa vero respondit : Jesus Christus Servator nostrarum animarum, verus meus sponsus, a quo non separabor in æternum. Cum audivisset sanctus et compunctus fuisset, est lacrymatus ; adeo ut præ magna compunctione puellam sit complexus, et ejus caput deosculatus. Erat enim re vera plane impatibilis, et præ magna ad misericordiam propensione promptus ad effundendas lacrymas. Porro autem nos quoque qui

[31] II Thess. II, 8. [32] III Reg. XVII, 13. [33] Hebr. XIII, 4.

eramus apud ipsum, cum vidissemus gratiam sancti Spiritus datam piæ puellæ, glorificavimus Deum qui dat electis suis sapientiam et gratiam. Dimisit vero illo die puellam.

CII. Contigit autem in ipsis diebus anum requiescere, et migrare ad Dominum. Tunc advocata puella, accersivit beatus piam Manaridem diaconissam, quæ interpretatur ipsa quoque Græca lingua φωτεινή; id est, *lucida*. Et commisit Salaphtham, ipso dato habitu regulari. Et cum eas Deo commendasset, dimisit in pace. Ea vero suscepit talem vivendi rationem, qualem non habuit alia illo tempore; quotidie jejunans, et post jejunium modico panis vescens cum sale et madefacto legumine, aut subtiliter comminuto olere et aqua sola: vinum enim non sumebat omnino. Diebus autem festis utebatur oleo, et vescebatur olivis : nihil autem aliud gustabat, quod fuisset igne coctum. In jejuniis vero Quadragesimæ, secundo quoque die comedebat legumina madefacta, aut comminuta olera sine pane. Totam autem sanctam paschalem hebdomadam transigebat nihil sumens, præterquam quinta sancta feria, post communionem sanctam, aquam calidam : et corpus suum usque adeo maceraverat, ut qui videbant, putarent se umbram aspicere. Fuit autem aliis quoque multis exemplum. Sunt enim æmulati vitam sanctæ puellæ Salaphthæ : quæ in hodiernum usque diem videtur vivere. Est enim mundo morte affecta; vivit autem Christo, et est cum ipso perpetuo : cujus sanctarum precum simus nos participes. Et hæc quidem dicta sint de sancta puella Salaphtha.

CIII. Beatissimus autem episcopus Porphyrius, cum regulam constituisset ecclesiasticam et omnem consequentiam, et alios paucos annos fuisset superstes, postquam sanctificasset ecclesiam, in morbum incidens, pium fecit testamentum : in quo cum multis legasset, et omnes Christum amantis populi Deo commendasset, in pace dormiit cum sanctis, secundo mensis Dystri (52), anno, ut est Gazæorum computatio, quadringentesimo octogesimo : episcopatus ab eo gesti vicesimo quarto, mense undecimo, et præclaro peracto certamine adversus idololatras usque ad diem suæ dormitionis. Et nunc est in paradiso deliciarum, intercedens pro nobis cum omnibus sanctis : quorum precibus nostri miserebitur Pater et Deus cum Filio et sancto Spiritu : cui gloria et potentia in sæcula sæculorum, Amen.

(52) Die 26 Februarii anno 421.

IN PRÆCEDENTEM VITAM

ANIMADVERSIONES ALEXII SYMMACHI MAZOCHII V. C.

Col. 1219 B, § XVI. *Rapientes* (Gazæi) *beatum Porphyrium, ordinaverunt eum episcopum Gazæ. Ordinandi* verbum apud prisci ævi scriptores est eligere, creare; et de dignitatibus usurpatur. Id Græcis est χειροτονεῖν, quod verbum hic Græce erat. Tam χειροτονεῖν vero, quam *ordinare* ministros sacros, olim populo et clero tribuebatur : at *manus imponere* et χειροθετεῖν, episcopi consecrantis erat. De his plura accurate, et præter vulgi opinionem; adnotavimus in nostris Biblicis observationibus ad Novum Testamentum, Deo dante, evulgandis.

Col. 1220 B, § XIX. *Congregati autem idololatræ* (Gazæi) *in Marnio, multa sacrificia et multas preces faciebant ea de causa* (ad impetrandas pluvias scilicet); *dicebant enim Marnam esse dominum imbrium : Marnam vero dicunt esse Jovem.* De *Marna* Gazæorum peculiari numine videatur Josephus, historiæ eccles. scriptores, Stephanus ethnicographus in *Gaza*, Hieronymus, alii. Omnes autem consentiunt eumdem fuisse ac Jovem. Sed de etymologia non una est opinio. Stephanus loco cit. putat Marnam Græce significare Κρηταγενῆ, id est Jovem cognomento *Cretagenem* sive in Creta genitum. Etsi autem ex nomine *Marnas* ea significatio nullo modo exsculpi potest; fatendum est tamen Gazæos *Marnam* cum Jove *Cretagene* confudisse : quod testatur Vita hæc § LXIV. *Marnion, quod dicebant esse Critæ generis Jovis :* ubi Græce certe erat Κρηταγενοῦς Διός, id est *Cretageni Jovis;* quod et Henschenius vidit. Altera nominis hujus interpretatio ab auctore Bocharto profecta ea est, ut sicuti ברנש *barnas* est *filius hominis*, sic מרנש *Marnas* sit *dominus hominum :* notum est enim τὸ *Mar* apud Syros *dominum* notare. Tertiam demum interpretationem hic *Vitæ Porphyrii* locus suppeditat, ubi ad eliciendas pluvias Gazæi suo *Marnæ* supplicant; cujus facti hæc ratio traditur. *Dicebant enim Marnam esse dominum imbrium :* esse scilicet Jovem ὑέτιον, *pluvium.* Et ea quidem verba (fateor) minime cogunt, Gazæos Syros in *Marna* agnovisse *pluviarum* significantiam, sed tantum Marnam eumdem ac Jovem fuisse, quem tamen deum aliunde scimus habitum esse *dominum imbrium.* Verum quid, si populares sic existimarint, *Marnam* significare non tantum *dominum*, sed etiam *pluvium?* Ac *Marnas* quidem Syris Gazæis non מרנש *Marnas*, sed מרנא *Marana* opinor dicebatur (sine sibilo, quod videtur ad Græcam terminationem pertinere) quæ vox proxime quidem venit a מרן *marun, dominus :* at ipsum *Maran* mihi videtur ab Heb. מורה *moreh* (id est *doctor*) factum, verso ex Chaldaica dialecto O in A, et ascito N terminali. Quod vero *Maran* a *Moreh* veniat, inde intelligitur, quod τὸ *Mar* (quod est *Maran* decurtatum) Babylonii, teste Elia, pronuntiabant *Mor*, quasi cum vocali *Cholem :* de quo vide Buxtorf. *Lex. Chald.* in מר *Mar.* Ac plura equidem afferre possim, quare *Maran* (ex quo fit *Marana*) ex Heb. *Moreh* sit arcessendum : maxime cum significatio conveniat, quia *Moreh* Hebræis est *doctor*, et *Maran* apud Judæos est doctorum illustrium titulus. At vero Hebræum מורה *Moreh* non tantum *doctorem* significat, verum etiam *pluviam* ex Joel, II. 23. Quare hinc factum puto, ut τὸ *Marna* (sive etiam *Marnas* cum *Samech* non radicali, sed terminali) putarint

Syri notare deum *pluvium*, seu *dominum imbrium*, ut eum hæc Vita nuncupat.

Ibid. Paucis interjectis, narrantur iidem Gazæi in eadem calamitate *egredientes extra civitatem in locum, qui vocatur Orationis.* Id Græce procul dubio erat εἰς τὸν λεγόμενον τῆς Προσευχῆς τόπον. Quod debuisset Hervetus (qui in hac interpretatione amat τεχνικὰ vocabula potius intacta relinquere, quam Latina veste donare) reddere *in eum qui dicitur Proseuchæ locum.* Nam et Juvenalis de Judæorum *proseuchis* loquens, id vocabulum non immutavit: etsi Vulgatus Novi Testamenti interpres *Orationem* vocaverit. De Judæorum proseuchis quædam haud protrita scripsimus in nostris ad Novum Testamentum adnotatis, atque inter cætera proseuchas extra urbium mœnia constitui consuevisse, quod et ex Act. XVI, 13 constat. Id vero hic salivam movet, cur idololatræ (nam de his sermo est) in Judaicam proseucham convenerint, quibus cæteroqui scimus Judæorum genus ludibrio fuisse. Et tamen haud semel in meis ad Novum Testamentum observatis ex variis poetarum locis ostensum fuit, gentiles valde se pronos ad Judaicas cæremonias præbuisse. In Judæorum conventus ethnici religiosiores perreptare satagebant apud Hor. extrema *Sat.* lib. 1. Et Juvenalis :

Ede ubi consistas? in qua te quæro proseucha?

Verum quid si proseucha ista in quam Gazæi gentiles coibant, non Judaica (nec enim Marcus diligentissimus scriptor id dissimulasset), sed paganica fuerit? Id videtur verisimilius. Scio Julianum Apostatam plurima Christianorum et Judæorum instituta (ac præsertim quæ ad precationes et ἄσκησιν spectant) ad gentiles transfudisse, quo moratiores viderentur. Itaque Gazæi sive jam antea proseucharum usum ab Judæis vicinis edidicerant, sive saltem sub Juliano. Ut ut est : illud pro certo habuerim, istam Gazæorum proseucham fuisse non Judaicam sed idololatricam, verum ex Judæorum imitatione constitutam : quæ si Judaica fuisset, id Marcus pro sua consueta λεπτολογίᾳ (cujus illustre specimen infra ad § LXI edam) minime siluisset. Quid si vero et poetæ Juvenalis *proseucha* ethnica fuerit? Vetus quidem ejus scholiastes dubitat, an non fuerit locus, ubi mendici stipem efflagitabant, potius quam Judæorum proseucha. At hic Marci biographi locus (in quo proseucha gentilium sacris precationibus inserviebat) et Juvenalis versiculus mutuam sibi lucem affundunt.

Col. 1222 A, § XXII. Narratur Barrochas Porphyrii discipulus (de quo multus in hac *Vita* sermo est) *iviisse aliquando in vicum propter canonem ecclesiasticum. Canon* est præstatio, quam qui exigebant, vocantur in legibus *Canonicarii.* At hinc discimus quarto sæculo Palæstinæ ecclesias prædiis fuisse dotatas, pro quibus *canonem* dictum *ecclesiasticum* [quæ vox sedulo est notanda] a conductoribus aut potius emphyteutis exigebant. Quas non ecclesias Constantinus dotavit? Vides præterea agricolam illum a quo exigebatur canon, fuisse idololatram ; qui et Barochum verberibus usque adeo contusum reliquit, ut mortuus haberetur.

Col. 1236 B, § LIV. *Egimus autem* (loquitur Marcus de se ac B. Porphyrio, et Joan. Cæsariensi) *in civitate* (CPoli) *tres dies, donec accipimus legationem quadraginta librarum*), ex imperiali largitione scilicet in usus ecclesiasticos, uti constat ex præcedentibus liberalitatibus. At quid proprie hic sit *legatio*, obscurum cum sit ; tamen tum Henschenius in adnotatis ad Vitam, tum Tillemontius securi prætervehuntur hunc locum. At Castellanus id ita vertit : *une ordonnance pour quarante livres :* quod nimis vagum est. Verum quid moror? In Græco Hervetus repererat Ληγατιῶνα, aut Λεγατιόνα, sed fidus interpres pro suo more vocem τεχνικὴν immutare supersedit ; quam Latine non *legationem* (id enim hic nihil est), sed *delegationem*, reddere debuisset. Nam millies in libris juris *Delegare* aut *delegare debitorem* est vice sua alium reum creditori dare. Notum est illud juris effatum : *Delegatio vicem solutionis continet*, lib. 37, § 4. *De op. libert.* Et *delegatio nominum* ubi non in jure nostro legitur? Itaque vult dicere Marcus principali rescripto delegatum fuisse debitorem, qui in Palæstina Porphyrio libras XL persolveret. Hinc, credo, aliquis collegerit in Græco textu defuisse primam hujus vocabuli syllabam. Verum nihil prorsus in Græco deest. Nam Græcos juris Romani scriptores primam ejus nominis syllabam omisisse ex Glossis Nomicis colligo, quas Car. Labbæus ad calcem vet. Glossar. edidit, in quibus scribitur : Λεγατιὸν, ἡ ἐκ προσώπου μετατιθεῖσα τὸ χρέος εἰς πρόσωπον, id est *Legatio* (quæ Latinis est *delegatio*) *est quæ transfert debitum de persona in personam.* Porro *libras non argenti sed auri* hic intelligere par est, quarum singulæ olim ævo Constantiniano quatuor et octoginta solidorum sive aureorum erant : at eadem libra postea ad duos et septuaginta solidos redacta a Valentiniano Seniore fuit ; unde et *Libræ occiduæ* (nam *occiduum* apud sequioris ævi scriptores idem est quod imminutum) nomen invenit in Actis S. Marcellini papæ, et in synodo Sinuessana, uti copiose docuit Jac. Gothofredus ad l. un. *De oblat. vot.*

Col. 1238 C, § LXI. *Et corruens Veneris statua unius quidem caput fregit in duas partes, alterius autem humerum et brachiale.* Repererat enim in Græco interpres βραχιάλιον. In Glossis Cyrilli βραχιάλιον est *Variola*, quod Itali vocant *braccialetto.* Ac vide de hoc vocabulo utrumque Cangii Glossarium. Illud autem scire refert, cur istam brachialis comminutionem dignam existimarit scriptor, cujus mentionem commentario suo intexeret. An ut effeminati istius mollitiem ostenderet, qui ad Veneris adorationem cum cultu muliebri accesserit : quam dissolutionem Deus discerpto eo ipso ornatu aperte improbaverit? Nisi? tale quiddam Marco scribenti observatum fuit, videbatur minutioribus istis notandis supersedere debuisse. Sed ut ut est : hinc certe et ex aliis sexcentis hujus λεπτολογίᾳ (*rerum minutissimarum narratio*) cognoscitur : quæ tamen non minimus veracitatis ac simplicitatis character est.

Col. 1239 C, § LXIV. In urbe religionibus supra quam dici potest deditissima, octo non amplius numerantur *simulacrorum templa publica :* quibus numeratis additur. *Erant autem alia quoque plurima simulacra in ædibus* (privatorum scilicet quibus opponuntur illa *publica templa*) *et pagis, quæ nemo posset numero subjicere.* At octo illa *simulacrorum publica templa* sic numerantur : *Solis et Veneris et Apollinis et Proserpinæ et Hecates, et quod dicebant Hierion seu sacerdotum* (videtur Marcus tantum τὸ καλούμενον Ἱερεῖον scripsisse, deinde forte ab sciolo additum ἢ τῶν ἱερέων· putavit enim sicuti *Tychion* fit a Τύχη, sic *Hierion* dictum fuisse ab ἱερεύς· quod si e Marci manu illud *sive sacerdotum* prodiit, aliquid ibi certe retrusioris antiquitatis latet) ; *et Fortunæ civitatis* (quod Latine dicendum erat *Genii civitatis ;* nam qui Latinis *Genius*, is Græcis Τύχη nuncupabatur), *quod vocabant Tychion ; et Marnion quod dicebant esse Cretæ generis Jovis* (sive potius *Cretagenis Jovis*, ut supra innuimus), *quod existimabant esse gloriosius omnibus templis quæ sunt ubique.* Jam vero sicuti hæc tantum *publica* templa erant, sic eorum numina *publica* dicebantur, quia publico civitatis decreto publicum cultum consecuta erant : cum contra in Lararii plura alia privata religione colerentur. Inscriptio Capuæ in foro dimidiata visitur, in qua quædam (sive *Laberia* sive *Faberia :* nam tantum *aberia* superest) fuisse dicitur *SACERDOS PVBLici NVMINIS CAPuæ* (nisi mavis τὸ Πυβλ. interpretari *sacerdos publica*, ut alibi *sacerdos publicus electa* a

splendidissimo ordine Decurionum. Dianæ Tifatinæ templum omni ævo Capuæ celebratissimum fuit; cujus ista sacerdotio fungebatur.

Col. 1240 B, § LXVI. Deliberantibus, quid Marnio fieret, puer Christi Spiritu afflatus edicit, cremandum esse solo tenus, illitis prius foribus pice, sulphure et sevo porcino in unum commistis. *Afferte*, inquit, *picem humidam, sulphur et sevum porcinum...* In Græco erat πίσσαν τὴν ὑγράν, quod reddere debuisset *picem liquidam*, ut eam Plinius appellat; nam in ea nomenclatione ὑγρὸς non pro *humidus*, sed pro χυτός, *fluidus*, sumitur, teste Nicandri scholiaste, ubi ait cantharidum odorem similem esse πίσσῃ χυτῇ, ὅ ἐστι τῷ ὑγροπίσσῳ, *pici fluidæ, sive hygropisso.* Apud Dioscoridem lib. I, c. 95, πίσσα ὑγρὰ (*pix liquida*) ex picea et pinu colligitur : cui cap. 98 opponitur *pix arida* (ξηρὰ πίσσα), quæ quia coquendo spissatur, *palimpissam* (παλίμπισσαν) vocari ait. Plinius XXIV, 7, picem duum generum esse vult, *spissam* et *liquidam.*

Col. 1245 B, § LXXIX. Lapides ad ædificandam ecclesiam convehuntur *ex tumulo* (*tumulum* Castellanus reddidit *tombeau*; cum tamen hic collem modice assurgentem notet) *qui dicitur Aldioma.* Vox *Aldioma* formam habet Græcanicam, tanquam sit ab ἀλδιόω, quod verbum nusquam exstat : nec tamen ea vox ex alia radice hodie nota deduci ἀναλογικῶς potest : nam ex ἀλδαίνω oriri analogia vetat. Hinc de origine Syriaca merito mihi suspicio subiit. Cujus opinionis certum me tandem reddidit Magni Etymologici auctor (etsi ipse in etymologia falsus) in Ἀλδήμιος, ubi sic scripsit : Ἀλδήμιος ἢ Ἄλδος, ὁ Ζεὺς, ὃς ἐν Γάζῃ τῆς Συρίας τιμᾶται, παρὰ τὸ ἀλδαίνω, τὸ αὐξάνω· ὃ ἐπὶ τῆς αὐξήσεως τῶν καρπῶν. Μεθόδιος· hoc est, *Aldemios sive Aldos est Jupiter qui Gazæ* (*ea est urbs Syriæ*) *colitur, a verbo ἀλδαίνω, quod est crescendi verbum deque fructibus usurpatur. Auctor Methodius.* Hæc Etymologus. Nunc illud dubitari potest, utrum ab Jove *Aldo* tumulus ille diceretur *Aldioma*, quod in eo deus *Aldus* coleretur; an contra ab *Aldiomate* colle deus *Aldus* nomen sibi pepererit. Prius si sequimur, Jupiter *Aldus* ab הלד *holad*, id est *genitus* aut *in lucem editus* proficiscetur, ita ut sub hoc nomine Jovis nativitas de qua Cretenses gloriabantur, colatur; sicque *Aldus* idem plane qui Κρηταγενής (id est *in Creta natus*), sub qua appellatione intelligebatur Gazæorum *Marnas*, sive Jupiter, ut diximus ad n. 19. Est et apud Isaiam LX, 6, *Holad* loci nomen iisdem litteris scriptum. Ex *Holad* autem (mutato O in A pro more Chald.) fiebat הלדא *Halda*, unde cum Græca terminatione *Aldos*. Verum quid si potius id nomen, uti supra attigimus, primario tumuli fuerit, et ab eo ad numen quod ibi honorabatur, transfusum? Certe enim ex hoc diaconi Marci loco discimus, in eo tumulo latomias fuisse, ex quibus Porphyrius lapides ad ecclesiæ constructionem convectari fecit. Erit igitur ea vox a Syriaco et Chaldæo verbo הלד *halad*, quod est *perfodere, suffodere, perforare;* quod de fodinarum cuniculis usurpatur : ut et vox *hulda*, quæ *talpam*, *mustelam* et cæteras animantes quæ cuniculos suffodiunt, significat. Ab his igitur lapicidinarum cuniculis *Aldioma* sibi nomen quæsivit; unde et Jupiter ibi cultus *Aldus* et *Aldemius* vocatus fuit. At Græculorum ingenium est ejusmodi, ut peregrina omnia vocabula ad suas origines qua jure, qua injuria referre adnitantur. In *Aldi* autem et *Aldiomatis* vocabulis diutius me versatum, nondum sane pœnitet : quippe quæ monumenti hujus cum Etymologico Magno consentientis sinceritatem mire demonstrent. Confer et quæ nomina propria infra exponentur ad § CII.

Ibid. C, § LXXX. Cum pueri tres in puteum decidissent, Porphyrius *jussit aliquem descendere per funes cadorum et scrutari pueros.* Recte. Nam in tympano seu machina ad hauriendas aquas comparata funes, quibus *modioli* (uti vocat Vitruvius : at Hervetus appellavit *cados*, secutus Marcum qui τῶν χάδων scripserit oportet) ex intervallo inseruntur, ita sunt dispositi, ut non male scalarum vicem præbere possint.

Col. 1247 A, § LXXXIV. Inter columnas ab Eudoxia Aug. in ecclesiæ ornatum missas, *duæ* inquit *vocantur Carystiæ : quæ quidem sunt in sancta ecclesia lucentes tanquam smaragdi.* Carystium marmor cum in crustis commendabatur, tum maxime in columnis. *Carystiarum* columnarum meminit Strabo lib. X, scribens, apud Carystum in loco qui Μαρμάριον dicitur, esse λατόμιον τῶν Καρυστίων κιόνων, *Carystiarum columnarum lapicidinam.* Eisdem verbis utitur Stephanus. Meminit et Carystiarum Plinius XXXVI, 6, et alter Plinius X, 6; Tibullus III, 3, et alii plures. Atque equidem jam olim alicubi ex non obscuris indiciis deprehendisse memineram, non aliud fuisse hoc genus marmoris quam viride illud lucidissimum marmor, quod Itali appellant *Verde antico.* Verum hic Marci locus id jam diserte docet : eo enim spectat illa *smaragdi* comparatio, ad cujus colorem lucemque marmor Carystium, si sit optimæ notæ, proxime accedit. Cujus marmoris fodinas hodie ignorari vulgo expostulant. Sed eæ in Eubœa, uti dixi, qua parte urbs Carystus erat, quærendæ erunt. Eas latomias quanti olim Romani imperatores fecerint, ostendit Romanus lapis apud Aldum in *Orth.* p. 479, sic inscriptus : *Hymeneus Cæsaris ser. Thamyrianus a lapidicinis Carystiis fec. sibi et Thamyro nutricio.*

Col. 1248 C, § LXXXVIII. Loquitur Marcus de Porphyrii disputatione cum Julia Manichæa, quam Cornelius quidam diaconus notis exceperit : quam disputationem se seorsum evulgasse, idem Marcus affirmat. Utinam ætatem ferret ea disputatio : jungi enim posset cum ejusdem argumenti disputatione altera, auctore Archelao tertii vergentis sæculi Cascarorum in Mesopotamia episcopo, quæ ad calcem Socratis et Sozomeni, ex Latina vetere interpretatione prius edita, deinde auctior a Zacagnio prodiit. Quam ipsam quoque primitus notis exceptam fuisse oportet : quamque demum *Hegemonius* quidam, teste Photio, *perscripsit*, hoc est, ut ego interpretor, in eam formam qua nunc cernitur, a se redactam sub Archelai nomine publici juris fecit : id quod et Marcus in Porphyrii disputatione præstitit. Archelai disputationem Syriace exstare docet doctiss. Biblioth. Vaticanæ præfectus Joseph Assemanus tom. I *Biblioth. Orientalis*, pag. 555. Jam vero ad *notas* quod attinet, de iis sic loquitur Marcus : *Frater autem Cornelius diaconus sciens notis scribere, quibus utuntur in jure, jussus a beato episcopo notabat omnia.* De notis ταχυγραφικαῖς occuparunt jam viri eruditi optima quæque decerpere. Verum hic illud tantum adnotasse sufficiat, ab Isidoro I *Orig.* 21, 22, 23, tria notarum genera describi *vulgares, juridicas, militares.* Sed idem cum de juridicis accuratius agat, hoc ipso opinor præ se tulisse videtur, has ævo suo usitatiores fuisse : quod et ex hoc Marci loco colligitur. Plura harum exempla Isidorus affert (utinam omnes prodidisset) ad extremum addens : *Has juris notas novitii imperatores* (Justinianus et eum secuti) *a codicibus legum abolendas sanxerunt, quia multos per has callidi ingenio ignorantes decipiebant.* Hinc etsi extra leges in cæteris excipiendis nihilo minus juridicæ usurpari possent, paulatim tamen (maxime inundantibus barbaris) obsoleverunt tam Latinæ juridicæ Isidori, quam quibus Græci utebantur.

Ibid. § XCII. *Et licebat* (in nova ecclesia a Porphyrio dedicata) *videre choros angelicos, non solum in ecclesiastica Consequentia, sed etiam in Horis, quando fiebant.* Pro *Consequentia* in Græco erat Ἀκολουθία, *Acoluthia.* Ex his vides summam totius officii ecclesiastici partitionem in *Acoluthiam* et *Horas.* Et *Horarum* nomine non hodie solum, sed et olim veniebant *Prima* (pro qua in ali-

quibus monumentis numeratur ὄρθρος, *diluculum*), *Tertia*, *Sexta*, *Nona*, quas hodiernum *Horologium* complectitur cum suis *Mesoriis*. Meminit earumdem Horarum pseudo-Clemens VIII, 34, qui et illarum mysteria vulgo nota exponit; Hieronymus locis pluribus, et alii veterum complures. Horarum distributionem ad seniorem Theodosium auctorem esse referendam, Walafrido Straboni (*De reb. eccle.* c. 25) docenti haud ægre crediderim: unde non est mirandum, in hac *Vita* Horarum mentionem injici. Atque hæc de Horis. At illud haud satis concoquo, cur hic *Acoluthia* ab *Horis* distinguatur. Nam jam diu apud Græcos Acoluthia pro toto Officii cursu accipitur (quantum quidem ex nominis interpretatione licet colligere; quia, inquiunt, Officii partes una alteram sese invicem consequuntur) ita ut et Μεσονύκτιον et Ὄρθρον et Vesperam, ad hæc autem et Horas et μετάδειπνον complectatur. An igitur ætate Porphyrii id consuetudo ferebat, ut quidquid præter Horas, id est Tertiam, Sextam, Nonam (nam Prima utrum initio Horis accenseretur, dubitatur) esset, id totum *Acoluthia* appellaretur? Id quidem a vero non multum abludit. An vero potius *Horarum* vocabulum totum Officii nocturni pariter diurnique distributionem complectitur (id enim videtur ex pseudo-Clemente, Hieronymo et aliis, ad hæc ex Walafrido et recentioribus colligi, ac nominatim ex Zonara apud Meursium, qui in novenario, uti vult, Horarum numero mysterium aucupatur), an, inquam, *Horarum* nomine totus Officii cursus venit; *Acoluthia* vero in hac Vita non aliud quam Hymnodiam et modulabiles quasdam partes designat? Modulabiles partes intelligo *Stichera*, *Hirmos*, *Troparia*, *Canonem*, *Odas* et quæ plura sunt harum rerum vocabula in Ritualibus Græcorum libris. Cur autem *Acoluthiam* in hac Vita pro *Hymnodia* et modulatis cantionibus sumam, primum facit cujusdam Gerasimi Walchi *Thesaurus quadrilinguis*, in quo (apud Suicerum) Ἀκολουθία est... Ὑμνῳδία, Ὕμνος, Κανών· *Acoluthia* est... *Hymnodia*, *Hymnus*, *Canon*. Deinde quod *Sequentiæ* (quæ vox τῇ Ἀκολουθίᾳ respondet) vocabulum apud Latinos partes modulabiles tantum complectitur: unde et *Sequentiarius* is liber dicebatur, qui *Sequentias* contineret. Ad hæc Typicum Sabæ c. 12: Ἀναστάσιμος ἀκολουθία οὐ ψάλλεται· ubi diserte *Acoluthia* est Hymnodia: nam ibi de *Canone* ἀναστασίμῳ sermo est. *Canon* autem est illustris hymnodiæ pars, ex pluribus odis constans. Quid multa? verba ipsa Vitæ quæ supra recitavimus, id voce diserta clamant; ubi angelicis choris similem fuisse dicit non tantum *Consequentiam*, Græce *Acoluthiam* (quæ per se nata sit choros angelicos referre, eoque minus mirandum), verum etiam *Horas* ipsas, nimirum ab Hymnodia secretas.

Col. 1251 A, § XCVII. Porphyrius ut tumultui propter se concito se subduceret, per tecta fugiens, Salaphthæ puellæ dixit: *Affer ad nos huc stoream in hoc tectum, ut hic maneamus, donec sedetur tumultus civitatis, et ne renuntiet nos hic esse.* Quod *tectum* interpres reddidit, id credo Græce erat δωμάτιον. Omnino autem hic locus similis est illi in Actis S. Polycarpi § 7, ubi *diogmitæ* reperiunt sanctum martyrem ἔν τινι δωματίῳ κατακείμενον ὑπερῴῳ, id est *in quodam contignationis cœnaculo se prementem*, aut *clam jacentem*. Confer dicta ad hunc Actorum Polycarpi locum in nostro Comment. in Kalend. Neapol. vol. I ad XXIII Febr. pag. 69, ad finem not. 46.

Col. 1252 C, § CI. Illud, *Postquam autem* (Porphyrius) *sanctum deposuisset habitum*, aperte ostendit (id quod et aliunde ex antiquioribus monumentis constat) sacras vestes secretas a communibus tunc habuisse Ecclesiæ ministros; et illis quidem tandiu usos, dum sacris operarentur aliudve quid sacri peragerent, postea remotis illis induisse civiles, sed tamen clero consentaneas. Nam civilia clericorum indumenta diversa tunc fuisse a laicorum vestibus, ostenderem, si id agerem. Interim huc facit, quod in hac Vita etiam piæ illæ feminæ quæ in domibus monasticam vitam degerent, diverso a sæculi puellis amictu contegerentur: id enim mox ostenditur num. 102, ubi Porphyrius virginem *Salaphtham* donasse dicitur *habitu regulari*, eamque diaconissæ Manaridi commendasse, ut sub hujus ductu vitam sanctiorem capesseret. Sed jam de *Manaridis* et *Salaphthæ* nominibus aliquid est dicendum.

Col. 1253 A, § CII. Dicitur Porphyrius arcessisse *piam Manaridem diaconissam, quæ interpretatur ipsa quoque Græca lingua* φωτεινή, id est *lucida*. Illud *ipsa quoque* refertur ad *Salaphthæ* interpretationem proxime traditam § XCVIII, ubi *Salaphthæ* vox *pacem* significare dicitur. Et *Manaris* quidem cur *lucida* vertatur, facile dictu est, nam a verbo נור *nur* (quod apud Hebræos, Chaldæos, Arabes, et Syros Gazæis ὁμοφώνους, *lucere* designat) fit Hebraicum מנור *manor*, id est *lucerna*, ex quo fit Chaldæorum (O in A mutantium) *Manar* aut *Menara*; unde Græca terminatione *Manaris* oritur, id est *lucida*. At *Salaphtha* quo pacto Syriace sive Chaldaice *pacem* designet, non video. Itaque suspicabar, a Marco scriptum fuisse *Salamtha*. Idque verum nomen fuisse, postea ex Castellano pagin. 790 didici, testante in compendio Græco hujus Vitæ quod in regia bibliotheca asservatur, ejus nomen scribi *Salantha* cum N loco labialis P, eamque postea εἰρήνην, *Irenem* (quod *pacem* significat) fuisse vocatam. At, si me audis, ne hæc quidem recta est nominis illius scriptio: quæ *Salamtha* cum M appellanda fuit, si quidem ejus nomen *pacem* designabat. Proniissimum autem fuit M in N a librariis mutari. Jam vero vox *Salom* (quæ Hebræis *pacem* notat) Syris dicitur שלמתא *selamtho* sive (Chaldaica pronuntiatione) *Selamtha*: ipsum scilicet hujus puellæ nomen. Sed et *Barochas* (de quo multus est in hac *Vita* sermo) est ברוך *Baruch*, id est *benedictus*, addita terminatione Græcanica. Quid *Marnas*, quidve *Aldioma* Syriace significarit, jam supra ostendimus. Nec alium certe, quam Syrum sermonem Gazæis vernaculum fuisse, ex eo intelligitur, quod § LXVI quandiu puer ille fatidicus Syriace vaticinabatur, minus mirandum id accidit. At postquam eadem illa (§ seq.) Græce est elocutus puer, id vero apud S. Porphyrium cæterosque miraculo fuit.

INDEX SECTIONUM VITÆ S. PORPHYRII.

I. *Res gestæ sanctorum scriptæ, posteris utiles sunt.*

II. *Sanctus Porphyrius fortia gessit et passus est.*

II'. *Auctor vitam ejusdem ex certa scientia fideliter scripsit.*

IV. *Nascitur sanctus Porphyrius Thessalonicæ. Anachoreta degit quinque annis in Ægypto: totidem in Palæstina.*

V. *Æger invisit Hierosolymæ sacra loca.*
VI. *Patrimonium amplissimum misso Thessalonicam Marco accipit.*
VII. *Subito sanatur a Christo, ei in ecstasi apparente.*
VIII. *Omni doctrinæ et virtutum genere præditus.*
IX. *Patrimonium egenis elargitur : arte sutoria victum sibi comparat.*
X. *Annos quadraginta natus consecratur sacerdos. Custodit crucem Christi triennio : summæ abstinentiæ deditus.*
XI. *Moritur interim Æneas episcopus Gazensis.*
XII. *Porphyrius Cæsaream evocatur.*
XIII. *Ex revelatione agnoscit se futurum episcopum.*
XIV. *Cruce adorata proficiscitur Cæsaream.*
XV. *Excivitur ab archiepiscopo Joanne.*
XVI. *Ordinatur Gazæorum episcopus.*
XVII. *Gazam proficiscens, idololatrarum insidiis impetitur.*
XVIII. *Gazæ ad ædes episcopales diverlit.*
XIX. *Pluviam idololatræ frustra a Marna idolo expetunt.*
XX. *Sanctus Porphyrius jejunium et vigilias indicit, supplicationem ad varia templa ordinat, pluviam impetrat.*
XXI. *Idololatras centum viginti septem convertit : alios CV eodem anno.*
XXII. *Barochas a rusticis idololatris plagis excipitur.*
XXIII. *Mortuus creditus eripitur ab ipsis e Christianorum manibus, mansuetudini sancti Porphyrii donatus.*
XXIV. *Portatur in templum.*
XXV. *Idololatras ob corpus mortui crediti tumultuantes cædit ipsemet et fugat. Barochas et Marcus consecrantur diaconi.*
XXVI. *Arcadii imperatoris edictum contra idola impetratur.*
XXVII. *Hilarii avaritia edictum irritum factum.*
XXVIII. *Parturientem inverso fetu periclitantem,*
XXIX. *Porphyrius per nutricem a se instructam,*
XXX. *Liberat invocato nomine Christi.*
XXXI. *Idololatras sexaginta quatuor ad fidem convertit.*
XXXII *Ob gentilium perfidiam episcopatu se abdicare conatur Porphyrius, sed frustra.*
XXXIII. *Archiepiscopum Cæsariensem itineris sui comitem impetrat.*
XXXIV. *Navigant ambo Constantinopolim. Rhodum appellunt.*
XXXV. *Sanctum anachoretam Procopium invisunt. Agnoscuntur instinctu divino. Exponunt causam itineris.*
XXXVI. *Edocentur modum perficiendi negotia.*
XXXVII. *Perveniunt Constantinopolim. Consulunt sanctum Joannem Chrysostomum.*
XXXVIII. *Amantium cubicularium imperatricis, procuratorem negotiorum accipiunt.*
XXXIX. *Eudoxia benigne excipit episcopos.*
XL. *Suam operam addicit, dat eleemosynam.*
XLI. *Eorum causam apud Arcadium strenue agit.*
XLII. *Discit ex sancto Porphyrio se filium pari turam.*
XLIII. *Vovet se Gazæ templum exstructuram.*
XLIV. *Theodosius Junior nascitur, acclamatur imperator.*
XLV. *Benedicitur signo crucis cum matre ab episcopis. Sancto Porphyrio revelatur felix negotiorum successus.*
XLVI. *Indicat Eudoxia, quid fieri oporteat.*
XLVII. *Theodosius baptizatur solemni pompa, proceribus candidatis portantibus cereos.*
XLVIII. *Episcopi offerunt libellum supplicem Theodosio infanti.*
XLIX. *Obtinent quæ petierant.*
L. *Fit rescriptum.*
LI. *Executio committitur Cynegio.*
LII. *Parant discessum.*
LIII. *Donantur maximis muneribus ab Eudoxia,*
LIV. *Et Arcadio.*
LV. *Rhodum appellunt episcopi.*
LVI. *Agitantur horrida tempestate propter nauclerum Arianum.*
LVII. *Quo hæresim abjurante, potiuntur malacia.*
LVIII. *A Gazæis solemni supplicatione excipiuntur.*
LIX. *Veneris statua.*
LX. *A dæmone in ea homines decipiente.*
LXI. *Ad conspectum crucis prælatæ confringitur interimitque subsannantes supplicationem.*
LXII. *Christianorum triplex gaudium.*
LXIII. *Frendentibus gentilibus, publicatur edictum imperatorum.*
LXIV. *Octo idolorum templa evertuntur.*
LXV. *Anathemate percussi, rapientes consecrata idolis.*
LXVI. *Marnium comburendum esse per puerum Christus edicit.*
LXVII. *Puer examinatur a sancto Porphyrio.*
LXVIII. *Eadem repetit Græce, hujus linguæ ignarus.*
LXIX. *Marnium comburitur et diripitur.*
LXX. *Tribunus simulate Christianus divinitus punitur.*
LXXI. *Simulacra domestica et impii libri comburuntur.*
LXXII. *Alii metu, alii agnita veritate ad fidem convertuntur.*
LXXIII. *Omnes admittit sanctus Porphyrius,*
LXXIV. *Et instruit catechumenos.*
LXXV. *Exstructurus novum templum, edocetur id in figuram crucis faciendum.*
LXXVI. *Ante constructionem templi quid sit peractum.*
LXXVII. *Indicit sanctus præsul solemnem processionem cum effigie sanctæ crucis.*
LXXVIII. *Populus operi applicatur.*
LXXIX. *Sanctus Porphyrius primum jacit fundamentum.*
LXXX. *Tres pueri in puteum lapsi,*
LXXXI. *Illæsi miraculose servantur.*
LXXXII. *Signo sanctæ crucis divinitus signati.*
LXXXIII. *Extrahuntur splendida luce fulgentes.*
LXXXIV. *Triginta columnæ ab Eudoxia missæ.*
LXXXV. *Hæresis Manichæa, impia, colit deos :*
LXXXVI. *Et Christum phantasticum. Mulier Manichæa decipit neophytos*
LXXXVII. *Admonetur a sancto Porphyrio, provocat ad disputandum.*
LXXXVIII. *Facto signo crucis a sancto Porphyrio,*
LXXXIX. *Et oratione,*
XC. *Subito surda et muta redditur, et moritur.*
XCI. *Convertuntur multi ad fidem.*
XCII. *Sanctus Porphyrius dedicat templum.*
XCIII. *Amplissime exstructum ob spem conversionis.*
XCIV. *Largissimas dat eleemosynas.*
XCV. *Idololatræ Gazenses vertuntur in seditionem.*
XCVI. *Diripiunt domum sancti Porphyrii.*
XCVII. *Beatus præsul furorem impiorum declinat.*
XCVIII. *Excipitur hospitio a virgine Salaphta.*
XCIX. *Gazæi a proconsule castigantur.*
C. *Salaphta convertitur ad fidem.*
CI. *Non vult alium sponsum præter Christum.*
CII. *Accipit habitum sacrum.*
CIII. *Sanctus Porphyrius moritur.*

ORDO RERUM

QUÆ IN HOC TOMO CONTINENTUR.

SEVERIANUS GABALITANUS EPISCOPUS.

Notitia. 9
Orationes in mundi creationem. 15
Sermo de pace. 15
Oratio de serpente æneo. 15
Oratio in Dei apparitionem. 15
Homilia de pythonibus et maleficiis. 27
Homilia contra Judæos. 29
Sermones XV ejusdem. 29

THEOPHILUS ALEXANDRINUS EPISCOPUS.

Notitia. 29
Edictum Theophili cum sancta Theophania in die Dominico instarent. 34
Ejusdem commonitorium quod accepit Ammon propter Lyco. 35
Ejusdem narratio de iis qui dicuntur Cathari. 43
Ejusdem Agathoni episcopo. 43
Ejusdem Menæ episcopo. 46
Epistola synodica ad episcopos Palæstinos et ad Cyprios, de Origenianæ hæreseos damnatione. 47
Responsum Hierosolymitanæ synodi ad superiorem epistolam. 47
Epistola Dionysii Liddensis episcopi ad Theophilum. 47
Epistolæ paschales. 47
Prologus de sancto ac salutari Paschate. 47
Epistola paschalis anni 401, ad totius Ægypti episcopos. 54
Epistola paschalis anni 402. 54
Epistola Hieronymi ad Theophilum. 54
Epistola paschalis anni 404. 54
Fragmenta Græca epistolarum paschalium. 54
Epistolæ Theophili ad diversos. 61
I. — Epistola ad Hieronymum. 61
II. — Epist. ad eumdem. 61
III. — Epist. ad Epiphanium. 61
IV. — Epist. ad Hieronymum. 62
V. — Epist. ad Ammonium episcopum. 62
VI. — Epist. ad episcopos Palæstinæ. 62
VII. — Epist. ad Joannem Chrysostomum episc. Constantinopolitanum. 62
VIII. — Epist. Joannis episc. Citrii, et sententia Theophili. 63
Fragmenta ex aliis Theophili operibus deperditis. 66
Apophthegmata. 67

PALLADIUS HELENOPOLITANUS EPISCOPUS.

Notitia. 70
HISTORIA LAUSIACA. (*Memoratur tantum.*) 70
APPENDICES. APOPHTHEGMATA PATRUM. 71
Præfatio in librum de exercitatione seu disciplina monastica beatorum Patrum. 71
De abbate Antonio. 75
De abbate Arsenio. 87
De abbate Agathone. 107
De abbate Ammona 119
De abbate Achila. 125
De abbate Ammoe. 126
De abbate Ammun Nitriota. 127
De abbate Anub. 130
De abbate Abrahamo. 130
De abbate Are. 131
De abbate Alonio. 134
De abbate Apphy. 134
De abbate Apollo. 134
De abbate Andrea. 135
De abbate Aio. 135
De abbate Ammonatha. 135
De Magno Basilio. 138
De abbate Besarione. 138
De abbate Benjamino 145
De abbate Biare. 146
De abbate Gregorio theologo. 146
De abbate Gelasio. 146
De abbate Gerontio. 154
De abbate Daniele. 154
De abbate Dioscoro. 159
De abbate Dula. 162
De sancto Epiphanio episcopo Cypri. 162
De sancto Ephræm. 167
De Eucharisto homine sæculari. 167
De Eulogio presbytero. 170
De abbate Euprepio. 171
De abbate Eladio. 174
De abbate Evagrio. 174
De abbate Eudæmone. 175
De abbate Zenone. 175
De abbate Zacharia. 178
De abbate Esaia. 179
De abbate Elia. 183
De abbate Heraclio. 186
De abbate Theodoro Phermensi. 187
De abbate Theodoro et Nono. 195
De abbate Theodoro Sceteos. 198
De abbate Theodoro Eleutheropolitano. 198
De abbate Theona. 198
De Theophilo archiepiscopo. 198
De matre Theodora. 202
De abbate Joanne Colobo sive Parvo. 205
De abbate Joanne cœnobita. 219
De abbate Isidoro. 219
De abbate Isidoro Pelusiota. 222
De abbate Isaaco presbytero Celliorum. 225
De abbate Joseph in Panepho. 227
De abbate Jacobo. 231
De abbate Hierace. 231
De abbate Joanne Eunucho. 231
De abbate Joanne Cellarum. 234
De abbate Isidoro presbytero. 234
De abbate Joanne Persa. 235
De abbate Joanne Thebæo. 239
De abbate Joanne discipulo abbatis Pauli. 239
De abbate Isaaco Thebæo. 239
De abbate Josepho Thebæo. 242
De abbate Hilarione. 242
De abbate Ischyrione. 242
De abbate Cassiano. 245
De abbate Cronio. 247
De abbate Carione. 250
De abbate Copre. 251
De abbate Cyro. 254
De abbate Lucio. 254
De abbate Loto. 254
De abbate Longino. 255
De abbate Macario Ægyptio. 258
De abbate Mose. 282
De abbate Matoe. 290
De abbate Marco, discipulo abbatis Silvani. 294
De abbate Milesio. 298
De abbate Megethio. 299
De abbate Mios. 302
De abbate Marco Ægyptio. 305
De abbate Macario urbico. 305
De abbate Nilo. 306
De abbate Nisteroo 306
De abbate Nisteroo cœnobita. 307
De abbate Nicone. 310
De abbate Netra. 311
De abbate Niceta. 311
De abbate Xoio. 311
De abbate Xanthia. 314
De abbate Olympio. 314
De abbate Orsisio. 318
De abbate Pœmene seu Pastore. 318
De abbate Pambo. 567
De abbate Pisto- 571

De abbate Pior. 374
De abbate Pityrione. 375
De abbate Pistamone. 375
De abbate Petro Pionita. 375
De abbate Paphnutio. 378
De abbate Paulo. 379
De abbate Paulo cosmeta. 382
De abbate Paulo magno. 382
De abbate Paulo simplice. 382
De abbate Petro Dii. 386
De abbate patria Romano. 386
De abbate Rufo. 390
De abbate Romano. 391
De abbate Sisoe. 391
De abbate Silvano. 407
De abbate Simone. 411
De abbate Sopatro. 414
De abbate Sarmata. 414
De abbate Serapione. 414
De abbate Sereno. 418
De abbate Spyridone. 418
De abbate Saio. 419
De matre Sara. 419
De matre Syncletica. 422
De abbate Tithoe. 427
De abbate Timotheo. 430
De abbate Hyperechio. 430
De abbate Phoca. 431
De abbate Felice. 434
De abbate Philagrio. 435
De abbate Phoria. 435
De abbate Chome. 435
De abbate Chæremone. 435
De abbate Psenthaisio. 435
De abbate Or. 438
ÆGYPTIORUM MONACHORUM HISTORIA, SIVE PARADISUS. 442
Paradisus. 446
De Oxyryncho civitate. 446
De abbate Evagrio. 447
De abbate Patermuthio. 447
De abbate Didymo. 455
De Cronidio. 455

PHILOSTORGIUS.

Notitia. 455
EPITOME ex ecclesiasticis historiis Philostorgii confecta a Photio patriarcha. 459
Ex libro primo. 462
Ex libro secundo. 466
Ex libro tertio. 479
Ex libro quarto. 515
Ex libro quinto 527
Ex libro sexto. 531
Ex libro septimo. 538
Ex libro octavo. 554
Ex libro nono 567
Ex libro decimo. 583
Ex libro undecimo. 594
Ex libro duodecimo. 606
Supplementa Philostorgiana. 623

S. ATTICUS, CP. EPISCOPUS.

Notitia. 638
Epistola ad Patres concilii Africani. 650
Epistola ejusdem ad S. Cyrillum Alexandrinum episcopum. 651
Epistola ejusdem ad Petrum. 651
Epistola ejusdem ad Calliopen. 651

S. PROCLUS, CP. EPISCOPUS.

Notitia. 651
Notitia altera. 654
Veterum testimonia. 658
ORATIONES. 679
Oratio prima. — Laudatio in sanctissimam Dei genitricem Mariam. 679
Oratio II. — De Incarnatione Domini nostri Jesu Christi, et de infusoriis. 691
Oratio III. — De Incarnatione Domini nostri Jesu Christi. 703
Oratio IV. — In natalem diem Domini nostri Jesu Christi. 707
Oratio V. — Laudatio in S. Virginem ac Dei genitricem Mariam. 715
Oratio VI. — Laudatio sanctæ Dei genitricis Mariæ. 722
Oratio VII. — In sancta Theophania. 738
Oratio VIII. — In transfigurationem Domini ac Dei et Salvatoris nostri Jesu Christi. 763
Oratio IX. — In ramos Palmarum 771
Oratio X. — In sanctam quintam feriam. 778
Oratio XI. — In Dominicam passionem, in sancta ac magna Parasceve. 783
Oratio XII. — In Domini nostri Jesu Christi resurrectionem. 787
Oratio XIII. — In sanctum Pascha. 790
Oratio XIV. — In sanctum Pascha. 795
Oratio XV. — In sanctum Pascha, et in illud : *In principio erat Verbum.* 799
Oratio XVI. — In sanctam Pentecosten. 806
Oratio XVII. — Laudatio sancti protomartyris Stephani. 810
Oratio XVIII. — Laudatio sancti Pauli apostoli. 818
Oratio XIX. — Laudatio sancti Andreæ apostoli. 822
Oratio XX. — Laudatio sancti Joannis Chrysostomi. 828
HOMILIÆ. 834
Monitum. 834
I. — De Domini nostri ascensione. 834
II. — De Christi Jesu Domini nostri circumcisione, octava post nativitatem die. 838
III. — De dogmate Incarnationis. 842
IV. — De nativitate Domini. 843
V. — De sancto Clemente martyre. 846
Tractatus de traditione divinæ missæ. 850
EPISTOLÆ S. PROCLI et variorum ad ipsum et alios. 851
Epistola I. — Proclo episcopo Constantinopolitanæ civitatis. 851
Epist. II. — Proclus ad Armenios, de fide. 855
Epist. III. — Proclus ad Joannem episcopum Antiochiæ 873
Epist. IV. — Proclus Joanni Antiocheno. 876
Epist. V. — Joannes Antiochenus Proclo. 877
Epist. VI. — Joannes Antiochenus et Orientis synodus Proclo. 877
Epist. VII. — Joannes Antiochenus et synodus Cyrillo Alexandrino. 879
Epist. VIII. — S. Cyrillus ad Acacium Melitinæ episcopum. 879
Epist. IX. — S. Cyrillus ad Proclum. 879
Epist. X. — Proclus Joanni Antiocheno. 879
Epist. XI. — Proclus Maximo diacono. 879
Epist. XII. — Theodosius et Valentinianus imperatores, Joanni Antiocheno et synodo. 880
Epist. XIII. — Proclus Domno episcopo Antiocheno. 882
Epist. XIV. — S. Cyrillus ad Gennadium presbyterum et archimandritam. 886
Epist. XV. — Theodoretus Proclo. 886
Epist. XVI. — Theodoretus Flaviano Constantinopolitano. 886
Epist. XVII. — Procli synodica. 886
Fragmenta operum S. Procli. 886

S. FLAVIANUS, CP. EPISCOPUS.

Notitia. 890
EPISTOLÆ. 890
Epistola I. — Ad Leonem papam, contra Eutychetis hæresin. 890
Epist. II. — Ad eumdem, de eodem. 890
Epist. III. — Ad Theodosium Augustum. 890

S. MARCUS EREMITA, B. MARCUS DIADOCHUS et MARCUS DIACONUS.

Notitia in Marcum eremitam. 893
Notitia altera, de S. Marco eremita et Marcho Diadocho. 897
Notitia in Marcum diaconum. 900
OPUSCULA S. MARCI EREMITÆ. 906
Opusculum I. — De lege spirituali. 906
Opusculum II. — De his qui putant se ex operibus justificari. 930
Opusculum III. — De pœnitentia cunctis, ut operari queant, necessaria. 966
Opusculum IV. — De baptismo. 986
Opusculum V. — Præcepta animæ necessaria, ad Nicolaum. 1027
Opusculum VI. — De temperantia. 1054
Opusculum VII. — Disputatio cum causidico. 1071
Opusculum VIII. — Consultatio intellectus cum sua ipsius anima. 1103
Opusculum IX. — De jejunio. 1110
Opusculum X. — De Melchisedech. 1118
Monitum in Diadochi homiliam de Ascensione. 1139
HOMILIA DIADOCHI DE ASCENSIONE D. N. JESU CHRISTI. 1142
Monitum in ejusdem sermonem contra Arianos. 1147
HOMILIA EJUSDEM DIADOCHI CONTRA ARIANOS. 1149

Monitum de sequenti opusculo. 1167

CAPITA CENTUM DE PERFECTIONE SPIRITUALI. 1167

Caput primum. — De tribus virtutibus, quæ tanquam duces debent antecedere contemplationem mentis spiritualem. 1167

Cap. II. — Quomodo et quando homo efficiatur bonus. 1167

Cap. III. — De peccato, quomodo et quando incipiat esse. 1168

Cap. IV. — Quando et quomodo assequamur, ut simus ad similitudinem Dei. 1168

Cap. V. — Quomodo faciendum sit, ut voluntas ad bonum tantum sit prompta. 1169

Cap. VI. — Quid sit lumen veræ scientiæ, et quid usus hujus luminis in mente efficiat. 1169

Cap. VII. — Quid efficiat sermo spiritualis, et quod exercitatio charitatis afferat facultatem et copiam ad loquendum de Deo. 1169

Cap. VIII. — Quomodo accedendum sit ad loquendum de divinis rebus. 1169

Cap. IX. — De charismate cognitionis et charismate sapientiæ, quomodo utrumque illuminet, et quomodo utrumque acquiratur. 1170

Cap. X. — Quid curandum, cum irascibilis movetur adversus passiones; et quid faciendum, ne passiones per orationem, vel per eleemosynam sedatæ superbiam gignant. 1170

Cap. XI. — Cur sapientia spiritualis non sit ambitiosa; sapientia vero hujus mundi sit; et unde exsistat hæc proprietas sapientiæ spiritualis. 1170

Cap. XII. — De dilectione sui, et amore Dei, et quid sit proprium amantis Deum, et quid diligentis se. 1171

Cap. XIII. — Quomodo contingat aliquando, ut aliquis videatur sibi non diligere Deum, ut vellet, cum tamen tunc maxime diligat, et unde hoc proveniat. 1171

Cap. XIV. — De eo, qui sensu cordis Deum diligit, et quomode iste ad exstaticum amorem veniat, jam totus extra amicitiam sui positus. 1171

Cap. XV. — Quando incipiat aliquis diligere proximum; et quare amicitia secundum carnem cito dissolvatur; amicitia vero spiritualis, minime. 1172

Cap. XVI. — De amore erga Deum in sensu cordis, quomodo acquiratur; et de perfecta charitate, sine timore Dei purgante; et de altera charitate non perfecta, conjuncta cum timore purgante. 1172

Cap. XVII. — Quomodo anima ægrota, per metum Dei incipiat curari, et paulatim ad perfectam sanitatem per charitatem perduci. 1172

Cap. XVIII. — Quomodo anima, quandiu est curis mundi involuta, non possit Deum amare, neque quod sui officii est erga eum recte dijudicare. 1173

Cap. XIX. — Quæ sint propria animæ puræ. 1173

Cap. XX. — Quod necessario ad fidem opera, et ad opera adjungenda sit fides. 1173

Cap. XXI. — Qualis sit fides sine operibus, et qualis per dilectionem operata. 1173

Cap. XXII. — De non scrutando curiose profundum fidei. 1173

Cap. XXIII. — Quando mens non possit sentire sensu cordis, sive gestu animæ odorem cœlestium bonorum, licet id vehementer desideret. 1174

Cap. XXIV. — De duplici sensu corporis et mentis, et quomodo sensus mentis excitandus sit ad gustandum cœlestia. 1174

Cap. XXV. — De uno sensu animæ secundum operationem in statu innocentiæ, et divisione post peccatum, et de sensu simplici animæ a Spiritu sancto. 1174

Cap. XXVI. — Quomodo oporteat perturbationibus carere, ad discernendas cogitationes, et utrum a Deo sint missæ, an a dæmone. 1175

Cap. XXVII. — Cur pauci sint, qui peccata sua perfecte agnoscant et quid faciendum sit, ut hoc facere possimus. 1175

Cap. XXVIII. — Quomodo Spiritus sanctus animam purget, et quid faciendum sit, ut hoc facere possimus. 1175

Cap. XXIX. — De uno sensu mentis ante peccatum, et divisione ejus propter peccatum, et quando appetitus irrationalis cum rationali conjungatur, et consentiat. 1176

Cap. XXX. — Quomodo et quando sensu mentis discernantur consolationes veræ a falsis. 1176

Cap. XXXI. — De falsa consolatione Satanæ per quietem somni immissa, et quomodo mens, per memoriam ferventem nominis Jesu, eam discutit et Satanam fugat. 1176

Cap. XXXII. — De bona consolatione animæ, quomodo tum per vigiliam, tum per quietem somni exsistat, et quomodo per falsam consolationem nitatur diabolus fallere animam in somno. 1177

Cap. XXXIII. — Quomodo vera lætitia Spiritus sancti a falsa dæmonis dignoscatur et quando diabolus aggrediatur decipere per falsam consolationem. 1177

Cap. XXXIV. — De duplici charitate, naturali et spirituali, et de utriusque conditione. 1178

Cap. XXXV. De gratia Dei, quomodo sola omnes animi motus turbidos tranquillet. 1178

Cap. XXXVI. — Quomodo anima, et quando possit sentire gloriam Dei, et de fallacia diaboli ostendentis lumen, vel aliquid splendoris simile. 1178

Cap. XXXVII. — De somniis a Deo missis, et a dæmone, et de eorum differentia. 1179

Cap. XXXVIII. — De virtute non credendi ullis somniis. 1179

Cap. XXXIX. — Exemplum ad intelligendum, quomodo nemini exprobret Deus, quod somnio ab eo misso non credat. 1179

Cap. XL. — Quando anima possit lumen, quod in se habet, videre; et quando se Satanas transfiguret in angelum lucis; et quid potissimum in vita monastica studendum sit, ut quamvis in mundo simus, peregrinemur a mundo. 1180

Cap. XLI. — De obedientia, quomodo sit maxima virtutum, et janua charitatis, et vias cæterarum virtutum demonstret. 1180

Cap. XLII. — Quomodo oporteat continentiam esse in omnibus, ita ut non solum virtutes corporis comparandæ sint, sed virtutes, quæ hominem interiorem purgent. 1180

Cap. XLIII. — De utilitate et modo servandi continentiam in victu. 1181

Cap. XLIV. — Quomodo effici possit ut ciborum jucunditas, et cæteræ voluptates libenter respuantur. 1181

Cap. XLV. — De nimia continentia victus fugienda propter firmitatem corporis, qua opus sit ad certamen spirituale. 1181

Cap. XLVI. — De ratione victus soliti temperanda, sine vitio vanæ gloriæ aut incontinentiæ, per moderatam indulgentiam ad adventum fratrum, aut aliorum hospitum. 1181

Cap. XLVII. De jejunio et cæteris virtutibus corporalibus, quomodo sint instrumenta quædam, quæ per se sola non habeant gloriam apud Deum, nisi referantur ad finem, qui est pietas. 1182

Cap. XLVIII. — De utilitate temperati victus ad fructum spiritualem animæ. 1182

Cap. XLIX. — De intemperantia victus, quomodo ad libidinem provocet; et de remedio et ejus ratione. 1182

Cap. L. — De luxuria misti potus, et quantopere ea quæ cum vino miscentur, fugienda sint ab iis qui volunt esse spirituales. 1182

Cap. LI. — Quid Dominus docere voluerit, bibendo in cruce acetum ex spongia circumposita hyssopo. 1183

Cap. LII. — De balneatione fugienda spiritualibus, et quare. 1183

Cap. LIII. — Quare opus sit in cœnobiis vocare medicum ad curationem morbi; et quid faciendum sit iis qui solitariam in eremo degunt vitam. 1183

Cap. LIV. — Quid indicet ferre moleste morbum, et quid rursus non ferre moleste. 1184

Cap. LV. — Quid faciendum sit, ut non delectetur anima usura hujus lucis, sed potius desideret a corpore separari. 1184

Cap. LVI. — Quomodo uti sensibus corporis immoderate, faciat difficilem memoriam Dei, et mandatorum ejus; et quomodo cavendum sit hoc malum. 1184

Cap. LVII. — Quomodo, qui ambulat spiritu, nescit desideria carnis; ac frustra dæmon ejus castitatem tentet. 1185

Cap. LVIII. De acedia, quæ solet aliquando post repudiatas voluptates corporis contingere, qualis sit, et quomodo expellenda. 1185

Cap. LIX. — Quomodo mens reddi possit certa de studio et diligentia sua in spirituali certamine, per memoriam continuam et ferventem nomine Jesu in profundo cordis. 1185

Cap. LX. — De duplici gaudio, inchoante et perficiente, et usu utriusque et de lacrymis mediis inter utrumque. 1186

Cap. LXI. — Quomodo mens, cum perturbata est, non potest Dei meminisse, et quæ sit causa; et quomodo mens, cum est a passionibus libera, solertia sua utens, et gratia Dei adjuvante, cito oblivionem Dei expellit, et recordatur Domini Jesu; et quomodo contingat toto jam affectu ad memoriam Dei, et charitatem excitari. 1186

Cap. LXII. — De ira, quomodo, et quando ea utendum; et quomodo utiliter a Deo data sit; et quid Dominus docere voluerit quando infremuit spiritu in morte Lazari; et quomodo sit Eliæ, et currui ejus igneo similis qui propter ardorem pietatis ira utitur sedata. 1187

Cap. LXIII. — Quomodo spiritualis non debeat, neque aliis litem intendere, neque sua in judicio recuperare. 1188

Cap. LXIV. — De iis, qui causam litigandi excusant, dicentes, non licere dare locum iis qui res nostras nobis ad nostrum victum et pauperum necessarias diripere volunt; et quomodo præstet orationi et custodiæ cordis operam dare, et injuriam suam judicio alterius sæculi reservare. 1188

Cap. LXV. — De præstantia et utilitate vendendi omnia, et tribuendi ea pauperibus; et quomodo virtus humilitatis magis quam reliquæ virtutes, tanquam mater indulgentissima hujusmodi paupertatem foveat et recreet. 1189

Cap. LXVI. — De iis qui dicunt : Unde fiet eleemosyna pauperibus, qui quotidie nostris bonis alebantur, si omnia semel vendiderimus? et de humilitate, quam parit nihil jam habere ad largiendum pauperibus; et quomodo quod non potest comparari per eleemosynam, comparabitur copiosius per orationem, et tolerantiam, atque humilitatem, et quomodo qui bona sua reliquerunt, hi præparant se ad recipiendum charisma scientiæ Verbi Dei ut possint divitias regni Dei prædicare. 1190

Cap. LXVII. — De charismate theologiæ, et quot, et quanta bona ex ea proficiscuntur. 1190

Cap. LXVIII. — Quæ sit causa, cur mens nostra difficilis sit ad orationem, facilis vero et prompta ad divinarum rerum contemplationes; et de utilitate orationis, ad proficiendum in contemplatione. 1191

Cap. LXIX. — Quomodo gratia in principio cum magna voluptate spirituali soleat animam illuminare; processu vero certaminis spiritualis non ita, ut videamur derelicti, et quæ utilitas inde instat, et quomodo iis qui adhuc sunt parvuli in certamine spirituali, nimius dolor et nimium gaudium noceat. 1191

Cap. LXX. — De loquacitate, quomodo animam distrahat, et memoria sui privet; et quæ causa ejus et quam præclara res sit silentium. 1192

Cap. LXXI. — Quomodo, cum quis ea quæ mundi sunt, incipit repudiare, tunc incipiant passiones esse ei molestæ, et inter eas potissimum ira et odium; et quomodo melius sit flere duritiam iniquorum, quam odio eos prosequi, quamvis odio digni sint. 1192

Cap. LXXII. — De charismate sapientiæ, et de charismate scientiæ, sive cognitionis : et quomodo secunda virtus plus valeat ad exstirpandas passiones, quam prior; et quare non reperiatur plene utraque in singulis 1193

Cap. LXXIII. — De oratione vocali, et in corde; cui contingat libentius orare voce, et cui rursus libentius in corde, et de simulacro lætitiæ, quod sequitur orationem vocalem, et de lacrymis, quæ sequi solent orationem cordis, et post lacrymas quædam voluptas animi; et quæ sit causa, et quomodo cpus sit paulo majore voce psalmos canere, cum animus graviter languet. 1193

Cap. LXXIV. — De ardore spirituali animæ, et quid inter charitatem naturalem et spiritualem intersit. 1193

Cap. LXXV. — Quando et quomodo gratia Spiritus sancti servet animam puram et liberam a nebulis passionum; et quando item et quomodo spiritus erroris tegat eam nubibus peccatorum. 1194

Cap. LXXVI. — Quomodo ante baptismum spiritus veritatis operetur in anima, et quomodo spiritus erroris : quomodo item isti duo spiritus operentur post baptismum. 1194

Cap. LXXVII. — Quomodo et quando incipiat gratia Dei declarare bonitatem suam animæ; et quare tunc permittat Deus, ut plus molestiæ exhibeant ei dæmones; et quam magna inde utilitas exsistat. 1195

Cap. LXXVIII. — Quatenus homo ad imaginem Dei factus sit, et quid effectum per peccatum Adæ, et quid rursus per baptismum, et quare non possint simul habitare in homine duo spiritus, alter bonus, et alter malus, sicut nonnulli opinati sunt; quare post baptismum relicta est duplex voluntas, et impugnatio dæmonis. 1195

Cap. LXXIX. — Quando in profundo cordis, id est in mente ipsa habitet gratia Dei, et quomodo ibi nihil possit dæmon operari, et quomodo et per quas partes operantur dæmones in anima, et quomodo mens nostra condelectetur legi spiritus, et de gaudio spirituli, unde et quando exsistat. 1196

Cap. LXXX. — Quomodo in cordibus fidelium non possint simul insidere spiritus gratiæ, et spiritus peccati, ut quidam opinati sunt, male interpretantes illud Joannis evangelistæ, « Et tenebræ eam non comprehenderunt; » et quomodo hoc Paulus interpretatus sit in Epist. ad Philipp. III, 12. 1196

Cap. LXXXI. — De duplici genere malorum spirituum, partim cum anima, partim cum corpore luctantium; et quomodo tentent, cum anima est extra gratiam Dei, et quomodo, cum non est; et quomodo utrisque resistendum; et de tentatione, quando tentat dæmon suggerendo, ut naturam humanam contemnamus, quia sit mortalis; et quomodo sit tunc occurrendum. 1197

Cap. LXXXII. — Quomodo, quandiu est anquis in gratia Dei, non potest diabolus esse in corde ejus; quomodo et ubi hoc doceat Paulus; et quomodo pugnet diabolus cum iis qui sunt in gratia Dei; et quomodo cum iis qui sunt extra gratiam; et quomodo, qui perfecte pugnet cum diabolo, non potest diabolus carnem ejus ad voluptatis illecebras pellicere, ut Paulum et similes. 1198

Cap. LXXXIII. — Quomodo, et unde cor malas cogitationes gignat, et quare cogitationes etiam a diabolo nobis suggestæ, ex corde exire dicantur in Evangelio. 1199

Cap. LXXXIV. — Quomodo non possint esse simul in corde hominis gratia Dei et diabolus, et de exemplo ad hoc declarandum et intelligendum. 1200

Cap. LXXXV. — Unde accidat quod simul honesta et turpia quandoque cogitamus; et quando, ac cur gratia præsentiam suam menti celet; et quid tunc faciendum sit; et quomodo inter cæteras omnes virtutes nihil possidere maxime conciliet gratiam Dei ad amandum eum vehementer; et cur aliquando etiam is qui magnos progressus in virtute fecit, permittatur potestati dæmonis, relicta ejus mente sine lumine. 1200

Cap. LXXXVI. — Rursus quomodo gratia Dei non possit una cum diabolo habitare in mente hominis, et de duplici decessione gratiæ Dei, secundum eruditionem, et secundum aversionem; et quare gratia Dei se aliquando abscondat menti; et de exemplo familiari ad id ostendendum. 1201

Cap. LXXXVII.—Decedere gratiam Dei ad eruditionem, quid boni afferat homini; et rursus quid mali decedere secundum aversionem; et quid in utraque decessione faciendum nobis sit; et quare aliquando gratia Dei auxilium suum in anima celet dæmonibus. 1201

Cap. LXXXVIII. — Quomodo Spiritus sanctus principio gratiam suam operetur in inchoantibus vitam spiritualem, et de exemplo naturali ad hoc intelligendum : et unde factum sit, ut mens etiam nolens eodem tempore honesta et turpia cogitet; et qui sint qui spiritualia tantum cogitant, et quomodo id contingat. 1202

Cap. LXXXIX.—Quando, et quomodo faciat Dei gratia, ut imago Dei, ad quam facti sumus, splendeat in nobis; quando item faciat, ac quomodo, ut sit nobis similitudo Dei, et de exemplo pictoris ad intelligendum utrumque, et quomodo sine illuminatione dilectionis Dei, quam Spiritus sanctus operatur, nemo possit habere similitudinem Dei, quamvis habeat cæteras omnes virtutes, quas naturaliter habere possit. 1203

Cap. XC. — De sensu et experientia divinæ dulcedinis in initio proficiendi spiritualiter, unde exsistat, et quomodo; et cur postea abscondatur nobis hujusmodi dulcedo, et unde exsistat difficultas diligendi Deum cum gustu et in sensu cordis; et quomodo contendendum sit ad ejusmodi gustum charitatis Dei; et quibus contingat perfectio charitatis in hac vita, et perfectus gustus ejus. 1204

Cap. XCI. — De quodam, qui tenebatur ardenti desiderio cognoscendi perspicue charitatem Dei, quomodo eam cognoverit Dei munere; et de iis, qui ejusmodi charitatem sensu et gustu cordis experti sunt, quales sint eorum virtutes; et quomodo isti fidem charitate superent; et quomodo hoc Paulus significaverit cum dixit : « Nunc autem manent fides, spes, charitas; tria hæc, horum major est charitas. » 1204

Cap. XCII. — De proprietate mediocris operationis ex cognitione sancta, quomodo afferat nobis magnum dolorem, si quando aliquem offenderimus; et quid faciendum sit tunc, si offensus reconciliari nobis noluerit, aut si procul absens fuerit. 1205

Cap. XCIII. — Quare via virtutis incipientibus appareat aspera, et quare medium ejus transeuntibus fiat facilis : et quid faciendum sit incipientibus ad superandum asperitatem, gratia Dei adjuvante. 1206

Cap. XCIV. — Quomodo opus sit per labores et infirmitates probari, et veluti molliri cor ad imprimendum in eo sigillum similitudinis Dei ex virtutibus ejus; et quæ essent probationes sanctorum per infirmitates, quas Paulus vocat, tempore martyrum; et quæ pro illis successerint tempore pacis Ecclesiarum; et quomodo operandum.

sit per tolerantiam in tribulationibus testimonium conscientiæ nostræ 1206

Cap. XCV. — De duplici humilitate, una mediocrium, altera perfectorum; et quomodo illa mediocrium comparetur, et quomodo altera; et de qualitate et de conditione utriusque; et quomodo a priore ad secundam perveniendum sit. 1206

Cap. XCVI.— Quæ observent dæmones in religiosis ad oppugnandum eos, arripientes inde occasionem; et quomodo sint illa religiosis cavenda et in primis cupiditas gloriæ; et quæ mala ex loquacitate sequantur, et quid contra hoc vitium faciendum. 1208

Cap. XCVII. — Quid accidat ei qui incipit purgare cor, et quomodo recordatione Domini Jesu sit cor inflammandum ac purgandum; et quomodo necessarium sit, et quando assequi possimus, ut semper et sine intermissione oremus. 1209

Cap. XCVIII. — Quid sit, vacuum esse passionibus in hac vita, et de armatura spirituali ad perrumpendum acies dæmonum. 1209

Cap. XCIX. — De duobus dæmonibus post universas fere passiones superatas relictis ad luctandum, altero cum anima, altero cum corpore, et quomodo superandus sit qui cum anima luctatur per zelum; et quomodo superandus, qui cum corpore pugnat per libidinem; et causa, cur homo post magnos progressus in virtutibus factos, permittatur tentari per libidinem ab hujusmodi dæmone. 1209

Cap. C. — Quomodo a religiosis statim confitenda sint Deo peccata, etiam non voluntaria, contra regulam commissa, et quomodo providendum, ne se fallat conscientia, dum existimat satis se confessam, et de metu tempore mortis, si non, ut decet, confessi Deo fuerimus, et quomodo hujusmodi metus adjuvet dæmones in illa hora, et de iis qui fiducia et exsultatione excedunt ex hac vita, et quæ sit causa ejusmodi fiduciæ, et de iis qui cum formidine excedunt. 1210

MARCI DIACONI VITA S. PORPHYRII EPISCOPI GAZENSIS. 1211

Prologus. 1211

Caput primum. — S. Porphyrii vita anachoretica et privata in morbis et peregrinationibus. 1213

Cap. II. — S. Porphyrii sacerdotium; episcopatus Gazensis. 1216

Cap. III. — Pluvia impetrata precibus S. Porphyrii. Barochæ vulnus inflictum. 1220

Cap. IV. — Edicto imperatoris templa idolorum clausa. Puerpera ope S. Porphyrii adjuta. Conversio infidelium. 1224

Cap. V — Iter Constantinopolitanum S. Porphyrii cum archiepiscopo Cæsariensi. Rhodi apud Procopium anachoretam, Constantinopoli apud S. Joannem Chrysostomum et Amantium cubicularium imperatricis gesta. 1126

Cap. VI. — Benignum colloquium S. Porphyrii cum imperatrice. Nativitas Theodosii Junioris. 1229

Cap. VII. — Baptismus Theodosii Junioris. Impetrata idolorum destructio. Varia donata S. Porphyrio munera. 1233

Cap. VIII. — Reditus S. Porphyrii Gazam. Tempestas cœlitus sedata. Solemnis in urbem introductio. 1236

Cap. IX. — Templa idolorum eversa Gazæ. Plurimi idololatræ convertuntur a S. Porphyrio. 1239

Cap. X.— Nova ecclesia a S. Porphyrio exstructa. Tres pueri in puteum lapsi servantur 1243

Cap. XI. — Mulier Manichæa ob blasphemiam, orante sancto Porphyrio, subita morte punita. Dedicatæ ecclesiæ. Eleemosynæ S. Porphyrii. 1247

Cap. XII. — Persecutio gentilium in Christianos et S. Porphyrium. Conversio ac vita sanctæ Salaphthæ virginis. S. Porphyrius moritur. 1250

Animadversiones Alexii Symmachi Mazochii in vitam præcedentem. 1253

FINIS TOMI SEXAGESIMI QUINTI.

Ex typis MIGNE, au Petit-Montrouge.